W8

TITVS
PETRONIVS
ARBITER
Cum Commentariis .
Romyn de Hooghe del. et sc. 1669.



TITI PETRONII ARBITRI

EQVITIS ROMANI

SATYRICON,

Cum Fragmento nuper Tragurii reperto.

Accedunt diversorum Poëtarum

Lusus in Priapum, Pervigilium Veneris, Ausonii cento nuptialis, Cupido crucifixus, Epistolæ de Cleopatra, & alia nonnulla.

Omnia Commentariis, & Notis Doctorum Virorum illustrata.

Concinnante

MICHAELE HADRIANIDE.

AMSTELODAMI,
Typis IOANNIS BLAEV.
M DC LXIX.

Clariſſimo, Doctiſſimoque Viro

DOMINO

ANTONIO MAGLIABECHI

PETRUS BLAEU

SALUTEM.

CUm multa peregrinationis bona ſint, paſſim ab auctoribus deprædicata, ipſoque uſu comprobata; tum mihi nullum majus, nullum jucundius videtur, quàm quòd liceat virtutem eorum qui utcunque aliàs innoteſcunt, coràm intueri, magnorumque Virorum favorem aut amicitiam demereri. Alto ſedet animo, nec unquam ſine gaudio recolo, quanta comitate Florentiæ ante octennium me ſuſceperis, foveris, quantâque voluptate ab ore tuo pendenti perfrui licuit. Neque hæc tua benevolentia in eo ſubſtitit; ſed & quidquid Dives cornu copiæ Florentinum ubivis locorum hoſpitum

oculis impartitur, ejus tu me haut immunem esse voluisti, usque ad venerationem Serenmi Magni Etruriæ Ducis, nec non Serenmi Cardinalis Leopoldi, & Serenmi Cosmi Magni Etruriæ Principis. Unde mihi porrò occasioaffulsit,ut,cùm nuper bis Idem Magnus Princeps hanc urbem lustraret,ego jam non inter peregrinos cultores, ad delibandas solùm osculo manus admissus, sed eam utroque tempore gratiam & munificentiam Serenmi Principis expertus sim, cui quoad vixero devota beneficiorum recordatione humillimisque studiis respondere mihi incumbet. Quæ tua tanta cum summa doctrina conjuncta humanitas, & in advenas favor, adeò tibi est proprius, ut vel hoc solo nomine in summorum virorum recentissimis scriptis summis laudibus jure meritóque evehare, nec quisquam se jam idoneè Florentiam visisse existimet, qui te ibi non inter præcipua Musarum decora viderit. Verùm quod me maximè delectat, quodque inter præcipuos excursionis meæ fructus numero, est commer-

mercium literarum per tot annorum ſpatium non interrupto curſu continuatum. Quare non potui non in memoriam revocari propoſiti aliquando mei, dicandi tuo Nomini auctorem Patris mei typis & ſumptibus prodeuntem. Quod cùm impræſentiarum facio, veniam forſan præfari dices neceſſum, qui tibi Petronium vulgò malè audientem conciliem. Fateor, ſi quid in commune adprobatius & diverſarum ſententiarum ſpiculis minùs obnoxium occurriſſet, id utique tibi, cui longè majora debeo, haut invidendum. Sed præterquam quòd temporis ratio habenda & conſilium tandem in effectum eſſet deducendum, etiam hoc non reticeam, fœcundam rem eſſe errorem, deque reconditioribus argumentis ferè in tranſitu judicari. Qua in re præfatio ad Lectorem me ſublevabit: juxtà tot illuſtria virorum nomina *Gyraldi*, *Delbenii*, *Braſſicani*, *Mureti*, *Paſſeratii*, *utriuſque Douſæ*, *Bongarſii*, *Rittershuſii*, *Goldaſti*, *Moræi*, *Gonſalii*, & quot non aliorum, qui omnes inter præcipua laudum ſuarum ornamen-

ta, Petronianas reputarunt *elegantias*, & *Scaligeris* quidem Catalecta veterum Poëtarum, quæ inter Priapeja, cum commentariis debemus. Ut ita vel ob hos non displicitura sit dedicatio Operis, magnis conatibus, nec minoribus sumptibus demum ad finem perducti. Accedit petitio mea, ut, quem in alto eruditionis gradu positum religiosiùs adeundum jam antè fassus sum, votoriam hanc tabulam Nomini tuo dicatam adgnoscere digneris. Vale Vir Clarissime, Doctissime. Amstelodami, x Kalend. Septembris M D C LXIX.

Can-

Candido ac Benevolo

L E C T O R I

S A L V T E M.

INter omnes quotquot Satyras ſcripſere, B.L. vix quenquam lepidiùs rem aggreſſum, majorique ſtudio & animi candore pertractaſſe, quàm hunc noſtrum T. P. Arbitrum, quidquid etiam ejus hodie ſupereſt, ſeriò deprehendo. Hîc enim adoleſcens, (quem ſe ipſe auctor fingit,) ſenili inſtructus prudentia, omnium pererrans cubilia, ſcholas atque pulpita, forum, curiam, templa, convivantium triclinia, peregrinantium denique navigia atque itinera, ſpeculator ſagaciſſimus, tandem nobis quid ubivis locorum in grandi Orbis theatro obſervaverit, in quas perſonas & exempla inciderit, ea ingenii amœnitate, fide & infucata verborum ſimplicitate refert, ut in ipſummet ceu primarum partium in hac fabula actorem omnis redundet invidia, confeſſum nimirum qualis ex Mundi contagione evaſerit, quidque pertulerit. Qui cùm ſit principalis ſcopus hujus Operis, utut à paucis obſervatus, quin potiùs aureum hoc ſcriptum pro neſcio quo purgamento, ipſéque auctor pro maleſano Epicureo ex cujus ore & calamo nil niſi obſcæna & turbida fluerent, magno errore à præcipuis quibusdam viris, habitus, age hîc prima ſtatio eſto. Deinceps viſuri, *An quid certi indagari poſſit de ætate, qua hic noſter Petronius vixerit, Quomodo legendus, & Quid in hac editione præſtitum.*

Certum eſt auctorem noſtrum eſſe Petronium Arbitrum, ſolùm de prænomine Tituſne, an Cajus, & ætate variant. Lil. Gregorius Gyraldus Ferrarienſis de Petronii vita: Ab Eudæmone & Libanio non longè ab-

erat Petronius, Arbiter dictus, & Massilienſis à pleriſque exiſtimatus. Quo tempore vixerit, quodve inſtitutum vitæ ſectatus fuerit, haud ſanè compertum: in declamationibus tamen verſatum, ex iis quæ exſtant elicimus. In Quintiliani quidem enarrationibus, litteratores quidam [Rhaphaël Rhegius,] eum ante Quintilianum floruiſſe ſuſpicantur. Sed Placidus Lactantius illum vult Statio poſteriorem, ut à quo verſus ſumpſerit & ſuis inſeruerit, ut illud:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Non alium quàm Petronium Arbitrum, ſignificari putarim illis Apollinaris hendecaſyllabis:

Et Maſſilienſium per hortos
Sacri ſtipitis Arbiter colonum,
Helleſpontiaco parem Priapo.

P. Pithœus I. C. in Conjectaneis de Petronio Arbitro: Aut valde me conjectura fallit, aut hic ipſe eſt Petronius, de quo Tacitus libro XVI Annal. ſic ſcribit:

C. Suetonio, L. Teleſino Coſſ. *intra paucos dies eodem agmine Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufus Criſpinus, C. Petronius cecidere.* Et cùm de cæteris dixiſſet, de Petronio ſubjicit: *illi dies per ſomnum, nox officiis & oblectamentis vitæ tranſigebatur, utque alios induſtria, ita hunc ignavia ad famam protulerat: habebaturque non ganeo & profligator, ut plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu. Ac dicta, factáque ejus quantò ſolutiora, & quandam ſui negligentiam præferentia, tantò gratiùs in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. Proconſul tamen Bithyniæ, & mox Conſul, vigentem ſe ac parem negotiis oſtendit: dein revolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt elegantiæ* ARBITER, *dum nihil amœnum & molle affluentia putat, niſi quod ei Petronius approbaviſſet. Unde invidia Tigillini, quaſi adverſus æmulum & ſcientiâ voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui cæteræ libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scevini Petronio objectans, corrupto ad indicium ſervo, ademptaque defenſione, & majore parte familiæ in vincula rapta.*

pta. Fortè illis diebûs Campaniam petiverat Cæsar, & Cumas usque progressus, Petronius illic attinebatur. Nec tulit ultrà timoris aut spei moras: neque tamen præceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum obligatas, aperire rursus, & alloqui amicos non per seria, aut quibûs constantiæ gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ & sapientium placitis, sed levia carmina & faciles versus. Servorum alios largitione, quosdam verberibûs affecit. Iniit & vias, somno indulsit, ut quanquam coacta mors, fortuitæ similis esset. Ne codicillîs quidem (quod plerique pereuntium) Neronem, aut Tigillinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis sub nominib. exoletorum fœminarumque & novitate cujusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni, fregitque annulum, ne mox usûi esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni quônam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia matrimoniô Senatoris haud ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exilium tanquam non siluisset quæ viderat, pertuleratque proprio odiô. Hactenus Cornelius. Atqui C. Plinii codices quidam, ut & Plutarch. in lib. De discr. amic. & adulat. *Titum* vocant. Sic in lib. XXXVII Nat. hist. scriptum est: *T. Petronius Consularis moriturus, invidiâ Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murrhinam* CCC *HS. emptam fregit.* Petronius alius, cujus Tacitus idem meminit librîs XIV & XV, est *Petronius Turpillianus.* Sic enim apud ipsum legendum est lib. XV Ann. ex Plutarcho. Eum verò non sub Nerone, sed sub Galba periisse certum est ex lib. I Hist. Petroniorum familia Equestris fuit, meminitque Plinius libro VI P. Petronii equestris ordinis & præfecti Augustalis sub Augusto ipso. Ex qua etiam familia fuisse verisimile est Petronios quorum Gennadius presbyter Massilienses honorificè meminit in libro de viris illustribus. Sed & Flavium, Sabinum, Probum, Maximum, Primulum, aliosque, quorum non apud scriptores modò, sed in ipsis lapidibus monumenta re-

stant:

stant: itemque illum qui jussu Caracallæ ante templum Divi Pii occisus à Spartiano traditur. Sed & jureconsultum Petronium, ad quem leguntur Sollii Sidonii epistolæ plures. Sanè Petronium Arbitrum Domitiani tempora præcessisse, ex eo etiam intelligitur, quòd ejus Terentianus Maurus meminerit: si modò Terentianus is est, quem suo tempore Sienen rexisse Martialis testatur. Is igitur, quisquis tandemfuit, Petronii sic meminit, cùm de dimetro Iambico claudo agit:

Horatium videmus
Versus tenoris hujus
Nusquam locasse juges.
At Arbiter disertus
Libris suis frequentat.

C. Sidonius Apollinaris Arvernorum Episcopus in Narbone:

Et te Massilienſium per hortos &c.

Vbi illi *Massilienſium horti* (ut hoc obiter dicam) non tam mihi Arbitri patriam significare videntur, quàm mores, qui ex Plautino proverbio, & Athenæi historia notati sunt. In veteri libro Defloratorum, qui fuit Iohan. Biturigum Ducis, non usque adeò vetusto, Petronii frusta hanc inscriptionem habent: *Petronii Arbitri Afranii Satyrici*, quod probare non possum. Nam ut quæ de Afranio Quintilianus scribit, inquinasse eum argumenta fœdis puerorum amoribus mores suos fassum, de hoc quoque Petronio dici posse videatur, longè tamen alium ab Afranio fuisse certum est. Pithœo accedunt cùm tot alii Satyrici interpretes, tum P. Daniel, Cl. Binetus, & I. Dousa pag. editionis hujus 518, ad verba *Non bene olet*, &c. & pag. 524. ad, *Primus in orbe deos* --. quibus adde pag. 427, ibi: *Tres tulerat fortuna duces.* Ge. Erhardus seu M. C. Lundorpius in Symbolis: *Non bene olet*--. Aut memoriâ lapsus est Hieronymus, aut versum hunc Martialis ab Arbitro Petro-

Petronio mutuatus est. Exstat enim ap. Martialem in Nævolum. Hadrianus Valesius in Dissertatione super Fragmento Tragurienſi: Quod ad Petronium noſtrum pertinet, jure meritóque de ejus ætate dubitavit Lipſius, & Petronium, qui fuit *æqualis Neronis*, cum Petronio Satyricorum auctore confundere timuit: cùm animadverteret ab Cornelio Tacito in lib. XVI Annalium relata de Petronio, haudquaquam Petronio Satyrici ſcriptori majore ex parte convenire. Certè ambo & nominibus diſcrepant. Prior dictus eſt *Cajus Petronius*, aut ut Plinius & Plutarchus vocant, *Titus Petronius*, & *inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt elegantiæ arbiter*, quod doctos viros in errorem induxit: ſed *Arbitri* nomen non tulit: poſterior ſeu Satyricorum auctor, propriis nominibus appellatus eſt *Petronius Arbiter*, quemadmodum à Fulgentio in lib. II, & III Mythologiæ vocatur: & nunc ſub *Petronii*, nunc ſub *Arbitri* nomine à Terentiano Mauro, à Diomede, à Servio Honorato, à Macrobio Theodoſio, à Mario Victorino, ab Hieronymo, & à Sidonio aliisque laudatur. Præterea Cajus Petronius, ſiqua Tacito fides, Proconſul Bithyniæ, & mox Conſul extraordinarius fuit; *inter paucos* Neroni Aug. *familiariſſimus*: magnas opes, magnam familiam habuit: homo ignavus & deſes, & otio ac mollitiis fluens, erudito luxu ac ſcientiâ voluptatum acceptiſſimus vitioſo Principi. At Petronium Arbitrum cùm multi laudent ſcriptores Latini, veteres ac recentiores: nemo tamen magiſtratus eum ullos geſſiſſe, nemo divitem, nemo amicum Imper. Neronis fuiſſe, aut juſſu ejus periiſſe memoriæ prodidit. Bibliotheca quidem Vaticana quædam Petroniana in codice ſcripta ſervat, & his Iulii cujusdam epigramma præfixum, in quo Petronius *diri Neronis amicus* vocatur, & *Arbiter arbitrio ſuo dictus ipſe* fertur. Sed hoc hexaſtichon ut incultum eſt, corruptum, ac recens; ita nullius apud doctos in hiſtoria auctoritatis.

Deni-

Denique Cajus Petronius paullò ante mortem coactam *flagitia Principis, ſub nominibus exoletorum feminarumque & novitate cujusque ſtupri, perſcripſit atque obſignata miſit Neroni:* ut Cornelius Tacitus in lib. XVI Annalium tradit. Quid habent iſta cum Petronii Arbitri opere commune? Caji Petronii famoſus libellus breviſſimus fuit: at Petronii Arbitri Satyra grandis atque verboſa, vel juſtum potiùs opus exſtitit: Libellus Caji Petronii pro codicillis haberi poterat, & noctes ac ſtupra Domitii Neronis, & in eum cœtum admiſſorum atque ad omnem libidinem adſcitorum exoletorum feminarumque nomina, quid quisque ibi noviſſimè feciſſent, quid paſſi eſſent, paucîs exponebat. Ficti nihil; omnia vera. Contrà Petronius Arbiter M. Varronem in Satyris Menippeis imitatus ex parte, proſa oratione variis carminibus miſtâ ſub falſis nominibus tamquam ſub perſona mores hominum notavit, ac vera ætatis ſuæ vitia carpſit: modò eloquentiam, picturam, Dialecticam, &c. defeciſſe queritur: modò Trojæ Halôſin verſibus jambicis deſcribit: navigantium etiam rixas, naufragium, fabellamque de matrona Epheſina narrat: interdum regulas carminis exponit. Sequuntur verſus de bello Civili fere 300, & eluſi captatores. Qui non videt iſta ſingula ac univerſa nihil ad Caji Petronii libellum, nihil ad Neronis flagitia noctesque pertinere, ſed meram eſſe nudamque ac ſimplicem vitiorum & deſidiæ humanæ reprehenſionem, ſale & mordaci aceto conditam: is planè nec in literis nec in ulla alia re quidquam videt aut judicat. Ianus Douſa, ut Petri Pithœi conjecturam de ætate Petronii confirmet, ſcribit duas ſententias aut paræmias, videlicet *Non bene olet, qui bene ſemper olet*, & *Ingenioſa gula eſt*, à Martiale & à Petronio ex æquo uſurpari: aliam item gnomen, *Primus in orbe Deos fecit timor*, Statio in libro III Thebaidos cum Petronio eſſe communem: ex quibus tamen ſententiis primam Hierony-

ronymus in epistola ad Demetriadem, postremam Fabius Planciades Fulgentius in libro 1 Mythologiæ (verè, an falsò nescio) Petronio tribuant. Quid tum? Ideone credemus Petronium Arbitrum Neronis Aug. æqualem, & Statio atque Martiale vetustiorem fuisse, ambosque hæc hemistichia Petronio potiùs, quàm Petronium ambobus debere? Nonne Placidius Lutatius putat, & disertis verbis ait, Arbitrum hemistichion suprà laudatum de origine superstitionis à Papinio Statio accepisse? Idem planè dicendum de versu, quem Hieronymus ad Demetriadem affirmat apud Arbitrum reperiri. Igitur hemistichium de odoribus Hieronymus non Martiali primo auctori, sed Petronio; hemistichium alterum de superstitione Fabius Fulgentius non Statio uti facere oportebat, sed eidem Petronio asseruit, propterea quòd utrique hæc apud Petronium legerant & legisse meminerant; apud Statium & Martialem aut non invenerant, aut saltem invenisse non recordabantur, nec multùm curabant an ab aliis scriptoribus priùs quàm à Petronio fuissent usurpata. Quare facilè & libenter accedo Henrici Valesii fratris mei sententiæ, qui Petronium Arbitrum principatu Neronis multò recentiorem, ac natione Gallum fuisse, atque in provincia Viennensi finibusque Massilienſium Græcorum habitavisse credit, adductus hisce Apollinaris Sidonii versibus, haut satis hactenus examinatis intellectisque, in carmine XXIII, quod inscribitur Narbo.

Et te Massilienſium per hortos
Graji cespitis Arbiter colonum,
Hellespontiaco parem Priapo.

Ita enim emendandum versum medium frater existimat, cùm legatur in editis Sidonii exemplaribus,

Sacri stipitis Arbiter colonum.

Nec dubitat in priscis Sidonii codicibus scriptum fuisse *Grai cespitis*, seu *Graji cespitis:* quod cùm non intelligeretur

retur à legentibus, in *sacri stipitis* perperam mutatum sit. Quæ vulgata lectio haud dubiè vitiosa est, ac ferri nullo modo potest. Quippe si *sacri stipitis* nomine Priapum ligneum designare voluisset Sidonius, (Simulacra enim Priapi custodis hortorum ad eorum ostia collocari consueverant) *Priapi* in hortis Massilienſium positi *colonum* Petronium Arbitrum vocaturus non fuit, sed *cultorem*, &c. Heic virum doctissimum Petrum Pithœum admodum miror, qui sibi *videri* ait, ab Sidonio tribus versibus suprà laudatis *non tam Arbitri patriam quàm mores designari*, Massilienſium moribus *Plautino proverbio & Athenæi historiâ notatis* simillimos. Quasi *horti Massilienſium* mores eorum corruptos atque degeneres indicare potiùs apud Sidonium valeant aut debeant, quàm Petronii Arbitri domicilium, ibi voluptatibus vacantis, ac in hortis otiantis, &c. Præterea Petronii stilus non Romæ natum, sed Transalpinum hominem sapit. Quando igitur Petronius Arbiter floruit? Quæretaliquis. Equidem existimo eum potiùs circa Antoninorum principatum vixisse, quàm (ut frater meus arbitratur) Gallieni Aug. æqualem fuisse: cùm quòd elegantia Petronii in ætatem Gallieni, hoc est, in senectutem Imperii Rom. ac velut in fæcem linguæ Latinæ cadere mihi non videtur. Marinus Statilius in Apologia sua pro Fragmento Tragurienſi mspta: Petronium paulò ante Constantini Augusti tempora, certè longè infra Severum colloco. Hoc mihi persuadet altissimum de illo silentium in scriptis vetustiorum auctorum, Quinctiliani, Suetonii, Plinii; Prisciano demum, Diomedi, Victorino, & S. Hieronymo memoratus. Nec spernendum testimonium ipsius auctoris *picturæ ne vestigium quidem reliquum esse* dolentis, cui ego crimini seculo Neronis nullum omnino locum reperio, cùm ad usque Commodi Principatum statuas egregio artificio perfectas adhuc exstare in Vrbe audiam. Optassem similiter qui Pithœum

thœum sequuti pro sua sententia causas adduxisse, nec solam nominis umbram hîc nobis reliquisse. Mihi quidem quæ D. Valesius de stilo tangit ac in Notis uberiùs diducit, vix, quæ verò D. Statilius adfert, præsertim de Pictura, cum Arbiter idem de Eloquentia atque Poësi asserat p. 6, 10, planè tanti non videntur ut à communi recedam, quin potiùs pro hac confirmanda facere videntur verba p. 417. *Ecce belli civilis ingens opus* &c. 316. *In Asiam quum à Quæstore stipendiô essem eductus.* 311. *Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis injuriâ victas.* 268. *Inaudito more pueri pedes recumbentium unxerunt.* Quæ si expendantur ad antiquitatem auctoris spectant: hoc solùm dico me in toto Satyrico quantum hodie quidem ejus exstat nihil tale invenire, quod Neronem & ipsius noctes prodat. Ajunt Neronem sub nomine Trimalchionis tegi: sed Trimalchio ab Arbitro mitis senex, calvus, deformis, servus quondam, ex Asia oriundus, qui Domino tot annos ad delicias fuerit, mercator deinde, & conjux Fortunatæ, ambubaiæ quam de mactra sustulit, inducitur; quî quæso hæc naturæ, ætati, statui, & uxoribus (Poppææ, ac priori) Neronis congruunt? Noctem quidem seu nocturnam delectationem habemus in Satyrico unam p. 47, seqq. sed cui non præfuit Nero, si Nero est Trimalchio, nec nocturnus grassator noctem ambiit, sed Quartilla juvenes Encolpium & Ascylton in stabulo ultro accessit. Hæc rursus ab ingenio & ratione agendi Neron. longissimè absunt.

Accedo nunc ad alterum membrum, *Qua ratione Petron. Arbiter cum fructu legendus.* Vbi præprimis eximendus scrupulus, qui multos torsit, multos eò redegit ut in sola amœnitate, hunc auctorem volvendo, acquiescerent: nimirum Petronium opinatos sectæ addictum fuisse Epicureæ, negasse cum Epicuro providentiam Dei, & immortalitatem animæ, tum finem seu summum

mum bonum hominis in voluptate quæ ſenſu percipitur collocaſſe, adducentes pro ſua ſententia verba Satyrici, atque fragmenti p. 524.

Primus in orbe Deos fecit timor. p. 116.

Ergo vivamus dum licet eſſe bene. denique p. 482.

Ipſe pater veri doctus Epicurus in arte Iuſſit &c.

Nolo me ego hîc immittere, quæ vera Epicuri fuerit mens, inprimis de *voluptate*, cùm legam apud Laërtium in eius vita circa finem hæc: Οδ' Επίκȣρος ϗ ἀχώριςόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνον· τὰ δὲ ἄλλα χωρίζεσθαι, οἷον βροτά. *Epicurus autem ſolam ait virtutem à voluptate ſeparari non poſſe; reliqua verò ſeparari, ut mortalia.* Et paulò pòſt: Ουκ ἔςιν ἡδέως ζῆν, ἄνεσθαι τȣ̃ φρονίμως ϗ καλῶς. *Non licet jucundè, niſi prudenter, atque honeſtè vivere.* Breviter ſolùm repono, ad primum ceu fulcrum reliquorum, allegatum nimirum contra Providentiam epigramma: *Primus in orbe Deos* &c. Potiùs perlecto toto carmine Arbitrum dicendum, ſuperſtitionem & multitudinem deorum pro acumine ingenii ſui exagitare, quàm Superos negare rerum humanarum curam gerere: ſuadet id ultimus verſus:

Iam ſibi quiſque deos avido certamine fecit.

Miréque conſonant quæ leguntur p. 49, & 500. *Noſtra regio tam præſentibus plena eſt numinibûs, ut faciliùs poſſis deum quàm hominem invenire. Ecce duos aureos pono, unde poſſitis & deos, & anſeres emere.* Contra immortalitatem animæ nihil objicientibus Satyricon ſuppeditat, trahunt huc ſolùm verba Taciti: *Audiebatque (moriturus) referentes, nihil de immortalitate animæ & ſapientium placitis, ſed levia carmina & faciles verſus.* Quæ nihil aliud probant, quàm quid Petronius (ſive ille noſtri operis auctor, ſive alius) tunc egerit, non quid revera ſenſerit. De voluptate: O miſerandam jucunditatem, quæ tot amaritudines, & perpetuas pœnas, eaſque in dies ſæviores ſecum vehit! jam inventus ludens lorîs cæditur,

jam

jam amasium inquirens dispoliatur, eundem infelicissimum prædicat, ipse ad suspendii necessitatem redigitur, Tryphænam suam damnatam mulierem & in toto navigio solam verberandam clara liberâque voce pronuntiat, hoccine voluptatis præmium, Epicurei summi boni, in quo ii vivere & mori cupiant? Vix mihi persuadeo ullum tam dementem inter mortales unquam exstitisse, qui in momentanea corporis voluptate finem hominis collocârit. In talibus igitur auctori fictio agnoscenda, cùm sub schemate hîc omnia agantur, Epos si excipias belli Civilis p. 418, seqq. Halosin Troiæ p. 324, & si quæ hujusmodi, ac sententiosa per totum scriptum sparsa, quæ quò spectent continuò liquet, in aliis mimum componit nunc ex re, nunc ex persona ficto semper gaudens nomine, nunc ex utroque, ut quò collineet, saltem in circumstantiis, non perinde obvium sit. Laudat quoque p. 368 Epicurum somnia condemnantem, non ceu magistrum & ex animi sui sententia, sed argumento inserviens, quemadmodum sæpissime etiam Seneca eundem Epicurum pro suis placitis stabiliendis adducit, cui tamen de cætero non adhæsit. Vt verò uno quasi ictu cadat Episcureismi objectio, & Lector ab hac frivola opinione minimè præoccupetur, ecce verba Satyrici nostri pro Providentia Deorum p. 354. *ni Deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti excussisset indicium.* p. 372. *Deos immortales curam humanarum rerum agere, puto intellexisti.* p. 429.

Rerum humanarum divinarumque potestas
Fors cui nulla placet nimiùm secura potestas, &c. p. 431.
Quare age Fors, muta pacatum in prælia vultum
Romanosque cie, ac nostris da funera regnis.

Hæc Pluto seu Dis pater de castiganda luxuria Romanorum ad Fortunam, quam Epicurus planè non admittit, ut vel ex hoc uno appareat, Arbitrum ab Epicuri dogmate alieniſſimum fuisse. p. 436 Cæsar ad Iovem.

Iupiter omnipotens, & tu Saturnia tellus
Armis læta meis --- Testor ---
Hæc ubi personuit de cœlo Delphicus ales
O mina læta dedit. &c.

Pro immortalitate animæ p. 433: Fortuna ad Ditem,

Pande age terrarum sitientia regna tuarum,
Atque animas arcesse novas: vix navita Porthmeus
Sufficiet simulac ra virûm traducere cymbâ,
Classe opus est.

Pro fine & summa hominis felicitate in actione consistente virtutis, invicto argumentò ex contrario sensu, & ore ipsius Encolpii, (qui ibi Polyænos audit) seu auctoris p. 449: *Dii, deæque, quàm malè est extra legem viventibus! quidquid meruerunt semper exspectant.* ut sileam quod est p. 521. *O maxima rerum --pietas,* &c. Quæ si editoribus expensa meliùs essent, procul dubio erubuissent cap. 3 editionis Frellonianæ, & Schonwetterianæ ea ex quibus nos præmissas eruimus objectiones spargere, *scriptumque* in discrimen adducere, *quo post natas Musas*, ut I. Lipsius Epist. Quæst. l. 3, ep. 2 loquitur, *nullum venustius, nullum argutius exstitit.* Abesset modò *nuda nequitia*, addit ibidem Lipsius, quam alii impudentiam & obscœnitatem dixere. Sed cui Hypocrisin quo nullum pestilentius malum in toto mundo, in Quartilla & Enothea sacerdotibus, ac præprimis in Eumolpo philosopho, ita extremè vexare, qualis nemo majore nisu atque acumine vel cogitando facere potuisset, tum inconcessæ Veneris γλυκὺ πικρον omnibus deridendum præbere, animus erat, is nisi apertè locutus fuisset, facillimè in aliquo offendere & fine suo frustrari poterat. Obscœnitatem causantibus respondet Martinus Hayneccius in epistola Terentio præposita: *Verùm quæ illi nobis obscœnitates narrant?*

Vtinam ne in nemore Edeno, obscœnitatibus
Infectum ab imo, humanum cecidisset genus.

Vti-

Vtinam ne in vita, in hominum usu ac consuetudine universa, in ædibus, in vicis, in compitis nostris, obscœnitatum plena omnia! Vtinam ne in animis nostris, in præcordiis omnium obscœnitatum stabulum! cur non lernam potiùs dico & sentinam perennem? Hic, hîc, expurgatô opus est. Hic plenis cadis exhaustô opus. Nam quid posturâ, quæso te, speculi agas, ubi in facie fœditas insedit? Speculum expurgas: ab ore maculas, verrucas, lentiginem, lepram quin amoves? Inspiciendo in speculum temet, ut es, vides: formosus formosum, deformis deformem. Spectari, audire talis, qualis es, non vis? Deformitatem è corpore elue; fœditatem expelle animô. Ianus Guilielmus Plautin. quæst. in Epidic. cap. 5, de Petronio : *Hic aliis apertior fortassis est, at non inhonestior.* Io. à Wouweren in præfatione: *Scilicet tantò pudicitiùs composuit, quantò apertiùs; namque id genus omne occultare peccantis, promulgare ludentis est.* Dicerem ego hîc pro *ludentis*, fatentis, cùm plurima quæ in hoc scripto narrantur ipsum Encolpion seu Polyænon, hoc est auctorem concernant. *Atqui plerumque mortales ab oculis auribusque removemus quæ peccamus:* verba sunt Eryci Puteani in epist. ad Goldastum. Vnde tu mihi nunquam non permagni fies Arbiter, qui juxta amœnissimam eruditionem, & eruditissimam festivitatem qua hocce tuum Opus undequaque refersisti, ipsam adeò naturam humanam candore animi tui supergressus mihi vidêris, cùm talia sub persona adolescentis de tui ipsius vitæ curriculo sive fingeres sive traderes, annexis continuò pœnîs, quò eò potentiùs moneres, persuaderes talia revera in vita communi contingere, quisque sibi à prædonibus caveret, maximè à se ipso. Habes mi Lector metam Operis & cynosuram lectionis. Supereſt modò ut paucîs evolvam, quid cætera præter principalem hunc scopum in Satyrico tractetur, occasione nempe personarum & locorum in quæ Encolpius incidit. Primum itaque in hisce fragmentis (nam maximam partem desideramus,) enormem morum proluviem Seve-

rus Arbiter noſter proſcripturus, quomodo de eo loquitur Puteanus loco paulò antè allegatò, in bonarum artium profeſſores, ipſoſque adeò parentes ob pravam educationem, & inſtitutionem invehitur. Mox procuratorum forenſium & advocatorum calumnias, Iudicumque injuſtitiam taxat. Tum in ſacerdotum infandas libidines atque hypocriſin invectus, tranſitum ad luxum conviviorum facit, quem ſub Trimalchionis nomine ac lautitiis prolixè perſtringit. Hinc de ſcelerata pædagogorum nequitia & philoſophorum hypocriſi parentes atque amicos ſeriò monet: accuſat literatorum, & artificum ſocordiam: reprehendit publicarum balnearum turpitudinem. Poſtmodum maritorum & negotiatorum quorundam ſive fortunam, ſive ingenium tangens, acerrimè in levitatem feminarum animadvertit, quàm facilè adament, & peregrinos quidem juvenes ultro ambiant. Porrò in impoſturas ac fraudes exulum & natale ſolum vertentium, quibûs hoſpites ſuos & creditores, dum amplos alibi cenſus jactitant circumſcribunt, ſtylum exacuit. Inſaniam denique teſtatorum & captatorum nefariis conditionibus ſibi invicem inſidiantium notat. Et hæc tantùm reliqua ſunt hujus Satyrici capita: cætera injuria temporum nobis invidit. Hîcque quod interpretes monent meminiſſe juvabit, Epiſt. ad Rom. cap. 1, & 13, tum ad Galat. 5, 1 ad Cor. 6, quibûs locis Apoſtolus de flagitiis Roman. & Græcorum agit, non meliùs quàm perlecto hoc Satyricô intelligi poſſe.

Supereſt, ut *quid in hac editione præſtitum* ediſſeram: Satyricon damus vetus, & ſimul fragmentum de Cœna Trimalchionis Tragurienſe peculiari charactere ſuis locîs à p. 73, uſque 298 inſertum, juxta MSm Romanum, facta cum Patavina editione collatione, impreſſum, quo de fusè ago p. 73. & ſeqq. Textum vet. Satyrici, Gabbemianam (ſeu Gonſalii) editionem ſecuti, locis paululùm difficilioribûs qualia aliquot

quot in hoc Scriptore supersunt, cum novem aliis editionibus, & binis MSis nimirum Iani Dousæ, & MS. Tragurienſi vet. partis Satyr. contuli, qui codices memini omnes una vice variarunt, aliis aliàs pluribûs, paucioribus consonantibûs, lectionumque diversitatem diligenter in Notis consignavi ut Lector quod sequeretur eligeret. Editiones autem illæ IX hæ sunt: *Ioannis Tornæsii Lugdunensis* A. 1575. *Iani Dousæ Batavo-Lugdunensis* A. 1583. *Ioannis à VVouvveren Lutetiis impressa* A. 1601. *eiusdem Lugduni in Batavis* A. 1623. *Helenopolitana typis Schonvvetterianis castigationis existimo Georgii Erhardi*, A. 1610. *Eadem sed aliquantò auctior & emendatior Lugduni in Galliis recusa à Paulo Frellon* A. 1615. *Ioannis Petri Lotichii Francofurti* A. 1629. *Rutgeri Hermannidæ cum Notis Bourdelotii Amstelodami* A. 1663. *Denique editio Gabbemæ posterior, seu potiùs eius fragmentum (opus enim non consummatum) incerti anni*, quam nos secuti priorem nempe eius editionem, *ea anni erat* 1654, *Vltrajecti ad Rhenum* procurata. Interpretes subjunximus textui utriusque Fragmenti, veteris & Cœnæ Trimalchionis, quotquot ferè exstant, certè quotquot haberi poterant, quorum nomina mox peculiaris tabella edet, & quidem Fragmento cœnæ Trimalchianæ integros suos donavimus interpretes, insuper MSos Dalmatici, & Italici cœli Româ missos. At quoniam Interpretibus multa Græca admiscere visum, quæ aliquando rem absolvunt & Latinum lectorem inanem dimittunt, dedi operam ut si νύννια (cantilenæ sunt quibûs nutrices pueris blandiuntur) alicubi excipias vix ullum verbum in Petronio occurrat, quod non vocem voce aut sensum sensu reddendo in Latinum transtulerim prorsa & versâ, eod. carminis genere, sed meum interpretamentum si Græca illa alius adferat, ubivis parenthesi idque diversis typis inclusum, ne scriptores confunderentur, quod ubique sedulus præcavi. Indicem etiam vestigia secutus Cl.

Schefferi, talem dedi qualem in Petronium fruſtra hactenus quæſieris, qui ſimul examen poterit eſſe ſtyli fragmenti Tragurienſis & Satyrici dudum editi, ſuppletis tamen ſupplendîs, ubi opus, ut exactum judicium ferri queat. Catalecta veterum Poëtarum quæ inter Priapeja primum locum occupant, quæque his more aliorum editorum, juxta peculiarem titulum, accedunt, mantiſſa ſunt; & quidem Priapeja cum integris commentariis Scaligeri, Scioppii, & Lindenbrogii: omnia legitimè ac honeſto fine legenda. Quibus ſic indicatîs, C. ac B. L. vale & noſtris ſtudiis fave.

EX-

EXCERPTA

ex prolixis Præludiis

JOSEPHI ANTONII GONSALII DE SALAS,

quorum in Notis mentio, quantum in rem noſtram ſufficit.

Satyra, vel *Satura*. Satyra à Græco Σάτυρος, Satyrus, deducitur, quòd hujus inſtar laſcivire videatur, dicax ſit, & in mores invehatur, qualem ſcripſere Lucilius, Flaccus, Iuvenalis, Perſius. Satura, & Satira, ut *optumus*, & *optimus*, *maximus* & *maxumus*, à ſatur; vel ſaturorum, id eſt, ebriorum in modum dicteriîs afficit, æquè ac Satyra. vel ob ſolam ſaturitatem, hoc eſt, varietatem ſtyli ſic dicitur, ſive is diverſorum generum poëmata complectatur, ut Ennium ſcripſiſſe conſtat, de Pacuvio incertum, ſive cum metris ſoluta jungatur oratio, ut forſan Menippus, certè Varro, Seneca in Apocolocynthoſi, Petronius noſter, & Boëthius in de Conſolatione Philoſophiæ fecere. Vtrumque verò concurrere poſſe, ut Satura in prima ſignificatione, ſit & Satura in ſecunda, hîc non negatur, & tetigi jam antè Satyrici p. 1. b. Hæc ex Voſſio & Gonſalio. Cæterùm (verba ſunt Gonſalii) *Satura* nomine quid primitus ſignificaretur, cognoſcitur ex Acrone veteri interprete Horatii, ad 1 Sat. Lib. 1. ubi docet, *Lancem illam, quæ plena diverſis frugibus in templo Cereris infertur*, Saturam *adpellari*. Idem Diomedes tradit Lib. 3. additque ideo *à copiâ & ſaturitate rei* Saturam *vocari*. Exinde cœpit *Satura* uſurpari latiùs. Feſtus: *Satura & cibi genus eſt ex variis rebus conditum*. Et Varro, teſte eodem Diomede, *Quoddam genus farciminis, quod multis rebus refertum eſt, Saturam* dicit, *vocitari*, & profert hocce ex 2 Lib. Plaut. Quæſt. *Satura eſt, uva paſſa & polenta, & nuclei pinei mulsò conſperſi*. At quod magis ad noſtrum ſcopum accedit, id Feſti eſt: *Et Lex multîs aliis legibus conferta*. illud ſanè tandem collimat, quod ejus adbreviator Paullus retulit: *Satura & genus carminis eſt, ubi de multis rebus diſputatur*. Ita & Acron ibidem: *Ergo & hoc Carmen propterea* Saturam *adpellaverunt, quia ita multis & variis rebûs refertum eſt*. Tute jam vides, quàm aptè Varronianæ Satyræ, & pariter Petronianæ conveniat *Satyra* vocabulum Romanum. nam quum Satyra ſit plurium videlicet rerum commiſtio, ubinam, quæſo, miſtura major, quàm in noſtra Satyra, & rerum, & multiplicis ſimul orationis eſt? *Satyricon* dicitur pro *Satyra*, quemadmodum & nonnullis aliis placuit

Elegidia,& *Elegidaria* præ *Elegiæ* non ſemel poëmata ſua adpellare. ſic *Epigrammation* adriſit potiùs quàm *Epigramma*,& *Apologeticus* potiùs quàm *Apologia*,& innumera alia.

DE PERSONIS SATYRICI.

CErtô certius eſt, Petronii Satyricon Poëma eſſe Dramaticum; quà imitatur, exprimitque hominum mores, quà item agentes inducit perſonas, variéque inter ſe conloquentes, licèt Anctor ipſe ſimul interloquatur in fabula, narretque. quod planè Ariſtoteles in Poëtica tradidit,& prolixè ad illum variis in locis Interpretes. Dramatum igitur lege coactus Arbiter fuit procudere, convenienti admodum cum ratione, & reſpectu, Perſonarum Nomina. Maximé autem propter ipſam Satyrici naturam. de ipſo inquit Tacitus: *Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus eſt: ſed flagitia Principis ſub* Nominibus *exoletorum, feminarumque, & novitate cujuſque ſtupri perſcripſit, atque obſignata miſit Neroni.* Sequuntur jam interloquentium nomina, & quidem diſcriminis cauſâ perſonæ fragmenti Tragurienſis currente, ut vocant, charactere. De his verò interlocutoribus etiam Index Satyrico ſubnexus conſulatur.

Actuarius, acta Trimalchioni recitans. pag. 196.

Æſius unus eſt ex vectoribus, qui nempe tonſorem notavit ſibi in navigio Lycæ, Gitonem, & Aſcylton radentem. quod quum poſtea aperiret, occaſionem præbuit tot in navi turbellis. Vnde, puto, *Ætius*, contendit Bourdelotius, reponendum eſſe ex Etymologico, ubi: Αιτιος, ὁ τὴν αἰτίαν τουτέστι, τὴν ἀφορμὴν δούς. *Ætius, qui cauſam, hoc eſt, occaſionem vel anſam præbet.* Aliter nos, nam *Æſius* ille ab raſurâ eorum auſpicium ſibi fecit, exſecratuſque omen eſt, quod imitarentur naufragorum ultimum votum, quod nomini Αἴσιος (*auſpicatus*) convenit planè. Inde ἀστραπαὶ, βρονταὶ, ἀετὸς, ὄρνιθες αἴσιοι, *Fulgura, tonitrua, aquila, aves augurium, auſpiciumve facientes.* 369.

Agamemnon Rhetor eſt, & eloquentiæ indubiè præceptor. Aptè verò Regis Agamemnonis illum adpellatione Petronius inſignivit, Oratores namque & Sophiſtæ *Reges* olim nominabantur, quod obſervarunt jam Viri eruditi. idque propter nationis ejus ſuperbiam. Sic & priùs M. Varro in Virgula Divina adpellavit *Agamemnona* ſimilem Rhetorem aut Declamatorem, nimirum quia Regem fecerit Agamemnona Homerus oratione adprimè gravem ac vehementem. quod vir Doctus Auſonius Popma etiam adnotavit. p. 11. Quæ pariter p. 305 de Menelao Anteſcholano intelligenda. *Idem Agamemnon.* p. 181.

Aſcyltos Encolpii *comes* eſt, *fraterque* nequiori ſenſu, ſiqua eſt verbis Gitonis, imò ejuſdem Aſcylti fides, p. 28. 30. Encolpius ſuum *Commilitonem* vocat p. 303. Aſt ejus nomenclatura uti Satyrici conveniat actioni, indicare neceſſum eſt. ajunt Veteres Gloſſæ: Ἄσκυλτος, *infatigabilis.* Quod ſanè & opportunum erit

erit interpretamentum verborum p. 337. *O juvenem Laboriosum! puto illum pridie incipere, postero die finire. Idem Æschylos.* pag. 212.
trienſis Encolpio ad interrogata reſpondens. 9. *Atrienſis, & Encolpius.* 275.
argates procurator ſtabuli, qui ſedandis in eo rixis tempori adeſt opportunus. Proferam vocis originationem, quæ adhuc puero mihi in mentem venerat, nimirum quaſi βαρὺς κάπρος, *Gravis catus*, ſat proprie diceretur Petronio. & pronus eram, ut *Barcatus*, aut *Barcattes* ſcriberem, nam ſic veteres Lapides exhibent nomen, & aliàs *Barcathes*. C & G ſæpè invicem mutari notum eſt, & Viri docti jampridem obſervarunt. Aptè enim *Gravis*, quum pedibûs æger, ideoque adlatus lecticâ. *Catus* item quilibet diverſorii præfectus, miniſterve ſcommate haut invenuſto poſſet adpellari, quum ſatis ubique conſtet, catum animal eſſe furaciſſimum. unde & fures dicuntur Cati non paucis gentibus figuratâ videlicet locutione. 348.
Chryſis ancilla Circes impudicæ eſt, & ipſa impudica. χρύσις i. e. aurea, ex forma nomen inditum. Haut paucas hujuſce nominis antiquas meretrices offendi. Cujuſdam Timocles meminit apud Athenæum L. 13. & Plutarchus alius, quæ amica fuit Demetrii, &c. 449.
Cinnamus diſpenſator ille eſt Trimalchionis, qui licèt ſupercilioſus ac ſuperbus, exorari tamen ab peregrinis hominibus paſſus eſt. Fors autem Cinnamus ille dictus diſpenſator (ni aliud in amiſſis detur nobis hodie latere) quòd in primoribus ſervis olim diſpenſatores cenſiti, haut ſecus atque inter fructices aromaticos pretioſum *cinnamum* habitum fuit, ſive *cinnamomum*. Romæ in priſcis ſervorum titulis: CINNAMUS. TI. CÆSARIS AUG. PRISEQUUS. NYMPHÆ CONJUGI. FECIT. p. 92.
Circe matrona nobilis eſt, famâ ob proſtitutum pudorem profligatiſſimâ, formâ autem emendatiſſimâ, de ipſius tamen toro, dum illum deperit, ſine voluptate ſurrexit Encolpius. Nullo alio profectò nomine magis decenter matronam Arbiter notaret ingenuam, & impudicam. Vtroque enim Circe exſtitit inſignis, utpote quæ diis orta, proſtitit Ææa in inſula libidini mancipata, Haut aliter quidem Vlyſſem illa pellexit, ac Petroniana Poliænon. tu confer cum ſcena nuptiarum impudicarum Circes, Librum 10 Homeri Odyſſeæ, illud verò potiſſimùm: -- Νῶϊ δ' ἔπειτα
Εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβήσομθ', ὄφρα μιγέντε
Εὐνῇ, καὶ φιλότητι, πεποίθομθα ἀλλήλοισιν.
Nos verò deinde
Lectulum meum conſcendamus, ut commixti
In lecto, & amicitiâ confidamus invicem.
Adde, quod minimè vacarit veneficii ſuſpicione noſtra etiam Circe, quod vel famula ejus Proſelenos ſaga peritiſſima teſtetur haut illibenter. pag. 449, 50. 452, 460.
Cocus Trimalchioni ad quæſita reſpondens. 179.
Conlibertus, conviva & lapidarius; Aſcylton cum Gitone objurgans. p. 212, 219.
Conviva Encolpium informans. 125.
Idem conviva & Encolpius. pag. 127. 142. *convivæ variè egreſſo Trimalchione ſermocinantes.* 144.
Corax mercenarius Eumolpi eſt, qui & tonſor, habuit namque proprium tonſorem poëta ille, uti Martialis noſter, ac plures alii. Κόραξ, *corvus* eſt, quæ avis edaciſſima. unde Plautus *Corvitare* in Caſina verbum conflavit, hoc eſt, inſtar corvorum tuburcinari, ac ſeſe ingurgitare, quæ omnis miniſterii unica cura eſt, ut ſat Comici teſtantur. Item, Κόρακξ, *uncinus* eſt, aut

annulus, quo hostium pulsatur. qui & *manus exteræ* dicuntur Lucretio in 1. haut aliter quàm bene, nam manuum, quibûs & pulsare fores solemus, munere illi funguntur. quod probè & famulo conveniet. memini equidem multis abhinc annîs me apud antiquum Scriptorem offendisse, Servitia pari ratione dominorum *munus ac pedes* indigitari. Vnde species illa proverbii nostri originem duxit, *Es mis pies i mis manos*, de sedulo nempe ac industrio famulitio usurpari solita. Ita quidem Gonsalius, sed potius est ut hunc Κόρακα eo sensu accipiamus, quo Græci γυναικοϊέρακας (*mulierum accipitres*) dicunt. Eumolpus enim dominus ejus libidinosissimus. 344. & corvi venationibus etiam idonei. Plin. l. 10, c. 43. pag. 344. 414. 507.

Echion, Ἐχίων, *notum nomen ex Cadmi historia, hîc conviva.* 150.

Embasicœtas cinædus erat vetusculus, molitor, imò tortor Encolpii, & Ascylti. Aptè enim illi cinædo impositum nomen. Nam, uti Iosias Mercerus inquit Notîs ad ultimam Epistolam Aristæneti ἐμβατεύειν idem quod ἐμβαίνειν (*ingredi, insultare*) unde Ἐμβασικοίτης, *Incubus*; quod nomen Cynædi apud Petronium. quæ rectè omnino Viro docto in mentem venerunt; nam licèt cinædi alii sint ab Incubis planè, Cinædus verò ille putus incubus eâ scenâ fuit, ut nos ostendimus ad verba pag. 67. *Quæso, inquam, domina, certè Embasicœtam jusseras dari.* Itaque jocum, quem ab eo ipse Mercerus petivit, quòd promisso scilicet Incubo repræsentaretur Cinædus, ibidem non admisimus. 62. 67.

Encolpius. Quum isthæc Satyræ species ad *mistum* genus Poëmatum referri debeat, in quo & Auctor narrat, & aliorum introducit conlocutiones (μικτὸν Græci vocant) personâ necessario Scriptum indigebat, quæ Auctoris munere fungi videretur. Ejus ergo vicem subit toto in Satyrico Encolpius. nam licet post medium compareat, ejus partes subripuisse Polyænon, ipse tamen ab Encolpio diversus censendus non est; nomen vero ille commutavit ob mimicum illud Crotone compositum figmentum. Encolpius ab ἐγκολπίζω, *insinuo.* Quod verè quidem de se potuit Petronius prædicare. callidâ enim & eruditâ morum suavitate se penitus in Potentium animos insinuare consuevit, eorumque in sinu mirâ fuit acceptus benevolentia. Planè innuunt Taciti illa verba: *Inter paucos familiarium Neroni adsumptus est elegantiæ* ARBITER, *dum nihil amœnum & molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset.* Ejusdem Encolpianæ virtutis in Satyrico etiam vestigia reliqua sunt. Eò spectat Lycæ, & Tryphænæ haut semel erga ipsum repetita benignitas vel cum capitis periculo: Circes item, & Chrysidis adfectus: ut de Gitone taceam, Quartilla aliisque. Ast in nominis hujusce significatione locum fors habet & illlud Tibulli:

Quid hoc novi est? quid ira nunciat Deûm?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente quum jaceret abditus sinu, &c.

Quo quid crebriùs Encolpio contigit cum Gitone suo. ἐγκολπίζειν vulgò est *in sinu habere.* 1. 20. 22. *It. Encolpius.* p. 73, *seqq.* Confer verò hîc Indicem.

Enothea anus est sacerdos Priapi, magáque insignis. inde *Enthea* adrisit potiùs Bourdelotio, ἔνθεοι namque & magi dicuntur. Conveniret item appellatio vetulæ sacerdoti, & vati, quippe quæ & numine adflari atque concipi soleret, quod genuinum vocis significatum. sed nihil necessum mutare; *OEnothea* enim, sive *Enothea* diphthongo contracta propritim valde adpellaretur bibacissima

cissima anicula: de quo Arbiter. pag. 497. 502. 487.

Eumolpus poëta est, ejusque sub persona adprimè poëtarum ingenium depictum. Ejus certè partes ex potioribus sunt in reliquo Satyrico. Nomen verò ei sat bene opportunum. Εὔμολπος sonat *Elegans cantor*. Sunt & in vetustis Marmoribus, quum fileam Historias, plures *Eumolpi*. p. 314. V. Indicem.

familia Trimalchioni acclamans. 195, 96. 280.

fortunata, fictum quoque vocabulum est, quod Trimalcionis uxori Arbiter dedit. Aptè nimirum, quum Trimalcio ille planè Nero sit, Vxor item liberta Acte, ut suo locò ostendimus. *Fortunatus* enim Antiquis dicebatur, Auctore Cornelio Frontone, qui cum opibus nomen accipiebat, quod mirè Actæ illi convenit; *Felix* namque, qui à natura habuit, ab ipsoque scilicet ortu. Revera autem pluribus feminis fuit & illud nomen. Vetus elogium Romanum: D. M. M. SEIO DIOGENI. FORTUNATA CONJUX. MARITO. BENE MERENTI. FECIT. Et sæpè aliàs. Fuit etiam & cognomen. sic in Inscriptione Romana: D.M. ANTONIA. FORTUNATA. FECIT. PATRONÆ. SUÆ. BENE. MERENTI. HERACLIÆ ET. SIBI. ET. SUIS. 125. *Ead. Fortunata*. 195, 96.

Ganymedes conviva. 154.

Giton frater Encolpii est ac deliciæ, totaque in Satyra perpetuus comes, si paucos dies excipias, quos apud Ascylton, siqua est amantibus fides, exulavit invitus. Pannychidis etiam fuit mimicus conjux; desiderium verò ac voluptas Quartillæ, Ascylti, Eumolpi; item Lycæ & Tryphænæ. Γείτων, *vicinus, proximus* sonat. quod verbum amoris agnoscunt Critici; senseruntque, quibus vicina contigit pulchritudo. Veram sanè scripturam ex prisci editionibus exhibuimus. 28. *Id. Giton*. pag. 219.

Habinnas Sevir Augustalis & lapidarius, Trimalchionis collega ac familiaris. 249.

Lycas Navigii dominus, Tryphænæ conjux, an & leno? ego sic censeo, sic jubet & rerum ipsissima series. Ita etiam Plautinus Leno *Lycus* dicitur in Pœnulo, hoc est, *lupus*. Mirè huc facit locus Appulei ex Apologiâ: *Domus ejus tota Lenonia, tota familia contaminata; Ipse propudiosus, uxor Lupa*. Meretrices namque Antiquis *lupæ* vocatæ, & *lupanar* locus publicus. Rectè igitur si Scorti apud Valerium nostrum nomen est Epigramm. 72 lib. 1.

Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Quæ omnia sanè præclarè congruunt Lycæ Petroniano, ejusque universæ familiæ. Simul & vera scriptura edisitur; nam varia nimis est. Sunt sæpiusculè & in Marmoribus P. ÆLIUS LUPUS, & P. ÆLIUS LYCUS, titulique haut absimiles. 358.

Niceros conviva fabulam Versipellis narrans. p. 233. *Occurrit & aliàs. nominis ratio ibi in commentariis*.

Pannychis virguncula est septennis, cujus impudicæ, & præcoces cum Gitone nuptiæ apud Quartillam celebrantur. p. 68. Nomen aptum est prorsus cuilibet meretrici. Glossæ interpretantur: Παννυχίς, *Hoc excubitus, pervigilium*. Nequitia autem, quæ latet, palàm erit cuicumque Commentum nostrum consulenti ad verba, *Quum sciatis Priapi Gemo Pervigilium deberi* [p. 58]. Arnobius lib. 5. *Pervigilia*, & *Pannychia* conjunxit. & in vetustis Inscriptionibus feminæ reperiuntur *Pannychides*; & apud Lucianum meretrices. Satyrici autem est κωφὸν πρόσωπον (*muta persona*), uti *Carpus*, pag. 125, *Menelaus*, 305, *Lycurgus*, 411, *Doris*, 457, *Gorgias*, 510. quod hic satis sit monuisse.

Phileros conviva, sic dictus à φίλος, *amicus*,

cus, aut φύλαξ, *custos*, & ἔρως, *amor*. pag. 150.

Philumene matrona illa *captatrix* est, quæ juniori ætate multas sæpe hæreditates formæ lenociniô extorserat; quum verò jam annîs confecta anus, filiorum videlicet petulantiâ antiquum morem perseverabat extendere. Φιλουμένη, *amabilis* sonat, quod de illa adolescente verè dici poterat. 506.

Plocrimus conviva, nisi legendum Plocamus (à πλόκαμος, cirri, *it.* vortex fumi) *quæ servilis appellatio nota ex lapidibus.* 244.

Psyche ancilla Quartillæ, ipsa profante pag. 47. Eidem toto Actu adsidet fidissima, nequitiarumque ejus, uti ex superstitibus reliquiis cogitare licet, nec inferior, nec invenustior æmulatrix. Ideo ab *Anima* habuit nomenclationem, quæ Græcis ψυχὴ, estque amantium compellatio mellitissima. Iuvenal. Sat. 6. 193.

— *Quotiens lascivum intervenit illud* Ζωὴ καὶ ψυχὴ (vita & anima), *modò sub lodice relictis Vteris in turba.*

Martialis lib. 10. 68.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ *lascivum congeris usque.*

Aptè ergo Amoris conjunx, deliciosissima ac formæ emendatissimæ puella, teste Fulgentio Mythologo, & Appulejo Fabulatore, PSYCHE indigitata. Vocabulum etiam verum fuit feminarum pudicarum. Lapis Romanus: DIS MANIBUS. SACR. CORNELIÆ. Q. L. PSYCHES. SER. MARTIUS. MARTIALIS. ET SPATALUS. Q. CORNELI FLACCI. DISP. CONJUGI FIDELISSIMÆ. FECERUNT. 47.

Polyænos. Idem, qui Encolpius est, nomen verò Crotone mutavit (ubi divitem orbum Eumolpum finxerunt) ut nihil suorum præteritorum facinorum fraudi mimicæ obstaret, quominus captatores possent inretiri. Nominis ratio redditur in Commentariis. p. 461. Vide etiam quæ hîc in Circe dicta.

Quartilla, non Priapi sacerdos est, potiùs victima. Carmen Ithyphallicum indicat, uti nos latiuscule in Commentis.

Quum Sacrum fieret deo salaci,
Conducta est pretio Puella parvô,
Communis satis omnibus futura &c.

Aptè ideò *Quartilla* vocata, sive, ut arbitrium est Viri Docti, *Quadratilla*, ut apud Quinctilianum *Quadrantaria*: quibus adpellationibûs eæ significantur, quæ ob quadrantem sui copiam videlicet facerent. *Quinetiam* pariter parvi pretii scortillum suspicari licet Carmine devirginato.

Deliciæ populi magno notissima circo
Quinctia &c.

Quartilla nomen Romanum est, cujus in vetustis lapidibus seges fœcunda. p. 47.

Scintilla uxor Habinnæ, amica Fortunatæ. 253. 257.

Seleucus conviva. 146.

Servus qui dispensatori vestimenta perdidit. 93. 95.

Trimalchio. Gonsalius: Trimalcio senex ille beatulus est, cujus lautitias, luxumque convivialem graphicè Petronius describit. Nomen certè ab nequam Mollitie habet. Glossæ: μαλακὸς, *Mollis*. μαλάσσω, *Subigo, Mollio.* Verè omnino, ut ex narratiunculis Satyrici constat. pag. 83. *In chiramaxio deliciæ ejus ferebantur, puer vetulus* &c. & aliàs. *Trimalcio* ergo, id est, *ter mollis.* quod nimiam ejus Mollitiem innuit, quippe Ternarius numerus indeterminatus est & multitudinem comprehendit. Plutarchus lib. 1 de Plac. Philosoph. Ἡ δὲ τριὰς, πλῆθος, ὡς, τρισμάκαρες Δαναοί (*trias multiplicat, ut terfelices Danai*). Non aspirandum igitur vocabulum esse, satis jam patet; simulque ex Neronis numismatis, quæ laudat Bourdelotius, mihi autem videre adhuc non contigit, in quorum parte

parte reversa legitur TRIMALCIO, quo mirè quidem, fides autem penes illum sit, Commentum nostrum juvatur, videlicet sub Trimalchionis persona latere Neronem. De etymologia nom. Trimalchionis, p. 80. *Idem Trimalchio.* p. 136.

Tryphæna Lycæ audit meritissima uxor. nam omnium quum foret feminarum formosissima, voluptatis nimirum causâ, & planè robustæ, huc atque illuc vectabatur à marito. Delicioſa inprimis erat femina, ac voluptuaria, quapropter illi quidem nomen obtigit sat benè conveniens. Τρυφὴ, deliciæ sunt, voluptas, ac mollities. ideo & Lucianus vocabulum id pariter meretrici dedit. Equidem autem haut invitus *Tryphena* scriberem, nam sic haut semel in prisciis hodie visitur monumentis. 358.

CATALOGVS
INTERPRETVM,

Scriptorumque Veterum ac Recentium quorum loca in his
COMMENTARIIS
vel citantur, vel notantur.

A Braham. Gorlæus.
Achilles Statius.
Acron Helenius.
Adagia Arabum.
Ado.
Ægidius Tschudus.
Ælianus.
Æschylus.
Aëtius.
Afranius.
Albinovanus.
Alcimus Avitus.
Ald. Manutius P. F.
Alphonsus Delbenius.
B. Amalarius Fortunatus Trevirensis.
Ammianus Marcellinus.
Anacreon.
Anchises ab Andla.
Andreas Alciatus.
Andr. Gail.
Angelus Politianus.
Anonymus in vita Arati.
ANONYMVS MS. I. Douſæ manui conjunctus.
ANONYMUS MS. ROMA.
ANONYMI Conjecturæ.
Emendationes.
Variæ lectiones.
Antonius Bonfinius.
Antonius Palladius.
Aphthonius.
Apicius.
Apollonii Tyrii Hiſtoria.
Appianus.
Apulejus Madaurenſis.
Apulejus Medicus.
Aratus.
Ariſtænetus.
Ariſtides Rhetor.
Ariſtophanes.
Ariſtotelis.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Aſconius Pedianus.
Athenæus.
Auctor Copæ.
Iliadis Parvæ.
Queroli.
Rhetoric. ad Herenn.
Auguſtinus.
Avienus.
Aulus Gellius.
Auſonius Popma.

B.

B *Albus.*
Baphius.
Barnabas Briſſonius.
Beatus Rhenanus.
Bernardinus Gomeſius.
Bernardin. Scardeo.
Bernardus Caſellius.
Bion.
Biſciola.
Brodæus.

C.

C *Ælius Aurelianus.*
Calixtus Papa.
Callimachus.
Calpurnius Poëta.
Carolus Paſchalius.
Caſp. v. Gaſp.
Catalecta Veterum Poëtarum.
Catholicon Balbi.
Cato.
Catullus.
Cenſorinus.
Chariſius.
Chryſologus.
CHRISTOPHORVS RICHARDVS,
Cicero.

Cicero.
CLAUDIUS BINETUS.
Claudius Puteanus.
Claudius Salmasius.
Clemens Alexandrinus.
CODEX PETRONII *MS. TRAGVRIENSIS.*
Parisiensis.
Tilianus.
Vetus.
Colvius.
Columella.
Commodianus.
Constantinus Cæsar, qui Cassianus Bassus.
Conradus Heresbachius.
Conradus Rittershusius.
Cornelius Celsus.
Cornelius Nepos.
Corpus Civile.
Cruquius.
Crusius in Ann. Suevic.
Curius Fortunatianus.
Curtius Pichena.
Cyprianus.

D.

Daniel Heinsius.
Demetrius Apamæus.
Demosthenes.
Didacus Covarruvias.
Dio Cassius.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dionysius Halicarnassæus.
Dionys. Lambinus.
Dioscorides.
Donatus.
Dositheus.
Dracontius.

E.

Ennius.
Ennodius.
Epictetus.
Erasmus Roterodamus.
Erricus Memmius.
Eucherius Episcop. Lugdunens.
Euclides.
Eugraphius.
Euphorion.
Euripides.
Eustachius Eroticæ scriptor, qui & Eumathius in m. s.
Eustachius Homeri Interpres.

F.

Fabius Pictor.
Famianus Strada.
Festus Pompeius.
Firmicus.
Flavius Vopiscus.
Floridus Sabinus.
FRANCISCUS DANIEL.
Francisc. Iuretus.
FRANCISCUS PITHOEUS.
FRIDERICUS LINDENEROGIUS.
Fulgentius Calpurnius in continent. Virgil.

G.

Galenus.
GASPAR BARTHIUS.
GASPAR SCIOPPIUS.
Gellius.
G. Canterus.
GEORGIUS ERHARDUS assumpto nomine, Michaël Caspar Lundorpius verum.
Georgius Fabricius.
G. Sabinus.
Gerard. Ioan. Vossius.
GERMANUS COLLADONIUS.
Germ. Valens Pimpontius.
Gesnerus.
Glossarium Danielis.
Floriacense.
Isidori.
Philoxeni.
H. Stephani.
Vetus.
Goropius Becanus.
Gratiosus Epidaurita.
B. Gregorius Nazianzenus, dictus Theologus.
Gruteri Inscriptiones.
Guilielmus Budæus.
Guil. Choulius.
Guil. Dupeyratius.
Guil. Tyrius.
Gutenstenius.

H.

Hadrianus Iunius.
Hadrianus Turnebus.
HADRIANUS VALESIUS.
Hegesander.
Helias Putschius.
Hel. Vinetus.
Heliodorus.

Henricus Bebelius.
HENRICVS STEPHANVS.
Heraclides Tarentinus.
Hericus Altißiodorenſis.
HERMANNVS BVSCHIVS.
Heſiodus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hieronym. Groſlotius Liſlæus.
Hieron. Magius.
Hieron. Mercurialis,
Hieron. Rubeus.
Hieron. Ruſcelli.
Hipparchus in Arat.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.
Hoſpinianus.
Hyginus.

I.

IAcobus Auguſtus Thuanus.
IACOBVS BONGARSIVS.
Iacob. Cujacius.
Iacob. Dalechampius.
Iacob. Durantius Caſellius.
Iacob. I. N. Sceghkius.
Iacob. Rævardus.
Ianus Boiſſardus.
IANVS DOVSA P. MS. & editus.
IANVS DOVSA F.
Ian. Guiljelmus.
Ian. Laurenbergius.
Ian. Mellerius Palmerius.
Ian Parrhaſius.
Ian. Rutgerſius.
Inſcriptiones Gruteri.
Interpres vetus Perſii.
Ioannes Alexander Braſſicanus.
Ioannes Auratus.
Ioannes Baptiſta Pius.
Ioann. Bernartius.
Ioann. Borcholten.
IOANNES BOVRDELOTIVS.
IOANNES CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS.
Io. Cuſpinianus.
Io. Evangeliſta.
Io. Gronovius.
Io. Kirchmannus.
Io. Iſaac. Pontanus.
IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS.
Io. Paſſeratius.
IOANNES PETRVS LOTICHIVS.
Io. Philippus Paræus.
Io. Richardus.
IOANNES SAMBVCVS.
Io. Saresberienſis.
Io. Savaro.
IOANNES SCHEFFERVS.
Io. Smetius.
Io. Steinbergius.
IOANNES TORNÆSIVS.
Io. Weitzius.
IOANNES à WOVWEREN.
Ioachimus Camerarius.
Ioachim. Mynſingerus.
Ioſephus.
IOSEPHVS ANTONIVS GONSALIVS DE SALAS.
IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER.
Ioſias Mercerus.
Ioſ. Simlerus.
Iſaacus Caſaubonus.
Iſidorus.
Iulius Alexandrinus.
Iulius Capitolinus.
Iul. Pollux.
Iul. Severianus.
Iunius Philargyrus.
Iuſtinus.
Iuſtus Lipſius.
Iuſtus Rycquius.
Iuſt. Zinzerlingus.
Iuvenalis.

L.

LAberius.
Lactantius
Lampridius.
Latinus Pacatus.
Laurentius Pignorius.
Laurent. Ramirez.
Leontius Mechanicus.
Leont. Mythographus.
Levinus Lemnius.
Lexicon Vetus.
Licetus.
Lilius Gregorius Gyraldus.
Livius.
Lubinus.
Lucanus.
Ludovicus de la Cerda.
Ludovic. Demontioſius.
Ludov. Dorleans.

Lucia-

Lucianus.
Lucilius.
Lucillius.
Lucretius.
Lucta tius Placidus.
Ludov. Vives.
Luisinus.
Luxurius poëta.
Lysias Orator.

M.

Macrobius.
Manilius.
Mamertus Patissonius.
Marcilius, *Horatii interpres.*
Marcus Antonius Muretus.
Marcus Cato.
Marcus Evangelista.
Marc. Velserus.
Marc. Zuerius Boxhornius.
Mariangelus.
Marinus Neapolitanus.
MARINUS STATILIUS MSus.
Marin. Victorinus.
Martinius.
Matthæus Evangelista.
Matthæus Raderus.
Martialis.
Martianus Capella.
Martinus Schoockius.
Maximus Tyrius.
Melchior Haiminsfeldius Goldastus.
Menander.
Menavinus.
Meursius.
Michaël d'Angelo.
MICHAEL CASPAR LUNDORPIUS.
Michaël Piccartus.
Moschus.
Minutius Felix.
Musæus.
Mylius.

N.

Nævius.
Natal. Comes.
Nicephorus Calixtus.
Nicetas Chomates.
Nicolaus Fabricius Peirescius.
Nicolaus Heinsius.
Nicol. Rigaltius.
Nonius.
Nonnus.

O.

Obertus Gifanius.
Octavius Ferrarius.
Onosander.
Orpheus.
Ovidius.

P.

Pacuvius.
Palladius Fuscus.
Pancirola.
Papias.
Parrhasius.
Paulus Ægineta.
Paulus Diaconus.
Paul. Merula.
Pausanias.
Persius.
Petronius.
Petrus Bayrus.
Petrus Bellonius.
PETRUS DANIEL.
Petr. Faber.
Petr. Gregorius.
Petr. Guirandus.
Petr. Perenonnius.
PETRUS PYTHOEUS.
PETRUS SCRIVERIUS MS. & editus.
Petr. Victorius.
Persius.
Pflugius.
Phavorinus.
Philander.
Philippus Rubenius.
Philostratus Lemnius.
Phlegon.
Phornutus.
Phrynicus.
Pierius Winsemius.
Plato.
Plautus.
Plinius Cæcilius Iunior.
Plinius Secundus Major.
Plutarchus.
Politianus.
Pomponius Mela.
Pomponius Sabinus.
Porphyrio Hor. Interp.
Porta.
Priapeja.
Probus in Virgil.
Procopius.

Propertius.
Prudentius.

Q.

Q Vintilianus.
Quintus Septimius Florens Christianus.
Quintus Serenus.

R.

Renatus Moreau.
Rhodiginus.
Romulus Amasæus.
Rosinus.
Rutilius Lupus.

S.

Salvianus.
Sallustius.
Sappho.
Scholiastes Apollon.
Aristoph.
Iuvenal.
Nicandri.
Theocriti.
Scipio Gentilis.
Scribonius Largus.
Sebastian. Castalio.
Senecæ ambo.
Serenus Sammonicus.
Servius.
Sextus Empiricus.
Sidonius Apollinaris.
Sigonius.
Silius.
SIMON ABBES GABBEMA.
Sirmondus.
Sisenna.
Solinus.
Spartianus.
Steewechius.
Stobæus.
Strabo.
Suidas.
Symmachus.
Synesius.
Symphosius sive Symphosianus, Interpr Apollonii Tyrii.
Suetonius.
Suidas.

T.

Tacitus.
Terentian. Maurus.
Terentius.
Tertullianus.
Theodoretus.
Theodorus Wybinga,
Theophrastus.
Thomas Dempsterus.
THOMAS REINESIVS.
Tibullus.
Titus Popma.
Torrentius.
Trebellius Pollio.
Tryphiodorus.
Turpillius.
Tzetzes.

V.

Valerius Maximus.
Variorum Observationes.
Varro.
Vbbo Emmius.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Viglius Zwichemus ab Aita.
Virgilius.
Vitruvius.
VRSINVS. I. H.
Vsuardus.

W.

Wolfgangus Lazius.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.

Z.

Zehnerius,
Zenobius.

TIT

TITI PETRONII ARBITRI, EQVITIS ROMANI, SATYRICON.

TITI PETRONII ARBITRI] Ita legit Lambinus Comm. ad Lucret. lib. IV. In vulgatis quibusdam editionibus legitur, C. PETRONII AREITRI. Apud Scaliger. in Catal. C. PETRONII ARBITRI AFRANII. I. Lipſ. ad lib. XVI Ann. Tac. c. XVIII. *De C. Petronio*] *Quem viri Docti eum cenſent, cujus fragmenta hodie puriſſima impuritatis. De quo etiam delibero : ſicut & de prænomine, quod apud Plin.* lib. XXXVII, c. II *Titus eſt itemque Plutarch. in libello* Πῶς ἂν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου; *Quomodo poſſit adulator ab amico dignoſci ?)* Loqui eos de hoc eodem, res indicio eſt. Plinii verba : *Titus Petronius Conſularis moriturus, invidiâ Neronis Principis, ut menſam ejus exheredaret, crullam murrhinam ccc. H-S. emptam fregit.* Plutarch. ἢ τοὺς ἀσώτους καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ὑπαιδρίαν ἀνειδίζωσιν, ὥσπερ Νέρωνα, Τίτῳ Πετρωνίῳ (*Aut cum luxuriosis & ſumptuoſis tenuitas & ſordes exprobrantur, ut Neroni fecit T. Petronius*). Lambinianam lectionem ut veriorem, comprobat Goldaſtus. *Georg. Erhard.* Petronius alius, cujus Tacit. meminit lib. XIV, & XV, eſt *Petronius Turpillianus.* Sic enim apud ipſum legendum eſt lib. XV Ann. ex Pl. Eum vero non ſub Nerone, ſed ſub Galba periiſſe certum eſt ex lib. I Hiſt. *Petr. Pythœus.*

SATYRICON] De Satyra appoſitè Ioſ. Ant. Gonſalius in præmiſſis Præludiis. quæ hic duobus non amplius verbis complecti lubet. *Satyra* vel eſt *Luciliana* in mores invehens, vel *Varroniana* res varias vario ſtylo condiens : illa *ſatyra*, hæc *ſatira* vel *ſatura*. Ger. Io. Voſſius in Etymol. Vtrumque in noſtro concurrit. Gonſalius, & Georg. Erhardus, ſive Michaël Caſpar Lundorpius. *Sidonius Apollinaris lib.* 8 *epiſt.* 11. *Nunc flammant Satyræ* --- & libro I epiſt. ult. *Pæonius exarſit, cum Satyricus ille morſum dentis igniti impreſſerat.* Ennius Satyr. lib. 3.

Enni Poëta ſalve, qui mortalibus
Verſus propinas flammeos medullitus,

id eſt, mordaces & Satyricos. Siſenna lib. 2. *Non dignus in quem debeam Satyram calente vi adingerere.* Interpres Iuvenal. *Lucernam dicit, quia Satyrici ad omnium vitia quaſi lucernam admovent, & ut adurant, & ut oſtendant crimina,* &c. Erhardus, ſive Lundorpius. Satyricon verò hoc Petronii in libros plures diſtributum fuiſſe, ſatis magno nobis argumento eſt veteris Gloſſarii fiducia, quod apud literatiſſimum antiquæ fidei cuſtodem Petrum Danielem in publicos potius, quam privatos uſus ſervari intelligo. Inde enim ſic quaſi ex aumario deprompta feſtiva illa ablectiſſimorum Fragmentorum ſymbola. Vbi inter cætera & hoc exemplum ſub Satyrici illius

ſpicilegii exodium Petronianis amatoribus occurrit: *Excelſiſſ. dicitur à Petronio in* 1 *Sat.* Vnde manifeſtum, hoc opus certo librorum ordine diſtinctum fuiſſe. *Ian. Douſa. P.* Quin & in veteri Gloſſario S. Bened. Floriacenſis habetur hic locus deſumptus è Petronio Arbitro l. xv. *Sed video in totum in illa hærere tabula, quæ Trojæ haloſin oſtendit.* P. Daniel. Quod ex Petronii Satyrico habemus, mera excerpta ſunt alicujus ſtudioſi, qui, quæ ad guſtum ſuum in illo auctore invenerat, eodem quo opus legebat ordine, Adverſariis ſuis commendavit ac commiſit. Qui putant, à monachis ſic eviratum eſſe, vehementer errant. Qualis hæc caſtratio foret, quæ, reſectis à reliquo corpore membris, vel potius ipſo corpore abjecto, ſolas pudendas partes reliquiſſe videatur? Certe quæ deſiderantur, vix videri poſſunt ſalaciora ac nequiora fuiſſe his quæ relicta ſunt. Imo iſta nullam procacitatis & protervitatis ὑπερβολὴν (*exſuperantiam*) vel ipſis lenonibus uſurpandam reliquam faciunt. *Claud. Salmaſius.* Omnium maximè convincit, Satyricon Petronii in complures libros fuiſſe diſtinctum, Rubrum codicis Dalmatiæ Tragurienſis, Româ cum omnibus ſcripturarum compendiis Amſtelodamum à Cl. viro Ioanne Lucio miſſi, protographo ibidem Romæ apud Nobiliſſimum Laurentium Grimaldi Bononienſem familiarem Legati Veneti reperiundô, quæ talis:

PETRONIVS ARBITER.

PETRONII ARBITRI SATYRI FRAGMENTA, EX LIBRO QVINTODECIMO ET SEXTODECIMO.

Cum alio genere furiarum &c.

NVm alio genere [1] furiarum declamatores inquietantur? qui clamant, Hæc vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam [2] ſucciſi poplites membra non ſuſtinent. Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam

1. *furiarum*] *Furiis agitari* dicuntur, qui nihil ordine faciunt, & qui flagitiorum conſcientia parum apud ſe ſunt. Feſtiviſſimum eſt hoc, quod in Græcis Epigramm. dicitur, *quoſdam non jam à Muſis, ſed à Furiis prorſus agitari.* Sunt enim, ut ille dicit, μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὁμοῖαι (*Non omnis furor idem*). De furiis impiorum eleganter ſcribit Cicero pro Roſcio Amerino, in Piſonem, & lib. 1 de LL. Vnde toties Plut. ἐπιθάνεια τῶν ἐριννύων (*mors imminens à Furiis*). & ὑπὸ ἐριννύων οἰστρηλατηθεῖς (*Furiarum æſtro percitus*). Heliodorus Æthiop. α'. Ἐριννύες ἤλαυνον (*Erininyes agitabant*). Eurip. Iphigenia, in Tauris; περιπολῶν οἴστροις ἐριννύων (*ſtimulis agitatus Erinnyum*). Ovid. lib. x de Myrrhâ. & Suet. Nerone c. XXXIV. *Io. Al. Braſſican*

2. *ſucciſi poplites membra non ſuſtinent*] Paull. ex Feſti lib. XVII. *Suppernati dicuntur, quibus femina ſunt ſucciſa in modum ſuillarum pernarum.* Ennius *His pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni.* Loquitur Ennius de clade Cannenſi: nam à ſuperbo Pœno perna vel femina ſunt ſucciſa in quibus vitæ quid animadvertebatur. Livius lib. XXII ſcribit, *quoſdam jacentes vivos, ſucciſis feminibus poplitibuſque, poſt cladem Cannenſem fuiſſe inventos.* Valer. Max. lib. IX, c. II notat, *Annibalem captivos Romanos oneribus & itinere feſſos, infima pedum parte ſucciſa reliquiſſe.* Reſpicit eo Petronius hic. *P. Merula*

1. tu

tiam ituris viam facerent : nunc & rerum [1] tumore, & [2] sententiarum vanissimo strepitu, hoc tantum proficiunt, ut [3] quum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. [4] Et ideo ego adulescentulos existimo

1. *tumore*] *Abundantia.* Glossarium Petronianum Ioann. Bourdelotii Notis criticis, ad Petronium subiunctum, à Rutgero Hermannide, editionis A. 1663. Erhardus : *tumor.* Grande dicendi genus, falsa sublimitatis specie blandiens.

2. *Nunc & sententiarum vanissimo strepitu*] Alibi, *An audirem sententias, id est, vitrea fracta & somniorum interpretamenta.* Quintil. l. 9, c. 5, *Lumina præcipue in clausulis posita sententias vocamus. Quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent.* Hieronymus ad Pammach. *More puerorum argutas sententiolas in clausulis struis.* Idem ad Nepotianum : *Ne à me quæras pueriles declamationes, sententiarum floscules, & per fines capitulorum acuta quædam breviterque concluſa.* Ioan. à Wouweren. *Sententiarum strepitus*, inanes sententiæ, vana commenta. *Glossarium Petronianum.*

3. *quum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos*] Senec. lib. 11 Controv. in proœm. *Velut ex umbroso & obscuro prodeuntes loco claræ lucis fulgor obcæcat : sic istos à scholis in forum transeuntes, omnia tanquam nova & inusitata perturbant.* Idem lib. v Contr. *Portius Latro, cum pro reo Rustico Pontio in Hispania diceret, usque eo confusus fuit, ut à solœcismo inciperet, nec antea potuit confirmari, jam parietes desiderans, quam impetraret, ut judicium ex foro in basilicam transferretur. Vsque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicata enutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant.* Sim. Abb. Gabbema. Aliàs *declamatio*, in vero suo usu, exercitiis fictis ad res quascunque serias præparatio est, & perfecti imago. Quintil. l. 1, c. 10, Glossar. Petronian. forensium actionum meditatio. Quintil. l. 4, c. 2. Io. à Wouweren: Eumenius Rhetor. *Neque enim tantum me aut negligentia, aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit, inter hanc aciem fori & nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas. Ibi armantur ingenia, hic præliantur; ibi præludio, hic pugna committitur.* Accessere ad hoc exercitationis genus personæ principes. Suetonius Nerone c. 10. Spartian. Severo, Capitolinus Gordiano : *In Athenæo controversias declamavit.* Cicero 1 Tusc. quæst. *Declamitabam causas*; lib. 9 Epist. ad Pœtum : *Hirtium & Dolabellam discendi discipulos habeo, cænandi magistros. Puto te audisse illos apud me declamare, me apud illos cænare.* Hos innuit Seneca Controvers. proœm. *Potuissem audisse* (Ciceronem) *in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos*, cujus judicium fecit Sueton. L. de Claris Rhetor. Cicero Bruto : *Commentabar declamitans cum M. Pisone, aut cum aliquo quotidie*, hinc *quotidiana declamatio.*

4. *Et ideo ego adulescentulos existimo in scholis stultissimos fieri*] Georg. Erhardus : Quia consueta fastidiuntur, diversa à forensi rerum usu tractantur, imo ad mera nugamenta antiquitatum & sophismatum deflectitur. Nonne enim & hodie disputationes nostrorum Academicorum, pari eodemque modo juvenum animos ad magna surgentes deterunt atque corrumpunt? *Ne in sutoria quidem*, inquit Cæselius, *magister tyronem ferat sibi obloquentem; quin dicto sibi audientem esse jubet : interrogandi forte ei potestatem faciat, si humanior sit. In paulo honestioribus, diu docent, diu exercent alumnos; nec iis judicii partes infimas permit-*

existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, aut audiunt, aut vident; [1] sed piratas cum catenis in litore stantes, & tyrannos edicta scribentes,

tunt; ubi tamen in sensus incurrunt omnia. Pythagoras idem fecit. Hinc disputationes tyronum non minus ridiculæ videntur, quam instructa acies gruum & Pygmæorum, de qua Poëta fabulantur: ac male novitiis consulunt, qui eos in aciem disputationum collocant, quasi egregia facinora designaturos, qui nec clypeum tenere, nec hastam vibrare, ac ne pedibus quidem firmiter consistere valeant. in Prodidascalo: ubi per omnes artes progrediens docet, de qua paucis possit disputari, idque tantum inter seniores. Declamatores quoque nostri juveniles, nonne eundem errorem cum antiquis istis Petronianis errant? Videte mihi themata Magistrorum & Scholarium exercitia, in quibus nihil fere ex iis, quæ in usu habemus, aut legitur, aut videtur, aut auditur. In Logicorum sive Dialecticorum λεπτολογίας (hoc est Ramistarum syllogisticationes) & scholasticorum Doctorum *ineptias*, quib. generosa ingenia velut pestilenti quodam sidere afflaverunt, jam olim scripsit Felix Faber Monachus Dominicanus Histor. Suevor. l. 1, c. XI. ubi inter cætera: *Vniversitatibus* inquit, *nostris Oratoria & Poëtica penitus incognita est, & omne studium juvenum in elenchis est vanisque cavillationibus. Sic periit à nobis ornata oratio, & abundat vana & sterilis cavillatio, qua nihil solidum, nihil delectabile, nihil verum apparet, etiamsi sit verissimum.* De Criticorum levibus atque inanibus studiis, quibus ludibria quædam excitando hoc tantum proficiunt, ut cum anni ad tesseram venerunt, nullam ad rem bonam apti atque idonei habeantur. Dequo hominum genere non injuria illud Ciceronis de Amicit. usurpavero: *nihil altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, atque contemptam.* Porro de prava Scholasticorum & Ludimagistrorum institutione, quam hoc loco Petronius perstringit, eleganter agit Goldastus in Notis ad Hieroclis Ἀστεῖα (*Vrbana*), quem consule.

1. *sed piratas cum catenis in litore stantes*] Seneca lib. 1 Contr. 11. *Non est credibile temperasse à libidine piratas omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lusus est, simul terras ac maria latrocinantes, quibus in aliena impetus per arma est, jam ipsa fronte crudeles, & humano sanguine adsuetos, præferentes ante se vincula, & catenas, gravia captis onera.* S. A. Gabbema. *cum catenis.* Fuit non modò Barbaris, sed Romanis frequens catenarum usus. Quæ profectionis bellicæ comites. Quod ostendit Horatius scribens ad Iccium lib. 1 Od. cum Cajo Augusti filio, in Arabiam proficiscentem, ut arbitror:

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis, & acrem militiam paras,
Non antè devictis Sabæa
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas. ---- Et ille Iccius inter libertos Agrippæ, aut procuratores. Nam idem Poëta:

Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis, Icci.

Ideoque Caium Agrippæ filium sequebatur euntem in Arabiam. Idem Horat. lib. 11 Od. XIII.

Miles sagittas & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus & Italum
Robur. ---- D. Hieronymus ad Pammachium. *Hic barbarum litus fuit, hic diabolus pirata cum sociis, portat vincula capiendis.* Illæ autem catenæ collo, brachiis retortis, manibus, & pedibus injectæ. De *collo*, Tibullus,

Libera Romana subjecit colla catena.

De

bentes, quibus imperent filiis, 1 ut patrum suorum capita præcidant; sed 2 responsa in pestilentiam data, 3 ut virgines tres aut plures immolentur; sed 4 mellitos verborum globulos, & omnia dicta, factaque quasi 5 papavere & sesamo sparsa. Qui inter hæc nutriuntur, non

De *brachiis*, Horat. III Carm. v.

--- Vidi ego civium
Retorta tergo brachia liberô.

De *manibus*, Pedo ad Liviam:

Aspiciam, regum liventia colla catenis,
Duraque per savas vincula nexa manus.

Et Tibullus lib. I Eleg. VII etiam de *brachiis* scribit:

--- Novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta duces.

De *compedibus*, Tacitus, Florus, alii. *Ludov. Dorleans.*

1. *ut patrum suorum capita præcidant*] *Lex erat Sardoa*, inquit Ælianus lib. IV, c. I var. Hist. *ut filii patres, jam senio confectos fustibus caderent, & interemptos sepelirent: absurdum arbitrantes esse, si delirus senex ulterius in vivis agat, eo quòd sæpissime in fraudem peccatumque impellatur corpus senectute grandæva maceratum.* S. A. Gabbema.

2. *responsa in pestilentiam data*] Cicero lib. I de Divinat. *Ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quarum ex habitu, atque ex colore cum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi: nonnunquam etiam, quæ sit sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.* Quintilianus lib. II, c. X. *Sint ergo & ipsæ materiæ quæ fingentur, quàm simillimæ veritati: & declamatio in quantum maximè potest*, &c. *Nam magos, & pestilentiam, & responsa, & saviores tragicis novercas, aliaque magis adhuc fabulosa, frustra inter sponsiones & interdicta quaremus.* Gabbema.

3. *ut virgines tres aut plures immolentur*] Quintilianus Declamat. CCCLXXXIV. *In pestilentia responsum est, virginem immolandam. Sorte ductam pater virginem negavit. Magistratus immolavit: non finiebatur pestilentia: itemrum sortiti sunt: altera immolata est: sedata est pestilentia.* Idem Declam. CCCXXVI. *Qui pestilentia laborabant, miserunt legatum ad oraculum petendum. responsum est filium ipsius immolandum esse.* Idem.

4. *mellitos verborum globulos*] Eleganter à gustu ad auditum suavitas mellis trahitur. *Gasp. Barth. Mellitos*, i. suaves, dulces. Aristoph. Avib. μελιγλώσσων ἐπέων, i. *mellitorum carminum*, ut Horat. dixit, *poëtica mella*, & Tertull. de Anim. *mella facundiæ.* ad quam conditionem μελίφρως κύκνος *(melleum sonum edens cygnus)*, & μελίχρως Σοφοκλῆς *(mellei coloris Sophocles)* in Epigrammat. appellantur. μελίφθογγοι, qui voce sunt mellita ac dulci. γλυκυμειλίχιος, dulcissimus. Homer. Iliad α de Nestore:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
(Cujus ab ore thymum redolentia verba fluebant.)

Cicero de Senect. *Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio.* Quos Petronius *mellitos globulos*, Cic. lib. I ad Attic. ep. XIV dixit ληκύθους, quasi dicas uncta verba & oleo sparsa. & nescio quis ληκύθους λόγων *(lecythos verborum)*. *Lundorpius. Globuli*, placentulæ erant ab orbiculari figura sic vocatæ. *Muretus. Animadvertit* Turnebus, *veteres in omni dulciario opere solitos esse uti melle, ut nos saccharo.* Gabbema.

5. *papavere & sesamo sparsa*] Sesamum, principem locum inter bellaria obtinuisse, ex hoc Petronii loco, Athenæo, & Polluce notum est. Nec papaver postremum locum, inter condimentarias herbas obtinebat Muretо auctore. Ideo cum aliquid studio-

non magis ſapere poſſunt, quam, bene olere, qui [1] in culina habitant. [2] Pace veſtra liceat dixiſſe, primi omnium eloquentiam perdidiſtis. [3] Levibus enim atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis, ut corpus orationis enervaretur, & [4] caderet. Nondum juvenes

ſe politum ſignificare vellent, σησαμοειδὲς (*ſeſami frumenti Indici ſpeciem, ſeu dulcedinem referens*), & papavere ac ſeſamo ſparſum dicebant. Iſ. Caſaubon. Animad. in Athen. l. III, c. XXVII. Plaut. Pœnul. I, II, CXIV.

A G. *Obſecro hercle ut mulſa loquitur?*

M I. *Nihil niſi laterculos, Seſamum, papaveremque, triticum, & fictas nuces.*

Petronius infra de cœna Trimalchionis: *Glires melle & papavere ſparſos.* Idem.

1. *in culina habitant*] Sic & editiones Io. Tornæſii, Ia. Douſæ, aliorumque, ac codex MS. Tragurienſis. Claud. Salmaſius: *Haud melius olere poſſunt, quam qui in coriaria habitant*; vulgo edunt: *in culina habitant.* culinam ſcio multis non male olere. at veteres libri legunt: *in coria*; pro *coriaria*, ἐν τῷ βυρσοδεψείῳ. Gloſſar. Petronianum: *culina.* Notæ ſunt culinariæ ſordes ex pinguedine, aliisque purgamentis.

2. *Pace veſtra liceat dixiſſe, primi omnium eloquentiam perdidiſtis*, &c.] *Pace veſtra.* Formula, qua utebantur veteres, cùm quid veniâ alicujus vellent dicere. Ea uſi ſunt Plautus, Terentius, Cicero, Tibullus, Propertius, alii. *Gabbema* in editione poſteriore, ſeu fragmento potiùs, non enim opus ad finem perductum; editio prior, cujus nos lectionem & textum exhibemus Anni eſt 1654, Trajecti ad Rhen. In hoc Gabbemiano fragmento, quà exegeſin, non pauca mutata, interpolata, ut fit, quæ hîc in Notis non negliguntur. Ioan. à Wouweren: *eloquentiam perdidiſtis*, &c. Quintil. l. XI, c. 10. *Eo quidem res iſta culpâ docentium recidit, ut inter præcipuas, quæ corrumperent eloquentiam cauſas, licentia atque inſcitia declamantium fuerit.* Sic verò Iul. Scalig. leg. ex vet. cod. *primi omnium*, pro priori, *p. omnem. Primi omnium*, habet & cod. Tragur.

3. *Levibus enim atque inan. ſ.*] Omnino alluſum ad proverbium: *Fluctus in ſimpulo excitare.* Scaliger. *Io. à Wouweren.*

4. *caderet*] Senec. Controverſ. 9. *Præmium pulcerrimæ rei cecidit.* Lactant. l. 4, c. 1. *In totum ſapientia ceciderat.* Ge. Erhard. Idem, & ex eo Gloſſ. Petron. *Cadere* dicuntur omnia, quæ ab ordine & conſtantia vacillant, aut degenerant. Ia. Douſa: *ut corpus orationi caderet.* Sic & de Aſiatica iſta tolutiloquentia Octavianus Cæſar; cujus univerſam prorſus dictionis imaginem (quantum ex ejuſdem fragmentis eſt conjectare) à Petronio poſſideri, jam pridem ſatis acceptum eſt mihi, Scribit igitur ille in quadam ad M. Antonium epiſtola (Suetonium auctorem ſequor) ludens malum & inconſtans in eligendo genere dicendi ingenium ejus: *Tuque dubitas Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitandi ſint tibi? ita ut verbis quæ C. Salluſtius excerpſit ex originibus Catonis utaris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?* Quibus mox ſuccinit Arbiter, inquiens: *Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigravit, animoſque juvenum ad magna ſurgentes veluti peſtilens quodam ſidere afflavit.* Cæterum, quod dixi, Petronianum ſcribendi genus ac Octavianæ dictionem ſimilitudinem examuſſim mihi conformatum videri,

[1] juvenes declamationibus continebantur, quum Sophocles, aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui. Nondum [2] umbraticus doctor ingenia deleverat,

deri, neminem demiraturum arbitror, qui Suetonianum illud de Augusto Principe testimonium memoriter commeminerit satis: *Genus eloquendi sequutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (ut ipse dicit) fœtoribus. Præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere: quod quò facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque præpositiones verbis addere, neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detracta adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent.* Quæ quidem omnia ita graphice, & quasi ad verum Petronianam nobis orationem ob oculos repræsentant, ut nisi de Augusto ea memorata esse constaret nobis ex Historicæ fidei auctoritate, in alium potius neminem quam in Arbitrum nostrum convenire ex animi sententia jurati asseverare possimus. Hucusque *Dousa.*

1. *Nondum juvenes declamationibus continebantur*] In eos invehitur, qui adolescentum studia umbræ prædoriquæ scholastico addita, ab iis rebus abstrahebant, quorum usus erat in publico. Itaque inducit exempla eorum, qui citra scholas illas declamatorias, ad summam Eloquentiæ venerunt. Sed quid sibi vult in hac sententia verbum *continebantur*, quid est, *contineri juvenes declamationibus?* An erupturi erant velut viperæ, aut non potius laudi est hæc vox scholasticis hoc loco, quàm, quod volebat Petronius, dedecori? Latere aliquid non vulgare hoc verbo, ego semper ratus sum; licèt probissimus doctissimusque Rittershusius emendatum iret, *conterebantur.* Si verbis audacia detur, minimè trito egregiam tamen Latinam simul linguam & Petronium verbô, augeremus non inviti: id veniat. ductum à *tineis*, sitque fictum ad faciem, τῷ *collutulare*, & talium, scriberemus verè: *Nondum juvenes declamationibus continebantur.* hoc est, in tineas pædoremque dabantur. Quod indicatum tamen, non firmatum aut statutum volumus, novitate sine exemplo territi, judicium esto penes literatos: iis si crudum videbitur, age malint scribere, *contendebantur.* quod aptissimum sententiæ, licet literis mutatis audacius. *Eustathius Swartius. continebantur.* i. e. *detinebantur, exercebantur.* Gloss. Petron.

2. *umbraticus doctor*] *i. e. scholasticus, qui in umbra sub tecto vitam agit.* Gloss. Petron. Gravissimus Annalium auctor Tacitus lib. XIV Ann. c. XIII. *Studia, ut sic dixerim, in umbra educata* Per umbram, scholam declamatorum intelligit. *Curt. Pichena.* Plinius lib. IX Ep. II. *Volumus scholasticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere.* Apud Plautum in Curcul. IV, III, XXIII *umbraticus* sumitur pro homine urbano & in umbra degente, opponiturque militari, qui plurimum in castris sub Iove frigido degit. Iuvenal.

---- *genus ignavum qui tecto gaudet & umbra.*

Idem Satyr. 7.

Ad pugnam qui Rhetorica descendit ab umbra.

Columella d. R. R. lib. I. *Eos qui sub umbra civitatis intra mœnia desides cunctarentur.* Sic Trucul. Plaut. II, VII, XLIX miles vituperans urbanum amatorem vocat,

mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam. Gabbema.

Idem in edit. posteriore: *umbraticus doctor.* i. propriè Scholasticus, qui

leverat, quum [1] Pindarus, novemque Lyrici Homericis versibus canere [2] timuerunt. Et ne poëtas quidem ad testimonium citem, certe neque Platona, neque Demosthenem ad hoc genus exercitationis accessisse video. [3] Grandis, &, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa,

in umbra sub tecto & inter tectum discipulos exerceret, hos ita appellabant in oppositione eorum, quibus olim juventus Romana præceptoribus, nimirum optimis oratoribus in ipso foro sub dio utebatur, & pugnare in prælio discebat, ut loquitur Dialogus de caussis corruptæ Eloquentiæ, cap. XXXIV.

1. *Pindarus novemque Lyrici*] Senec. Ep. XXVII. In Hygini vero Mythol. nudum lemma: *Septem Lyrici*. quod falsum est. Ausonius gripho Ternarii numeri:

Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum.

Wouweren. Lyricorum princeps cluit *Pindarus*. Reliqui sunt: *Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibycus, Anacreon, Bacchylides, Simonides, Alcman*, quorum fragmenta manibus doctiorum teruntur. Quidam addunt *Corinnam*, quæ fuit poëtria. *Gabbema.* Hic quæruntur viri docti, quomodo *Pindaro* nominatô *novem* tamen *Lyrici* sint? Tentat conciliare G. Barthius lib. XLIV, cap. VI. Gonsalius decimam *Lyricam* indagavit, sed simplicissima & verissima explicandi ratio hæc est. Rotundum numerum positum pro exacto & subtili, ut solet; quod genus adeo amatum veteribus, ut etiam interdum, cùm sodalitii alicujus mentio fit, etsi unum nominando eum è reliquorum numero excerpsisse videantur, postea tamen universum collegii numerum ita ponant, quasi & is, quem excerpserant, includeretur, sicuti in hoc Petronii. ita ut Seneca lib. V de Benef. cap. XVI. *Cnejus Pompejus dum extraordinaria concupiscit imperia, dum provincias ut eligat distribuit; dum ita Triumviris Remp. dividit, ut tamen in sua domo duæ partes essent.* Vbi Gruterus: *dum ita cum tertio Remp.* Lipsius: *Dum ita Triumvit Remp.* Sed *Triumvirs.* id est *Collegio suo.* quod ipsum, Cæsarem, Crassum continebat. Prorsus ut Rutilius Numantianus de alteris illis tribus viris:

Ille tamen Lepidus pejor civilibus armis,
Qui gessit sociis impia bella tribûs.

Nempe ubi tres socii erant, ipse Lepidus, Octavius, Antonius. Frequens hoc etiam sacro Codici. In Ann. Iud. cap. IX. *Ita venit*, (Abimelech) *in domum patris sui Ophratham, & interfecit fratres suos, filios Ierubalis, septuaginta viros super lapide una: & reliquus factus est Iotham filius Ierubalis.* Atqui omnes filii computato & Iothano fuerunt septuaginta. Sic rursum: *Ut rediret injuria* LXX *filiis Ierubalis illata.* Id est, cædes eorum reponeretur Abimelecho. *Io. Fred Gronovius.*

2. *timuerunt*] *c. M. invenerunt.* Ian. Dousa in MSo ad editionem Tornæsii A. 1575, sæpius citando.

3. *Grandis, &, ut ita dicam, pudica*] Infra: *Iam illa grandis oratio haberet majestatis suæ pondus.* Et paulo post:

Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

Erhard. Corn. Tacit. sive quis alius auctor dialogi de Oratoribus: *Oratio, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venæ, nec ossa numerantur; sed temperatus ac bonus sanguis implet membra, & exsurgit toris, ipsos quoque nervos rubor tegit*, & *decor commendat.* Vide Iuvenal. Satyr. 8. Quinctil. l. 2, c. 11. l. 5, c. 12. l. 12, c. 6. *Io. à Wouweren.*

1. ven-

osa, nec turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. Nuper [1] ventosa isthæc & enormis loquacitas [2] Athenas ex Asia commigravit, animosque juvenum ad magna surgentes veluti [3] pestilenti quodam sidere adflavit, simulque corrupta eloquentiæ regula stetit, & obmutuit. Quis postea [4] ad summam [5] Thucydidis, quis [6] Hyperidis

1. *ventosa isthæc & enormis loquacitas*] ἀερολέσχης, sublimiloqua, & in dicendo superba, ut cum quis

Projicit ampullas & sesquipedalia verba.

Erhardus. *Turbida & vana Asiaticorum dicendi licentia.* Gloss. Petron.

2. *Athenas ex Asia commigravit*] Cicero in Brut. c. XIII. *Asiatici nimis redundantes.* D. Hieron. ad Rusticum: *Qui Asianum tumorem Attico siccabant sale.* Iulius Severianus: *An sequenda Atticorum actio, qui breves adstrictique sunt, & acres: An imitanda nobis Asiaticorum licentia, qui vagi & fusi?* S. A. Gabbema.

3. *pestilenti quodam sidere adflavit*] Nonnunquam quasi ex ipsis stellis ignes defluunt, qui fulminum modo animalia ferire solent, & arbusta; videntur ipsæ stellæ decidere aut transilire: quod tamen putidum existimare, nam infra istas hæc nascuntur. Huc sanè respexit Petronius. Apul. Miles. 8. *Velut gravi tonitru procellaque sideris, vel ipso Diali fulmine percussa.* Martial. l. 7 Epigr. 93.

Hoc opus est subitò fias ut sidere mutus.

Et l. XI Ep. 86.

Sidere percussa est subitò tibi, Zoile, lingua.

Hi autem qui perculsi, *siderosi*. Gloss. *Siderosus* ἀστροπλὴξ, ἐπιλεπτικὸς (*deficiens*). In arboribus *sideratio*. Plin. l. 7, c. 24. Io. à Wouweren. *Pestilenti sidere afflatum esse.* i. pestilentia correptum esse, vel lue pestifera infectum esse. Vnde Iustinus: *Pestilentis sideris vi exercitum amittere:* & Livius; *Haud secus quam pestilenti sidere ictum pavere.* Translatum est ab arboribus, quarum proprium vitium est *sideratio*, cum lactescentes germinum oculi grandine vel pruina aduruntur, aut sub ortu canis siccitatum vapore novellæ arbores moriuntur, teste Plin. lib. VII. *S. A. Gabbema in edit. post. sidere afflare pestilenti.* Metaphora est ducta à morbo plantarum *sideratio* dicto, quo, humore per nimium æstum absumpto, totæ vel aliqua sui parte subitò exarescunt. *Gloss. Petron.*

4. *ad summam*] *Summam* absolute usurpat pro perfectione & consummatione & absolutione, quod novitate quidem blanda conciliatrice placet intelligenti: non attendenti surdum & inane vocabulum est. Turneb. lib. XIX, c. VI. Iuretus ad Symmach. lib. III, ep. XL. Infra Petronius: *Diuque summa carminis penes Mopsum Thracem memorata est.* Gabbema.

5. *Thucydidis*] Cujus tanta fuit in dicendo præstantia, ut, testante Dionys. Halicarnassæo, Demosthenes ejus librum octies descripserit, totumque fere edidicerit.

6. *quis Hyperidis ad famam processit*] Fuit Hyperides Atheniensis, unus è decem clarissimis Oratoribus, æmulus quandoque Demosthenis. Volat. L. 6. Plutarch. in Demosth. Guilielm. Canterus: De *Hyperide* Oratore narrat Athenæus, eum cùm Phrynen in Iudicium capitis adductam defenderet, & viderentur judices eam esse condemnaturi: tum verò in medium illam produxisse, tunicisque diruptis ejus pectus (quod ut ipsa

ridis ad famam processit? ac [1] ne carmen quidem sani coloris enituit: sed omnia quasi eodem cibo pasta, non potuerunt usque ad senectutem canescere. [2] Pictura quoque non alium exitum fecit, postquam Ægyptiorum audacia [3] tam magnæ artis compendiariam invenit. [4] Non est passus Agamemnon me diutius declamare

[1] ir

ipsa tota, speciosissimum erat) denudasse, atque ita eam de more conclusionis coram deplorasse, ut judices partim religione deterriti, partim misericordiâ moti, Veneris ministram & sacerdotem illam absolverint.

1. *ne carmen quidem sani coloris*] Sanum appellabant quicquid rectum, moderatum, castigatum, & sincerum. Quo sensu Cicero de Clar. Orat. dixit, *Asiaticos oratores nimis redundantes, Rhodios saniores.* Et alio loco, *Atticos oratores sanos & siccos.* Fr. Iuret. ad Symmach. *G. Erhard.*

2. *Pictura quoque non alium exitum fecit, &c.*] Ipse Petronius infra: *Consulere prudentiorem cœpi ætates tabularum, simulque causam desidiæ præsentis excutere, cur pulcherrimæ artes periissent, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. Tum ille, Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica instituit, &c.* Felix Faber Monachus Vlmensis in Histor. Suevor. l. 1, c. 8. *Revixit in Germania scientia & eloquentia, & ex consequenti quæque ingeniosæ artes, ut pictura & sculptura. Amant enim se artes hæ adinvicem. Ingenium pictura expetit, ingenium eloquentia cupit non vulgare, sed altum & summum. Mirabile dictu est, dum viguit eloquentia, viguit pictura, sicut Demosthenis & Ciceronis tempora docent: postquam cecidit facundia, jacuit & pictura. Videmus picturas, & sculpturas ac scripturas ducentorum annorum nulla prorsus arte politas, nec hominum, sed monstrorum portentorumque facies. Scripta illius ætatis rudia sunt, inepta, incompta: priscis vero seculis, Apellem atque Zeuxim, Polycletum, Phydiam & Praxitelem magno fuisse comperimus; & de statuariis, sculptoribus & pictoribus Dorem Liddum, &c.* Idem.

3. *tam magnæ artis compendiariam invenit*] scil. *viam.* Sic Cic. lib. 11 de Offic. *Socrates hanc* viam *ad gloriam proximam, & quasi* compendiariam *dicebat esse.* Seneca Ep. XXVII. *hanc compendiariam invenit.* Varro: *Hoc dico, compendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia dicendi ad eandem voluptatem perveniri posse.* Philoxenus Gloss. *Compendiaria, συντμία.* S. A. Gabbema. *Compendiaria, concisa brevitas, συντμία.* Gloss. Petr.

4. *Non est passus Agamemnon*] Imitatur aperte Lactantius Inst. divin. l. 1, c. 1. *Non est passus hominem Deus lumen sapientiæ requirentem diutius oberrare. Agamemnona* Regem prædicat Homerus, corporis proceritate omnes heroas Græcos antecelluisse. Hinc personam Agamemnonis inducebant Declamatores, ut magni & constantis patroni; quod ex nostro Arbitro licet colligere, & Varronis virgula divina. Auct. Popma Conjectan. ad Varron. Frequens apud optimos auctores, ut sub personis Homericis alios intelligant. Læv. Torrentius in Suetonii Tiber. cap. 61. De hoc etiam mediæ ætatis vetera nomina adsciscendi more quædam notavit Hen. Canisius Antiq. lect. tom. 1, in Not. ad Alcuini Epist. 3, & 46. & Goldastus in Suevicar. rer. Scriptorib. de Vellejo Gallo. Sic infra: *cum Agamemnone ad januam pervenimus.* Et alibi:

in porticu, quam ipse in schola sudaverat: sed, adulescens, † inquit, quoniam [2] sermonem habes non publici saporis, &, quod rarissimum est, amas bonam mentem, non

† *Agamemnon.*

libi: *Recepi hospitem Lycurgo crudeliorem.* Iterum. *Quicquid Lycurgi villa grassantibus præbuisset:* ad Lycurgi crudelitatem respiciens. *Ge. Erhard.*

1. *declamare in porticu*] Non idem porticus, ac schola. *Porticus* ante scholas, ut in Academia Altorfina, nec ante scholas tantum, sed & ante pinacothecas *porticus* habebant. Infra: *Ex his, qui in porticibus spatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miserunt.* Christiani etiam ante templa, quas Scriptores ecclesiastici *ambitus* vocant. *Erhard. Porticus, locus* (juxta vel ante acroaterium) *in quo declamationes fiebant.* Gloss. Petron. *Porticum* quam dicat nescio, præsertim quum nec pes, nec caput Encolpianæ dissertationis, in tanta tamque deformi Satyrici istius decurtatione, usquam gentium compareat hodie. Nam nec de *Agamemnonis suasoria* reliquum nobis quidquam fecit fugitiva oblivio. Quid? quod majorem *superioris declamationis* partem deperiisse augurari possumus. Iam de *obscæna illa, modisque omnibus flagitiosa Encolpii servitute, eodemque ad arenam condemnato; de fuga ejus, ac judicio delusо: de nocturna hospitis cæde: de uxore Lyca corrupta, tum injuriis eidem illatis, expilatoque contumeliosa migratione navigio*, nec vola, nec vestigium, quod ajunt. Quid de *damnatione Tryphænæ; de exilio, ac dignitate ejus in concione proscripta: de Lycurgi villa dispoliata, ac rapinis communibus, de Menelao antescholano* loquar? Sed & de *propudiosa illa, quamque stupro emeruerat, Gitonis manumissione, deque primis impudicitiæ ejus tirociniis, præposteraque ac nefaria cum Encolpio consuetudine: de Ascylto infamia notis cooperto, qui ne vir esset à matre persuasus, ipso virilis togæ die stola assumpta in muliebris patientia scortum transierat, opus etiam muliebre in ergastulo fecerat.* Taceo *conturbationem Ascylti, solique versionem multo perditissimam:* taceo *fraternam cum Encolpio sub præceptoris umbra, imitam societatem; & viridarium fœdissimis utriusque voluptatibus inquinatum:* postremo, *quod ex turpissima lite in risum jurgantes convorterat, laudationem poëtæ, cujus adeo subidissimæ recitationi cum auritis, imo vero dentatis plagis interfuerant ambo, neque id frustra: quippe quam vocatio etiam fuerit subsequuta, ex utriusque captatoris sententia, parasiticis potius quam scholasticis artibus quæsita.* Neque minor jactura facta in argumentorum sequentium amissione, *de pallio* loquor *per latrocinium harpagato, de tunicula Ascylti intactis aureis plena deperdita, eademque porro mox à rustico quodam in solitudine inventa: de sacro Priapi ante cryptam turbato, de nocturnis in sacello magni illius dei religionibus inspectis, proditisque.* Ex quibus tum universis, tum singulis facile est affirmare, ipsa hæc tantula quæ reliqua etiamnum possidemus Fragmenta, vix mehercules in decima ejus Satyræ parte censeri posse. Cæterùm de *eapse porticu* habes aliquanto etiam post. Nam ne de *porticu Herculis Romæ à Philippo quondam extructa* dictum credam, cujus meminit infra Petronius, obstat *Græca urbis* mentio, *in cujus diversorio se desertum jacere lamentatur Encolpius* postea. *Ian. Dousa. P.*

2. *Sermo publici saporis*] *venusta sermonis gratia ad publicam jucunditatem faciens.* Gloss. Petr.

1. *Mini-*

non fraudabo te arte secreta. [1] Minimum in his exercitationibus [2] doctores peccant, qui necesse habent [3] cum insanientibus furere. Nam [4] ni dixerint, quæ adulescentuli probent, ut ait Cicero, [5] *soli in scholis relinquentur*; [6] sicut ficti adulatores, quum [7] cœnas divitum captant,

1. *Minimum in his exercitationibus doctores peccant*] Sic recentiores omnes. Sed Tornæs. & cod. Tragur. *Nimirum i. h. e. d. p.* Douſa MS. ad edit. Tornæſii: *Minimum.* Meller. Et Erhardus: *Leg. minimum. Nihil, ait, aut minimum peccare magiſtros, plurimum parentes, nam ſequitur: Quid ergo eſt? parentes obiurgatione digni.* Exiſtimo ego, quæ intercedunt: *ficti adulatores, piſcatores, &c.* majoris eſſe, quàm ut *nimirum* planè exulet. cupiamque ejus memoriam vel in Notis ſanctè ſervari, quò facit & proxima.

2. *doctores peccant*] Multitudinis judicio impulſi, ea quæ plurimis placuerunt maximè affectamus, & parentum præceptis imbuti ad illorum inſtituta & errores deducimur; qui præpoſtera ambitione & præcipitatis votis, pueris adhuc locis matrum involutis, ampla patrimonia, prætextas ac trabeas promittunt. Has ſecuti præceptores, ne artificium periret, ſuum quoque furorem inſaniæ ſeculi adjecerunt, omniſque bonæ mentis & optimarum artium, quarum inſtitutores eſſe debebant, inſtitores eſſe maluerunt. Animis teneris inſidias tendunt, & quos incontaminatos acceperant, inficiunt & flectunt ad communes errores, ac parentum improba vota, &c. Wouweren in Polymath. *Ge. Erhardus.*

3. *cum inſanientibus furere*] Elegantèr Plautus in Bacchid. IV, IV, X.

Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & bene & male facere tenet.
Improbus, cum improbus ſit, harpaget: furibus furetur, quod queat.
Verſipellem, frugi convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit,
Bonus ſit bonis, malus ſit malis: utcunque res ſit, ita animum habeat.

Horat. lib. II Satyr. III.

— pudor, inquit, te malus urget:
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi.

S. A. Gabbema.

4. *ni dixerint, quæ adulescentuli probent.*] Quid hoc aliud, quam quod apud Agellium Taurus philoſophus conqueritur, legem diſcipulos dare, qua diſcant? *Alius ait, hoc me primum doce: item alius, hoc volo, inquit, diſcere, iſtud nolo. Hic à Sympoſio Platonis incipere geſtit, propter Alcibiadis commiſſationem: ille à Phædro propter Lyſiæ orationem.* Putean. Suad. Auſpic. Orat. 2. *Erhardus.*

5. *ſoli in ſcholis relinquentur*] Verba ſunt Ciceronis in orat. pro Cœlio c. XVII. *Gabbema.*

6. *ſicut ficti adulatores cum cœnas divitum captant*] Iacobus Magni Sopholog. l. 4, c. 13. *Qui ſapiens eſt, adulatoribus minime credat. Fictis enim ſermonibus capiuntur homines, ſicut prætextu pabuli hamo capiuntur piſces. Vnde Petronius: Adulatores ficti, cum cœnas divitum captant,* &c. Senec. Epiſt. 123, *Varus Eques Romanus, cœnarum bonarum ſectator, quas improbitate linguæ merebatur.* Erhard.

7. *cœnas*] Gabbemiana editio hîc habet *cenas*, & paſſim; quemadmodum & MSm. Tragurienſe. Malui tamen editionem Lugdun. A. 1615, Rutg. Hermannidem, & etymologiam a Voſſio comprobatam ſequi. *Adulescens* verò proximè & ſuprà, antiquè pro *adol.* ut *epiſtula* pro *epiſtola*. Sic dicimus *adultum*, pro *adoltum*, ſeu *adolitum*, propter affinitatem *o* & *u*. Voſſ. 1. *Ca-*

[1] captant, nihil prius meditantur, [2] quam *id* quod putant gratissimum [3] auditoribus fore (nec enim aliter impetrabunt, quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint): sic eloquentiæ magister, nisi, tanquam piscator, [4] eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse piscículos, sine spe prædæ [5] moratur in scopulo. Quid ergo est? [6] parentes objurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos severa lege proficere. Primum enim, sicut omnia, spes quoque suas [7] ambitioni donant: deinde

1. *captant*] i. e. capere desiderant. Infrà,

Clientsque cœnas impotentium captet.

Mart. lib. 11 Epigr. XVIII.

Capto tuam (pudet heu) sed capto Maxime cœnam;
Tu captas aliam: Iam fumus ergo pares.

Nam *captare* non est frequenter capere, sed capere cupere. Talia multa sunt, quæ frequentativæ formæ censentur, cum sint desiderativa. Sic *prendo* non est prendo frequenter, sed prendere cupio. *Vendito*, vendere desidero. Ita *dormito*, *ostento*, ostendere me in aliqua re volo. *Munito*, munire cupio. Cic. pro Roscio Amer. *Adrian. Turnebus.*

2. *quam* id] *Id*, codicis est Tragurienſis.

3. *auditoribus*] Editio Lugd. (Tornæs.) in vet. codice scriptum esse testatur, *auribus*, quod ego emendatius puto. *Christoph. Richardus.*

4. *eam imposuerit hamis escam*] Τὸ δέλεαρ τῶ ἀγκίστρω περιθέναι, *hamo escam* (circumdare) *corrumpere* proverbialis est locutio, pro insidiis aliquem circumvenire, & blanditiis in errorem inducere. Hadr. Iunius in Adag. *Ge. Erhardus.*

5. *moratur in scopulo*] Codice in Tragur. est *morabitur*. Ad rem Senec. Herc. Fur.

Hic exesis pendens scopulis,
Aut deceptos instruit hamos;
Aut suspensus spectat pressa
Præmia dextrâ. sentit tremulum
Linea piscem.

6. *parentes objurgatione digni sunt*] A doctoribus eloquentiæ in patres culpam transfert. qua de re videndus Casaubon. in Pers. Satyr. 1. Iustinianus Imperator in Constit. ad Antecessores discipulis definit quinquennium, quo scilicet dent operam audiendis professoribus, & perlegendis libris conditorum juris. Erat definitum quadriennium, nec nisi qui probasset tantum se temporis legum studiis impendisse, admittebatur in numerum Advocatorum. *L. Iubemus pro tempore, L. petitiones, C. de Advocat. div. jud.* Si quinquennium vel quadriennium illa ætate, qua mores & jura & verba civilia sane erant notiora aut facilia perceptu, quid non erubescimus ista, qua horrere spinis omnibus videntur omnia, quæcunque de jure ab antiquis prodita sunt, vix tamen in eis nos transigere triennium, plurimum vitio parentum, qui, ut hoc loco Petronius, *cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propellunt*, &c. Cujac Observat. l. 12, c. 20. Adi ejusdem præfat. in Paratit. Cod. *Erhardus.*

7. *ambitioni donant*] Nonnunquam *donare* valet contemnere, aut ex contemptu rem quampiam à se amoliri, quòd inter mortales studiosos rei parandæ, plus æquò pauci sint, qui donent

de, quum ad vota properant, [1] cruda adhuc ſtudia in forum [2] propellunt, & eloquentiam, qua nihil eſſe majus confitentur, [3] pueris induunt adhuc naſcentibus. [4] Quod ſi paterentur laborum gradus [5] fieri, ut ſtudioſi [6] juvenes lectione ſevera [7] mitigarentur, ut ſapientiæ præceptis animos componerent, [8] ut verba atroci ſtilo effode-

donent alteris, quæ alicujus pretii reantur. Hac ſententia Petronius ait, Patres pia ambitione ſpes debitas, filiis ſuis projicere, aut contemnere. *Euſt. Swartius.* . *Donare* ſe ambitioni. i. omnia facere ad pompam & oſtentationem, non ut ſis bonus, ſed bonus eſſe videaris. Senec. Ep. LXIX. *Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium malorum eſt: tradidimus ambitioni & famæ, cæteris æque vanis & inanibus.* S. A. Gabbema in poſt. edit.

1. *cruda adhuc ſtudia*] Sic *cruda vinea,* pro nondum matura & nondum muſtea. l. xxvij § *ſi oliva. ad legem Aquiliam.* Sic *crudus vir,* in Plauto, pro feroci, nec moribus humanioribûs polito. Papinianus II Achilleidos: *Cruda exordia magnæ indolis.* Et *fictile crudum* dixit Plin. lib. XXIX, cap. II pro olla, in qua nihil coctum fuit. Sic *virginem crudam* vocat Martialis, quam *acerbam* Tertullianus lib. de veland. Virgin. quæ Homero VI Odyſſ. παρθένῳ ἀδμῆς, virgo indomita, & præcoqua: quia nondum calore naturali inflammata. *Lud. Dorleans.*

2. *propellunt*] Tragur. cod. *impellunt.*

3. *eloquentiam pueris induunt*] Sic Claudian. *triumphis induit.* Deinde pro *naſcentibus* legendum aut *lactentibus*, aut *dentientibus*, aut *vagientibus*, quod poſtremum proxime accedere videtur ad vulgatæ ſcripturæ literas pronunciationemque. *Ge. Erhard.*

4. *Quod ſi paterentur laborum gradus fieri*] Neque enim Philoſophia de plano adiri poteſt, per gradus ad illam enitendum eſt. Quippe ardua & excelſa non petimus aditu expedito. Auguſtinus de Ordine l. 2. *Hinc ſe illa ratio ad rerum divinarum contemplationem rapere voluit: ſed ne de alto caderet, quæſivit gradus, atque ipſa ſibi viam per poſſeſſiones molita eſt.* Ita in ipſis artibus certi gradus. VVouweren in Polymath. *Idem.*

5. *fieri, ut ſtudioſi juvenes lectione ſevera mitigarentur*] Ia. Douſa: Ita lego, proboque hanc lectionem præ veteri Lugdunenſi iſta: *Irrigarentur.* Perſiſtit enim in metaphora Petronius, & *maturitatem* iſtam, quam per verbum *mitigari* exprimit, opponit *ſtudiorum cruditati*, qua juventutem de parentum conſilio obnoxiam laborare queſtus fuerat antea, verbis illis: *deinde quum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt, & eloquentiam, qua nihil eſſe majus confitentur*, &c. *Mitigari* ergo pro *mitificari* (quo vocabulo uſus Gellius) hoc eſt, matureſcere, poſitum accipiemus.

6. *juvenes lectione ſevera mitigarentur*] Ovid. de Ponto l. 2.

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Et alibi:

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt
Pectora molleſcunt aſperitaſque fugit.

Henr. Stephanus Schediaſmat. l. 3, c. XI. Erhard.

7. *mitigarentur*] Iuxta Tornæſiii edit. Lugdunenſem, & MSm. Traguriense *irrigarentur.*

8. *ut verba atroci ſtilo effoderent*] Veteres qui ad ſcribendum ceris ſive tabel-

effoderent, ut [1] quod vellent imitari, diu audirent, sibi nihil esset magnificum, [2] quod pueris placeret : jam illa grandis oratio haberet majestatis suæ pondus. [3] Nunc pueri

tabellis ligneis ceratis vel cerâ inductis utebantur, quando scribebant stylo ferreo arabant, vel pungebant, vel fodiebant ceras, inque illis literas fingebant. Altera pars styli, qua nempe scribebant erat satis acuta ad subtilem sulcum in cera faciendum : altera obtusa, qua si scriptum delere vellent, sulcos inciſis literis in cera factos conducebant, complanabantque, eamque concinnabant ad aliam scripturam accipiendam. *Styli* descriptio est apud prudentissimum Prudentium Hymn. IX περὶ στεφάνων (de coronis) :

Innumeri circum pueri, miserabile visu,
Confossa parvis membra figebant stylis,
Unde pugillares soliti percurrere ceras,
Scholare murmur adnotantes scripserant.

Et paulo post :

Inde alii stimulos, & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera sulcis scribitur.

Hæc prior pars quam diximus.

Et qua facti apices abolentur & aquoris hirti
Rursus nitescens innovatur area.

Hæc pars posterior. Ita ad priorem alludens Cicero lib. 1 de Orator. *omnia sub acumen styli subeant necesse est.* & Petronius hoc loco. Ad alteram Horatius lib. 1 Sat. x.

Sæpe stylum vertas iterum quæ digna legi sunt,
Scripturus. Hoc est, sæpe aliquid deleas ac corrigas. Nempe qui acuta parte styli formabant literas, cum easdem mutare vel abolere vellent, convertebant in manu stylum, & partem obtusam, quæ alioquin à tabella erat aversa, redigebant versus tabellam. Ita ergo qui pungentes ceram literas efficiebant, cum delere scriptum vellent, stylo verso eadem prius factas expungebant. Styli formam apud Pignorium vide. *Gabbema.* Videtur Petronius scripsisse, *nec verba atroci stylo effoderent.* i. non crudo atque immaturo stylo præproperè ad scribendum se darent. *Idem, in edit. poster.* Stylus atrox, *acumen styli.* Gloss. Petron.

1. *quod vellent imitari, diu audirent*] Aul. Gellius lib. 1 noct. Attic. c. 9 auctor est, moris fuisse, ut ii qui sub disciplina Pythagorica essent, ab initio per integrum biennium tacerent, quo tempore ἀκουστικοὶ (*audientes*) dicti, antequam aliquid vel interrogarent vel scriberent. Illud vult dubiô procul Petronii *diu audire.* Nec temere discipulos admisit Pythagoras, & qui eum secuti, sed ἐφυσιογνωμόνει, i. mores naturamque, conjectatione quadam de oris & vultûs ingenio, deque totius corporis filo atque habitu scisitati. Ex Notis *Io. Pet. Lotichii.*

2. *quod pueris placeret*] Catullus ad Coloniam :

Insulsissimus est homo, na sapit pueri instar, &c.

Et Horatius de arte Poët.

---- *Iram*
Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas. Ibidem :
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor.

3. *Nunc pueri in scholis ludunt, juvenes ridentur,* &c. *quod quisque perperam discit in senectute confiteri non vult*] Ia. Dousa : Exprimere videtur voluisse dictum Horatianum, cujus quantopere studiosus fuerit Arbiter, testis est elogium illud multo liberalissimum, quo *curiosam* in poëta isto Biformi *felicitatem* idem admiraturus postea. Illud igitur Horatianum (ut dixi)

pueri in scholis ludunt, juvenes ridentur in foro; & quod utroque turpius est, [1] quod quisquis perperam discit, in senectute confiteri non vult. Sed ne me putes improbasse [2] schedium [3] Lucilianæ humilitatis, quod sentio, & ipse carmine effingam:

[4] *Artis severæ siquis amat effectus,*
Mentemque magnis applicat, [5] *prius more*

Mentem-

dixi) exprimere videtur hic noster:

Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.

1. *quod quisquis perperam discit, in senectute confiteri non vult*] Pueri & juvenes ob ceream ætatem meliora possunt edoceri; de senectute Ausonius in epist. ad Georg. filium: *sed commendo* (ait) *tibi errorem meum. Nævos nostros, & cicatrices amamus: nec soli nostro vitio peccasse contenti, affectamus ut amemur.* Flaccus de art. P.

---- *laudator temporis acti*
Se puero, censor castigatorque minorum.

Ex Notis hic universal. *Lotichii.*

2. *schedium Luciliana humilitatis*] G. Erhardus: Olim legebatur *studium*. *Schedium* autem est inconditum exemplar & inelaboratum. Sidon. l. 8 Ep. 3. *Apollonii Pythagorici vitam, non ut Nicomachus senior è Philostrati, sed ut Tascius Victorianus è Nicomachi schedio exscripsit.* Savaro in Not. ad Sidon. Vide tamen Casaubon. de hoc loco l. 2 de Satyr. c. 3. Gloss. Petron. *Schedium Luciliana humilitatis*, inelaboratum opus & extemporanea scriptio. *Studium* de quo Erhardus, Tornæsianæ seu Lugd. est editionis, *schedium* Parisiensis seu Stephani laudante mox Dousa, & codicis Tragurienſis; qui & loco *humilitatis, improbitatis* habent: testante id. de Pithœi codice Petr. Scriverio in MSo, juxta manum Dousæ ad edit. Tornæs.

3. *Lucilianæ humilitatis schedi.*] Ita Parisiensis editio. Turnebus priorum exemplarium fidem sequutus, non *improbitatis*, verum *humilitatis*, rescribebat. Idque Petronianæ etiam sententiæ paullo accommodatius visum. Nam (sicuti idem argute subjicit) *Lucilius in Satyris interdum se ad humilitatem iamborum demittebat; hodieque in Grammaticis quidam ejus Iambici reperiuntur.* Alii non *Lucilianæ*, sed vero *Lucianæ improbitatis* maluere. Venia digni, quia Petronium Luciano posteriorem credidere. Quid si accipiamus de *Licinio Calvo?* cujus *carmina, quamvis jocosa, ingentis animi fuisse* adserit Seneca. *Dousa P.*

4. *Artis severæ si quis amat effectus*] Sic quidem utraque Gabbemiana edit. tum R. Herm. & Lotichii (de quibus & seqq. infrà clarius); sed Helenopolit. & Frellon. pro *amat*, habent *hamat*, Tornæs. in marg. & Var. lect. pro *amat*, alii *ambit*; Steph. *ardet*. Idem monet & Dousa. Wouwerius in Notis: Legend. *hamat*. I. Rutgersius: Petronius, ut quidem emendavit Iosephus, divi Iulii Cæsaris F. Scaliger, scripsit *hamat*. Est autem *adhamare* ἀγκιστρεύειν, ut explicat vetus Glossarium, hoc est, ut Apulejus loquitur, *inuncare*. Et certe id ratio metri exigit, ut pro *amat* (quod etiam c. Tragur. insedit) omnino choreum substituamus. Electio suo tempore sit penes alium, me serio monitore.

5. *prius more*] Sic & Wouwer. R. Herm. ac cod. Tragur. Tornæsius in marg. Turneb. *worem*, hoc modo & Hele-

1 *Frugalitatis lege polleat exacta :*
Nec curet alto regiam trucem vultu,
2 *Clienſque cœnas impotentium captet :*
Nec 3 *perditis addictus obruat vino*

Mentis

Helenopol. Frellon. Lotichius. Erhardus: *prius more.* Scribendum eſt fortaſſe uno verbo *prius-more:* hoc eſt more priſco, & veterum poëtarum conſuetudine, ut apud Propertium, *priusdomina, ante-cupidinibus, ante-lino, nuncdea,* apud Plautum in Truculento :

Vt ante-parta demus poſt-partoribus.

apud Terentium *ſemper-lenitas*, & alia id genus trecenta. *Chriſtoph. Richard.* Pet. Pithœus Not. ad Collat. Leg. Moſaic. & Rom.

Artis ſeverę ſi quis amat effectus,
Mentemque magnis aptat : prius amore
Frugalitatis legem pellat exactam.

Et videtur idem voluiſſe poëta Venuſinus ad Mæcenatem :

Faſtidioſam deſere copiam.

Legem enim *exactam*, diætæ exactum illud ſive plenum, ut ita dicam, dimenſum intelligo. Aptiſſime huic loco Romanæ philoſophiæ Siren Seneca : *Non poteſt ſtudium ſalutare fieri ſine frugalitatis cura.*

1. *Frugalitatis lege polleat exacta*] Ita Frellon. Wouwer. alii, atque c. Tragur. Sed Tornæſ. in marg. Turneb. pro *polleat*, *pellat*. Lotich. legit *calleat*. Chr. Richardus : *Palleat*, quod eſt in codice veteri, magis placet, quam *polleat*. Id enim ſentit : ei, qui velit magnum aliquod moliri, & efficere in Literis, more veterum exacte colendam eſſe frugalitatem, ita ut eam rem pallor indicet ex ſtudiorum collectus vigiliis. Caſſius Parmenſis de Orpheo :

—— *omnis & illuc*
Perditus incumbens Muſæ pallebat amore.

Tenebricoſus Satyricus :

At te noctiurnis juvat impalleſcere chartis.

Io. à Wouweren : Iulius item Severianus : *Oratoris artibus nemo inſtrui poteſt, niſi cui ingenium, & frequens ſtudium. Primum animi ſit quædam naturalis potentia. tum vox, latus, decor, frugalitas, laboris patientia.* Cæterùm pro *polleat*, nec *calleat*, nec *palleat* ad rem ; ſed verſus poſcit trochaicum, quò penult. pes fiat jambus.

2. *Clienſque cœnas impotentium captet*] Supra ; *Adulatores cum cœnas divitum captant. Impotentium*, id eſt, valde potentium. *Douſa. P.* ad invidiam potentium. *Gloſſ. Petron.* Quemadmodum obſervavit Charifius lib. 11. ubi admonet præpoſitionem *in* eſſe modo derogativam, modo adjectivam. Servius 1 Æneid. *Impotens, & ſatis, & nimis, & nihil potens.* Exempla ſi deſideras, Iuretum conſule ad Symmach. lib. 1 Ep. xcv. Savar. ad Sidon. lib. v Ep. xii. Achill. Stat. ad Catull. Ep. xxxvi. *S. A. Gabbema.*

3. *perditis addictus*] *Perditis*, id eſt, nequam & diſſolutis hominibus, & quos *aſotorum*, ac *nepotum* cognominibus pro dignitate inſignire poſſis. *Douſa P. Nec perditis addictus*, Tornæſ. in marg. *Nec in popinis abditus.* Stephanus. Tragur. codex : *N. perditis abditis.* erroneè quidem, ſed veſtigia leguntur antiquioris ſcripturæ : ac *per dictis* in textu etiam dedit Stephanus, non *perditis*. Gabbema in recuſis : Notant in veteribus libris fuiſſe *abditus*. videtur fuiſſe *perditis applicitus*. i. e. aſotis & nepotibus adhærens, aſſiduus comes, ut Petronius ipſe inferiùs : *& ſubinde, prodeuntibus annis, majoribus me pueris applicui.* Terent. Andr. v, iv, xxi. *Tum ille egens, fortè applicat primum ad Chryſidis patrem ſe :* i. ſe illi inſinuat, familiaritatem ejus appetit.

Mentis calorem, neve 1 *plausor in scæna*
Sedeat 2 *redemptus* 3 *histrioniæ addictus.*
4 *Sed sive armigeræ rident Tritonidis arces,*
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,

1 *Sire-*

1. *plausor in scena*] Ingenui namque etiam *plaudendo* addicti. Insignis est Suet. locus Neron. c.xx. *Neque eò segnius adolescentulos equestris ordinis, & quinque amplius millia à plebe robustinæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent, Bombos, & Imbrices & Testas vocabant.* Tacitus autem eos plausores *equites Augustanos* adpellavit. Fuit & plaudendi genus aliud, quod, *Scabellorum crepitum*, vocavere. Ipsum indicat factum Cic. pro M. Cœlio, post mimi, aut fabulæ exitum: *Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.* Meminit & Suet. Calig. c. LIV. & Arnob. lib. II. *I. A. Gonsalius.*

2. *redemptus*] c.M. *redimitus*, quod reiiciendum non est, coronæ enim spectatoribus dabantur, sedebantque ut plurimum coronati, qui ludis operam aurium locabant. *I. Dousa* in MSo.

3. *histrioniæ addictus*] Alia quam vulgò fortassis hæc *histrionia*. Sic *histrionales modos* agnoscit in oratore auctor Dial. quem vide multis. *Ga. Barthius.* Histrioneam facere apud Plautum. *Dousa P.* Tacit. de Orat. *Iam vero propria & peculiaria hujus urbis vitia pene in ipso utero matris mihi concipi videntur, histrionalis favor, & gladiatorum equorumque studia, quibus occupatus & obsessus animus, quantulum loci bonis artibus relinquit?* Io. à Wouweren. *Histrioniæ addictus.* id est, ludicris artibus deditus, nimio spectandorum histrionum amore incensus. *Addictus*, devotus, obnoxius: propriè, ære alieno obrutus, & adjudicatus creditori, ut apud eum in nervo pro debitis operas præstaret. Itaque non profectò deterius, si non melius legas cum Turnebo: *Histrionis addictus*, id est, propemodum servus, quippe à quo pecuniâ redemptus & paratus est. Sen. Ep. XLVII. *Ostendam nobilissimos juvenes mancipia pantomimorum.* S. A. Gabbema edit. poster.

4. *Sed sive armigeræ rident Tritonidis arces*] *i.* Sive placent Athenæ, eo enim jubet secedere juvenes, *memor flagitiorum urbis Romæ*, ut loquitur Tacitus in III Annal. *Rident*, est Horatii lib. II Carm. Od. VI. *Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet.* i. placet. *Gabbema edit. poster. Tritonidis.* Festi mutilator Paulus: *Tritonia Minerva à ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.* Mela lib. I, c. VII. *Idem in edit. priore. arces.* Has antiqui Minervæ consecraverunt, quod eam mundi mentem atque in summo capite sedem habere credebant: sive quod ratio, quæ per eam designatur, Resp. & urbes amplificet, ut ait Capella. Plato scribit, in mediis editisque locis oppidi solitos ædes ponere Iovi, Vestæ, Minervæ, sub quorum tutela urbes credebant esse. *Parrhas.* Virg. Eclog. II.

---- *Pallas, quas condidit arces,*
Ipsa colat. Vbi Servius: *Ideo dea arcium Minerva dicitur, non quia de capite Iovis nata est, sed quia dea est artium & ingenii, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio, quippe quo reguntur universa.* Probus: *Pallas primum ædificationem invenisse dicitur.* Ge. Erhardus.

1. *Sire-*

1 *Sirenumque domus,* 2 *det primos versibus annos,*
Mæoniumque bibat felici pectore fontem;
Mox & 3 *Socratico plenus grege, mutet habenas*
Liber, & ingentis quatiat 4 *Demosthenis arma.*
5 *Hinc Romana manus circumfluat, & modo Grajo*

1 *Exone-*

1. *Sirenumque domus*] i. Neapolis, quæ & Parthenope, quòd unius ex Sirenibus nomen fuisse, & illuc ejectam in litus illam sepultamque esse traditur. quàm à studiis juventutis hæc urbs floreret, liquet ex Statii Papinii epicedio in patrem, qui & poëta & juventutis moderator ibi fuit. *S. A. Gabbema in recusis.*

2. *det primos versibus annos*] Erhardus: Hic erat ordo veteris institutionis, ut primum Poëticam auspicarentur, à Poëtica ad Rhetoricam, à Rhetorica ad Historiam gradus esset. Videatur tamen Eryci Puteani Suad. Auspic. Orat. 1, sive Panegyr. 1 ad Senat. Mediol. ubi de studiorum instituto ad juventutem agit. Lucian. Lexiph. ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ ἀρίστων ποιητῶν, καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς, μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς, ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ κωμῳδίᾳ, καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος (*Vbi autem exorsus fueris ab optimis poëtis, & sub præceptoribus eos legeris, transi inde ad oratores. Cum jam illorum sermone quasi enutritus fueris, ad Thucydidis & Platonis scripta in tempore te accinge; multum adeo & in pulchra comœdia, & gravi tragœdia te ipsum exercitando*). Servius Eclog. IV. *Bono ordine primò Poëtas, deinde Historicos, demum Philosophos legendos dicit.* Gabbema.

3. *Socratico plenus grege mutet habenas*] Sic utraque Gabbem. sed sine ullo suffragio illorum quos laudare solemus, qui omnes, *S. p. g. mittat h.* Tornæs. in marg. & Var. lect. Stephanum legere ait, *Socraticum: plenasque immittat h. grege.* i. e. fonte. *Gloss. Petron.* Erhardus: legendum, *Socratico plenas immittat habenas*, & ἀπὸ κοινοῦ, ex antedictis repetendum τὸ *fonte. Mutet habenas.* Ian. Guiliel. legere jubet, & explicat, è curriculo poëtarum, in oratorium transcendere. Sed *mittat habenas*, verum est & elegans, ut apud Corn. Severum in Ætn. *flexit habenas.* Metaphora est à re equestri, & proverbialis quædam locutio. Scaliger comment. in Ætnam. *Dousa: mittere habenas*, Petronio & Propertio idem quod Ovidio *immittere*, aliis *permittere*, seu *remittere*, id est, laxare ac concedere habenas. Hinc paret hoc loco *mittat*, non *mutet* retinendum, quod tantopere tamen quibusdam placet.

4. *Demosthenis arma*] Quibus vel petebat, vel defendebat. *Arma* dicuntur, quod iis instructa causa necessitatem quandam cognoscentibus afferat, ut pro iis judicent; hinc *exarmare accusationem* dixit Plin. l. 3. Franc. Polletus Hist. fori Rom. l. 4, c. 14. Symmachus l. 7 Ep. 9. *Quatere arma facundiæ.* Vbi Iuretus in Miscellan. Alanus Anticlaudiano lib. 2. --- *nostri Demosthenis iras.* Sidon. l. 4 Ep. 3. *Vt Demosthenes irascitur.* Vbi Savaro. *Ge. Erhardus.*

5. *Hinc Romana manus circumfluat*] Sic & Helenopol. Frellon. Lotichius. Tornæs. Wouwer. R. Herm. *Hunc R. m. c.* Tragur. c. *Huic R. m. c.* Anonymus MS. juxta man. Dousæ ad edit. Tornæsii: f. pro *circumfluat*, *circumstruat*, ad circum seu coronam auditorum respiciendo. Erhardus: Potius legendum, *Hunc Romana manus circumstruat.* i. Romani coronam faciant. Palmer. Spicil.

1 *Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem:*
Interdum ſubducta foro det pagina curſum,
2 *Et fortuna ſonet celeri diſcincta meatu.*
3 *Dent epulas, & bella truci memorata canore:*
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.
His animum ſuccinge bonis, ſic flumine largo
Plenus, Pierio 4 defundes pectore verba.

Dum hæc diligentius audio, 5 non notavi mihi Aſcylti

1. *Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem*] *Exonerata.* forſan, *Exornata.* Innominatus ad edit. Tornæſ. MS. *mutet ſuffuſa ſaporem.* Tranſlatio eſt à cibis, juſculo vel liquamine conditis, quibus aliud atque aliud liquidum additur, ut temperetur pluribus deliciis *ſapor:* velut in acetariis oleum ſuperadditur aceto: velut piſcibus aſſis præter butyrum liquefactum additur ſuccus citrei; oſtreis vinum. Poſt lectos Græcos Poëtas, Philoſophos, Oratores, vult ſubſequi Latinos. Hinc inquit, *Romana manus circumfluat.* i. Romanorum ſcriptorum turba tironem vel ſtudioſum eloquentiæ circumveniat, his velut inundetur, imbuatur: & modò, *Exonerando ſonos Grajos*, (ſic enim legendum exiſtimo pro *ſono Grajo*, quod omni ſenſu deficitur) cum tiro levatus & exoneratus erit à Græcis ſcriptoribus cognoſcendis, *manus* illa *Romana ſuffuſa*, id eſt, mixta Græcis & ſuperaddita, *mutet ſaporem*, id eſt, novum ei det guſtum, novam rerum præſtantiſſimarum voluptatem. *Mutare ſaporem*, eſt apud Senecam de Provid. cap. 111 in propria ſignificatione: *Quemadmodum tot amnes, tantum ſuperne dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium non* mutant ſaporem *maris.* S. A. Gabbema edit. poſter.

2. *Et fortuna ſonet celeri diſcincta meatu.*] Sic & editio Helenopolit. tum Frelloniana, atque Lotichius. Tornæſ. Douſa, Wouwer. Rutg. Hermann. necnon c. Tragur. *Et f. ſ. c. diſtincta m.* Erhardus: *Et fortuna ſonet.* L. *Et cortina ſonet. Cortinam* theatri dixit Severus in Ætna. *Cortina*, locus in quo dicebatur. Tacitus: *cùm vix in cortina quiſque adſiſtat, quin elementis ſtudiorum imbutus.* Palmer. in Spicileg. parum læto Apolline. Sic *Erhardus. Cortina* autem theatri eſt locus velatus ex quo egrediuntur hiſtriones. Virgil.

---- *magni cortina theatri.* Anonymus. *Et fortuna.* Legendum puto, *cortina:* tum *diſtricta*, pro *diſcincta. Cortina* Apollinis eſt Tripus. Verſus ex *cortina* nimirum Apollinis profecti, & ejus Dei inſpiratione cantati & ſonantes legantur. Eam *diſtrictam* dicit *celeri meatu* propter verſus illigatos pedibus & numeris. Statius in Genethliaco Lucani:

Et vincta pede vocis & ſoluta. Gabbem. edit. poſter.

3. *Dent epulas, & bella*] Hæc ita conjungenda ſine diſtinctione interpoſita: paſcat etiam ingenium futuri diſerti hiſtoria, & graviore ſtylo cantatæ vel ſcriptæ res bellicæ, hæ namque præcipuam hiſtoriæ partem obtinent. *Gabbema edit. poſt.*

4. *defundes*] Sic & edit. Frellon. Wouwerius, alii. Tornæſ. *diffundes.* cod. Tragur. *diffundens.*

5. *non notavi mihi Aſcylti fugam*] Eleganter dictum; *notare ſibi.* Sic infra: *Notavit ſibi ad lunam ſonſorem intempe-*

scylti fugam: & [1] dum in hoc dictorum æstu [2] totus incedo, [3] ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cujus, qui Agamemnonis [4] suasoriam exceperat. Dum ergo juvenes sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, opportune subduxi me, & cursim Ascylton persequi cœpi. Sed nec viam diligenter tenebam, [5] nec quo

tempestivo inhærentem ministerio. Iterum: *Proxima nocte cum miles notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens.* A. Gellius lib. XVII, c. 11. *Hæc verba, quæ meminisse potui, mihi notavi.* S. A. Gabbem.

1. *dum in hoc dictorum æstu*] Iustinus l. 23. *In hoc æstu periculorum tutissimus portus.* Ammianus L. 15. *in hoc æstu mentis ancipitis,* &c. Ge. Erhardus.

2. *totus incedo*] Sic & Helenopol. Frellon. Lotichius. Sed Tornæsius, Dousa, Wouwer. R. Herm. pro *totus*, legunt *motus*; c. Tragur. *in ortis*, i. *hortis*. Erhardus: *motus inc.* Vetus editio *in hortis* i. Barthol. Schobinger, *immotus*, præ stupore scilicet, i. e. cogitabundus. In Ioach. Vadiani codice ad marginem scriptum reperi, *intortus*, i. nullam in partem me flectens. Io. Sichardus, *insors*, i. solus. Barthius *totus incendor*: quod omnes adfectus æquiparentur ignibus. in Ceir. n. 436. Palmer. *totus incedo*, ut Horat.

Nescio quid meditans nugarum totus in illis.

in Spicileg. quod quidem non est sententia, sed verum est. Sic enim & infra loquitur Petron.

Atque in præterita se totus imagine versat. Erhardus.

3. *ingens scholasticorum turba*] Tacit. de Orat. *Adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, quos Rhetoras vocant.* Ideo coniungit Tertullian. de Pallio: *Primus informator literarum, Grammaticus, & Rhetor, & Sophista.* Wouweren. Addit Erhardus: Reperio tamen & Advocatos dici Scholasticos. Isidor. Gloss. *Iuraticus, scholasticus, legis peritus.* Postrema ætate, i. ante annos 400 præter propter, Scholastici dici cœpti sunt Theolog. & Philosophiæ Professores ac Doctores; unde nata illa nomina, *Theologia Scholastica, Philosophia Scholastica, Doctores Scholastici*, quorum auctor & princeps Lombardus, vulgo Magister Sententiarum.

4. *suasoriam*] Duo genera materiarum apud Rhetoras traduntur: *Suasoria*, quæ pueris, & *Controversia* quæ robustioribus assignantur. *Gloss. Petronian.*

5. *nec quo loco stabulum esset*] Erhardus: *Stabulum* non solùm significat receptaculum equorum & jumentorum, ut vulgò dicitur; sed etiam pro caupona & hospitio accipitur, à standō. Stuckius Antiquit. convival. l. 1, c. 28. Wouweren: *Stabularii* sunt, *qui cauponam & stabulum exercent*, ait Vlp. D. Naut. caup. stab. Seneca de Benef. l. 1, c. 14. *Nemo se stabulari hospitem indicat.* Apul. Miles. *Mansionis pretio stabulario persoluto*, h. e. *locario soluto.* Varro 4 de L. L. *Locarium, quod datur in stabulo & taberna ubi consistant.* Apud D. Lucam: δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ. Interpr. *Duos denarios dedit stabulario.* Stabulum πανδοχεῖον exponunt Glossæ, quæ vox cauponis & meretricis domum notat. ergo non οἰκίαν *(domicilium, diversorium)* aut σταθμὸν *(stationem jumentorum)* tantùm, sed lupanar. Ita usurpavit Plautus Pœnulo: *quæ tibi colant stabulum.* Nam in ho-

quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam. Itaque [1] quocumque ieram, eodem revertebar. donec in curſu fatigatus, & ſudore jam madens, [2] accedo aniculam quandam, quæ agreſte olus vendebat: Et, [3] rogo, inquam, mater, numquid ſcis, ubi ego habitem? Delectata illa urbanitate tam ſtulta, &, † Quidni ſciam? inquit. conſurrexitque, & [4] cœpit me præcedere. [5] Divinam ego ‡ putabam. [6] at ſubinde, ut in locum ſecretiorem venimus, [7] centonem anus

† *Anus.* ‡ *Encolpius.*

ſpitiis etiam meritoria. Gloſſæ Iſidori. *Meritoria, loca tabernarum ubi adulteria committuntur.* Nec perperam *ſtabularii* lenones dicuntur. hinc *proſtibulum.* Nonius. *Proſtibulum, quod ante ſtabulum ſtat, quæſtus diurni ac nocturni gratia.* Confer ſcholiaſten Ariſtoph. in Equitibus. Καστελλάδης, &c. *Stabulum* ergo, ut ait Varro, quod inibi conſiſtant, uti & *ſtatio*, & *ſtare* rectè de lupis. Horat.

--- nullam niſi olenti in formice ſtantem.

apud Senecam Controv. *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti, ſtetiſti puella in lupanari, ſtetiſti cum meretricibus.* Tertull. Lupanar, conſiſtorium libidinum. Etſi non ſemper ſteterunt meretrices, interdum etiam ſellis inſidebant. Vnde Plautus Pœnulo:

Proſedas, ſervilicolas, ſordidas,
Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatum, ſellam, & ſeſtibulum merum.

Vbi utrumque notari vides.

1. *quocumque ieram*, &c.] Idem accidit Cnemoni apud Heliodorum lib. 5, in domo Nauſiclis ſibi ignota. *Ge. Erhardus.*

2. *accedo aniculam, quæ agreſte olus vend.*] *Quam foraciam* dixere. Calepinus *(ipſe, vetus)* in Dictionar. *Foracia, à foro, mulier villatica, quæ fructus villæ venales, ut pullaſtros, pipiones, poma, nuces, olera, & hujuſmodi in forum defert.* Erhard.

3. *rogo*] Modus blandè adeuntium, *te rogo*, cum quid exquiſituri veniunt. Plaut. Pſeud.

Ecquem in angiportu hominem novi-ſti, te rogo?

Ian. Gulielmius. Idem de eo tenendum quod attexitur, *mater.* Gloſſ. Petron.

4. *cœpit*] *præcedere, fugere, rogare ſtuprum*, genus loquendi frequens Petronio. *Gloſſ. Petron.*

5. *Divinam*] præſagam, *Barth.* Quæ ſciret omnia, *Pſlugius.* Dicit enim ſe exiſtimaſſe ſcire eam divinitus. *Turneb.* Martial.

Non ſum divinus, ſed ſcio quid facias.

Senec. de vit. Beat. c. XXVII. Arnob. lib. v, de Numa. Iuvenal. Sat. x. Auctor Queroli: *Secreta Queroli ac familiaria tamquam divinus loquitur.* Gabbema. *Divina.* fatidica, vates, divinatrix. *Gloſſ. Petron.*

6. *at ſubinde, ut in locum ſecretiorem*] Tornæſ. & c. Tragur. *Et ſubinde, u. i. l. ſecretum.* Anonymus in MSo juxta Douſam: Forſitan, *ut in ſecretum*; deletò, *locum.*

7. *centonem anus urbana rejecit*] al. *injecit*, quaſi velit Encolpium induere legitimum habitum eorum, qui in lupanari; ſcilicet ut intelligat ſe in fornicem deductum. Nam mœchos & eos qui luſtrabantur, obnupto capite fuiſſe, ex Suet. Caligul. & Neron. notum. Capitolinus Verô: *In tantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum fuiſſe amulum, ut vagaretur nocte per tabernas, & lupanaria obtecto capite cucullo vulgari viatorio.* C. Fortunatianus lib. Rhet. *Invenit filius*

anus urbana rejecit : &, [1] Hic, inquit †, debes habitare. ‡ Quum ego negarem me cognoscere domum, video quosdam, [2] inter titulos, [3] nudasque meretrices furtim con-

† *Anus.* ‡ *Encolpius.*

filius adulterum obvoluto capite, nec eum occidit : Et hoc ritu fortè Nævius, apud Gellium lib. VI, c. IX.

Eum suus pater cum pallio ab amica abduxit.

Vide Isidor. lib. XIX, c. XXVI. Huc respexit Seneca de Vita beata c. XIII. Imo & meretrices obnuptæ. Iuven. Sat. VI.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos :
Sed nigrum flavo crinem abscondente galero,
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Tertull. de Cultu fœminar. c. XII. *Thamar illa, quia se expinxerat, idcirco Iudæ suspicione visa est quæstui sedere, adeo quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuariam mentiente.* Wouweren. De centone sequentia adnotat Erhardus, qui exemplum hoc adducit ex Martialis lib. II Ep. XLVI.

Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ,
Seu puer arrisit, sive puella tibi :
Contentus non es foribus veloque seraque.

Hoc *velum* ex centonibus conficiebatur, & *cento* appellabatur : erantque plurimi centones in lupanari, tam in quaque cella, quàm in ipsa majori lupanaris janua. Ejusmodi velis cubiculorum januæ tegebantur, & eò ponebantur, ne sc. per forium rimas inspicere possent curiosi quid intus ageretur. Sat. IX, vers. CV.

-- -- *Claude fenestras*
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen
E medio. ---- S. A. Gabbema.

1. *Hic, inquit, debes habitare*] i. e. Veneri litare. Martial. lib. XIV Ep. LXXVII.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, heic habitare potes.
Gabbema.

2. *inter titulos*] *Titulum* intellige, quem planiùs expressum reperias Satyra illâ Iuvenalis, ubi de indomita *Messalinæ Imperatricis rabie an tentigine dicam?* agit gravissimus publicæ luxuriæ castigator Satyricus, quem dixi, his verbis :

Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam atque suam : tum nuda papillis
Constitit auratis titulum mentita Lyciscæ

Ian. Dousa. In ipso autem cellæ aditu, ubi scorta prostabant, *titulus* inscribebatur ; ideo Martialis : *Inscriptæ limina cellæ.* Sen. Controv. lib. I. *Superpositus est cellæ tuæ titulus.* Tertull. de Pudicit. lib. I. *Sub ipsis libidinum titulis.* Wouweren. *Tituli* adpellatione notatur, stupri pretium & nomen meretricis. Senec. lib. I Contr. II. *Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est.* Ibidem : *Nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti :* Symphosianus in Histor. Apollon. Tyrii : *Puella prosternit se ad pedes : Miserere virginitatis meæ, ne prostituas hoc corpus sub tam turpi titulo. Leno vocavit villicum puellarum, & ait : Ancilla exornetur, scribatur ei titulus :* QUICUNQUE TARSIAM. DEFLORAVERIT. MEDIAM. LIBRAM DABIT. POSTEA. POPULO. PATEBIT. AD. SINGULOS. SOLIDOS. Gabbema ex eod. Wouwerio. In V. c. reperi, *internuculos*, uti & ap. Apulejum de Deo Socrat. *Innuculos recens cognitos.* P. Pithœus Subsec. sive adversar. lib. 2, c. 10. Sic dicebant, inquit, impudicos ; omne enim medium nucleum vocabant. *Internuculi* ergo, impudici, impudicati, intercutibus stupris flagitati, intercutiti, stuprati. Scaliger ad Priap.

conſpatiantes. Tarde, imo jam ſero intellexi, me [1] in fornicem eſſe deductum. exſecratus itaque aniculæ inſidias, [2] operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem. quum ecce in ipſo aditu occurrit mihi [1] æque

ait : Cenſeam potius duabus vocibûs, *inter nuculos* legendum, & meritorios ſignificari pueros, concubinos, qui nondum reliquere nuces, ſed etiamnum inter eas verſantur : nam à Catullo in Epithal. Iul. & Mallei ſcribitur : *Concubine da nuces.* Turneb. Adverſ. lib. 21, c. 28 : Fortè legend. *quoſdam tiruncules.* Alii aliter. Ramirez Hypomnem. ad Martial. lib. 1 Ep. 35, n. 5. Quid ſi legamus, *quoſdam intercutulos*, ut intelligat παιδάρια, vel ſcorta maſcula, qui ſe intercutiri patiuntur. Balbus Catholicô : *Cutitus, ſtupratus, corruptus.* Iſidor. in Gloſſ. *Subcus, ſubcutaneus, ſubcutatus, intercus, intercutatus, ſubtercus, ſubtercutaneus.* Erhardus. *Tituli*, nomina ſcortorum, & ſtupri pretium cellis inſcripta. *Gloſſ. Petron.*

3. *nudaſque meretrices*] Tacit. lib. XV Ann. *Scorta viſebantur nudis corporibûs.* Cyprianus de Spect. c. VI. *Per proſtitutarum nuda corpora.* Artemidorus lib. II. ἡ ὃ ὅλη, (ἀφροδίτη) ἑταίρους καὶ μόνους ἀγαθὴ, καὶ ἐργασίας σημαντική (*Hæc verò tota (Venus,) ſcortis, iiſque ſolis propitia, & quæſtu favens).* Philemon ;

Στῆσον πρεσβύτερον γυναῖκας, κἄν τόπῃς
Κοινὰς ἀπαυστ, ἢ κατεσκευασμένας
Ἑταίρας γυμνάς. ——

(Siſtito mulieres qui redimat, in tot locis
Nudas operientes redemptorem ſuum,
Ad omnia paratas.)

Io. à Wouweren.

1. *in fornicem eſſe deductum*] *Fornix*, πορνεῖον, luſtralis cella arcuata, ubi publicæ meretrices proſternebantur. Gloſſar. Petron. Horat.

— *nullam niſi olenti in fornice ſtantem.*

2. *operui caput*] Velabant & operiebant ſe veteres vel propter ſacra, vel ſubitam, aut deſperatam aliquam rem aut malum. Propter illa: *Veneraturi Deos*; Plaut. Amphitr. V, 1, XLII. Lucret. lib. V, verſ. ∞ CXCVII. Suet. Vitell. c. II. *Velabant autem non peculiari quodam, ut quidam opinantur, his uſibus velamine, ſed plerumque parte veſtis :* Senec. Herc. Furent. verſ. CCCLV. Ioſeph. lib. VII de bello Iud. *Flamines, Fetiales, & Augures.* Varro de L. L. *de his* Cic. & Liv. lib. 1, c. XVIII, & XXXII. *Imperatores pro Rep. ſe devoturi.* Livius lib. VIII, c. IX. Cic. de Nat. Deor. lib. II, c. III. *Tribuniplebis conſecraturi bona alicujus damnati.* Cic. pro domo ſuâ. c. XLVII. *Ver ſacrum facturi, nates vere ſacro.* Feſtus. *In nuptiis (libens adnumero ſacris, propter auſpicia) nova nupta.* Tertull. lib. de Veland. virg. *Dixi præterea propter rem ſubitam, aut deſperatam.* Plaut. Moſt. II, 1, LXXVII ; & II, II, XC. Nonius c. X, §. XXV. *Supplices*: Virgil. lib. XII. Vellejus lib. poſter. *In funere filii.* Plut. in Ῥωμαϊκοῖς (*Quæſtion. Romanis*). *quique efferebant funus.* Perſius Sat. III, verſ. CVI. *Denique obituri mortem voluntariam.* Horat. lib. II Sat. III, verſ. XXXVIII. *aut violentam.* Sueton. Cæſare c. LXXXII, Nerone c. XLIIX. *Iac. I. N. Schegkius. Operui caput.* Non pigebit adſcribere, quod apud Fabium lectum nobis huic loco illuſtrando mirabiliter facit, lib. 5, c. 1. *Ita neque illum probaverim, qui, quum eſſet cruentus gladius ejus ab accuſatore prolatus, quo is hominem probabat occiſum, ſubito ex ſubſelliis ut territus fugit, & capite ex parte veſato, quum ad agentem ex turba proſpexiſſet, interrogavit an jam ille cum gladio receſſiſſet.*

1 æque lassus, ac moriens Ascyltos. putares, ab eadem anicula esse deductum. Itaque ut ridens eum consalutavi, quid in loco tam deformi faceret, quæsivi. Sudorem ille manibus detersit,&, † Si scires, inquit, quæ mihi acciderunt. ‡ Quid novi? inquam ego.at ille deficiens, † Quum errarem, inquit, 2 per totam civitatem, nec inveni-

† *Ascyltos.* ‡ *Encolpius.* † *Ascyltos.*

sisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Ian. Dousa P. Sic semper P. nisi F. nominetur.

1. *æque lassus ac moriens*] Ita & Frellon. ac Lotich. sed Tornæs. Wouwer. R. Herm. atque cod. Tragur. *a. lapsus ac mor.* lapsus, hoc est, qui ut ego aberraverat. *Dousa MS. ad edit. Tornæs. lapsus ac moriens.* Leg. *lassus ac m.* Palmer. in Spicileg. Barthius ad Claudian. n. 210. vel, *lassus ac madens*; quia sequitur: *sudorem ille manibus absterserit.* Meurs. Animadv. miscell. l. 3, c. 7. *Lassus ac moriens* est fessus & lassitudine confectus ac tabescens. Id. Barth. in Ceir. Virgil. n. 236; & ad Claud. n. 62. *Erhardus.* Itaque *lassus* ac *moriens* hic planè idem, nisi quòd gradibûs differant. Atqui *lapsus* ad rem planè aliud nobis dicit, succosiorque antiqua lectio, modò sequentia, quæ huc spectant, plenis labris gustentur: *ab ead. aniculâ deductum* i. seductum. *Si scires. Quid novi? Quum errarem*, &c. nisi quem turbet *æquè*, quòd in æquo seu plano vix labamur; sed *æquè* hic est perinde, itidem. Demum adjicio: *lapsus ac moriens.* Leg. *lapsus ac mœrens.* Hadr. Iun. in Obsevatt. hîc.

2. *per totam civitatem*] Non ita Latini. *urbem* dicerent, vel *oppidum.* Itaque lego: *cùm errarem, inquit, nec invenirem.* Anonym. MS. juxta Dousæ manum, ad edit. Tornæsii. Hîc commodum se offert, præcipua Hadr. Valesii contra stylum Petronianum, ex Dissertatione ejus in Fragmentum Arbitri Tragurii nuper repertum Patavii primùm excusum, subjicere: Arbitri pauca de pluribus Neroniano sæculô indigna à me observata, quæ nec membranarum vetustati, & situ attrituque evanescentibus litteris, nec librariorum in transcribendis prisci codicibus neglegentiæ, nec editorum incuriæ, nec typographorum insciciæ, nec ulli alii quàm ipsimet auctori assignari possunt: *Sed de remedio non tam valde laboro:* item, *Giton semel ictus, tam valde exclamavit. Tam valde* pro tam aut adeò, non memini apud veteres scriptores legere. *Neque enim tam magnum facinus admisimus:* scripsisset Neronianorum temporum auctor, *tantum facinus admisimus.* Sic tamen ubique Arbiter loquitur. *Timebam, ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam. Habebat enim inguinum pondus tam grande. Inhibuit Tryphæna tam grande facinus. Nec se minùs grandi vexatam injuria, quàm Lycam. Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiæ esse sparsam. Tam magnum æquè clamorem sustulit. Vt tam magna fortunâ solus uteretur. Nescis quàm magnum flagitium admiseris?* Vbi *tam grande munus, tam grande pondus, tam grande facinus* dici non oportuit, sed tantum munus, tantum pondus, tantum facinus. Et sic in similibus. *Minùs grandi vexatam injuria* dici non oportuit, sed minore affectam injuria. *Quàm magnum flagitium* dici non oportebat, sed quantum flagitium. *Ne absentivus essem:* pro abesse m. *Absentivum* pro absente alibi non legi. *Quales esse solent quæ incumbunt ova.*

venirem, quo loco ſtabulum reliquiſſem, acceſſit ac me paterfamilias, & ducem ſe itineris humaniſſimo promiſit. per [1] amfractus deinde obſcuriſſimos egreſſus, in hunc locum me perduxit, [2] prolatoque peculio cœpit rogare ſtuprum. [3] Iam pro cella meretrix [1] aſſem

Incubare ova, vel etiam *evis* gallinæ dicuntur : *ova incumbere* non dicuntur. *Si bona fide pœnitentiam emendas.* Pœnitentiâ culpam aut peccatum emendare, dici poſſumus & ſolemus; *Pœnitentiam emendare*, dici nec poſſumus nec debemus. *Amictus diſcoloria veſte. Diſcolor* dici ſolet, ut decolor, concolor, unicolor, bicolor, verſicolor : *diſcolorius* dici non magis ſolet à veteribus ſcriptoribus Latinis, quàm decolorius, concolorius, unicolorius, bicolorius, verſicolorius. *Aratro domefacta tellus* pro ſubacta vel domita Neronis ætate non dicebatur, nec *domefacere* pro domare. Nam verba primæ conjugationis, quale eſt domo, nulla in compoſitione recipiunt facio, ſed tantùm plurima ſecundæ, & pauciſſima tertiæ. *Tantùm omnem ſcabitudinem animo tamquam bonarum artium magiſter deleret ſine ciatrice.* Iram appellat animi *ſcabitudinem* Petronius novo & inuſitato nomine pro ſcabie, aut ſcabritie vel ſcabredine, quam & *ulcus* animi ſcilicet alibi vocat. *Gubernator, qui pervigil nocte ſiderum quaque motus cuſtodit. Siderum motus* vel ſidera *cuſtodire*, pro ſervare aut obſervare, improprium eſt. *Aut præteriens aliquis tralaticia nos humanitate lapidabit. Lapidare* poſuit Petronius pro lapidibûs tegere, ut humare eſt humô operire vel tumulare : cùm ſignificet lapidibûs petere. *Coæquale natalium ſuorum ſinciput* pro æquale nuſquam apud veteres alios ſcriptores Latinos reperire memini. *Pſyche acu comatoria mihi malas pungebat. Acum comatoriam* vocat Petronius acum crinalem ne ſervatâ quidem analogiâ. Nam à coma non fit comatorius : ſed fortaſſe legendum eſt, *acu comotria*, hoc eſt ornatricis. Iam *melliti verborum globuli*, & *fabuloſum ſententiarum tormentum*, & *controverſia ſententiolis vibrantibus picta*, ac ſimilia apud Arbitrum, verba ſunt magnifica, rerum ac ſenſus pæne vacua. Omittere non poſſum verſum hunc Petronii :

Has inter ſedes Ditis Pater extulit ora.
Ditis Pater vocatur Arbitro, qui cæteris omnibus *Dis Pater* : ut *hic Quirites in numero ſingulari* pro Quiris, quemadmodum Sergius & Pompeius in Arte affirmant.

1. *amfractus*] Obliqui viarum flexus, in ſe recurrentes. *Gloſſ. Petron.*

2. *prolatoque peculio*] *Peculium* etiam eam ad rem uſurpatur à Plauto in Pſeudolo. Lamprid. in Heliogab. *Homines bene vaſatos & majoris peculii.* Qui *pulchrè peculiati* in Priap. Scalig. in Catal. ad Priap. *Peculium* inter Romana nequitiæ vocabula uſurpatum antiquis, teſtimonio eſt illud è Carmine libero,

Pulchrè penſilibûs peculiati :

Vbi de vaſatis probè mutoniatis eſt ſermo. Douſa Cent. lib. IV, c. IX. *Peculium* propriè dicitur id quo viri ſumus. Schopp. Explan. in Moſt. I, III. *Prolatoque peculiô*, i. e. mentulâ. hinc *peculiare* aliquem pro ſtuprare dixit Plautus Perſ. & *peculiati* ſunt peculiô inſtructi ſive mentulati in Priap. carmine III. ubi idem Schopp. in Comm. *Ge. Erhardus.*

3. *Iam pro cella meretrix*] Sic & Frellon. Wouweren, alii. Helenopolit. edit. Schonwetteri : *p. caella m.* Tornæſ. *pro ſella m.* Petrus Danielis : *pro ſella meretrix.* Briſſonius legit, *proſeda m.*

1 assem exegerat, jam ille mihi injecerat manum. & nisi valentior fuisset pœnas 2 dedissem. * adeo ubique omnes mihi 3 videbantur, satyrion bibisse * * * junctis viribus molestum contempsimus * * *

† quasi

da m. sed nihil mutandum puto. Meretricis enim sella propriè dicitur. Iuven. Sat. 3 lib. 1.

Et dubitas alta Chionem deducere sella.

Deinde *prosęda* meretricem significat, nec fuisset opus πεῖλαν (otiosò) *meretrix.* Scribendum verò *pro cella.* Iuven. Sat. 1 lib. 2. *Intravit*, &c. Dousa: *Iam prò cella.* Locum liberum designat, in quo homines venerei ac voluptuarii nequam faciebant clàm (ut inquit Conricus) remotis arbitris. Hoc enim genus *cellæ* dicebantur; easque à lenis, sive etiam lenonibus conduci mos erat, assis unius (sicut hinc patet) pretiò. In ejusmodi ergo secretum se à patrefamilias perductum commemorare pergit Ascyltos: &, absque pertinacia sua fuisset, daturum pœnas, & quidem *penitas*, parato præsertim, imò prompto peculiò in rem præsentem. Erhardus: *pro cella*, camera lupanari. In aliis legitur *jam procella m.* Vnde Brissonius, jam *prosęda m.* ex Plauti Pœn. l. de I. Connub. c. 6. Potest etiam retineri *procella* junctò vocabulò ut dicatur sicut *prostibulum*, quòd ante stabulum stet: ita *procella*, quod ante cellam, quemadmodum & *ancillam* dictam volunt, quasi ante cellam. In Scriptis Patrum ancillas observamus concubinarum munia subiisse: sed & ancillam pro meretrice positam: *Ancilla exornetur, scribatur ei titulus*, &c. Vide superius ad illa verba, *inter titulos.*

1. *assem exegerat*] Iuvenal. Satyr. VI. de Messalina inexhaustæ libidinis fœminâ, Claudii Imp. impudicissima conjuge:

Excepit blandè intrantes atque ita poposcit.

Arnob. lib. v. *Cypriæ Veneris abstrusa illa initia prætermus, quorum conditor judicatur Cyniras rex fuisse: in quibus sumentes certas stipes inserunt ut meretrici.* Iul. Firmicus Maternus de error. prof. Relig. *Statuisse etiam ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi traditò, assem unum mercedis nomine Deæ daret.* Gabbema. Hinc *multivolæ* dictæ meretrices. Iesus Sirac. c. 9. *Ne respiciàs mulierem multivolam, ne fortè incidas in laqueos illius.* Ge. Erhardus.

2. *dedissem*] Hoc omiserat editio, quam sequimur, Gabbemiana; sed habent utræque Lugdd. Tornæsii, & Frellon. aliæ, atque etiam c. M. Tragur.

3. *videbantur satyrion bibisse*] Ad libidinem esse incitatos & inflammatos è vi illius herbæ. *Turneb.* Petron. infrà: *Illinc puella pemicillò quod & ipsam satyreò tinxerat, Ascylton opprimebat.* Apulejus Medicus, de Herbis c. XV. *Græcis dicitur satyrion, Itali priapiscon, alii torminalem, alii testiculum leporinum nominant.* An igitur ex herba ista potus ejusmodi confectus, quo frigentibus, ad officium virile membris mederentur? An ipsius herbæ expressus succus ei rei faciebat? Idem Apulejus ibid. *Si quis mulierem subagitare non poterit, herbæ priapisci radicem, id est, testiculum dextrum, quia major est*, &c. *Idem.* Cœlius Aurelianus lib. 3. *Satyriasis est vehemens veneris appetentia. Vocatur autem ab herbæ virtute, quam satyrion vocant. Hanc enim accipientes in venerem provocantur, cum tentigine genitalium partium. Sed antecedentis istius passionis sunt epota medicamina ob usum venereum excitandum, quæ satyrica vocant, quæ sunt acria atque incentiva, & nervis improba.* Io. à Wouweren.

1. *per*

† quasi [1] per caliginem vidi Gitona in [2] crepidine semitæ stantem, & in eundem locum me conjeci. * Quum quærerem, Numquid nobis in prandium [3] frater parasset, [4] consedit puer super lectum, & manantes lacrumas pollice exterfit. [5] Perturbatus ego habitu fratris, quid accidisset, quæsivi. at ille tarde quidem & invitus, sed postquam precibus & iracundiam miscui: † Tuus, inquit, iste frater, seu comes, paullo ante in conductum adcucurrit, cœpitque mihi velle pudorem extorquere. [6] Quum ego proclamarem, gladium strinxit; &, Si Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti. † Quibus ego auditis, intentavi in oculos Ascylti manus: &, Quid dicis, inquam,

† *Encolpius.* ‡ *Giton.* † *Encolpius.*

1. *per caliginem*] *Per nebulam*, Plantin. *Dousa* MS. ad edit. Tornæs. *per caliginem*. Cic. Phil. XII. *Quod videbam quidem, sed quasi per caliginem: perstrinxerat enim aciem animi Decimi Bruti salus.* & lib. V ep. Fam. XV. *In infirma ætate, imbecillaque mente vis naturæ per caliginem cernitur.* Plautus dixisset *per nebulam*: ut in Capt. V, IV, XXVI: Pseud. I, V, XLVIII. *S. A. Gabbema.*

2. *crepidine semitæ*] i. viæ. *Crepidines* viarum, ipsæ eminentiæ dextrà sinistraque, vel ubi viæ conveniunt. *Gloss. Petron. Crepido*, loci cujusque editioris extremitas: ut, *crepido viæ* ap. Hieronymum.

3. *frater*] Hîc, & mox pro amasio. *Gloss. Petron.*

4. *consedit*, &c. *& lacrumas pollice expressit*] Dousa: Ergo simulatas, atque ad ostentationem doloris comparatas modò, & velut vi quadam extritas; neque dissentaneas nimium illis Ovidianis, quas lib. I de Arte, amatorum deliciis unicus ille venerearum rerum magister prævit hoc præcepto suo:

Si lacryma (neque enim veniunt in tempore semper)
Deficiunt, uda lumina tange manu.

Vnde perspicere est, quàm condignè ædepol, atque ex disciplinæ pullariæ regula personæ serviat Giton: quem nusquam non sui similem, hoc est, nequam, malumque ac versipellem, &(ut uno verbo absolvam) pathicum & quasi Comœdicum inducit Petronius. prorsus, rota figulinâ vorsutiorem, & in quem meritissimò Horatianum illud convenire putandum:

Verna ministeriis ad nutus aptus heriles.

& reliqua quæ de argillæ udæ imitatione ibidem ordine deinceps operæpretium sit lectitare.

5. *Perturbatus ego habitu fratris*] *habitu* dixit, modo loquendi Romanô, quo *habitum* universi corporis dispositionem vocant. Putean. in Genial. Serm. & Piccartus pericul. Crit. c. 17. *Ge. Erhardus.*

6. *Quum ego proclamarem*] Apul. *Poteras saltem proclamare suppetiatum.* Vlp. L. 4 § Divus. ad L. Cornel. de Sicar. *Planè si ipsi, qui hanc injuriam passi sunt, proclamaverint, audire eos præses provinciæ debet.* Atque ita proclamare, *quiritare dicitur*, hoc est, Quiritium fidem invocare. Tertull. adversus Valentin. *Vt etiam inclamârit, quasi, porrò Quirites, aut fidem Cæsaris.* Inde *perquiritare* legem, promulgare, verbum decemvirale. *Io. à Wouweren.*

1. *mu-*

inquam, [1] muliebris patientiæ scortum, [2] cujus ne spiritus purus est? Inhorrescere se finxit Ascyltos; mox sublatis fortius manibus, longe majore nisu clamavit: † Non taces, inquit, gladiator [3] obscæne, [4] quem de ruina arena dimisit? Non taces nocturne percussor, qui ne tum quidem, quum [5] fortiter faceres, [1] cum

† *Ascyltos.*

1. *muliebris patientia scortum*] Firmicus Astr. lib. III, c. VII. *Patiantur quæ mulieres pati consueverunt, præposteris libidinum ardoribus.* Inf. *ut muliebri patientiæ legem posset accipere.* S. A. Gabbem.

2. *cujus ne spiritus quidem purus est*] Propter fellationem: sicut, ut loquitur Arnobius lib. II, *oris stuprum.* Lactant. lib. VI, c. XXIII. Lamprid. in Commod. *Libidinosus, ore quoque pollutus & constupratus fuit.* Sueton. de Polemone Grammatico: *Flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris.* Minut. *Qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhærescunt.* Idem.

3. *obscæne*] Sic ab *ob* & *scæna*, juxta antiquam scriptionem, ac Æolas σκκανὴ pro σκηνὴ (scena) efferentes (de quo etiam inferiùs): vel *obscenè* à σκηνὴ: vel *obscænè* à Sabinorum *scænum* pro *cœnum*, ut *scælum* pro *cœlum*, Meursius.

4. *quem de ruina arena dimisit*] Significat apertè, fugitivum illum in arenam damnatum, & cum fœda muliere aliqua (non dissimili schemate, quo asinus Apulejus) commissum, ruinâ pegmatis præter spem evasisse. Et clarè iterum: *ergo me non* ruinâ *terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi judicium, arenæ imposui, hospitem occidi, ut inter audaciæ nomina, mendicus exsul in diversorio Græca urbis jacerem.* Et solent interdum ita componere pegma & hanc ruinam; ut ii qui impositi, præcipites ruerent in caveas ferarum: ibique discerperentur. *Lipsius* de Amphitheat. *Gabbema.* Idem in edit. posteriore: *quem de ruina arena dimisit.* Interpretes volunt intelligi gladiatorem pegmarem. Erant autem gladiatores pegmares, qui in pegmate, seu constructo tabulato pugnabant, ejusque ruina (ita enim constructum erat, ut facilè solverentur ejus compages) laberentur in arenam, ubi aut ignis, aut feræ de industria positæ homines facinorosos absumebant. Malo ita interpretari: Qui ne in arena seu amphitheatro perires, per ruinam nescio quam evasisti. *Ruina* est cum ædificia, turres, alia opera, aut montes parteve eorum decidunt. Sen. Ep. XIII. *Multa intervenient, quibus vicinum periculum vel prope admotum aut subsistat aut desinat; aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit, quosdam molliter ruina deposuit, aliquando gladius ab ipsa cervice revocatus est.* Et Epist. XXX. *Alia genera mortis spei mixta sunt. Desinit morbus, incendium exstinguitur, ruina quos videbatur oppressura deposuit.* Eo modo hîc evasisse significatur. Referunt Suetonius in Tiberio cap. XL; & Tacitus in IV Ann. Apud Fidenas supra viginti millia hominum, gladiatorum munere, amphitheatri ruinâ periisse. Tali casu Petronius Encolpium, cùm staret nimirum paratus ad decertandum, hoc est, ad pereundum, fingit, omnibus turbatis aufugisse, atque ultimam necessitatem evasisse.

5. *fortiter faceres*] Ia. Dousa: Novo, neque usitato more dictum videtur; utique mihi, qui *fortiter facere*, hac sententia nullus alibi, quod sciam, memini lectitare: positum, ut apparet, pro, *muliebre aliquid conferre*, armis-

[1] cum pura muliere pugnasti? cujus eadem ratione in viridario frater fui, qua nunc in diversorio puer est? † Subduxisti te, inquam, à præceptoris colloquio. ‡ Quid ego, homo stultissime, facere debui, [2] quum fame morerer? an videlicet audirem sententias, id est, [3] vitrea fracta, & somniorum interpretamenta? [1] Multo

† *Encolpius.* ‡ *Asyltos.*

armisque virilibûs agere res mariti: atque in robusta (ut idem loquuturus postea) hoc est, in masçula herculè, non autem pathica voluptate deditum esse. *Abi ergo, ac te compara, tota enim nocte tecum fortiter & ex animo præliabor, Apul. lib.* II *Met. Idem alibi: Præliare & fortiter præliare. Nec enim tibi cedam, nec terga vertam.* Translatum à re militari. Sic Servius ad illud IV Georg.

— — *Cæsar ad altum*
Fulminat Euphraten bellô.

Fortiter facit. Senec. lib. I Declam. IIX. *Qui ter Fortiter fecit, militiâ vacet.* Quintil. Declam. CCLXXXVII, CCXCIII, CCXCIV, CCCIII.

1. *cum pura muliere pugnasti*] *Pura mulier*, libera est immunisque à fœditate *morbi Campani, ac luxu illo capitali*, quem Nolanis adsignat Ausonius, Lesbiis usurpatum antiquitus: unde & λεσβιάζειν. quod dissimulanter innuere volentes Latini illi veteres, Plautus, Varro, Seneca, Tranquillus denique: *Conprimere linguam, offendere buccam, ori seu capiti cujuspiam inludere*, (quibus respondent: *mergere caput, comprimi, ore alicui morigerari*) periphrasi multò honestissima circumscripsere. Mart. lib. IX Ep. LXIX.

Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi:
Pollicita est nulla luxuriosa morâ.
Sed mihi pura fuit. — —

Eodem quoque honestatis velamento in diverso *Ligurum* genere, hoc est, Varronianis *Labdis* notandis usa Latinorum verecundia: Exempli gratiâ: *Occultare se demisso capite, perdere caput in aliqua, molas lingere, obligurire*: cujus rei infamia Tiberio quoque hircoso ac olido seni clarè & publicitus *Attellanico exodiô* exprobrata apud Sueton. hisce verbis:

Hircus vetulus naturam Capreis ligurit. Ian. Dousa.

2. *quum fame morerer*] Hinc proverbialis locutio, *pro pane rogare aliquam*, id est, stuprô compellare, apud Bebelium in Facetiis: Monachi:

En sumus hic nos tres, vos tres pro pane rogantes; &c.

G. Erhard.

3. *vitrea fracta*, &c.] Pro nugis & rebus frivolis dixit Martialis lib. I Ep. XLII.

Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis. — —

Turneb. vitrea fracta. Agamennonis dissertationem intelligit de causis corruptæ eloquentiæ paulò antè cum Encolpio habitam. unde quum se præter opinionem fratris, ad Gitonem inforandum, stabulum versus, hoc est, in diversorium furtim subduxisset; ut hoc saltem colore aliquo probabili fecisse videretur, dentes suos dentientes, ac lippientes fame fauces, ventrisque esuritoris inanias callidè, nec non rationabiliter obtendit. Cui jam pridem latranti explementum quæritare majus operæpretium fuisse cavillatur sibi, quàm tædium illud scholasticæ auditionis devorare diutiùs, in excipienda primùm præceptoris sui (Encolpii) declamatione, deinde eamsse mox consequutis Agamemnonis sermonibûs, soluta partim, partim vincta oratio-

1 Multo me turpior es tu hercule, qui, ut foris cœnares, poëtam laudasti. ‡ Itaque ex turpissima lite in risum diffusi,

‡ *Encolpius.*

oratione, bifariam puta conceptîs. Vnde & *vitrea fracta*, & *somniorum interpretamenta* appellat, multò urbanissimè; ut, quasi *scopas solutas* dicas,

Inanes, inquam, præcarum nænias,
Plautique mortualia. Ia. Dousa.

1. *Multo me turpior es tu hercule, qui ut foris cœnares, poëtam laudasti*] Pluribûs hæc, & quæ succedunt, persequitur Ia. Dousa; morem nempe locupletum poëmata sua recitantium, indidemque pullatæ ac pannosæ multitudinis assensum atque approbationem aucupantium, & quasi ementium sibi; non quidem ulla Poëticæ facultatis virtute, aut scientiarum meritis, sed gratuita cibi ac vestimenti præbitione. Sic verò ea de re Dousa: Odiosum, inquit, aliquem recitatorem intelligit, cui frequentem aurium operam locaverat Encolpius, non quidem carminum (quibus hercle nil invenustiùs) sed verò multò valdius geniò ipsius cœnæ illectus: secundum illud Martialis nostri:

Quod tam grande Sophos clamat tibi turba togata,
Non tu, Pomponi, cœna diserta tua est.

cujus adipiscendæ gratiâ à semetipso impetraverat idem ille, quem dico, frater Ascylti, ut præter animi sui sententiam inculta & malè nata poëmata plausu etiam immeritissimo prosequcretur, *Sophocles ex Encolpio, ex auditore Laudicœnus factus* subitò. Hæc enim nomina in Cœnipetas vulgò detorquebant, id est, in cœnarum captatores, eosque, qui (ut Catullus loquitur)

Quærunt in triviis vocationes.

& qui deteriùs nihil, quam *domicœnia* odere. cujusmodi à Martiali plurimos adeò in epigrammate graphicè prorsus, omnibusque suis coloribûs depictos videmus: præque cæteris *Selium* quemdam, familiam eo in genere strenuissimè ducentem. Quid mirum verò? quum non deessent iis temporibûs homines lauti ac locupletes, qui re nulla alia, quàm carmina sua ut recitarent, assidua cœnarum præbitione auditorum studia emerent: interdum lacernarum etiam, vel similium rerum largitionibûs gratiam eorundem ac faventiam aucupantes. Exemplo fuerit nobis unicus pro omnibus Ligurinus ille Martialis, de quo ita salsissimus poëta:

Hæc tibi, non alia est, ad cœnam caussa vocandi,
Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.

Neque omittenda illa Horatii, de semet in Epistolis prædicantis:

Non ego ventosæ plebis suffragia venor
Impensis cœnarum, & trita munere vestis.

Qui mos non intactus etiam Persio, ineptum ac divitem recitatorem his dictis Satyricè compellanti:

— calidum scis ponere sumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacernâ.

Quibus insuper alterum quoque ab Horatio locum appingas licebit; qui in Arte legitur istiusmodi:

Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores jubet ad lucrum ire poëta
Dives agris, dives positis in fœnore nummis.
Si verò est, unctum qui rectè ponere possit:

& cætera, quæ sequuntur, eódem pertinentia, in Notis nostris ad Horatium plùs uno in loco liberalissimè explicata. Hujus proinde laudationis turpitudinem, sive indignitatem veriùs etiam hîc Eucolpio (*Sic quidem Dousa*, Eucolp. Gyt. Trimalcion. &c. *Sed nos obsecundantes nostræ editioni*,

diffusi, pacatius ad reliqua seceſſimus. * Rursus in memoriam revocatus injuriæ, Ascylte, inquam, [1] intelligo nobis convenire non posse, itaque communes sarcinulas partiamur, ac paupertatem nostram privatis quæstibus [2] temptemus expellere. Et tu literas scis, & ego, ne quæstibus tuis obstem, aliquid aliud promittam. alioqui mille causæ nos quotidie collident, & per totam urbem rumoribus different. Non recusavit Ascyltos, &, † Hodie,

† *Ascyltos.*

tioni, ne confusio in nominibus, & distractio inter legendum oriatur, damus Encolp. Git. Trimalch. *&c.*) objicit Ascyltus. Neque alio mehercule referendum, quod idem haud multò sanè pòst, vers. 16: *Hodie*, inquit, *quia tamquam scholastici ad cœnam promisimus, non perdamus noctem. Ad cœnam*, poëtæ illius scilicet, ab Encolpio, uti diximus, cœnæ gratiâ collaudati. cujus haud dico versus, sed vero & nomen pariter cum meliore hujusdem Satyrici parte (id quod ex superioribus argumentis satis superque antea nobis ostensum) ubi sint; utrum sint, an non, id verò Lethen scire oportet scilicet. Nam ne de Trimalchionis cœna, qui & ipsus poëta videri volebat, aut perbellè certè amorem carminum simulabat, dictum credam, obstabat temporum ratio. Hæc enim qua de agitur cœna in hodiernam vesperam condicta; at altera illa triduò, an quatriduò pòst. indicio sint (præter ea quæ ab ipsa usque stirpe interciderunt) tot interjectæ in medio festivissimæ narratiunculæ, in quib. dies, vesperas, noctesque aliquot absumptas superstites etiamnum reliquiæ attestantur. Arguta porrò, atque oppidò prudens commoniti nucula illa: *non perdamus noctem.* Eam verò Martialis scitissimè aliquoties expressit, ut:

Et nihil ex tota perdere luce voles.

Item:

Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Postremò:

Perdiderit nullum vita reversa diem.

Quò etiam respexit Plautus:

Diem perdidi optimum.

Erhardus hic allegat, Raderum comment. in Martial. lib. 10 Ep. 60; Casaubon. ad Satyr. 1 Persii: Wouweren, Plin. lib. 2 Ep. 14.

1. *intelligo nobis convenire non posse; itaque*, &c.] De societatis renunciatione Iurisconsulti sæpe, l. xiv & l. lxv *pro Socio.* Fiebant autem illæ renuntiationes, aut per *præconem*, ut apud Synesium Epist. xlvi. *Quibus verbis feliciter agenti, amicitiam immisso præcone renuntiavit; & declaravit, quod etiam illacrymatus fuisset, si calamitas denuntiationem antevertisset.* & addit, *Hoc quidem non est amicitiam renuntiare, sed inimicitas denuntiare.* Et sanè inimicitias olim denuntiabant. de quo alibi. Aut per *servum*, ut in illo Iuvenalis,

Clamat libertus, & exi.

Aut *viva voce*, ut illo Ascylti exemplo: aut *epistolis*, ut apud Tacitum Annal. lib. 11, *componit epistolas, quis amicitiam ei renuntiabat.* Ludov. Dorleans.

2. *temptemus*] i. *tentemus.* Apud Maron. 8 Æn. in vett. codd. *tempto, temptamentum.* G. I. Vossius in Etymolog.

1. *tam-*

die, inquit, quia [1] tamquam ſcholaſtici [2] ad cœnam promiſimus, [3] non perdamus noctem. cras autem, quia hoc libet, & habitationem mihi proſpiciam, & aliquem fratrem.

1. *tamquam ſcholaſtici*] Varius hujus vocabuli uſus reperitur apud Auctores. *Scholaſticus* aliquando pro homine eleganti, omnium diſciplinarum ſtudioſo, & ſtudiis cultuque liberaliore imbuto & politis moribus ponitur, & barbaro opponitur. Sic Capitolinus in Maximino juniore, in Epiſtola Alexandri ad matrem; *Timeo, ne ſoror mea Græcis munditiis erudita, barbarum ſocerum ferre non poſſit, quamvis ipſe adoleſcens & pulcher & ſcholaſticus, ad Græcas munditias eruditus eſſe videatur.* Serapion ob elegantiam ingenii cognomen *Scholaſtici* meruit. Scribit Hieron. in Catalog. Scriptor. Eccleſiaſt. Aliquando ſimpliciter pro homine docto & in literis vivente accipitur, & cum Philoſopho conjungitur, ut apud Iulianum Imp. Epiſt. ad Maximum. Aliquando pro diſerto & eloquente ſumitur, ut apud Salvianum lib. I de Gubern. Dei, in præfat. Quia verò in Advocatis ſeu cauſidicis ſeu patronis cauſſarum, inprimis requiritur præter juris ſcientiam facundia & eloquentia; hinc factum eſt ut Scholaſtici pro Advocatis etiam nominarentur. Atque ita intellexit Anguſtinus Tractatu VII In Ioannem. Item Macarius Homilia XV. Aliquando tamen ſunt Scholaſtici, (alio nomine Rhetores) qui in ſcholæ umbra tantùm manent, nec in fori lucem ſe conferunt, fictis tamen cauſſis & declamationibûs ſe & alios exercent, veris autem litibûs non teruntur: quomodo Plin. lib. II Ep. III, *Suetonium* & *Iſæum Scholaſticos* vocat, *quo genere*, ait, *nihil eſſe ſimplicius atque integrius, cùm ii qui in veris litibus forenſibus cauſiſque agendis verſantur, multum ſæpe verſutiæ & calliditatis contrahant.* Atque ab hac ſimplicitate etiam in contemptum & deriſum veniunt tales, ad vulgus præſertim: ut venuſtè dixerit Epictetus apud Arrianum libb. Diſſertationum, *Scholaſticum eſſe animal, quod ab omnibus deridetur*, ζῶον οὗ πάντες καταγελῶσιν. Ita & noſtri hominem ineptum, imperitum rerum civilium, ἀρχαῖον καὶ εὐήθη (*priſcum & ſimplicem*) vocant. *einen Schulfuchs.* Multa horum etiam annotavit Caſaubonus in Hiſtor. Auguſtæ Scriptores pag. 416. qui præterea hoc docet, vocem σχολαστικοῦ (*ſcholaſtici*) primitus inventam à Theophraſto, pro homine literarum ſtudioſo, & qui Muſis vacet. *Conr. Rittershuſius.* Confer hîc ſuis locis, quæ ſuperius de Scholaſticis, ad *umbraticus doctor*, &c.

2. *ad cœnam promiſimus*] *Promittere ad cœnam*, eſt, promittere te alicui fore convivam, in cœna adfuturum. Sic Plaut. Moſt. IV, III, XII: Menæch. V, II, XLIII: Stich. IV, II, XVI. Seneca II Suaſ. *Sabinus Afidius venuſtiſſimus inter Rhetores ſcurra, cùm hanc ſententiam Leonidæ retuliſſet, ait, ego illi ad prandium promiſiſſem, ad cœnam renuntiaſſem.* Adludebat: οὕτως ἀριστᾶτ', ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες (*ſic prandete, ut in orco cœnaturi*). Plinius lib. I Ep. XV. *Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis? dicitur jus: ad aſſem impendium reddes, nec id modicum.* Sic *promittere ad aliquem*, Plaut. Stich. IV, I, IX. Cic. II Orat. VII. *Niſi prius à vobis impetrâro. Quidnam, inquit Catulus? ut hîc ſitis hodie. Tum, cùm ille dubitaret, quod ad fratrem promiſerat; ego, inquit Iulius, pro utroque reſpondeo: ſic faciemus.* Sic *promittere foras*, condicere foras: Plaut. Moſt. IV, III, XII: Menæch. XII, XV. *S. A. Gabbema.*

3. *non perdamus noctem*] Vide ſuprà, in fine ad verba, *Multò me turpior es.* quæ ibi Douſa.

trem. ‡ Tardum est, inquam, differre quod placet. * Hanc tam præcipitem divisionem libido faciebat. Iamdudum enim cupiebam amoliri custodem molestum, ut veterem cum Gitone meo [1] rationem diducerem. * Postquam lustravi oculis totam urbem, in cellulam redii, osculisque tandem bona fide exactis, alligo artissimis complexibus puerum, [2] fruorque votis usque ad invidiam felicibus. [3] Nec adhuc quidem omnia erant facta, quum Ascyltos furtim se foribus admovit, discussisque fortissime claustris, invenit me cum fratre [4] ludentem.

‡ *Encolpius.*

1. *rationem diducerem*] Sic quidem utráque Gabbemiana, & unde hæ fluunt Ios. Ant. Gonsalii de Salas, ac quotquot aliæ adsunt editiones. Sed vix negandum Arbitrum scripsisse, aut scribere debuisse *r. deduc.* Nam etiamsi hîc *ratio* solùm pro negotio, aut vivendi modo sumeretur, ei tamen non satis aptè videretur jungi *diduco*, quo in *di* seu *dis* divisionem notat (sicut in distraho) significatque dirimo, distribuo. *Diducere malas, ramos, milites, alimentum, rivos*, ap. Colum. Cæs. Cels. Cic. Sic & noster in editis paulò inferiùs, *diductam fregerunt lagenam*, i. in 2 partes ductam. in fragmento Tragur. nuper eruto, *in multas cogitationes diductus sum.* Io. Fred. Gronovius: Differuntur opinionibus eruditi, utrùm *deducerem an diducerem* legi debeat: Semel igitur decernere voluimus, nimirum Petronium scripsisse *deducerem.* Sic Suet. August. c. XLIII. *Atqui ita post hanc rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negociantium, quam populi summam deduceret.* Miror cur magnus interpres hoc observet novè dictum. Nam & antè sic Manilius lib. III.

Sic erit ad summam ratio deducta priorem.

2. *fruorque votis ad invidiam felicibus*] Plaut. Mostell.

Philo. *Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bonô,*
Qui invident, ne unquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.

Phile. *Age accumbe igitur. cedo aquam manibus puer, appone hic mensulam.*

Catull. *Dein cùm millia multa basiorum,*
Conturbabimus illa, nesciamus,
Aut ne quis malus invidere possit,
Cùm tantum sciat esse basiorum.

Martial. *Hoc tua sæve puer Diadumene basia flagrant;*
Quid si tota dares illa sine invidia?

Fr. Pithœus.

3. *Nec adhuc quidem omnia erant facta*] Nimis quàm illepidè! loquitur enim de perfectione in re veneris. Vereor, ne scripserit: *Nec adhuc quidem perfectô.* Anonym. MS. juxta manum Dousæ. Ovidius Epist.

Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt.

F. Pith.

4. *ludentem*] σωνσιάζοντα, *(rem habentem).* Quo significatu & infrà dicit: *lusumque pueril. libid. speculabatur diligentiâ.* i. congressum *(σωνσίαν)* Gitonis cum Pannychide. Gallienus Imp. in Epithalamio:

Ite, agite, ô juvenes: pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula concha:
Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos, &c.

Maxi-

tem. risu itaque plausuque cellulam implevit, opertum me amiculo evolvit, & † Quid agebas, inquit, frater sanctissime? quid ' vesticontubernium facis. ‡ nec se solum

† *Asyltos.* ‡ *Encolpius.*

Maximian. Etrusc. Eleg. 4 de amica ad venerem invitante amatorem:

Quin potius placito noli, inquit, parcere ludo;
Parcite tristitias & renovate jocos.

Sic accipe in Sardanapali Epitaphio:

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

Et in illo Monastico versu barbaro, quem referunt Gardinerus & Neander in Proverbiis antiquis:

Ludere cum Schellis res est pergrata puellis.

Vetus Interpres Bibliorum pro eo dixit, *jocari* Genes. 26, v. 8 de Isaaco: *Prospiciens Abimelech per fenestram, vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua. Et accersito eo ait: Perspicuum est quòd uxor tua sit; cur mentitus es eam sororem tuam esse?* Erhardus. Sed fallitur de *jocari* Erhardus. In Hebr. est מְצַחֵק, *irridentem, colludentem, jocantem,* partic. Benoni מצ Pihel à צָחַק *collusit, jocatus est,* quod à צָחַק, *risit, arrisit.* reperiturque ead. vox Gen. 21, v. 9 de Ismaële ludente cum Isaaco; ut hic planè actus externus & propatulus, non ἕνωσις seu consuetudo conjugalis significetur.

1. *vesticontubernium*] Sic Tornæsius, & eum secuti in textu recentiores omnes. Gabbema in edit. priore: Eadem voce utitur auctor festivissimi; sed nimis Latini, *Pervigilii Veneris*, (diversi ab eo, quod acceptum à Pithœo Lipsius Electis edidit) cujus quatuor tantùm versus, nescio an priores, I. Dousa F. ut eos ab Hier. Grosiotio Lislæo acceperat, primus vulgavit:

Nemo tentis mentulis det, nemo nervis otium.
Ecce passeres salaces, ecce rauci turtures,
Hac super virente myrto nos amoris admonent
Cùm puellis dulce inire vesticontubernium.

Nobilissimus Dousa P. disjungit vocem, ut sit *Vestæ contubernium*: ac illud per irrisum dicat, in eum, quem videri vult à Vestalium castimonia quàm longissimè abesse. Turnebus intelligit, de iis qui sub eadem veste cubant lib. XIX, c. VI. Lucem huic loco submministrat lepidissimus amorum doctor. lib. I Amor. ep. IV.

Sæpe mihi, dominaque meæ properata voluptas
Veste sub injecta dulce peregit opus.

Sic & in Ep. Paridis de Helena & Menelao accubantibus. Cl. Salmasius in editione Gabbemiana posteriore: *vesticontubernium.* De monstrosa hac voce & de *contubernio*, quod promisi nuper me testimoniis idonei auctoris planum facturum, ea voce non tantùm intelligi contubernalium cœtum, sed & tentorium ipsum sive tabernaculum sub quo contubernales, Tacitum tibi, quò id evincam, allegabo. Nec meliorem puto requires. Annali primò: *Non obtrectari à se urbanas excubias, sibi tamen apud horridas gentes è contuberniis hostem adspici.* An non hìc *contubernia* sunt tabernacula militum? Eodem lib. *Progredimur contubernis*, &c. Et paulò inferiùs: *Irrumpunt contubernia.* Annali 15. *At illi vix contuberniis extracti.* Nempe tentoriis. Sed planissimè idem auctor Hist. l. 1 casam publici servi *contubernium* appellavit. *Piso*, inquit, *in eadem Vestæ*, &c. Hinc liquet quid sit apud Arbitrum *veste contubernium facere*, pro quo Criticis nostris malè feriatis placuit *vesticontubernium*; quam vocem elegantiarum Arbiter meritò spernat. Inde sumpsit auctor fragmenti supposititii,

Cum puellis dulce inire vesticontubernium.

lum intra verba continuit, sed lorum de pera solvit, & me cœpit non perfunctorie verberare; adjectis etiam petulantibus dictis. † Sic [1] dividere cum fratre nolito. * * * ‡ Veniebamus [2] in forum deficiente jam die, in quo notavimus frequentiam rerum venalium, non quidem precioſarum, ſed tamen [3] quarum fidem male ambulantem obſcuritas temporis facillime tegeret. Quum

† *Aſcyltos.* ‡ *Encolpius.*

Quod procuſum eſſe ab eo qui primus prodidit, tam ſum certus, quàm me vivere, &c. Hæc Salmaſius. *veſtiecontubernium*, cùm ſub ead. veſte cubatur. *Gloſſ. Petron.*

1. *Sic dividere cum fratre nolito*] *Ia. Douſa*: Ita Editiones, quas quidem mihi uſque adhuc inſpectare contigit. Cæterùm haud placet hæc clauſula, & pro *nolito*, perlubenter herculè, *cogito*, legerim. Latet autem ſpurcities, ne ipſi quidem Petronio diſſimulata. Addit enim: *petulantibus dictis*. Quamobrem autem? Id verò non jam meis, verùm herculè Ciceronis ipſius verbis enucleare conabor. Sic enim ille epiſt. 9 ad Pœtum: *Ergo in verbis honeſtis obſcœna ponimus. quid enim non honeſtum verbum eſt, diviſio? At ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo.* Vnde & Plautus, Aulul. II, IV.

STROE. ---- ---- *Edixit mihi,*
Vt diſpartirem obſonium hic bifariam.
COM. *Me tu quidem hercle hic tam palam non dividas.*
Si quò tu totum me ire vis, operam dabo.
ANTH. *Bellum & pudicum verò proſtibulum popli.*
Poſt ſi quis vellet te, haud non velles dividi?
CON. *Atqui ego iſtuc, Anthrax, aliovorſum dixeram,*
Non iſtuc quod tu inſimulas. —

Dividere autem quod Laberio, *cædere hillas*. Hinc etiam *diviſores* dicti hillicidæ, qui pullariam facerent ſcilicet. *Sis dividere cum fratre nolito.* i. e. Tu qui me nuper *in viridario* pathico fratre uſus, nunc verò ſtimulante invidia ad *diviſionem ſarcinularum* provocaſti, ut hoc tuo catamitô unus fruereris, pullum ſolus divideres, &c. quandoquidem à me in turpi hoc actu offenſus, cape verbera & *ſic mecum dividere nolito*. Sed Barthius: *dividere* ſanè non adeò hîc impium ut volunt, verùm ut apud Senecam l. de Benef. c. 14, de meretrice pluribus ſe familiariter dividente.

2. *veniebamus in forum deficiente jam die*, &c.] Puto rerum furtivarum forum intelligi, quæ in Saburra deficiente jam die venales proponerentur, idciro harum fidem malè ambulantem dicit Horat. lib. 1 Sat.

Fallacem circum, veſpertinumque pererro
Sæpe forum. — Acron & Porphyrio, Horatii interpretes, de Saburra majore hunc locum accipiunt, in qua veſperi furtivæ res ſemper venundabantur. Hinc Plaut. *Veſperi ſuo vivere*, pro, furtis ſuis vitam ſibi parare. Hac de cauſſa Propertius vigilacem Saburram dixit;

Iamne tibi exciderint vigilacis furta Saburræ. Iac. Durantius.

3. *quarum fidem malè ambulantem*] Erhardus: Leg. *furem*. Meurſ. Animadv. L. 4, c. 6. Fr. Pithœus: L. *fidem*, & alluditur fortaſſe ad ambulatores illos, de quibus Martial.

Hoc quod Tranſtiberinus ambulator;
Qui pallentia ſulfurata fractis
Permutat vitreis.

Douſa MS. ad edit. Tornæſii: lego *fide.*

1. *lanam*

Quum ergo & ipsi raptum latrocinio pallium detulissemus, uti occasione opportunissima cœpimus, atque in quodam angulo [1] laciniam extremam concutere, si quem forte emptorem splendida vestis posset adducere. [2] Nec diu moratus rusticus quidam, familiaris oculis meis cum muliercula comite propius accessit, ac diligentius considerare pallium cœpit. invicem Ascyltos iniecit contemplationem super humeros rustici emptoris, ac subito exanimatus conticuit. Ac ne ipse quidem sine aliquo motu hominem conspexi: nam videbatur ille mihi esse, qui tuniculam in solitudine invenerat. plane is ipse erat. Sed quum Ascyltos timeret fidem oculorum, ne quid temere faceret, prius tamquam emptor propius accessit, detraxitque humeris laciniam, & diligentius tenuit. O lusum fortunæ mirabilem! Nam adhuc nec futuræ quidem adtulerat rusticus curiosas manus, sed tamquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat. Ascyltos, postquam depositum esse inviolatum vidit, & [3] personam vendentis contemptam, seduxit me paullulum à turba: &, † Scis, inquit, frater, rediisse ad nos thesaurum de quo querebar? Illa est tunicula adhuc, ut apparet, [1] inta-

† *Ascyltos.*

1. *laciniam extremam concutere*] *Lacinia*, ora sive extimum vestis aut panni, κράσπεδον. Cuiac. Observ. l. 12, c. 24. Quæ fortè an in hoc pallio ex auro vel purpura, Germ. *seydin oder guldin pasament porten.* nam infrà vocatur pretiosissima vestis. *Erhardus. Lacinia*, Glossis κρασπεδον, flexuosa, sinuosa apertáque pars vestis. Cic. Tironi: *Videor enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex secunda mensa semina.* Eundem videsis L. 3. de Orat. Suet. Claud. Cæs. c. xv. *Vt descendentem è tribunali non solùm voce revocarent, sed & lacinia togæ retentâ, interdum pede apprehenso retinerent.* Idem in Calig. *Ità se proripuit è spectaculis, ut calcata laciniâ togæ, per gradus iret indignabundus.* Ian. Laurenberg.

2. *Nec diu moratus rusticus quidam, familiaris oculis meis,* &c.] Id est, quem vidisse aliàs videbar mihi, quique (cum Plauto dicam) oculis meis haud sanè ignorabilis objiciebatur. Invenias idem loquendi genus infrà: *Vox penè auribus meis familiaris.* Hoc est (ut dictum modo) auribus antehac meis compluries usurpata. *Ia. Dousa.*

3. *personam vendentis*] Sic *persona* patris: *Qualem te in persona patris tui gesseris.* Senec. *personam induere judicis.* Quintil. *improbam* alicui *personam imponere, personam tuendæ dignitatis alterius* alicui *imponere.* Cic. *Persona* in talibus non est facies ficta, sed quævis

intactis aureis plena. Quid igitur facimus; aut quo jure rem noſtram vindicamus? † Exhilaratus ego, non tantum quia prædam videbam, ſed etiam, quod fortuna me à turpiſſima ſuſpicione dimiſerat, negavi circuitu agendum, ſed plane [2] jure civili dimicandum, ut ſi nollet alienam rem domino reddere, [3] ad interdictum veniret.

[4] *Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat,*
Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?
[5] *Ipſi qui Cynica traducunt tempora cœna,*
Nonnunquam nummis [6] *vendere verba ſolent.*

† *Encolpius.* [1] *Ergo*

qualitas, ratio, munus, provincia.

1. *intactis aureis*] Horat. l. 3 Od 24. *Intactis opulentior theſauris Arabum.* Quos ſcil. Romani nondum attigerant.

2. *jure civili dimicandum*] *Interdicta*, ut ſequitur, non ſunt *juris civilis* ſed juris prætorii. At Petronius prætorium civile jus facit, opponens ei ſcilicet jus naturale vel gentium. *Io. à Wouweren*

3. *ad interdictum*] Hoc valde mihi novum eſt. Nam jure civili rei mobilis nomine nullum recuperandæ poſſeſſionis edictum proditum eſt. Nam *unde vi* ad res tantùm immobiles pertinet, L. 1 §illud ff unde vi; *Utrubi* autem retinendæ eſt poſſeſſionis non recuperandæ. *Cl. Puteanus. Ad interdictum venire*, eſt jure ordinario agere. Frontinus de Limitibus agrorum: *De poſſeſſione controverſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt jure ordinario litigatur.* Wouweren.

4. *Quid faciant leges*] Alii, *faciunt.* Anonym. in Var. Lect. Sic & MSm Tragur. *Erhardus*: In avaritiam & pecuniæ ſtudium invehitur. Scaliger in Catalect. Gualtherus Alexandreide l. 1.

Munus enim à norma recti diſtorquet acumen
Judicis, & tetra involvit caligine mentem.

Item:

Peſtis avaritia, quæ ſola incarcerat omnes
Virtutum ſpecies; ſpreto medicamine juris
Curritur in facinus, nec leges curia curat,
Ligatur juſtus, abſolvit curia mendax
Injuſtos, &c.

Et lib. 7.

—— Cenſor iniquus
Avertit ſurdas à cauſa pauperis aures,
Et fovet injuſtam corruptus munere cauſam.

5. *Ipſi qui Cynica*] Verſus eſt inprimis elegans, quo quidem eos ſignificari puto, qui miſerè vivunt, ut ſiliquis & leguminibûs quique viliſſimis cibariis ſe ſuſtentant. nam talis erat Cynicorum victus, quod è Luciano in Dialog. mortuorum intelligi poteſt. Turneb. Adverſ. l. 1, c. 15. Hinc *Cynicè vivere*, in proverbium abiit de iis, qui miſerè victitant. Gilbert. Cognat. in Adagiorum Sylloge. *Ge. Erhardus.*

6. *vendere verba ſolent*] Stephan. & Tragur. MSm: *verba ſolent emere.* Wouweren: Martialis,

Solicitiſque velim vendere verba reis.

Sen. Herc. fur.

Hic clamoſi rabioſa fori

Iurgia

[1] *Ergo judicium nihil eſt niſi publica merces,*
[2] *Atque Eques in cauſa* [3] *qui ſedet, empta probat.*

Contra Aſcyltos leges timebat : &, ‡ quis, ajebat, hoc loco [4] nos novit? aut quis habebit dicentibus fidem? Mihi plane placet emere, quamvis noſtrum ſit, quod agnoſcimus, & [5] parvo ære recuperare potius theſaurum, quam in ambiguam litem deſcendere. † Sed præter unum

‡ *Aſcyltos.* † *Encolpius.*

Iurgia vendens, improbus iras
Et verba locat.

1. *Ergo judicium nihil eſt*] *Erhardus :* Corrupta Romanorum judicia taxat, ut & Martialis hoc verſu :

Et Iudex petit, & petit patronus,

Raderus ad Martial. l. 2 Epigr. 11. notat judices leves & iniquos, qui non judicant ex præſcripto juris & legum, ſed corrupti muneribus, judiciorum religionem quaſi mercem, vendunt : de quibus etiam Varro in Sexages. Auſon. Popma in Conjectan. Vide Sarisberienſem de Nug. Curial. l. 5, c. 16; & Iac. Magnum Sopholog. l. 8, c. 1. *Non poſſum, neque debeo ſilentio præterire aviditatem ingluviemque quorumdam legulejorum, quo jura venditant, quo pauperes opprimunt, inopis cauſam derelinquunt, cum judice corrupto clam conjurant, & palam conſentiunt; apud egenos & nil æris habentes ſe mutos reddunt, occupatos ſe clamant, collum faſciis obſtringunt, morbum Demoſthenis fingentes, adverſus hanc corruptelam* Petronius cecinit *Arbiter. Amore juſtitiæ nequaquam excitantur ad operam, ſed talpis ſegniores virtutis vexillum ut deſertores fugiunt. Vbi autem lucrum apparuerit, ſplendor auri doloſuſque nummus refulſerit ubi ſapor vini & pretioſi muneris adorea narium fores pulſarit, non ſolum codices & chartas, ſed & pedes, manus, os, linguam totamque corporis ſubſtantiam promittunt*, &c. Iac. Locher Philomuſus præfat. in Vdalrici Tengleri ſpeculum Laicorum Germanicè ſcriptum.

2. *Atque Eques in cauſſa qui ſedet*] Io. VVouweren : Conſilium innuit. Vlpian. fragment. tit. 1. In conſilium adhibentur Romæ quinque Senatores, & quinque equites Rom. in provinciis viginti recuperatores. Theop. Gr. intepr. κουσίλιόν ἐστι συνέδριον φανερῶν ἀνδρῶν (*Conſilium eſt conſeſſus clarorum virorum*). *Recuperatores*, quia per eos jus ſuum quiſque recipiebat. Propriè itaque infrà; *recuperato, ut putabamus theſauro.* Vide Feſt. Gloſſ. δικαστής, Iudex recuperator. Plautus in Bacch. *Prætor recuperatores dedit.*

3. *qui ſedet empta probat*] Id, ut alia hujus Scriptoris mutuavit Cyprianus epiſt. ad Donat. *Iudex? ſed ſententiam vendit, qui ſedet crimina vindicaturus admittit.* Iſ. Pontan. Analec. l. 2, 17. *Ge. Erhardus.*

4. *quis hoc loco nos novit*] *Plautus Pœn.*

Quid me hac re facere deceat, egomet mecum cogito :
Si volo hunc ulciſci, lites in alieno oppido ſequar.

5. *parvo ære recuperare*] Apud Iac. Magni Sopholog. l. 5, c. 3 legitur : *Tutius eſt parvo ære rem perditam recuperare, quam jus ambiguæ præbere liti.* Videndus Iuretus in Symmach. l. 7 Epiſt. 129. *Erhard.*

unum [1] dipondium [2] ſicilicumque, quibus [3] lupinos deſtinave-

1. *dipondium*] Sic & Tornæſius, Douſa, alii. Erhardus: in antiquitus cuſis unum *deſponendum ſicel.* ſed tamen non minus falſa eſt iſta ſcriptura, quàm lupinaria moneta. Lupinos autem, ut ex Horat. docuimus, &c. quemadmodum mox ſequetur ad, *lupinoſque.* Fr. Daniel. & Frellon. edit. *diſpondium.* Gabbema: Dipondium ſeu *dupondius*, inquit Varro de L. L. lib. IV, *à duobus ponderibus, quòd unum pondus aſſipondium dicebatur, id ideo quòd as erat libræ pondus.* Dupondium ergo duos aſſes ſignificat, vel XXIV uncias, aut XII ſeſcuncias, *& ſic apud Vlpian. l. item ſi.* XVII *ff. de Hered. inſt. & § & conſtat. Inſt. de hered. inſt. vide Viglium Zwichemum ab Aita* in enarratione hujus legis. Etiam pro parva pecunia ſumitur. Cicer. pro Quintio: *Si dupondius tuus augeretur* &c. *in parva re captionis aliquid verere.* Senec. in Epiſt. *Dupondiò ſatur*, id eſt, exiguo ſumptu. *Dipondium* pendet drachmas duas. *Gloſſ. Petron.* Nimirum quia drachma & denarius idem, aut certè finitimi. Denarius autem 10 aſſes valebat & libella dicebatur, quòd libram ſeu *pondo* totus as penderet. Iuxta Iuſt. Lipſium in de re Nummar.

2. *Sicilicumque*,&c.] Sic & Schonwetteri Helenopolitana (Anni 1610) atque eâ quinquenniò poſterior Lugdun. Frelloniana, quæ duæ edit. tantumnon in minimis conſonant, utræque cum Notis Variorum, & Symbolis Erhardi, nominataque deinceps alterutrà ſolùm, altera ſimul intelligenda. poſterior Gabbemiana, *ſiciliumque*: Tornæſius eumque ſecuti editores, & interpp. Douſa, Fr. & P. Daniel (quem utrumque in Sylloge vidi Erhardi) Wouwerius, Barthius, Lotichius, &c. legg. *dipondium ſicel lupinoſque quibus deſt.* Alii tamen notante Tornæſio ad marg. *cicer* pro *ſicel.* Erhardus, ut mox patebit, mallet pro *ſicel, ſcilicet.* Gabbema verò in Notis: *ſicil.* Sicil hoc (ſi pro ſiclo poſitum velimus) eſt ab Hebræo שקל ſchakal, quod eſt appendere, ponderare, & ſimilia. hinc formatum nomen שקל ſchekel, ſiclus quod apud Hebræos primùm pondus, ac deinde etiam nummum, cujus uſus in illa gente frequens, denotat. Siclus autem, utrolibet modo ſumptus, duplex erat: 1. Eccleſiaſticus, dictus etiam ſiclus Sanctuarii. 2 Civilis, etiam gentilibus non incognitus. prior valebat τετραδραχμον (4 drachmas) Græcorum, Romanorum ſemunciam: poſterior pondere & propterea etiam in re nummaria valore duplò minor *duas* valebat *drachmas*, Græci δίδραχμον dicerent. Hujus mentionem facit Matthæus Euangeliſta, qui capite decimoſeptimo refert exactores vectigalium à Petro & Chriſto petiiſſe τὰ δίδραχμα (*penſionem 2 drachm. aut nummum 2 drachm. continentem*). Quaterni igitur tales ſicli thalerum imperialem integrum conſtituerent, id eſt argenti unciam. unde non immeritò Gloſſa per ſicilicum, ἑγκίας τέταρτον (*uncia quadrantem*), illius valorem expoſuit. *Th. Wybinga.* Turn. l. XIX, c. VII, pro *ſicel* legendum putat *ſcilicet.* Sed in veteri Lexico hic habetur: *Sicel Latino ſermone ſiclus adpellatur corrupté. Hebræorum nomen eſt, habens apud eos uncia pondus: apud Latinos autem & Græcos, quarta pars uncia eſt; & ſtateris medietas, drachmas duas appendens. unde cùm in litteris divinis legitur ſiclus, uncia eſt; cum verò in gentilium. quarta pars uncia eſt.* Daniel. Nimirum Pet. Dan. præter *ſicil.* quod neque in P. neque F. Dan. lego, ſed *ſicel.* Addit P. Danielis: Vide Cujacium. l. 12 Obſerv. c. 40. In alio Lexico legitur: *Siclus, i, e. ſtater qui habet obolos 20, ſtater ſive ſiclus drachmas 4, drachmæ 8 Latinam unciam faciunt: ita ut unus* (vetus, ve-

ius)

ſtinaveramus [1] mercari, nihil ad manum [2] erat. Itaque ne

rus) *panis* 10 *uncias habere dicatur*, &c. Gloſſ. Petron. *Sicel* unciæ pondus, habens ſcrupula 10; ex Wouwerio, qui allegat D. Eucherium l. 2 Inſtruct. & Voluſium Metian. Tandem: vide Rhemnium de Pondd. *Ga. Barthius.*

3. *lupinoſque*] Lupini olim viliſſimum pauperum cibarium, & aliorum frumenti inopiâ, Cynicorum vero adeò creberrimum, ut vix umquam à Cynici pera abeſſe lupinos, contingeret. Diogenes ipſorum Πρωτότυπος (*dux, auctor*) quendam uti Cynicum inſtruens apud Lucianum in Vit. auct. inquit; Ἡ πήρα δέ σοι θέρμων ἔσται μεστὴ, καὶ ὀπισθογράφων βιβλίων (*Pera tibi erit plena lupinorum, & librorum à tergo ſcriptorum*). Et in Mortuor. Dial. Charon ait ad Menippum Cynicum inſignem: Δεῖξον, τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις; Μὲν. θέρμους, εἰ θέλεις, &c. (*Oſtende quid habeas in vidulo?* Men. *Lupinum, ſi velis*). inde Crates apud Ariſtot: οὐκ ἀηδῶς γὰρ οὐκ οἶδα, φησὶν, πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει θέρμωντε χοίνιξ (*Non inſuaviter verò, neſcio, inquit, quam vim pera habet & lupinorum ſextarii duo*). *Gonſalius.* Madidis *lupinis* Protogenem illuſtrem pictorem vixiſſe, refert Plin. lib. xxxv, cap. x, dum Ialyſum nobilem tabulam pingeret, *quoniam ſimul famem ſuſtineret & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret.* Gabbema in edit. poſter. *Erhardus:* Legendum crediderim *unum dupondium ſcilicet lupinoſque, quibus deſtin. merc.* Lupinos autem ex Horatio Plautoque alibi docuimus veros aſſimilare nummos, id quod & hic locus confirmat. Turneb. Adverſ. l. 19, c. 7. *Anonymus:* Aliàs *lupini* leguminis genus adeò amarum, ut nec à verme, nec ali ullo animante propter amaritiem comedatur: ſed calidâ maceratum, cibo fit idoneum: Rogatus Zeno, quid ita, cùm eſſet naturâ ſeverus, in convivio tamen hilareſceret? facetè reſpondit: & lupinum cùm ſit per ſe amarum, tamen aquâ maceratum dulceſcit. Hoc apophthegma: quò pertineat, facilè quivis intelligit: nimirum inter menſas & ſcyphos exulare triſtitiam & ſolere & oportere. Et alioquin verum eſt quod ſcribit Philo lib. de Plantat. Noë, *Sapiens vinô maceratus, fit ſeipſo jucundior.*

1. *mercari*] Nota proprietatem hujus verbi, pro negotiari vel lucri cauſâ merces emere, quæ deinde cariùs diſtrahantur. *Erhardus.* Nimirum abſolutè, quomodo & Salluſt. Iugurth. uſus de Vacca Numidarum oppido loquens: *ubi & incolere & mercari conſueverant Italici generis multi mortales.* Aliàs juncto aut intellecto accuſativô rei: *Cætera quæ volumus Græca mercamur fide* 1. præſente pecunia. *Quos tam grandi mercatus ſum pecunia.* Plaut. Aſin. & Captiv. *Sordidi etiam putandi, qui mercantur* (i. emunt, activè) *à mercatoribus, quod ſtatim vendant.* Cic. l. 1. Offic. Addit Anonym. de mercatura: Idem Cic. eod. l. 1 Offic. *Mercatura, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt, ſin magna & copioſa, multa undique apportans, multis ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda.*

2. *erat. Itaque ne interim præda diſcederet*] Sic & editt. Frellon. Gallo-Lugdun. Anni 1615, Lotichii Francofurt. Anni 1629. verùm Tornæſii Gallo-Lugd. Anni 1575, cum qua Douſæ Batavo-Lugdun. 1583 ſemper coincidere exiſtimanda, niſi moneam; Rutg. Hermannidæ (quam quis ex titulo recuſam Bourdelotii exiſtimaret, ſed non eſt) Amſtelodam. Anni 1663; & Wouweren binæ, Pariſiens. Anni 1601, ac Batav. Lugdun. Anni 1623: *erat, ne interim præda diſcederet. Itaque vel min.* Wouweren: Optimus codex habebat, *ne viritim.* Luxata autem hæc ſunt ſuo locô. Continuentur igitur cum ſuperioribus ita: *quam in ambiguam li-*

ne interim præda discederet, vel minoris pallium [1] addicere placuit, ut pretium majoris compendii leviorem faceret jacturam. Quum primum ergo explicuimus mercem, [2] mulier operto capite, quæ cum rustico steterat, inspectis diligentius signis, [3] injecit utramque laciniæ manum, magnaque vociferatione, [4] latrones tenere, clamavit. Contra, nos perturbati, [5] ne videremur nihil agere,

tem descendere, ne viritim præda discederet, id est, ne præda divideretur ex eventu litis. Hæc Ill. Scaliger, quæ quidem certa & indubitata esse quisquis sanæ mentis fateatur oportet.

1. *addicere*]. i. e. Auctionem facere, hoc est, bona sua proscribere, & licitantibus objicere, & rem venalem ei, qui plus cæteris obtulerit, tradere. quod Græcis ἀφόρητον πρᾶγμα δοῦναι, ἀποκηρύττειν τὰ παρῶντα, κηρύττειν τὰ ὄντα (*superflua proscribere, patrimonium præconiò vendere, substantiam indicare*). Suet. Iul. c. 1. *Amplissima prædia minimò addixit. Gabbema*, Portò, verbum hoc *addicere* est ex tribus illis, quibus universum Prætoris imperium ac potestas continebatur, *Do, Dico, Addico.* nam in addicendo jus faciebat. Veluti cùm in cessionibus addicebat, cum in vindiciis, in bonorum possessionibus: item cum aliquem suis creditoribus, aut furiosum suis agnatis gentilibusque addicebat. Dicuntur quoque addicere præcones in auctionibus & publicis locationibus, &c. Anonymus.

2. *mulier operto capite*] Feminæ enim in publico obnuptæ apud Orientales. Genes. 24, 65 de Rebecca: *At illa tollens citò pallium operuit se.* qui mos durat hodieque apud Turcas & Persas. Nec honestæ tantùm matronæ ac virgines, verùm etiam meretrices. ibid. c. 38, 15 de Thamare ad viam prostante: *Quam cùm vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum.* Fingit autem Petroni. hæc in urbe Græca contigisse & Græci moris. *Erhardus.*

3. *injecit utramque laciniæ manum*] Erhardus: *Injicere manum.* antiquum verbum juris, & quidem proprium, quoties nulla Iudicis expectata auctoritate rem nobis debitam, aut etiam nostram vindicamus: quod Tertullianus dixit, *manu injecta detinere.* Andr. Hoyus in Proverbialibus Tertulliani formulis, cap. 123. *Anonymus:* Hac etiam loquendi formula utitur Lex XII Tab. 33. *Æris confessi, ærisque debiti judicatis triginta dies justi sunto. post dein manus injectio esto.*

4. *latrones tenere clamavit*] Sic & Tornæsius, Wouwerius, alii; nisi quòd post *tenere* nullum (,) ac Tornæs. ne quidem ante *latrones* (,) habeant. Dousa: Si *tenere* retineamus, subaudiendum videtur, *se*; ut manifesta in noxia latrones sese tenere significet; tamquam deprehensos. Alii, tamen *tenete*, malunt potiùs. idque ad nostri hujus seculi consuetudinem referre haud absurdè possis, quoties trium litterarum homines in ipso furto deprehensos persequimur ac reflagitamus altiore voce conclamantes, *houdt den Dief.*

5. *ne videremur nihil agere*] Sæpe in *nihils* vocabulo antiquorum lusum fecit ingeniositas. Vetus est: *Nihil agendo homines malè agere discunt.* Terent. *valde occupatus in nihil agendo.* Arnob. l. 6. *Vni tantummodo exauditi abeant soli, nihil egerint cæteri.* Auson. *Vt, quum agas nihil, hæc legas; & , ne nihil agas, defendas.* quæ omnia in speciem tantùm *nihil* illud præferunt, cùm & is,

agere, & ipsi sciſſam & ſordidam tenere cœpimus tunicam, atque [1] eadem invidia proclamare, noſtra eſſe ſpolia, quæ illi poſſiderent. [2] Sed nullo genere par erat cauſa noſtra, & [3] conciones, quæ ad clamorem confluxerant, noſtram, ſcilicet de more, ridebant invidiam; quod pro illa parte vindicabant pretioſiſſimam veſtem, pro hac [4] pannuciam ne [5] centonibus quidem bonis dignam. Hinc Aſcyltos pene riſum diſcuſſit: qui, ſilentio facto, † Videmus, inquit, [6] ſuam cuique rem eſſe cariſſimam, reddant nobis tunicam noſtram, & pallium ſuum recipiant. ‡ Etſi ruſtico, mulierique placebat permutatio, [7] advocati tamen jam pene nocturni, qui volebant pallium

† *Aſcyltos.* ‡ *Encolpius.*

is, qui otioſus ſit, non poſſit nihil agere, nec qui irritis conatibûs oravit, non oravit minùs, nec qui legit quod frivolum eſt, minùs legit. Barth. ad Claudian. n. 1590. Idem tamen alibi notavit, *nihil agere*, Petronio uſurpari pro affluentia otii. Ablegmin. Critic. l. 2, c. 8. *Ge. Erhardus.*

1. *eadem invidia proclamare*] Sic ſtatim: *Noſtram ſcil. de more ridebant invidiam.* Invidia plerumque apud Petronium eſt, virulenta quædam publici privatique odii concitatio. Sic Tacit. l. 4 Annal. *profuſis diu ac per ſilentium lacrymis, mox invidiam & preces orditur.* Familiaris hæc Petronio phraſis. Infrà: *Amolitur Aſcyltos invidiam, Inundatur hac Eumolpus invidia*, &c. Erhardus. Quintilianus, in ſimili, Declamatione 279, *vociferari* dixit, quod hîc *proclamare.*

2. *Sed nullo genere par erat cauſa noſtra*] Id eſt, nullo modo, οὐδενὶ τρόπῳ. Cic. ad Attic. *Quod optimo genere facere non licuit.* Wouweren. Iul. Firmicus: *Sed nullo genere matris dolor vincitur.*

3. *conciones*] Multitudo populi adſiſtentis, ſic & infrà ſumitur. *Gloſſ. Petron.*

4. *pannuciam*] Erhardus: *pannuceam.* vid. Petr. Perrenonium Animadv. & Var. Lect. l. 1, c. 13. Fr. Pithœus: *Pannucia* nuncupatur, quòd ſit diverſis pannis obſita. Iſidor. Wouweren: Perſius Satyr. 4:

Dum ne deteriùs ſapiat pannucia (-*cea.* Voſſius) *Baucis.*

5. *centonibus*] *Cento* ſtragulum vilius ex diverſi coloris pannis conſutum. Dictus non a centum, ſed κέντρον (aculeus) eliſo ρ. G. I. Voſſ.

6. *ſuam cuique rem eſſe cariſſimam*] Plautus:

Meus mihi, ſuus cuique carus eſt.

7. *advocati tamen penè nocturni*] Erhardus leg. exiſtimat, *bene nocturni*, i. e. qui jam ſerò & multam in noctem ambulant: eſt enim, inquit, αὐξητικὴ (*intendens*) hæc particula. Pergit: Schopp. Veriſimil. l. 1, c. 16 tradit, *nocturnos* pro furibus dictum, quòd & noctu graſſentur fures, & atrociores fures nocturni habeantur: idem de *advocatis*: qui veſtes avertere conabantur. Hoc autem eò eſt lepidius & urbanius, quòd jam adveſperaverat, ut ambiguitatis ſenſus duplici gratia augeſcat, & *advocatorum nocturnorum*, & nocturnorum furum. Turneb. Adv. l. 1, c. 7. Vide Scalig. caſtigat. ad Catull. Wouweren: Tacit.

lium lucrifacere, flagitabant, Vti apud se utraque deponerentur, ac postero die [1] Iudex querelam inspiceret. Neque enim res tantum, quæ viderentur [2] in controversiam esse, sed longe aliud quæri, in utra parte scilicet latrocinii suspicio haberetur. Iam [3] sequestri placebant, & ne-

cit. seu Quintil. de Orat. *Hinc leges assiduæ, hinc conciones magistratuum penè pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum.* Fr. Pithœus: Leucipp.

-καλὸς καὶ ὁ νυκτερινὸς δικαστής.
(*bonus est noctu quoque Iudex.*)

Calpurn.

Vt mala nocturni religavit brachia Mopsi
Tityrus, & medio furem suspendit ovili.

Anonymus, ut video, ex comment. I. Crispini, & I. Pacii in LL. XII Tabularum: Nocturnum furem licet impunè occidere per LL. XX Tab. sic enim habetur L. 38. *Si nox furtum faxit, & im aliquis occisit, jure cæsus esto.* i. e. Si fur noctu furtum fecerit, & eum aliquis occiderit, &c. Mirum verò est, in hoc capite prætermissum ab omnibus, quod Cajus testatur: *ut tamen id ipsum cum clamore testificetur.* Quibus ex verbis præclaram illam sententiam Vlpianus expressit, quæ traditur in l. 9 D. ad L. Corn. de Sicar. *Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impunè ferat, si parcere ei sine periculo suo non potuit.* Cæterùm, præter superiora, de Advocatorum degenere genere, videndus Tacit. seu Quintil. de Orator. Plin. l. 1 Ep. 3; Ammianus Marcellin. Iustus Lipsius in Monitis Pol. & tot alii.

1. *Iudex querelam inspiceret*] i. cognosceret. *Erhardus:* Eadem ratione dictum, qua apud Plautum: *morbum inspicere.* Ia. Dousa.

2. *in controversiam esse*] Perelegenter, Ciceroniisque modo, pro controversum esse & litigiosum. Turneb. Advers. l. 19, c. 7. *Erhard.* Sic veteres *in mentem fuit.* scribebant, non mente. *Dousa. MS.*

3. *sequestri*] *Sequester* dicitur apud quem res aliqua controversa dijudicanda deponitur. Gloss. *μεσίτης, ἐντολοφύλαξ, συνθηκοφύλαξ* (*pararius, qui inter duos, pacti ac depositi custos*). Cato de indigetibus: *Sinunt miseros perire ut bona rapiant, aut si superstites petant, vi sequestro dent.* Item: *Nolite per Deum immortalem vos sequestro ponere.* Fest. Plaut. vidularia: *Animadvertite amabo si voltis, vidulum adponite, ego servabo; quasi sequestro detis, neutri reddibo.* Non. Prisc. lib. VI, & XIII. Plaut. eadem Comœd. *Nunc ut apud sequestrum vidulum posivimus.* Ian. Laurenbergh. *Sequester* dicitur, inquit Modestinus, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt. dictus ab eo, quòd occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur. *l. sequester. ex π de V. S.* Paulus *lib. VI Digest. depos.* Propriè autem in sequestro est depositum, quod à pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur. *Gell. lib. XX, cap. pen.* Sequestrum dictum scribit, quòd ejus qui electus sit utraque pars fidem sequatur. Idem testatur in historico M. Varronis pro eodem *Seulnam* poni, quasi seculnam, sordidè. Veteres tamen Glossæ: *Seulna συνθηκοφύλαξ* (*sequester*) Tertull. in lib. de Resurrect. carnis. *Hic Sequester Dei atque hominum appellatus, ex utriusque partis depositio commissio sibi.* Idem in lib. de Patientia: *Adeo sanè patientiæ Sequester est Deus, si injuriam deposueris penes eum, ultor est.* Invenitur & hoc verbum apud Plautum Mercat. act. IV, scen. III; &

& nescio quis [1] ex concionibus calvus tuberosissimæ frontis, qui [2] solebat aliquando & ad causas agere, invaserat pallium, exhibiturumque crastino die, adfirmabat. Cæterum adparebat nihil aliud quæri, nisi ut semel deposita [3] vestis inter prædones strangularetur, & nos [4] metu criminis [5] non veniremus ad constitutum. [6] Idem plane & nos volebamus. Itaque utriusque partis votum casus adjuvit. Indignatus enim rusticus, quod nos [7] centonem exhibendum postularemus, misit in faciem Ascylti tunicam, & liberatos querela [8] jussit pallium deponere, quod solum litem faciebat. Ergo recuperato, ut putabamus, thesauro in diversorium [9] præcipites abimus, præclusisque foribus, ridere acumen non minus

111; & apud Quintilianum lib. XII, cap. VIII. Isidorus lib. X Etymolog. *Sequester*, ait, est, *qui certantibus medius intervenit, qui apud Græcos ὁ μεσίτης (intermedius, conciliator) dicitur, apud quem pignora deponi solent, à sequendo dictus, quod ejus fidem utraque pars sequatur.* Gabbema. in edit. post.

1. *ex concionibus*] Ex hominibus, qui ad concionem & turbam confluxerant. Paulò antè: *Conciones quæ ad clamorem confluxerant.* Et infrà: *Ridere acumen non minùs concionum, quàm calumniantium cæpimus.* Ad eum modum, quo *operæ, servitia, ministeria, officia, virtutes*, & sexcenta alia, pro operariis, servis, ministris, officiosis, virtuosis, ab aliis frequentantur. *Ge. Erhardus.*

2. *solebat aliquando ad causas agere*] Per contemptum. nam *agere ad causas minus est quam agere causas.* G. Erhard.

3. *vestis inter prædones strangularetur*] Id est, abderetur & reconderetur, sicut *strangulare divitias in arca* apud Statium 2 Sylvar. est perpetuò clausas servare. Vide Bernartii Comment. in Stat. *Erhardus.*

4. *metu criminis*] Id est, propter commissum crimen, vel pœnam criminis. Sic *crimen* pro *pœna* dixit Iustinianus Imp. in Const. de confirmat. Digest. § 19. *nisi temerator velit falsitatis crimini subjectus*, &c. quod §. 22, *eandem pœnam falsitatis constituimus*, &c. Erhard.

5. *non veniremus ad constitutum*] Quasi diceret, ut vadimonium desereremus. P. Pithœus Subsec. sive Adversar. l. I, c. 18. *Constitutum*, pro conflictu aut litigatione forensi; Tertulliano *constitutio*, de Præscript. adversus Hæretic. Vbi causam reddit, cur cum hæreticis non sit disputandum: *Hoc de consilio diffidentiæ*, &c. Petronius infrà: *Facio inducias vobiscum, & à* constituta *lite dimitto.* Erhard. *Ad constitutum venire, constituto & assignato die ad jus experiundum venire. Gloss. Petron.*

6. *Idem plane & nos*] Nimirum, ut ipsi *pallium*: sic nos *centonem exhiberi volebamus.*

7. *centonem exhibendum*] Vide tit. Digest. *ad Exhibendum.* Erhardus.

8. *jussit pallium deponere*] Id est, sequestrare. Vide tit. D. *Depositi, & contrá.* Idem.

9. *præcipites*] Nimis festinanter. *Gloss. Petron.*

1. *calum-*

nus concionum, quam [1] calumniantium, cœpimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidissent.

[2] *Nolo, quod cupio, statim tenere,*
Nec [3] *victoria mi placet parata.*

* * *

Sed ut primum beneficio Gitonis præparata nos implevimus cœna, ostium satis audaci strepitu impulsum [4] exsonuit. Quum & ipsi ergo pallidi rogaremus. Quis esset, † Aperi, inquit, jam scies. ‡ Dum [5] loquimur, [6] fera sua sponte delapsa cecidit, [7] reclusæque subito fores

† *Psyche.* ‡ *Encolpius.*

1. *calumniantium*] Causidicorum. In procem. Institut. *calumniantium iniquitates pellat.* Donat. in Phorm. act. II, scen. 3. *Multa calumniatores declamandi causâ dicunt & vociferandi, ut ipso strepitu terreant.* Posterioribus temporibûs clamatores dicti, ut in LL. Caroli Magni. *Anonym.*

2. *Nolo, quod cupio*] Quomodo optatis votis potiundum, Scaliger in Catalectis. vide & Iac. Magni Sophol. lib. 5, c. 5; Barth. ad Claudian. n. 870. *Erhardus.* Anonymus: Iacob pro Rachel 14 annis servivit, *tandemque potitus optatis nuptiis.* Genes. 29, v. 30. Audi quid dicat Leander apud Ovidium, cùm Erûs amore captus ad oppositum Hellesponti litus, noctu ad eam periclitabundus tranaret:

Sæpe per assiduos languent mea brachia motus:
Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.
Hîc ego cùm dixi, pretium non vile laboris,
Iam dominæ vobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent; atque ad sua præmia tendunt, &c.

3. *victoria parata*] Facilis & parabilis. Barth. ad Claudian. n. 2339. *Ge. Erhard.*

4. *exsonuit*] Infrà: *Omnia nimio risu exsonuerant.* Et alibi: *Exsonat cantibus totum navigium.* ἐξήχησε, vel ἐξήχηνε, quo verbo in eadem notione Chrysostomum uti, animadvertit Card. Perrotus in suis ad eum Annotationibus. *Erhardus.*

5. *Dum loquimur*] Hoc pacto & Apulejus amat loqui, vel *cum dicto:* sicut etiam Petronius infrà: *Dictô citius nervi paruerunt imperio.* Et alibi: *Dum loqueris, levis pruina dilabitur.* Sic Marci cap. 1, vers. 42. *Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra:* hoc est, ut alibi loquitur Petronius, sta tim ab extrema parte verbi discessit. *Erhard.*

6. *fera sua sponte delapsa cecidit*] *Erhardus:* Sic videntur antiquorum ferræ fores occlusisse, ut exemptiles essent, & quoties fores reserarentur, feræ removerentur, liberarentque e catena pendentes: cùm non ita ut nunc, impagibus ostiorum uncis adfixæ ferreis hærerent. Ovid. 1 Amor. eleg. 6. *Excute poste feram.*
Item:

Tota patet dempta janua nostra serâ.

Ideoque Nonius feram *patibulum* dixit, quod *hac remota valva pateant.* Hoc eò admonendum duxi, ne juvenes cùm legerent, mirarentur & obstupescerent attoniti, cùm ad veteris, non ad hujus temporis consuetudinem & memoriam ista revocanda sint. Turneb. Advers. l. 19, c. 7. Mihi (Erh.) Petronius videtur notare, sagam istam sacerdotem, quæ magico artificiô & incantamentô seram

fores admiserunt intrantem. Mulier autem erat operto capite, illa scilicet, quæ paullo ante cum rustico [1] steterat: † & Me [2] derisisse, inquit, vos putabatis. Ego sum ancilla Quartillæ, cujus vos [3] sacra ante cryptam turbastis. Ecce ipsa venit ad stabulum, petitque, ut vobiscum liceat loqui. nolite perturbari. nec accusat errorem vestrum, nec punit. imo potius miratur, quis deus juvenes tam urbanos in suam regionem detulerit. ‡ Tacentibus adhuc nobis, & ad neutram partem [4] assentationem

† *Psyche.* ‡ *Encolpius.*

ram removerit. Ergo venefica fuit Quartilla, & ad conciliandam sibi auctoritatem religionis, hoc artificio usa est, nempe *fera sua sponte delapsa cecidit.* Porrò simile illud Virgilii:

---- *Sponte sua patuere fores.*

7. *reclusaque*] Tragur. cod. *remissaque.*

1. *steterat*] & *latrones tenere* clamaverat.

2. *&, Me derisisse, inquit, vos putabatis*] In veteri codice: *Et derisisse, inquit, vos me putatis?* planè & probè exaratum visebatur. *Ian. Dousa in Præcidan. & MS. ad ed. Tornas.*

3. *sacra ante cryptam turbastis*] De nulla alia crypta, quam Neapolitana hoc accipiundum, habeo persuasum mihi. Veteri P. Danielis Glossariò inductus maximè, hujusce modi nobis fragmentum submininistrante ex 1 Satyrarum Petronii: *Satis constaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptam Neapolitanam.* Eratque Neapolis colonia Græca; quod tangit Petronius. Sacrum verò nocturnum & penetrale in sacello Priapi (cujus *genio pervigilium deberi* monet Quartilla postea) à sequiore sexu ex ritu & disciplina patratum intellige. Ejus enim dei sanctuarium *ac religionem juvenes isti urbani* interventu suo vitiaverant scilicet. qui non contenti tanti Semonis mysteria, cærimonias, totque annorum secreta oculis profanis usurpata indignissimè contaminasse; etiam ante Cryptam, turbellas dare sustinnerant insuper: alienissimo & locò & tempore vias publicas grassatura suâ infestas habere ausi: nec secus quàm *præmiatores nocturni* viatorum loculis ac vestimentis insidias facere. Cujus rei testis *pallium* fuerit, mala manu, hoc est, nefario latrociniò, ne sacrilegiò dicam, ab iis ipsis harpagatum antea. *Dousa. Crypta* est caverna, vel testudo subterranea, in qua Priapi sacra abdita. κρύπτειν enim est abdere & recondere. Iam verò Deorum quorundam sacra mystica erant, nec cuiquam ea fas enuntiare, sicut Horat. de Bacchо, l. 1 Ode 18. Sic in lib. Sapientiæ c. 14, v. 23 de gentili impietate, κρύφια μυήσεια ἄγοντες (*obscura sacrificia facientes*). Mystica autem & arcana Priapi quoque sacra fuisse infrà docemur. *Erhardus. Crypta* Neapolitana scilicet, ubi sacellum Priapi & sacra abdita. *Gloss. Petron.*

4. *assentationem*] *Erhardus:* Sinceriùs arbitror, *assensionem.* Gulielm. Plaut. Q. in Epidic. c. ult. Imò Assentari pro *assentiri* usurpavit Plaut. Mostel. act. 1, sc. 3. Quo sensu Tertulliano lib. adversus Hermogen. *assentator mali*, est qui malo consentit, ut rectè ibi annotavit Rhenanus. Sic Anonymus, sed vetus auctor de Origine Suevor. *Huic assentationi quidam Anshel-*

tionem flectentibus, intravit ipsa [1] una comitata virgine sedensque super torum meum, diu flevit. Ac ne tunc quidem nos ullum adjecimus verbum, sed attoniti [2] exspectavimus lacrumas [3] ad ostentationem doloris paratas. Vt ergo tam ambitiosus [4] detonuit [5] imber, retexit superbum pallio caput, & [6] manibus inter se usque ad articu-

Anshelmus intererat, id est, consensui Procerum. Et pòst: *nil ei posse respondere, nisi Principum suorum assentatione.*

1. *una comitata virgine*] Iuven. Satyr. VI.

---- *comite non amplius una.*

Non prodibant sine pedissequis. in Plauti Cas. Murrhina I, III, I.

Sequimini comites in proximum me huc.

Myron apud Rutilium Lupum: *ornatus ejus opibus abundabat, magnus ancillarum, quæ sequebantur comitatus. nunc gravi casu adflicta, vix mediocris ancilla dignitatem retinet.* ne meretrices quidem. Lucian. ἐτ. ἐρ. Ἀφρ. ἀλλὰ νῦν ἐρᾷς, οἷα αὐθεῖσι, χρυσᾶ, ἐσθῆτες ἀμφίεσι, καὶ θεραπαινέων τέσσαρες (meret Dial. *Sed nunc vides, qualis prodeat, aurum, vestes floridæ, & 4 pediseque*). Io. à Wouweren.

2. *exspectavimus lacrymas*] *Erhardus*: Vt in nimia consternatione oboriri solent. Barth. ad Claudian. num. 2796. Leg. *aspectavimus*. Gruterus suspicion. l. 8, c. 8. At nihil necesse esse interpolatione Goldastus docet.

3. *ad ostentationem*] *ostensionem*. MSm Tragur. Erhardus: *Ostentationem*, pro, *ostensionem*, quemadmodum suprà, *assentationem*, pro, *assensionem*.

4. *detonuit imber*] Lege, *detumuit*. Similitudo, est à fluminibus, quam aliter prosequitur alibi:

Inundavere pectus lacryma dolore parata.

Gruter. Suspicion. l. 8, c. 8. Imò tralatio est à tempestate, quum imber sequitur tonitrua, Hieronymus Stridonensis: *Et cùm persecutionis detonare procella, in villam remotiorem secesserit* Nota est fabula de Socrate, qui ab uxore rixosa perfusus: *Sciebam*, inquit, *post tantum tonitru venturam pluviam.* Erhard.

5. *imber*] pro lacrymis. Wouweren: Sic Catull.

---- *tristique imbre maduere gena.*

Senec. Troad.

---- *irrigat fletus genas,*

Imberque victo subitus à vultu cadit.

Statius Sylv. lib. 5.

---- *oculis uxorius instat imber.*

6. *manibus inter se usque ad articulorum strepitum contritu*] Sic & Tornæs. cæteri. sed Tragur. chirographum pro *contritu* habet *strictu*. Alii, *constrictu*, alii *strictis*. Anonym. in var. Lect. Hoc inter alia, commoti vehementiùs animi indicia, recensèt Seneca lib. III de Ira, his verbis: *Adjice articulorum crepitum, quum se ipsa manus frangunt.* item lib. I, c. 2. *Horrent ac subrigunt capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum ipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque.* Dousa P. Videtur moris fuisse, ut hujusmodi signis dicturi audientiam pararent. Hieron. ad Rusticum: *Grammius*, &c. *contractis naribus, duobus digitulis concrepabat: hoc signo ad audiendum discipulos provocans.* Wouweren. Scaliger, Imò & nobis istud signum frequens, & in proclivi ad indicandum, vocandum, aut revocandum. Sic apud hunc nostrum infrà: *Trimalchio lautissimus homo digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti suppositi.* Signum autem istud non fiebat contritione digito

articulorum ſtrepitum contritis, † Quænam eſt, inquit, hæc audacia? aut [1] ubi fabulas, & anteceſſura [2] latrocinia didiciſtis? miſereor me-Dius Fidius veſtri: [3] neque enim impune quiſquam, quod non licuit, adſpexit. utique noſtra regio [4] tam præſentibus plena eſt numinibus, ut facilius poſſis Deum, quam hominem invenire. ac ne me putetis ultionis cauſa huc veniſſe, [5] ætate magis veſtra commoveor, quam injuria mea. [6] Imprudentes enim, ut adhuc puto, admiſiſtis inexpiabile ſcelus. Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem. & ideo [7] medicinam ſomno petii, juſſaque ſum vos perquirere, atque impetum

† *Quartilla.*

digitorum utriuſque manus, ſed duorum digitorum unius duntaxat manûs, ut ex Hieron. ad R. apparet. *Ge. Erhardus.*

1. *ubi fabulas & anteceſſura latrocinia*] Sic & Tornæſ. Wouwer. &c. ac c. Tragur. Erhardus: Vbinam iſta mendacia & furta didiciſtis, de quibus ſuprà? Quare leg. *& anteceſſa*, pro quæ anteceſſerunt. Schopp. Veriſim. l. 2, c. 2. Nobis leg. conſtat: *ubi ante exercita l. d.* Barth. ad Claud. n. 2438. Wouweren: Vetus codex *Vbi fabulas etiam anteceſſuras latrocinia didiciſtis?* Ita omnino leg. Scaliger.

2. *latrocinia*] Salluſt. in Iugurth. *Per latrocinia potiùs, quàm bonis artibûs ad imperia & honores nituntur.*

3. *neque enim impune*, &c.] Ovidius:

O ſacros vultus Bacchô, vel Apolline dignos,
Quos vir, quos tutò femina nulla videt! Fr. Pithœus.

Viderant autem Priapi ſecretum in crypta iſti. *Ga. Barth.*

4. *tam præſentibus plena eſt numinibûs*] Mox ſtatim: *Deorumque conſilia proferatis in publicum* Vide Den. in Diſſertatione de idolo Hallenſi Iuſti Lipſii pag. 503 & Goldaſtum in præfat. Decretorum Imperial. de Cultu imaginum. *Erhardus.*

5. *ætate magis veſtra commoveor*] c. M. *ætatis magis veſtræ.* Douſa MS. ad edit. Tornæſ. Ibidem Anonymus: Forſan, *ætatis magis veſtræ commovcor, quam injuriæ meæ* ut ſubaudiatur *cauſa*; eleganter: aut repetatur.

6. *Imprudentes enim, ut adhuc puto*] Id eſt, ignorantes & inſcii. Infrà: *Accedebat ebrietas & imprudentia locorum, etiam interdiu obſcura.* Et inferiùs: *Imprudentes noxios in noſtrum induxere navigium:* Sic alibi de Trimalchione: *Poſituſque in cervicalia minutiſſima expreſſit imprudentibus riſum.* id eſt, nobis ignaris, qui non priùs videramus. Sic etiam Terentius: *Peccatum imprudentiæ eſt.* Erhardus.

7. *medicinam ſomno petii*] Romani priſci malo aliquo adflicti, præcipue morbô, pernoctabant in templis, ut per quietem ab Diis monſtrata remedia acciperent. Hi *Deo alicui incubare* dicebantur Servius ad VII Æneid. *Incubare propriè dicuntur, ſi qui dormiunt ad accipienda reſponſa unde: ille incubat Iovi, id eſt, dormit in Capitolio ut reſponſa poſſit acciperc.* Plaut. Curcul. I, I, LXI; & II, II, XVI. Suet. Veſpaſ. c. VII. Turneb. vide lib. XI, c. VII. Elegantiſſima remediorum per ſomnia gentilibus oblatorum exempla Mercurialis lib. I de art. Gymn. c. I

impetum morbi monstrata subtilitate lenire. Sed de remedio non tam valde laboro. major enim in præcordii dolor sævit, qui me usque ad necessitatem mortis deducit. ne scilicet [1] juvenili impulsi licentia, quod in sacello Priapi vidistis, vulgetis, [2] deorumque consilia proferatis in populum. [3] Protendo igitur ad genua vestra supinas manus, petoque, & oro, ne nocturnas [4] religiones, [5] jocum risumque faciatis; [6] neve traducere veliti

exhibet, ex inscriptione tabellæ marmoreæ, Romæ in Æsculapii templo in Insula Tiberina inventæ, & apud Maphæos servatæ: cujus & mentionem facit. Cl. Dn. Boxhornius Quæst. Rom. Quæst. IIX. *Gabbema.* Philostratus de vita Apollonii Tyan. lib. I. ὑδέρῳ δ' ἄρα εἴχετο, καὶ μέθῃ χαῖρον αὐχμοῦ ἠμελεῖ· ἠμελεῖτο καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ διὰ ταῦτα, καὶ οὐδὲ ὄναρ αὐτῷ ἔφατο (*Hydrope verò laborabat, & vinolentiæ deditus siccitatis nullam rationem habebat. unde nec ejus Æsculapius, nullumque ipsi somnium respondit*). Wouweren. Suetonius in Vespasiano: *E plebe quidam luminib. orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali adierunt, orantes opem valetudini, demonstratam à Serapide per quietem: restituturum oculos, si inspuisset.* F. Pithœus.

1. *juvenili impulsi licentia*] Tacit. lib. 13. *Quidam per juvenilem licentiam*, quæ tunc *passim exercebatur, inanem metum fecerant.* Idem.

2. *ne deorum consilia proferatis in populum*] Nefas erat Deorum consilia in vulgus edere: quod legenti passim patet. Sic Hispala Fescenia apud Livium lib. XXXIX, c. IX. *pacem veniamque precatur Deorum Dearumque, si coacta Ebutii charitate silenda enuntiasset.* c. XIII. *magnum sibi metum Deorum, quorum occulta enuntiaret.* Macrob. lib. I de Somnio Scip. c. II. *S. A. Gabbema.*

3. *Protendo ad genua vestra supinas manus*] Imitatio Horatiani illius:

Cœlo supinas si tuleris manus.

Dousa. Plinius lib. XI, c. lv. *Homini genibus quædam & religio inest, observatione gentium. Hæc supplices adtingunt ad hæc manus tendunt; hæc, ut aras, adorant, fortassis, quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu commissura dextra lævaque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest: qua perfossa cet. jugulô, spiritus fugit.* Addit Dalechamp. Apud Homerum supplices contingunt mentum eorum, quos rogant ut vel annuant, vel apud alios pro se intercedant: dextram, ut, quod precantur, faciendum suscipiant: genua ut in eo, quod facere adgressi fuerint pergant. *Gabbema.*

4. *religionis nocturnæ*] Sacrum nocturnum & penetrale in sacello Priapi, à sequiore sexu ex ritu & disciplina perpetratum. *Gloss. Petron.*

5. *jocum risumque faciatis*] Itali dicunt: *diventar favola & riso del mondo* id est: *dar dir & dar rider à tutti.* quod dicit Livius abire *in ora hominum*, sive ludibrium hominum. Vide Goldast. not. in Basilii Admonitiones part. I. Paræneticorum veterum. *Ge. Erhardus*

6. *neve traducere velitis tot annorum secreta*] id est, ne manifesta faciatis secreta, & in populum palam irridenda ducatis. metaphora à damnatis ducta. Est enim *traducere* damnatum aliquem populo spectandum ignominiæ causâ exhibere. Hispanè *sacar à la verguenca.* Suet. Tito c. VIII. *Hos assiduè in foro, flagellis ac fustibûs cæsos, ac novissimè traductos per amphitheatri arenam:* Senec. Ep. CIX, de Attalo. *Laur.*

Ran

velitis tot annorum secreta, [1] quæ mystæ vix omnes noverunt. † Secundum hanc deprecationem lacrumas rursus effudit, gemitibusque largis concussa, tota facie ac pectore torum meum pressit. Ego eodem tempore & misericordia turbatus, & metu, bonum animum habere eam jussi, & de utroque esse securam. Nam neque sacra quemquam vulgaturum, & si quod præterea aliud remedium ad tertianam [2] deus illi monstrasset, [3] adjuvaturos nos divinam providentiam vel periculo nostro. Hilarior post hanc pollicitationem facta mulier, basiavit me [4] spissius, & ex lacrumis in risum mota [5] descendentes ab aure capillos meos [6] dentata manu duxit: &,

† Facio,

† *Encolpius.*

Ramirez. Infrà: *deceptum se & derisum, traductumque inter discipulos.* S. A. Gabb.

1. *quæ mystæ vix omnes noverunt*] Sic & edit. Frellon. atque Lotichii; sed Wouwerius, & R. Herm. *quæ mille vix h. n.* Tornæsius impressit, *quæ vix nulli homines noverunt.* ubi Dousa, f. *ulli.* Ibidem Dousa, & Pet. Scriverius junctis manibus: c. M. & Sambuci, *mille.* c. Pithœi, *quæ mille vix. mille* habet & c. Tragur. *Erhardus:* Alii legunt, *quæ mille vix homines noverunt.* Sed male. Itaque legendum *mystæ.* Sidonius carmine 19 sacerdotes Bacchi vocat *mystas*, ubi videndus Savaro. *Mystæ* autem Petronio sunt sacerdotes Priapi. *Secreta* verò sunt, quæ aliis *mysteria*, id est, sacra. Sic enim ipsemet interpretatur paulò pòst, *neque sacra quemquam vulgaturum.* Itaque Leunclavius Notator. l. 1, c. 1 pro illis verbis in l. 2 C. de Summa Trinitate, *nullus hæreticis ministeriorum locus*, legit, *mysteriorum.* Et quæ Græci Christiani vocant μυστήρια, Latini reddiderunt, *sacramenta.* Dicta autem *mysteria*, quòd oporteat μύειν τὸ στόμα (*os comprimere, silere*). *Huc respexit Petronius.*

2. *deus illi monstrasset*] Æsculapius scilicet. *G. Erhardus.*

3. *adjuvaturos*] Petronianum, & Sallustianum. Vossius in Grammat. Non puto Latinum esse, nam apud Sallustium mendosum est. f. *adjutaturos*, vel *adjuturos.* Anonym. MS. socia manu Dousæ ad edit. Tornæs.

4. *spissius*] crebrius. *Gloss. Petron.*

5. *descendentes ab aure capillos*] Ante aures demittebantur capilli parvuli, cincinni, intorti, ex illis capillis, qui in ima parte temporum juxta aures adnascuntur. Hos suspicor vocari *soboles*, (a *furculis* sumpta metaphorâ) quos veteres solitos crispare verisimile est: quemadmodum etiam hodie plerique Germaniæ & Belgiæ populi faciunt. Varro Papiap.

Ante aures modo ex subolibus, parvoli
Intorti demittuntur sex cincinnoli:

Isidorus lib. XIX, c. XXXI. *Antiæ sunt cincinni dependentes prope auriculas.* Auson. Popma.

6. *dentata manu*] Tornæs. *tempt.* in m. al. *temperata*, al. *tentante.* Wouw. & R. Herm. *temtata.* Erhardus *dent. m.* Id est, in modum pectinis dentatim formatâ, legit Turneb. Adversar. l. 1, c. 15. Lipsius Antiq. lect. 1, cap. 8. Elegans est emendatio ista, nam pectinis & dentis metaphora est reciproca, quorum alterum de altero mutuò dicitur. Ego verò illud *lenta manu*, quod quidam codices præferunt, ajo elegantius esse, ac melius, hoc est, molli

† Facio, inquit, inducias vobiscum, & à constituta lite dimitto. Quod si non [1] adnuissetis de hac medicina, quam peto, jam parata erat in crastinum turba, quæ & injuriam meam vindicaret, & dignitatem.

[2] *Contemni turpe est; legem donare, superbum.*
[3] *Hoc amo, quod possum qualibet ire via.*
[4] *Nam sane sapiens* [5] *contemptus jurgia flectit;*
[6] *Et, qui non jugulat, victor abire solet.*

‡ Complosis deinde [7] manibus in tantum repente risum

† *Quartilla.* ‡ *Encolpius.*

& blandiente, non dura, sed studiosè & suaviter composita. Auctorem dabo ipsum Petronium, namque alibi de hac ipsa Quartilla ait Encolpius: *Me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit.* Ge. Erhardus.

1. *adnuissetis*] Sic quidem & Tornæs. edit. Frellon. al. Sed Dousa MS. ad edit. Tornæsii: *adiuvissetis*, Scaliger ad Catulli *Illud adiuvat*; ita etiam Cic. ad Attic. locutum meminens. *Adiuvissetis*, habet & c. Tragur.

2. *Contemni turpe est*] Pacatus: *Cujus quidem ita majores nostros semper pertæsum est, ut graviorem putaverint servitute contemptum.* Cæterùm hoc epigramma optimè emendavit magnus Turnebus. Clausula est, *victorem etiam eum haberi, qui non jugulet quem superârit adversarium.* Par quodammodo sententia in epigrammate Senecæ:

Desère confossum, victori vulnus iniquo,
Mortiferum impressit mortua sæpe manus. Ga. Barthius.

3. *Hoc amo quod possum qualibet ire via*] Mart. Freherus putat id dici ex formula manumissionis, *Liber esto, atque abito quò voles*; de qua Cujac. Observ. l. 14, c. 27: ut innuat scilicet se esse liberam. Sic infrà, *patiamini liberos homines ire sine injuria, quò destinant.* Ge. Erhardus.

4. *Nam sane sapiens*] Sic & Frellon. ac Lotich. Tornæsius autem, Wouwer. Rutg. Herm. atque c. Tragur. N. *s. et s.* Erhardus: *Nam sane & sap.* leg. N. *sanè sapiens. Sanè sapere*, pro *saniter*, & ut homines sani solent; quale illud Plauti: *Sanè sapio & sentio.* Schopp. Verisim. l. 2, c. 14. Alcuinus Caroli Magni Imperatoris magister in Grammat. *Quis sanum sapiens, hæc esse transitoria ignorat.*

5. *contemptus jurgia flectit*] Bonam non interpretatur sententiam, credo ob scripturæ vitium. Quod si legatur *cùm tempus*, nemo (ut opinor de sensu meritò queretur. Turneb. Adversar. l. 19, c. 7. *Tempus*, pro occasione. *Barth.* in Ceir Virg. n. 336. Quod quidem ut verum est, ita hic locus sanè sapit, nec ullum vitium patitur. *Erhardus.*

6. *Et, qui non jugulat*, &c.] Id est, Contentus vicisse sanguine abstinet. Freherus in Cecropistromachia. *Erhardus.* Alludere videtur ad morem & disciplinam gladiatorum, quorum præcipuum ad victoriæ consecutionem momentum, non in jugulando & feriundo, sed modico corporis inflexu ictus eludendo, atque tractim & sedato nisu par suum dilassando, putabatur. *Dousa. P.*

7. *Complosis deinde manibus*] Infrà: *Ancilla risu meo prodita complosit manus.* Quintil. lib. IX, c. III. *Complodere manus scenicum est, & pectus cædere*: Manuum plaudentis figuram exhibet Philostratus in Comi imagine: Μιμεῖται τινα ἡ γραφὴ καὶ κρότον, οὗ μάλιστα δεῖται ὁ Κῶμος. καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς

sum effusa est, ut timeremus. Idem ex altera parte & ancilla fecit, quæ prior venerat. Idem virguncula, quæ una intraverat. Omnia [1] mimico risu exsonuerant, quum interim nos, quæ tam repentina esset mutatio animorum facta, ignoraremus, ac modo nosmetipsos, modo mulieres intueremur. * † Ideo vetui, hodie [2] in hoc diversorio quemquam mortalium admitti, ut remedium tertianæ [3] sine interpellatione à vobis acciperem. ‡ Vt hæc dixit Quartilla, Ascyltos quidem paullisper obstupuit: ego autem [4] frigidior hieme Gallica factus, nullum potui verbum emittere. Sed ne quid tristius exspectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, siquid vellent conari, infirmissimæ, [5] scilicet

† *Quartilla.* ‡ *Encolpius.*

τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένῳ τῷ δρυτερῶν πλήτει ἐς τὸ κοῖλον, ἐν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξυμφωνοι, πλητόμεναι τρόπῳ κυμβάλων (*Refert & pictura ejus plausum quendam, cujus maximè indiget Comus. Et dextrâ quidem summissis digitis subjacentis sinistræ volam ferit, quò sic vibratæ manus in modum cymbalorum consonent.*) Geminus planè locus apud Aristænetum, lib. 15 Ep. x. ubi Acontii Cydippesque describit celebritatem nuptiarum.

1. *mimico risu*] Cic. de Orat. 2. *Vitandum, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus.* Anonym. sed Tornæs. ac MS. Tragur. habent *nimio. mimico* est cod. Pithœi, notante ad edit. Tornæs. Scriverio, additque: *eleganter.*

2. *in hoc diversorio quemquam mortalium admitti*] Dictum ut in LL. XII Tab. IN. EO. PECUNIA QUE EIUS. POTESTAS. ESTO. pro *in eum, &c.* Piccartus Peric. Crit. c. XIIX. Sic infrà Petronius: *Ad reficiendum ignem in vicinia cucurri.* S. A. Gabbem.

3. *sine interpellatione*] Sic & Tornæs. alii. sed c. M. Dousæ, *sine ulla interp.* Codex Tragur. seu fragmentum ejus prius, hîc & aliis locis ubi deficit, verè est fragmentum, ut demonstrabitur infrà.

4. *frigidior hieme Gallica*] Elegans proverbium. Gallia enim, quæ ad Septentrionem tota penè vergit, horridiorem ac sæviorem experitur hyemem. *Turneb.* Imò Galliam hîc intelligit eam Galliarum partem, quæ tum potissima, si qua Cæsari fides, Helvetia dicta, nunc Suetia sive Suicia, regio frigidissima. *Ge. Erhard.*

5. *scilicet contra nos, quibus si nil,* &c.] Tres illas voculas, *scilicet contra nos*, contendo glossema esse, τῷ *conari.* Illis igitur ejectis, lego hoc modo, *si quid vellent conari, infirmissimæ. Si nil aliud, certè virilis sexus esset.* Ian. Rutgersius. *scilicet nos si nil aliud virilis s. e.* Miror non visum esse, quod subest. leg. *scilicet contra quas, si nil al. v. s. e.* Piccartus pericul. Critic. c. 17. *Erhardus. Si nil aliud virile, sexus esset, quod auxiliaretur. Et præcincti.* Io. Tornæsius: *si nil aliud, virilis sexus esset* (in m. *quod illis auxiliaretur*). *Et præc.* Anonymus scripsit juxtà: *esset* deleo, & *virilis sexus*, gignendi casu audio, post *aliud*, sicilicum (i.,) pono. Non obtusè! Dousa ibidem: Fortè legendum *virile*, more Plauti & veterum, *sexus* & secus neutro genere usurpantium. Frellon. & Lotich. *si nil aliud, virile*

cet contra nos, quibus si nil aliud virile, sexus esset, quod auxiliaretur. Et [1] præcincti certè altius eramus: imo ego sic jam paria composueram, ut si depugnandum foret, ipse cum Quartilla consisterem, Ascyltos cum ancilla, Giton cum virgine. * * Tunc vero excidit omnis constantia attonitis, & mors non dubia miserorum oculos cœpit obducere. * Rogo, inquam, domina, siquid tristius paras, celerius confice. neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire. * * Ancilla, quæ Psyche vocabatur, [2] lodiculam in pavimento diligenter extendit. * Sollicitavit inguina mea [3] mille jam mortibus [4] frigida. * Operuerat Ascyltos pallio caput, admonitus scilicet, periculosum esse

virile sexus e. q. a. Wouwer. & Rutg. Herm. *s. n. a. virilis s. e. q. a.* Certe Dousa planissimè cum Tornæsio edidit, nec in Præcidaneis τῷ virile mentio. unde igitur Frelloni, aut potius Schonwettero, typographis secretum patuit crimen Dousianæ? Tornæsius enim cum Stephano facit, ubi diversum non notat? nec Stephanus hîc (vidi) ullam varietatem adfert: sed neque tot alii, quos præter nominatos lustravi. Existimo Schonwett. editionem deberi viro, Dousâ familiariter uso, cujus nomen reticetur.

1. *præcincti altius eramus*] Lascivientes, parati ad opus, alticincti. Sic infrà: *Cinædus supervenit myrtea suborn atus gausapilâ, cingulôque succinctus.* Ibidem: *Quartilla altè cincta jussit infelicibus dari missionem.* Artemidor. l. iv. Ἐοικέ τις ἀναξειλαμένῳ τὴν γυναῖκα ἐπιδεικνύειν αὐτῷ αἰδοῖον (*Statuat quis succinctam mulierem ostentare sibi pudendum*). Rigalt. ad Phædr. lib. II fab. XXXVI. *M. C. Lundorp.* seu *G. Erhardus.*

2. *lodiculam in pavimento diligenter extendit*] Cubilia quippe antiquorum vestibus & tapetibus solùm sternebantur. Multa passim exempla. *Barthius.* Iuven. Satyr. VI.

Modò sub lodice relictis
Veteris in turba.

i. e. stragulo vel coopertoriô lecti, quo utebantur in concubitu, & cubili. *Lubin.* Suet. August. cap. LXXXIII. *Sextertia vel lodiculâ involutus.* Vbi legendum *segestrô*. Lodex & Segestre pertinent ambo ad lectorum supellectilem. *Is. Casaubonus.*

3. *mille jam mortibus frigida*] *Mortis*, capio pro mortis genere. Et ad hunc locum resp exit Sarisberiensis l. 6 de Nug. Curial. cap. 3. *Et quisque mortes mille circa tempora sua errasse gloriatur.* Zinzerling. Miscell. Critic. l. 5, c. 4. legit *mille jam motibus*, proprio militiæ venereæ verbô. Ovid. l. 2 Eleg. 10.

At mihi contingat Veneris langue scere motu.

Sic infrà eadem translatione usus, inquit: *Vulnerata est pars illa, quâ quondam Achilles eram*, id est inutilis ad venerem reddita. Martial. l. 3 Epig. 75.

Sic quoque non vivit sollicitata Venus. Erhard. sive Lundorp.

4. *frigida*] Vide titulos Iuris Canonici *de Frigidis & maleficiatis.* Anonym. Aut si mavis medicos, Silvaticum, alios.

1. *duas*

esse alienis intervenire secretis * [1] duas institas ancilla [2] protulit de suris: alteraque pedes nostros adligavit, altera manus. * Ascyltos jam deficiente fabularum contextu, † Quid ergo, inquit, non sum dignus, qui bibam? ‡ Ancilla risu meo prodita [3] complosit manus, &, † Adposui quidem, inquit, adolescens: solus tantum medicamentum ebibisti? ‡ Itane est, inquit, Quartilla, quidquid satyrii fuit, Encolpius ebibit? * † non indecenti risu latera commovit. * Ac ne Giton quidem [4] ultimo risum tenuit, utique postquam virguncula cervicem ejus invasit, & non repugnanti puero innumerabilia oscula dedit. * Volebamus miseri exclamare, sed nec in auxilio erat quisquam, & hinc Psyche [5] acu comatoria cupienti mihi [6] invocare Quiritium fidem, [7] malas

† *Ascyltos.* ‡ *Encolpius.* † *Psyche.* ‡ *Quartilla.* † *Encolpius.*

1. *duas institas*] Institas dicimus segmenta & limbos, sive sint assuti vestibus, ut fortè *in l. vestis* § 1 π̃ *de Aur. & argento leg.* scribendum. *Quæ vestibus accessionis vice cedunt institæ, picturæ, clavique qui vestibus insuuntur.* ut Paulus Diaconus, *vestimenta ornata institis majoribus:* sive non sint assuti vestibus, ut Scribonius Largus dixit, *ventrem constringendum instita longâ:* & Hieronymus in Ezechielem: *Lazarus qui fasciolis & institis vinctus jacuerat in sepulchro.* Iac. Cujacius.

2. *protulit de suris*] Sic Gabbema, & Frellon. *p. de sinu.* Tornæs. in marg. *sura.* similiter Wouwer. R. Herm. & Lotich. *p. d. sinu.* Erhardus: Legunt aliqui *de sura,* sed malè: Non enim diceret Latinissimus auctor, *protulit de sura,* sed, *solvit.* Infrà: *Illa de sinu licium protulit.* Multa in sinum condebant, quæ secum portare erat necesse. Ramirez ad Martial. lbi. 2 Epigr. 6, n. 4.

3. *complosit manus*] Nonnulli, *composuit,* sed male, est enim gestus aliquid dicturi, aut orationem orsuri. *Ge. Erhard.*

4. *ultimo risum tenuit*] *Vltimo,* id est, tandem, denique. *Idem.*

5. *acu comatoria*] Apul. *Acus crinalis,* lib. VIII Met. *Acu crinali de capite prompta.* Mart. Capell. *crinalis spica.* Varii usus hæ aciculæ: nam acu caput scalpebant. Festus, *Cnasones, acus quæ mulieres scalpunt caput.* Acu crines fingebant, quæ κνᾶλαμις. Iuvenal. Satyr. II, vers. XCIII.

Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliquo producit acu, pingitque trementes
Attollens oculos. — —

Ovid. lib. I Amor. el. XIV. In Isidori Glossis: *Acus, calamistratorium.* Xiphilinus: βελόνη, ᾗ τὰς τρίχας ἀνύφαινον (*acu, qua crines distinxit*). Martial. lib. 5 Epig. LXVII. Isidorus lib. XIX, c. XXXI. Lucill. *discerniculum.* Tertull. *Cedo acum crinibus distinguendis.* Acus illas gemmis ornabant. *Vlp. l. argumento* π̃. *de Auro & argento legato.* Io. à Wouweren.

6. *invocare Quiritum fidem*] Adversus vim & injuriam, *Fidem populi Rom. & fidem plebis,* vel *fidem Quiritium implorabant.* exempla suppeditat Livius.

[1] malas pungebat; illinc puella penicillo, quod & ipsum satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat. * Vltimo cinædus supervenit [2] myrtea subornatus gausapila, cinguloque succinctus, modo extortis nos clunibus cecidit, modo [3] basiis olidissimis inquinavit; donec Quartilla [4] ballenatiam tenens virgam, alteque succincta jussi

aliàs legimus exclamasse eos, PORRO. QUIRITES. Incertus auctor in Priapeis:

Porrò (nam quis erit modus?) Quirites,
Aut præcidite seminale membrum.

Apulei. lib. IIX Met. *Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, Porrò Quirites, proclamare gestivi: sed viduatum cæteris syllabis, & literis, processit, O, tantùm, sanè clarum ac validum.* Tertull. lib. 1 adv. Valentin. *Inclamaverit in eam, quasi, Porrò Quirites, aut, fidem Cæsari.* Macrob. qui ex Laberii mimis citat hunc versum,

Porrò Quirites libertatem amisimus.

Et hoc erat, *Quiritare.* Varro lib. V. L. L. *Barn. Brissonius.*

1. *malas pungebat*] Fortè, *pingebat. acu pingere.* Iuvenal. *Petrus Daniel.*

2. *myrtea subornatus gausapila, cinguloque succinctus*] Iungerm. legit *gausapina*, ut apud Martialem:

Mense vel Augusto sumere gausapinas.

alii *gausapa*, vel *gausapia.* Erhardus. *Gausapia* habet ex nostris Tornæs. & in marg. *gausapina.* reliqui omnes *gausapila*; quod est c. Pithœi, notante P. Scriver. ad edit. Tornæs. Ioh. Weitzius: Romæ plebs fuscis pænulis vel lacernis ibat induta vulgò; milites verò & famuli lautiores rufis. Martial. de Canusinis lacernis, pænulisve, lib. XIV Ep. CXXIX.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris militibusque color.

Servi enim eodem habitu, quo milites, saltem honestiorum. Seneca: *Quòte pænulati isti in militum quidem tam vulgarem cultum subornati; quo, inquam, te isti efferunt?* Cæterum pænulæ illæ militares, & serviles & plebeiæ, omnes cinctæ. Hinc apud Gellium: Piguit saltem vos pænulatos cinctosque esse. Petronius hìc: qui *gausapinam*, pænulam intelligit. Salmas. Not. in Lampr. p. CLXXIV. qui & p. CCVI docet, pænulas *gausapinas* esse dictas, quod in morem gausaparum textæ essent. *Gausape*, primitus stragulum ex stramine plexum; dein etiam ex lana texta, villosa: tunicæ, & peristromata. ut videre ex Plin. l. 8, cap. 48; & aliis. Vnde hic *myrtea gausapila* quam sive subligaculum, aut stragulum cum Gloss. Petron. intelligas sive penulam, coloris fuit inter flavum & nigrum. Glossar. & Erhard. qualis fructus *myrteus* maturus. Dousa MS. ad edit. Tornæs. Est autem *gausape* Græcum, à γαυσάπης. G. I. Vossius ex Varr. & Prisciano, mutavitque genus. *gausape* indeclin. *gausapes, is, - pa, æ, - um, i.*

3. *basiis olidissimis*] Propter oris stuprum. Martial. l. 12 Epigr. 59. *Hircoso premit osculo.* Erhard.

4. *ballenatiam tenens virgam*] Sic & Frellon. Wouwer. Rutg. Herm. Lotichius. Gabbema ex Pithœo, & Erhardo: Hyginus lib. 11. *Nonnulli, cum faciunt caduceos, duos dracones implicitos virgulâ faciunt: quod initium Mercurio fuerat pacis. Ejus exemplò & athletæ, (athlothetæ, legendum censet Pet. Faber Agon. lib. 1, c. XIX) & in reliquis hujusmodi certationibus virgulâ utuntur.* Servius in illud Virgil. lib. IV.

Tum virgam capit. - -

Hodieque, inquit, *tam athletarum quàm gladiatorum certamina virgâ dirimuntur: & præfecti gentium Maurorum, cùm*

jussit infelicibus [1] dari missionem. * Vterque nostrum religiosissimis juravit verbis, inter nos periturum esse tam [2] horribile secretum. * * Intraverunt [3] palæstricæ quam plures, & nos [4] legitimo perfusos oleo refecerunt.

cùm fiunt, virgam accipiunt & gestant. Turneb. lib. XIX, c. VII. *Balenatam vocat virgam, quæ, ut opinor, è cartilagine balenæ fit, qualia videmus calatorum ecclesiæ commentacula, ut veteres appellabant.* Mos ille athletarum ac gladiatorum certamina dirimendi virgis hodiéque durat. vide Savaronem in Sidon. lib. II Ep. II. Tornæsius, qui in textu legit *balenatam*, in marg. suæ editionis: Alii *belluatam*, alii *venenatam*. Quidsi *balenatam*, è balenæ setis confectam, quales nobilium fœmin, in Gallia, Batavia? Ch. Richardus mavult *balenariam*, ut ab arena *arenarius*, à verbena, *verbenarius*. rectiùs vel *balænatam*, vel balænariam à balæna, quod Festo, Vossio, aliis, à φάλαινα.

1. *dari missionem*] Missio ad victos gladiatores pertinebat. illius effectus, ut ab imminenti periculo, & in eum diem duntaxat liberarentur. Liv. *gladiatores dando, modò vulneribûs etiam, modo sine missione.* Hinc apud Apuleium lib. II M. Fotis: *Grassare gnaviter, & occide moriturus: hodierna pugna non habet missionem.* In re simili, Petronius infrà: *Inhibuit Triphæna facinus non dissimulata missione.* Lips. Saturn. Serm. lib. II, c. XXI fusè. Flor. l. 3, c. 20 de bello adversus Spartacum servilis motûs ducem: *Et quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.* Erhardus.

2. *horribile secretum*] *Horribile*, id est, sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam à se religionem incutiat. Vnde & Catullus εἰρονικῶς (ironicè simulatè) scilicet:

Di magni, horribilem & sacrum libellum!

Sic & Petronius posteà: *Et Protogenis rudimenta cum ipsius naturæ veritate certantia non sine horrore tractavi.* id est, non sine religione, metu ac reverentia, quæ rebus divinis debetur. Sic *horrificè*, pro venerandè apud Lucret. lib. II. *Dousa P.*

3. *palæstrica*] quæ motus gestusque corporis format. *Gloss. Petron.* Alii legunt, *palæstritæ*. Anonym. in Var. Lect.

4. *legitimo perfusos oleo refecerunt*] Sic & Tornæs. Wouwer. Rutg. Herm. sed Lotich. *lecytino*, Frellon. *lecitino*. Wouweren: al. *lecytin*. L. *lecythino perfusos oleo*, id est, balneari. λήκυθος, vas olearium. Gloss. Isid. *Lecythus, ampulla olearia.* Scholiastes Theocriti: ὄλπαν. ἴσως τὴν λήκυθον τὴν ἔχουσαν τὸ ἔλαιον ἐχρῶντο ἐν ταῖς παλαίστραις (*Ampullam. Similiter & lecythis continentibûs oleum utebantur in palæstris*). Hac figura in veteribus monumentis & lapidibus conspici indicium fecit illustris Scaliger. Quòd oleô uncti dimicaturi, Sholiast. Theocriti. λιπαρὰν δὲ λέγει παλαίστραν, ἐπεὶ οἱ παλαίοντες, ἐλαίῳ πρότερον ἠλείφοντο, εἶτα ἐπάλαιον (*Pinguem verò dicit palæstram, quod pugnaturi oleô priùs ungerentur, deinde pugnabant*). Hujus moris ratio apud Clement. Alex. Pæd. lib. II, c. II. Καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ ταῖς μελίτταις, καὶ τοῖς ἐντόμοις ἐστὶ πολέμιον ζώοις· ἀνθρώπων δὲ, τοὺς μὲν ὤνησεν, ἐστὶ δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο, καὶ τοὺς πρότερον φίλους ἀληλιμμένους, τοῦτο ἐν τοῖς σταδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον (*Et hoc idem oleum, apibus quidem ac insectis inimicum est; hominum verò alios juvat, alios in pugnam evocatos*

fecerunt. Vtcumque igitur lassitudine abjecta, [r] cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant, & reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. Iussi ergo discubuimus, & [2] gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno [3] inundamur. Excepti etiam pluribus ferculis quum laberemur in somnum, † Itane est? inquit Quartilla, etiam dormire vobis in mente est, quum sciatis [4] Priapi genio pervigilium deberi? ‡ Quum Ascyltos gravatus

† *Quartilla.* ‡ *Encolpius.* to

evocatos & largiter perunctos in stadiis deserit, etiam omni pugna genere exercitatum.

1. *cœnatoria*] *Cœnatoria*, sunt vestes, quibus in cœna antiqui utebantur, ut & apud Martial. lib. x Ep. lxxxvii:

Cœnatoria mittit advocato.

Turneb. lib. xix, c. vii: Lipsi. Saturn. lib. i, c. ii. *vestes epulares.* Savaro ad Sidon. lib. i Ep. ii. Pomponius in L. xxxiii ff. *de Aur. argent. leg.* imò *cœnatoria*, id est, δειπνητόρας. Rader. ad Mart. lib. x Ep. lxxiii. Erhardus. *cœnatoria vestis.* Cum qua discumbere solebant, aliàs toga triclinaris. *Gl. Petr.*

2. *gustatione mirifica initiati*] *Gustatio*, seu ut Mart. *gustus*, lib. xi Ep. xxxii: & l. iii. prima pars cœnæ, quæ aliis *antecœna*, ut Apul. lib. ii Met. Hæc erat potio in principio mensæ, quæ Apul. *antecursoria portio*, Met. lib. ix. *S. A. Gabb.*

3. *inundari vino*] Translatio à fluminibus. *Gloss. Petron.*

4. *Priapi genio pervigilium deberi*] *Cereris pervigilia celebravere fœminæ* apud Tacitum, lib. xv Ann. xliv, *quibus mariti erant.* Fortunæ pervigilium apud Sueton. videmus in Galb. c. iv. Pervigilium, quod apud Liv. legitur lib. xxiii, c. xxxv, cui Deo, cui Deæ pervigilatum fuerit, non liquet. ut nec apud Tranquillum in Calig. c. liv: in Vitel. c. x. Veneris pervigilii meminit Plautus Curcul. i, ii xxv. & pervigilium Veneris, Clarisvirorum notis, nobilitatum, videest apud varios Scriptores. *Considermus*, inquit Arnob. lib. v adv. Gen*mysteria & illa divina: quibus gente Attica, sancta illa pervigilia consecrasunt, & pannychismi graves.* Hospin. orig. Fest. Christ. c. vii. Covarr. li iv Rar. resol. c. xix; ubi, inter alia, e tat de Nocturnis Sacris Constant Imper. constitutio l. xvi Cod. Theod quæ quinta est ad Cerealem P. V. h verbis: *Aboleant ut sacrificia nocturn Magnentio auctore permissa, & nefaria d inceps licentia repellatur. Dat.* viii *Kal Decembr. Constant. A.* vi, *& Gallo Cæsa.* ii *Coss.* Nocturna ac nefanda Bacchi sacra & pervigilationes Romanorum, SCtum S. Postumio Albino & Q. Martio Philippo Coss. latum A V. C. ccccl xviiii penitus abrogavit lib. xxxix, c. xiix. Diagondas Thebanus primus apud Græcos lege perpetua damnavit nocturna sacrificia In ll. xii. Tabb. legitur: NOCTURNA. MULIERUM. SACRIFICIA. NE. SUNTO. PRÆTEROLLA. QUÆ. PRO. POPULO RITE. FIANT. NEVE. QUEM INITIANTO. NISI. UT. ASSOLET. CERERI. GRÆCO. SACRO. Gabbema. *Pervigilium.* Sacrum nocturnum, quo vigiliæ indicuntur, quibus deos, deasve colebant. *Gloss. Petron.*

1. *qua*

tot malis in somnum laberetur, illa, [1] quæ injuria depulsa fuerat, ancilla totam [2] faciem ejus fuligine longa perfricuit, & non sentientis labra, [3] humerosque sopitionibus pinxit. Iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti gustum hausceram somni: idem & tota intra forisque familia fecerat: atque alii circa pedes discumbentium sparsi jacebant, alii parietibus adpliciti, quidam in ipso limine conjunctis marcebant capitibus: [4] lucernæ quoque humore defectæ, tenue, & extremum lumen spargebant, quum duo [5] Syri expilaturi lagenam, triclinium intraverunt:

1. *quæ injuria depulsa fuerat*] Vide ne verius, *quæ injuriam repulsâ tulerat*. Anonym. MS. ad edit. Tornæs.

2. *Faciem ejus longa fuligine perfricuit*] Plaut. Pœnul. v, iv, xxii.

Stulta, soror, es magis quam volo. an verò pulcra videre, obsecro.
Si tibi illic non os oblitum est fuligine?

quod mirificè facit ad illustramentum Petroniani hujus loci. Nonius i, § ccxix. *Sublevit, significat illusit, & pro ridiculo habuit, tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur.* Idque turpiculis, potissimum puellis, quas hoc contumeliæ genere à procaci juventute affici mos erat: credo, ut hac quasi censione monitæ, deformitatis suæ in memoriam revocarentur. Confirmat hanc opinionem Adelphasium, quam ibidem ob amabilitatis successum hæc de semet satis gloriosè prædicantem Comicus induxerat modò:

- - *Certo enim, quod quidem ad nos duas*
Attinet, præpotentes, pulcra, pacisque potentes, soror, fuimus
Neque ab juventute ibi irridiculo habitæ, quod pol, soror,
Cæteris omnibus factum est. - -

Dousa P.

3. *humerosque sopitionibus pinxit*] Sic & Wouweren. Tornæs. *h sopitionibus* (in m. *scriptionibus sopiti*) *p.* Frellon. Rutg. Herm. Lotich. *h. sopitis titionibus p.* Erhardus: Leg. *sopitis titionibus p.* ut *sopiti titiones* contrarii sint ardentibus. Gruter. Suspic. l. 3, c. 3, vel *sopiti titionibus. τὸ ti* quod ter scribendum erat, bis à librario neglectum loco depravando fuit. Humeros *sopiti*, sive dormientis Ascylti ancilla carbonibûs pinxit. Catullus: *frontem tabernæ titionibûs scribam.* i. e. carbonibûs. Rectè Gruterus *sopiti titiones*, sunt carbones. Ramirez Hypomnem. Martial. l. 3 Epig. 42, n. 2. ut contra *vigilantes* i. ardentes, prunæ ac torres. Gloss. Petron.

4. *lucernæ quoque humore defectæ*] Eadem narratio de eadem re apud Propert. lib. iv Ep. viii.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis,
Decidit inque suos mensa supina pedes.

Ios. Scaliger. Paulus Silentiarius Anthol. vii.

- - οὐ τελίτω ἄρχετο ἤδη
λύχνω ποικλάζειν, ἤκα μογεῦνομένω.

(- - *et jam fax tertia sensim*
Deficitur flammis, igne peresa suo.)

Dousa F.

5. *Syri expilaturi*] *Syri* olim astutiæ nomine malè audierunt, quemadmodum & Phœnices. Hinc factus locus proverbio: *Syri adversus Phœnices*: astus astum trudit. gulosi sunt, ut

verunt : [1] dumque inter argentum avidius rixantur [2] diductam fregerunt lagenam. [3] cecidit etiam mensa cum argento, & ancillæ super torum marcentis excussum forte [4] altius poculum, [5] caput fregit. ad quem ictum exclamavit illa, pariterque & fures prodidit, & partem ebriorum excitavit. Syri illi, qui venerant ad prædam, postquam se deprehensos intellexerunt, paritè [6] secundum lectum conciderunt, ut putares huc convenisse, & stertere tamquam [7] olim dormientes cœperunt. Iam & [8] tricliniarches experrectus, [9] lucernis occident

ut maximam diei partem in conviviis absumant. Car. Steph.

1. *dumque inter argentum avidius rixantur*] Id est, inter argentea vasa. Horat. *Hunc capit argenti splendor.* Interpr. *argentea vasa delectant.* Cic. in Verrem : *Exposit multum argentum, non paucula pocula ex auro.* L. Quæsitum § 28 D. de Instr. vel instr. leg. *Io. à Wouweren.*

2. *diductam fregerunt lagenam*] *Diductam*, id est, in duas partes ductam. *Pulmannus* in Horat. l. 3 Carm. od. 28. *Ge Erhardus.*

3. *cecidit etiam mensa cum argento*] Mensæ, quæ abaci, positæ, in quibus omnis generis, præclarique artificii vasa aurea, argentea, crystallina exposita, ad usum simul & splendorem. Hæ *mensæ*, seu abaci, *delphicæ* dicebantur. Martial. l. 12 Ep. 69.

Aurum atque argentum non simplex delphica portas.

Glossæ, *abaci*, *delphicæ*. Iuvenal. Satyr. 3. --- *urceoli sex*
Ornamentum abaci.
Comment. *Quod nos delphicam dicimus.* Horat. --- *& lapis albus*
Pocula cum cyathis duo sustinet.
Acro : *lapis albus, mensa marmorea, quam nos delphicam dicimus.* Wouwer.

4. *altius*] Sic Tornæsius, edit. Frellon. Wouweren, & reliqui. Gabbemian. utraque, *alius* : nec id facilè errori darem, nisi in posteriore editione seu fragmento vix in talia animadversum deprehenderem.

5. *caput fregit*] nihil est mutandum. Locutio hæc Plautina est ac legans. Hinc illud Plauti : *ve capiti tuo.* Caput autem frangere est vulnerare. Vnde idem Petronius infrà : *Nisi harundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan brachia mea caput que fregisset.* Erhardus.

6. *secundum*] juxta : Livius : *Vinus secundum aurem accepit.* Erhard.

7. *olim dormientes*] *olim* pro *dudum*. Infrà : *Mercenarium suam jam olim dormientem exire jubet.* Idem.

8. *tricliniarches*] Idem Græcis dictus συμποσιάρχης, & ἀρχιτρίκλινος. Inter alia etiam ejus munerat erat, potionem prægustare. Vnde apud convivium illud nuptiale Signorum primò, quo innotescere cœpit IESUS DOMINUS inlustre, primum architriclino vinum adlatum non verò ut biberet, sed ut gustaret tantùm : *Vt autem gustavit architriclinus aquam vinum factam*, ait D. Ioannes c. 11. Vbi indubiè ejus indicium fuisse officium animadvertere Viri Docti, Indèque jam & Inscriptiones Lapidum clarere : A. L. GUNA. TRICLINARCHA. *I.. Gonsalius. Triclinarches*, præfectus, c instruendi ornandique triclinii cu incumbit. *Gloss. Peer.*

9. *lucernis occidentibus oleum inf*

cidentibus oleum infuderat; & [1] pueri, deterſis pauliſper oculis, redierant ad miniſterium, quum [2] intrans cymbaliſtria, & [3] concrepans æra, omnes excitavit. Refectum igitur eſt convivium, & [4] rurſus Quartilla ad biben-

derat] Eleganter notat Scaliger veterum ſuperſtitionem, qui ignem velut animatum quid, exſtinguere, religionem ducebant; ſed oleo infuſô ſaturitate, cùm volebant, obruebant, elidebantque quaſi ſpiritum flammæ. Barth. in Ceir. Virgil. n. 344. Adde Weitzium Indic. in Dracontii Hexaëm. *Flamma moritur, reſurgit.* Ge. Erhardus.

1. *pueri deterſis pauliſper oculis*] Apul. l. 2 Mileſ. *Perfrictis oculis & obarmatis ad vigilias.* Cleomedes l. 2. ἔστι ὅτε καὶ τὰ ὄμματα ἐντριβόμενος (*Eſt & quum oculos perfricans*) &c. Ioan. à Wouweren.

2. *intrans cymbaliſtria, & concrepans æra*] Mulieres, quæ *cymbala* quatiebant, pro analogia vocamus *cymbaliſtrias*, vidimuſque eas ſæpius Romæ in ſcalpturis Bacchanalium ſacrorum, è quibus hæc damus:



Hinc autem adparet quomodo *cymbala* colliderentur. quod intelligens Amalarius Fortunatus, ſcriptum reliquit lib. III, c. III. *cymbala invicem tanguntur ut ſonent: ideò à quibuſdam labiis noſtris comparata ſunt.* Dioſcorides lib. IV teſtatur, *cymbala* ejus figuræ fuiſſe, qua cotyledonis folia ſunt; ut & Scribonius Largus c.lv. Latini *umbilicum Veneris* vocant. *Coxendicibus* adſimilat Plinius lib. XXV, c.ult. *acetabulis* Iſidorus lib. III, c. XXI. Ambabus manibus (erant enim manubriata vel anſata in extima convexitate) apprehendebantur, & comploſa concuſſáque ſonitum edebant, tinniebantque. Materia eorum fuit ex ære. *Laur. Pignorius.*

3. *concrepans æra*] Concrepare eleganter uſurpatur de inſtrumentis tinnulis. *Erhardus.* Eadem ferè locutio apud Propertium:

Cymbala Thebano concrepuere deo.

Item Ovidium:

Themeſæáque concrepat æra.

Quod & Martialis ſecutus:

Et Tarteſſiaca concrepat æra manu.

Cymbala proinde ex ære, quemadmodum & crotala (unde crotaliſtria); ſed & ſiſtra, inſtrumentum tinnulum concavum Matris deorum ſacris conſuetum adhiberi antiquitus. *Ia. Douſa.*

4. *rurſus Quartilla ad bibendum revocavit*] Suetonius in Vitellio c. 13. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: *in ientacula, prandia, cœnas, & comiſſationes.* Vnde Lucianus in bis Accuſato ait: *Luna officium eſſe, ut comiſſantibus præluceat.* Prodibant autem in convivali veſte, corollas capiti impoſitas, colloque impenſas habentes, pueris præcedentibûs, qui funalia geſtabant, fidicine denique præcinente. Quem morem proſe-

bibendum revocavit. [1] adjuvit hilaritatem comissant
[2] cymbalistria. * * [3] Intrat cinædus homo omnium in
fulsissimus, & plane illa domo dignus, qui ut [4] infract
manibus congemuit, [5] ejusmodi carmina effudit :

† *Hi*

prosequitur Petronius. *S. A. Gabbema.*

1. *adjuvit hilaritatem comissantis cymbalistria*] Sunt, qui scribant, *comessatio*, contra omnem antiquitatem. Quidam libri veteres, *Comisatio*, contra Festum, & Græcam etymologiam. Nonnulli libri, *commissatio*; alii, *commisatio* : à quibus eadem caussà, dissentio. *A. Manutius. P. F.* Si à *comedo* descenderet, prima foret brevis, Mart. lib. v Epigr. xvi. dictum à κῶμος, quod Græcis nihil aliud est, quam convivantium foras è triclinio prodeuntium lascivia. Hinc κωμάζειν, saltare post compotationem, & Latinis comissari : interdum idem quod crapulari & ebrietati indulgere : quia hæc duo fere conjungebant. inde comissari, bibere à cœna : Plaut. Rud. v, iii, lxvii : Stich. v, iv, iv : & v, ii, ult. *S. A. Gabbema.*

2. *cymbalistria*] Habes antè, ad *intrans.* & *concrepans.*

3. *Intrat cinædus*] An etiam *cinædus* qui præpostere init? Gellius: *Nihil interest, quibus membris cinædi sitis, posterioribus an potioribus.* κυρίως (propriè) *muliebris patientiæ scortum*, Petronius suprà. Hinc *cinædus* à κενὸς καὶ αἰδοῦς, *quasi pudore vacuus.* Nonius saltatores vel pantomimos primariò hoc nominis meruisse observat, accersitque ἀπὸ τῆς κινεῖν τὸ σῶμα, (*à motu totius corporis*, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros agentes in continuo motus exercitio & agilitate. Vnde mox : *Huc huc convenite spatalocinædi, femore facili, clune agili*, &c. Bulingerus de Theatro, l. i, c. 43, simpliciter ait esse πειρᾶν τῆς κινεῖν τὴν αἰδῶ vel τὰ αἰδοῖα, *à motu pudendorum.*

4. *infractis manibus congemuit*] Sc
hoc trahi ad habitum compone
tium se ad dicendum ; quamquam
conviviis digitis crepantes luserin
Lucianus Lexiph. ὁ δὲ μή τις ἐπὶ τῇ
κρηπιλίδι ἀναβαίνοι μηδὲ ἐπιφόρ
μα ἐπιζητῇ· ὁδὲ λακίνδα ἐποιεῖτο, ἄλ
λος ἐρρικρέττο σὺν γέλωτι τῶν ὁσφυ
(*Atque exinde alius quidem tabula
assultans irrumpendi locum quærebat
alius autem crepitu ac plausu digitoru
ludebat, alius porrò cum risu lumbos lasc
viter agitabat*). Quid innuat τὸ ing
muit, ex Clement. verbis hauriet
dum. Propert. -- -- *at illi*

Pollicibus fragiles increpuere manus.

Ioan. à Wouweren.

5. *ejusmodi carmina effudit*] Plau
*Suavem cantionem occipite cinædicam, s
perpruriscamus usque ex unguiculis.* In
troducebant enim cinædos aut ali
mancipia huic operi destinata, qu
lascivis carminibus, impudico corpo
ris motu, venerem excitarent ; au
psaltrias, quæ numeris obscœnis mo
tibus respondebant. Arnobius lib. 2
*Vt symphonicas agerent & fistulatorias ar
tes, cantionibus ut præirent obscœnis nu
merositer, & scabillorum concrepationibu
sonoris, quibus animarum alia lascivien
multitudo incompositos corporum dissolve
retur in motus, & ad ultimum clunibu
& coxendicibus sublevatis lumborum cri
spitudine fluctuaret.* Sed hæc propri
de lascivia mimorum. Iuvenal. Sa
tira ii. -- -- *ut Gaditana canoro*

*Incipiant prurire chorò, plausuque pro
batæ*

*Ad terras tremulo descendant clun
puellæ,*

Irritamentum Veneris languentis.

1. *Hi*

† *Huc huc* [1] *convenite nunc* [2] *ſpatalocinædi,*
Pede tendite, curſum addite, convolate planta,
Femore facili, [3] *clune agili, &* [4] *manu procaces,*

† *Embaſicœtas.*

[1] *Molles,*

1. *Huc huc convenite*] Luſus Sotadicus. Scaliger in Catalect. ſic in Carm. libero Priapi:

Huc, huc, quiſquis es' in dei ſalacis
Diverti grave ne puta ſacellum.

Ge. Erhardus.

2. *ſpatalocinædi*] Gloſſ. σπάταλος, *delicatus*; σπαταλᾶν, *delicias agere.* Vnde & *ſpatalium.* Tertull. *manus ſpataliô circumdari ſolita. Spatalocinædi*, qua licentia Lucull. *mœchocinædi.* Wouweren. *Spatalium* inter inſtrumenta eſt luxûs, ornamentum manuum muliebre. *G. I. Voſſius.*

3. *clune agili.*] Deſcribit cinædicam ſaltationem verbis ſubturpiculîs, pariter quæ ad illam mirificè faciunt, atque cinædorum ad flagitita; utrumque ergo utrique convenire, *agilem clunem,* inquam, & *femur facile*, indubium eſt. Diſertim Iuvenalis XI, 164 ſaltatricibus Gaditanis dedit *tremulum clunem.* Ad obſcœna quoque traduci motum *clunium agilium*, neminem fugit. *Cevere* id vocabant antiqui. Martial. lib. III Epig. XCV; Perſ. Sat. I, 101: *An Romule ceves?* ubi priſcus Grammaticus: *molleſcis? molles & obſcœnos clunium motus ſignificat.* Vide ergo planè datum cinædis. Feminis verò ſæpius à pluribus, illudque vocarunt *criſſare.* Lucilius:

Criſſatura, ut ſi frumentum clunibûs vannat.

Carmen liberum de Telethuſa:

Criſſabit tibi fluctuante lumbo.

Inde, venuſta compoſitione, puellæ ea inſignes mobilitate vocatæ, *recelliclunia.* Idem tu puta de *femore* & eſſe quoque dictum. *I. A. Gonſal.* Arnobius l. 5. *Laſcivia deinde luxuriantis adſumptâ, huc atque illuc clunes torquet.* Iuven. Sat. II.

- & de virtute locuti clunem agitant.

Comm. *ad patiendum ſtuprum.* Io. à Wouweren.

4. *manu procaces*] An legendum *procace*, ut ſit cum illo quod in fragmentis legitur: *Manu puer loquaci.* An *procaces*, ut in primo Carmine libero:

Carminis incompti luſus lecture procaces.

id eſt, laſcivos & impudicos? an verò intelligit libidinantes, id eſt, λεσβιάζοντας, & maſturbantes, de quibus apud Catullum, Martialem, & in Priapejis. Cæterùm univerſa Theologorum natio dictat, hujuſcemodi *manus procaces* ab Apoſtolo *molles* vocari! *Neque molles,* inquit, *regnum Dei poſſidebunt*, I Cor. 5, ℣. 9. ubi *molles* Syrus paraphraſtes, interprete Emanuele Tremellio, exponit, *corruptores ſui ipſorum.* Quò dictum quoddam Salomonis trahere videtur S. Epiphanius in lib. adverſus Valeſios, qui ſeipſos caſtrabant, ubi infit: *Salomon reprimens eunuchorum turpitudinem, dicit: Beatus Eunuchus, qui non operatur in manu ſcelus, neque cogitat malum adverſus Dominum.* Loquitur de eunuchorum titillanti laſcivia & impudicitia apud Anaſtaſium Nicænum quæſtio 79 in Scripturam. Adde Vincentium Belvacenſem Epiſcopum in Speculo Naturali. Et quoniam ſemel occœpi, pergam exſequi, & aliquid addere de civili pœna, quod non paucos fugere videtur, qui hoc flagitium elevare, quod in ſe eſt, ſtudent. Angel. Aretinus in tract. de Maleficiis, num. 53, cenſet eum, *qui propriis manibûs fellat, pœnâ capitis afficiendum,* ſuffragante etiam M. Antonio Delr. in Miſcellan. ad L. *cùm vir nubit.* Cod. ad L. Iul. de Adult. Ioan Gerſon in Tractat. de confeſſi. mollitiei ſcribit, *leges publicas pœnam ignis infligere.* B. quoque Bernardus Abbas Claræval. cum eoque idem Gerſon Sermon. in ſolemni-

[1] *Molles,* [2] *veteres,* [3] *Deliaci manu reciſi.*

‡ Conſumptis verſibus ſuis, [4] immundiſſimo me baſio conſpuit: mox & ſuper lectum venit, atque omni vi detexit [5] recuſanteis. Super inguina mea [6] diu multur-

q

‡ *Encolpius.*

lemnitate omnium Sanctorum mittunt *ad latrones, ad latrones, ad ignem, ad ignem.* Mitius tamen cum illis agendum Iodoc. Damhouderius, magnus ille quondam maximi Cæſaris Caroli V, Conſiliarius, cenſet, dum ſcribit: *Primam ſpeciem Sodomiticam committunt quicunque ſecum Venerea ſecretò exercent, quod crimen Apoſtolus mollitiem vocat; Latini verò magis propriè maſtuprationem nominant. Hos itaque maſtupratores damnant propter fœdam enormitatem aut exiliô, aut alia pœnâ extraordinariâ.* In Prax. rerum criminal. cap. 96, num. 5. *Ge. Erhardus.*

1. *Molles*] Cinædi, qui propritim *molles.* Barth. ad Claud. num. 1485. pathici, ſeu (ut Petronius loquitur) *muliebris patientiæ ſcorta.* Benedictus Magiſter in Grammat. *Mollis à mollio derivatur, quia vigorem ſexûs enervati corporis dedecorat, ut quaſi mulier emolliatur.* Arnobius lib. 5. *Evirati iſti molleſque.* Idem.

2. *veteres*] Exoleti. Vide Lamprid. in Elagab. *Wouweren. Veteres,* exoleti dicebantur ſcorta maſcula, quæ jam *provectioris erant ætatis,* quàm ut amari ſint idonea. quod genus non paucos circum ſe habuiſſe Heliogabalum ferunt: quos deinde Alexander Severus rerum potitus partim in inſulas deportandos, partim naufragiô mergendos curavit. Cic. pro Milone: *Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.* Huc facit illud Martialis:

Vrbanus tibi Cæcili videris;
Non es crede mihi. quid ergo? verna es, &c.
Quod bucca eſt vetuli dicax cinædi.

Anonymus. Erhardus mallet *teſtes.* ad compactum robur & firmam reſpiciens: q. *veteres,* & qui præcedit *clunè agiles,* &c. non ſat cogruerent.

3. *Deliaci manu reciſi*] *Deliaci* fuere mercatores, qui Delum frequentabant; ubi nobiliſſimus erat mercatus teſte Cicer. pro Cornel. Fortaſſe igitur ex illis molles multi fuerint; ſi verius ſit, illic etiam venditos fuiſſe eunuchos & molles. *Deliacorum* etiam *gallinariorum,* Columella minit lib. VIII, c. II; & Cic. in Lucil. Turneb. lib. XIX, c. VII. Quem tacito nomine reprehendens Scaliger ſcribit: *Deliaci manu reciſi* ſunt ſpadones. Nam capones *Deliaci* manu caſtrantur. *Deliacus* enim pro curatore gallinarum. Scaliger ad lib. III R. R. c. IX. *Erhard.*

4. *immundiſſimo me baſio conſpuit*] Lucret. lib. 5.

Adfigunt avidè corpus, junguntque ſuis labras Oris. Wouweren.

Catull.

Suavia comminxit ſpurca ſaliva tua.

Et alibi:

Tanquam commictæ ſpurca ſaliva lupæ.

Scaliger ad Catull. Epigramm. 75. *Idem.*

5. *recuſantes*] Sic & Tornæſ. Wouwer. cæteri. Anonym. in Var. lectionibus: al. *recuſantem.* Erhardus. Omnino ex veteri codice legendum *recuſantem,* ſcilicet, *me.*

6. *diu multumque*] Particulæ Plauto mutuatæ Moſtell. *Recordatus multum & diu cogitavi.* Erhardus.

1. *molu*

que fruſtra [1] moluit. [2] Perfluebant per frontem ſudantis [3] acaciæ rivi, & inter rugas malarum [4] tantum erat cretæ,

1. *moluit*] *Molere* ſignificat, inire, ſubagitare, & aggredi rem veneream. Auſonius:

Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam.
Cum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter:
Quantum deprenſi damna pudoris emunt.

Molitorem namq; ab hoc verbo *fututorem* dicit Auſon. *Molere* trahi ad hanc ſignificationem pudendam arbitror, quod *rota molendinaria rotam terendo conterit.* Ioh. Bapt. Pius. Petrus Comeſtor, vulgò Magiſter dictus in Hiſtoria Scholaſt. ad illa libri Iudicum verba: *Samſonem clauſum in carcere molere fecerunt: Molere*, inquit, *fecerunt, quaſi opere ſervili eum affligentes: nam molere eſt terere, ſicut triticum vel aliam annonam. Hebræi tamen tradunt, quod Philiſtæi fecerunt eum dormire cum mulieribus robuſtis, ut ex eo prolem robuſtam ſuſciperent: nam molere etiam eſt ſubagitare vel coire. & eſt tracta hæc ſignificatio à prædicta; qui enim coit, quaſi molere & terere videtur.* Erhard.

2. *Perfluebant per frontem ſudantis acaciæ rivi*] Horat. Epod. od. XII.

Quis ſudor victis, & quam malus undique membris
Creſcit odor: cùm pene ſoluto
Indomitam properat rabiem ſædare, nec illi
Iam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus crocodili.

Inſpice Marcilium Horatii interpretem. *Gabbem.*

3. *acaciæ rivi*] Felix Fabri Hiſt. Sueuor. l. . . cap. 9. *In aliis regionibus femina fucis utuntur, dealbant & colorant facies*, &c. *Fucus* propriè eſt color, quo panni & lanæ inficiuntur. Hinc pro medicamento ſeu colore illo ponitur, quo facies pingitur, ut ſpecioſior videatur. Ab Hebræis appellatur *puc*, à verbo *haphac*, quod eſt invertere vel immutare. Et ſanè vera & elegans eſt etymologia, quoniam hujuſmodi picturis vultus ac facies vertuntur ac immutantur, cùm longè aliæ appareant, quàm ſint naturali conſtitutione. Græcè autem generali vocabulò hæc appellantur καλλωπισμάτα, quòd faciunt ad *ornamenta* & mundum muliebrem. Dicunt etiam φῦκος, unde Latinis *fucum* deductum arbitror. Speciatim verò *ceruſſam* vocant ψιμμύθιον, & ψίμμα, quod nos *ſtibium* nominamus: *purpuriſſam* verò ἀνθέλικελον, *calliblepharum*, cujus meminit Plin. lib. 23, c. 4; necnon Tertull. lib. de Cultu fœmin. indè dictum, quod palpebras & ſupercilia venuſtet. Finis horum lenociniorum eſt, conciliare pulchritudinem ac faciem immutare, quò videatur ornatior & tegantur vitia, vel inducatur melior forma, quam à natura habeatur. Colores verò præcipui ſunt, aut albor, quem præbet *ceruſſa*: aut rubor, qui *purpuriſſo* quæritur: vel nigror, uſitatus ad palpebras & ſupercilia, quem præbet *ſtibium*. De ceruſſa ergo accipiendus hic Petronii locus. De ſtibio autem illa verba Cypriani ſerm. 5 de Lapſis: *Nigro pulvere lineamenta oculorum pingis, cùm te Deus aliter fecerit*; & forte etiam hic Petronii locus; quoniam dicit *per frontem*. Erhard. *acaciæ rivi*. Unguentum ex *acacia* quo facies pingitur ut ſpecioſior videatur. *Gloſſ. Petr.* Vet. Lex. *Acaciæ ſuecus prunellorum immaturorum.* Anonym. inter Varios hic in Notis. *acaciæ rivi*. Id eſt, fuci ex *acaciæ* ſucco compoſiti, per ſudorem liquefacti, mador per frontem manabat. Quamquam apud auctores nihil aut parum mihi alioqui occurrat de *acaciæ* uſu ad *fucos* adhibiti, nihilò ſeciùs cùm ex Dioſcoride liqueat, *acaciæ* ſuccum

cretæ, ut putares ' detectum parietem nimbo laborare. Non tenui ego diutius lacrumas : sed ad ultimam perductus tristitiam, Quæso, inquam, domina, certe Embasicœtam jusseras dari. Complosit illa tenerius manus, &, † O, inquit, [2] hominem acutum, atque [3] urbanitatis vernulæ fontem ! Quid ? tu non intellexeras

† *Quartilla.*

exprimi, atque in umbra siccari; itemque ad oculorum affectus, erysipelata, herpetas, & ejusmodi oris ac faciei vitia commode usurpari, facile ex his circumstantiis effectisque colligimus ex *acacia fucos* parari, quos medici in classe adstringentium ponunt. *Acacia* enim vim habet adstrictoriam & refrigerantem, ut auctor Dioscorides de mater. Med. l. 1, c. 33. Quod autem ex motu, calore, atque inde prodeunte sudore fuci abstergantur, Horatius quoque commeminit de anu libidinosa Epod. 12. *Quis sudor vilis*, &c. *Io. Petr. Lotichius.*

4. *tantum erat cretæ*] Mulieres terra Chia se incrustabant. Plin. lib. xxxv, cap. xvi. Apulejus lib. viii Met. *S. A. Gabbem.*

1. *detectum parietem nimbo laborare*] Id est perlui tecto rimatô. Plaut. Mostell. act. 1, sc. 2. *Venit imber, lavit parietes, perpluunt tigna.* Hoc autem fit cum nimbô perpluit. *Tectoria, κονιάματα, τὰ τοίχων παρεγχρίσματα, (murorum incrustationes)*; id nebat calce macerata. Vitruv. lib. vi, c. ii, iii. Plin. lib. xxxvi, c. xxiv. At tectorum etiam parietes incrustare, imò quodcunque ad politionem perficere. Vitruv. lib. vi, c. iii, ix. Ulpian. *l. si fervus. π. ad leg. Aquil.* hoc *opus albarium* dicitur. Vitruv. lib. v, c. x. Pallad. lib. i, c. xiv. & *album opus.* Vitruv lib. iix. c. iii. *κονιάτου albini. l. Architecti C. de Exc. artif.* & *albarii tectores*, Tertull. *Scit albarius tector & tecta sarire & tectoria inducere, & cisternam liare, & cymatia distendere, & multa alia ornamenta parietibus incrustare.* Ioan. à Wouweren.

2. *hominem acutum*] Roman. Aquila : *Inventio cum acutis hominibus communis est.* Ga. Barthius.

3. *urbanitatis vernulæ fontem*] Sic & Tornæs. Wouwer. Lotich. Rutg. Herm. *u. verniliæ f.* edit. Frellon. Wouweren : L. *urb. verniliæ frontem*, illud cum Scaligero, *vernilius, vernilis*, ut vulgarius, vulgaris; hoc cum Dousa. Lotichius : Dousa leg. *frontem*; sed non placet. Dousa MS. ad edit. Tornasii : c. M. *frontem.* Idem in Præcidaneis : L. *frontem : εἰρωνικῶς (ironicè).* Vrbanitas vernula, *quæ salibus natis intra pomœria constat.* cui contraria rusticitas. nisi potiùs ad vernarum dicacitatem alludsum, quibus impunissimè etiam in dominos joculatia funditare jus erat, sicuti & morionibus quoque, cinædisque ac mancipiis eum in usum præstinatis conciliatisque, quò initium scilicet ab ipso convivii præbitore facientes, in convivas porrò singulos scommata ac dicteria viritim evibrarent, quibûs tantùm abest ut perstricti offenderentur, ut etiam risu ea ipsa prosequerentur ac plausu; in joco quippe & vino vernaliter, hoc est, argute ac ridiculariter profusa. Seneca lib. 2 de Tranquillitate vitæ : *Ea causa est, cur nos mancipiorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si cœpit à domino.* Vide & Martial. l 10 Epig. 3. Bourdelotius : Ex fide vett. MSS. retinui, *vernulæ frontem.*

1. *cine-*

cinædum Embaſicœtam vocari? ‡ Deinde ne [2] contubernali meo melius ſuccederet. Per fidem, inquam, veſtram, Aſcyltos in hoc triclinio ſolus ferias agit? † Ita? inquit Quartilla, & Aſcylto Embaſicœtas detur. ‡ Ab hac [3] voce [4] equum cinædus mutavit, tranſituque ad comitem meum facto, clunibus eum baſiiſque diſtrivit. Stabat inter hæc Giton, & [5] riſu diſſolvebat ilia ſua. Itaque conſpicata eum Quartilla, cujus eſſet puer diligentiſſima ſciſcitatione quæſivit. Quum ego fratrem meum eſſe dixiſſem, † Quare ergo, inquit, me non baſiavit? ‡ vocatumque ad ſe in oſculum adplicuit: mox manum etiam demiſit in ſinum, & [6] pertracto vaſculo tam rudi, † Hoc,

‡ *Encolpius.* † *Quartilla.* ‡ *Encolpius* † *Quartilla.* ‡ *Encolpius.*

1. *cinædum Embaſicœtam vocari*] ἐμβατεύειν, idem quod ἐμβαίνειν (*ingredi, & ſcandere*), unde ἐμβατικοῖτης, *incubus*, quod nomen cinædo huic, & in eo jocus, quod promiſſo incubô repræſentetur cinædus, cui id nominis, ſicut *Carpo* ſciſſori infrà. Nam cinædi ſanè alii ab incubis. *Ioſ. Mercerus*, Not. ad Ariſtænet. lib. II Epig. XXII. ἐμβατικοῖται, aut ἐμβατικοῖτα, à verbo βῆναι, pro quo Latini *perambulare*. Catull. Epig. XXX.

Perambulabit omnium cubilia.

Scaliger ad Catull. dicitur ſic quod faciat ἐμβαίνειν εἰς τὰς κύστας, *inſcendere lectum*, & ad libidinis concitamentum adhibetur. Caſaub. Animadv. l. II, c. 5. Idem eſt ὀρσενικοῖτης, q. d. *viricubus*. Ian. Cottericus. Erhard. Vide tamen de his & Gonſalium in Præludiis. Gloſſarium Petron. *Embaſicœtas, qui, vel quæ frequenter dat baſia. Item incubus, qui inſcendit grabatum.* Innominatus in Notis, & Fr. Pith. Vet. Lex. *Embaſicœtas qui vel quæ frequenter dat baſia.*

2. *contubernali*] fratri vel amaſio. *Gloſſ. Petron.*

3. *Ab hac voce*] Infrà: *Statim ab extrema parte verbi conſurrexit.* Erhard. Confer ſuprà, *dum loquimur.*

4. *equum cinædus mutavit*] Quod *equum mutaſſe cinædum* prædicat, ea vero metaphora à vertumnis, hoc eſt equorum deſultoribus, & (quod Propertius ait, lib. IV Epig. II)

Trajicit alterno qui leve pondus equô,

deſumta videri poteſt. *Douſa P. Inequitare* obſcœnum Arnobio, multáque talia ab equis ad res Veneris tralata apud Barthium Animad. in Claudian. num. 3119. *Ge. Erhard.*

5. *riſu diſſolv. ilia*] Immoderatè ridebat. *Gloſſ. Petron.*

6. *pertracto vaſculo tam rudi*] L. *& protracto vaſculo*; *Tam rude hoc, inquit, belle. Vaſculum*, ea pars, quæ inter res ſerias nominari non debet. Plaut. Pœn.

Facio quod manifeſti mœchi haud ſolent,
Refero vaſa ſalva.

Lipſius. Græcorum imitatio: nam apud medicos ea pars σκεῦος (*vas*). Scalig. leg. *rude hac, inquit, belli eras in prom. Rudis* laniſtarum ac gladiatorum eſt, qua illi gladiorum vice ad pugnam exercebantur. ergo *vaſculum* illud, rudem vocat, qua in primo coitu, libido ſeu pugna irritaretur. Palmer. *Erhard.*

† Hoc, inquit, belle cras [1] in promulſide libidinis noſtræ militabit: [2] hodie enim poſt aſellum, [3] diaria non ſumo. ‡ Quum hoc diceret, ad aurem ejus Pſyche ridens acceſſit, & quum dixiſſet neſcio quid, † Ita, ita, inquit Quartilla, bene, [4] admonuiſti: cur non, quia belliſſima occaſio eſt, [5] devirginetur Pannychis noſtra? ‡ Continuoque [6] producta eſt puella ſatis bella, & [7] quæ non

† *Quartilla.* ‡ *Encolpius.* † *Quartilla.* ‡ *Encolpius.*

1. *in promulſide libidinis noſtræ*] Ludit in promulſidis voce nimium argutè ſcortillum, quæ protracto peculiô pueri Gitonis, ſignificat illum peniculum pueri, parvum quaſi anteludium ſibi fore ad robuſtam libidinem concitandam. *Stuckius. Promulſis* autem antecœna, ideo quòd daretur ante mulſum. Idem Antiq. Conviv. L. 3, c. 1, citante Erhardo: & G. I. Voſſius: ſaltem metonymiâ contenti pro continente. Vide enim quæ infrà prolixè ad, *promulſidari.* Wouweren: Apul. l. 2 Mil. *gladiatoriæ Veneris antecœnia.* Id. Apul. *proluvium libidinis ſuſcitâram.* Senec. Controv. *pararium libidinis.*

2. *hodie enim poſt aſcellum diaria non ſumo*] Id eſt, quoniam quidem ex ſententia per diem totum robuſta me voluptate explevi: ipſaque adeo uſque ad ſatietatem quinta Venerei nectaris parte, lepidiſſimo inquam, illo Ityphalli flore à molitoribus meis onuſta ac plena navi diſceſſi; ultrà igitur promulſidi locus non eſt, in ſatura præſertim ac ſaburrata probè. cras verò primo cum diluculo ſimulatque integram famem ad ovum attulero, tum igitur guſtatione hacce matutina primulùm, ſic quaſi *rude* aliqua *velitari*, ſatis pol in tempore more porrò meo initiabor ſolens. *Douſa P.*

3. *diaria poſt aſellum* &c.] *Diaria* cibi ſervorum ancillarumve unius diei, quorum dimenſa illis aſſignabantur, prout ſe fidos præſtabant. Gloſſ. Petr. & Erhard. *Aſelli*, bene peculiati. Rigaltius ad Phædrum fab. 29. *Id. Erhard. Aſinus*, in viris id quo ſumus; ſi ita ſit, ut extrema Caſinâ deſcribitur, quod calamitas nunquam attigerit: ideo quia nullum animal aſinô oſtreoſius. quod quidem etiam Apuleius innuit. *Douſa* MS. Gloſſæ vett. ὀνίσκος, ἰχθὺς, *aſellus (piſcis).* & in deliciis maximè erant aſelli Peſſinuntii, ut ſcribit A. Gellius. *Erhard.* Hoc verò dicit, ſe poſt lauta ac opipara viliora non deſiderare, ut abunde docuit Douſa Poteſt videri & infrà ad verba, *aſellus erat Corinthius.*

4. *admonuiſti*] MS. Tragur. *monuiſti*, quod præſtat.

5. *devirginetur*] Depudicetur. Vtitur & IC. in L. 21 D. de Off. Præſ. & D. Hieronymus. Alb. Gentil. de Latin. Bibl. *Devirginare* dicitur pro, virginitatem eripere. Nam particula *de* jam auget, jam minuit. *Ge. Erhard.*

6. *producta eſt puella*] *Producere* verbum nuptiale eſt, uti de Pannychide Petronius hîc. & illa adnuptias concubinarias Githoni producebatur. notavit quædam alia de hoc verbo Ioh. Iſaac. Pontanus ad Macrob. Infrà: *ut in platanona produceret dominam.* S. A. Gabbem.

7. *quæ non plus quam ſeptem annos habere videbatur*] Immaturior ſcil. quàm hodie ſint Mombaſiæ puellæ; quæ ante decimum ætatis annum ad viros non producuntur, ſed eo anno devirginatæ deinceps cum quovis voluptari liberè audent. Lectum id à me in Hiſtoria navigationis in Indiam Gallicè ab anonymo inſtituta, libro 1, cap. 14, de Nairorum (ita Æthio-

non plus quam ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa quæ [1] primum cum Quartilla in cellam venerat noſtram. Plaudentibus ergo univerſis, & poſtulantibus, [2] nuptias fecerunt. Obſtupui ego, & nec Gitona, verecundiſſimum puerum, ſufficere huic petulantiæ adfirmavi; nec puellam ejus ætatis eſſe, ut [3] muliebris patientiæ legem poſſet accipere. ‡ Ita? inquit Quartilla; minor eſt iſta, quam ego fui, quum [4] primum virum paſſa ſum? [5] Iunonem meam iratam habeam, [6] ſi umquam [7] me meminerim virginem fuiſſe. nam [8] & infans, cum paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeuntibus annis, majoribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatem perveni. Hinc etiam puto proverbium natum illud, ut dicatur, [9] Poſſe taurum tollere, quæ vitulum ſuſtulerit.

‡ *Quartilla.*

† Igitur

thiopes Indi ſuos Nobiles appellant) filiabus: *Hæ poſtquam annum attigerunt decimum, & jam ejus ætatis eſſent, ut muliebris patientiæ legem poſſent accipere, cognati ad adoleſcentem quempiam extra fines regni habitantem mittunt, qui eum multis & donîs & precibus exorent, ut cognatam ſuam velit devirginatum venire. Qui cùm venit, multis geſtibûs multaque lætitiâ accipitur. Puellæ, quam defloravit, egregium quoddam & pretioſum relinquit clinodium, quod illa de collo ſuſpenſum omnem vitam ſuam ſuperbè & oſtentabundè circumgeſtat. eſt enim inſigne licentiæ, qua corpus ſuum proſtituere cui libet, licet. Nam hoc ritu non peracto, conjungi homini nato nemini poteſt.* Geor. Erhardus.

1. *primum*] Abeſt. in cod. Tragur.

2. *nuptias facere*] Hîc obſcænè. unde & *nupta* verba. *Gloſſ. Petr.*

3. *muliebris patientiæ leg. p. a.*] Viripotentem eſſe. *Gloſſ. Petron.* Suprà: *muliebris patientiæ ſcortum.* Infrà: *Annis ad patiendum geſtientibûs.* Iſidor. Etymolog. lib. 11, cap. 2. *Virgo ab incorruptione, quaſi vir ago, quod ignoret fœmineam paßionem.* Erhardus.

4. *primum*] Non legitur in MS. Tragur.

5. *Iunonem meam iratam h.*] Iunonem Genialem, quæ ſexui ſequiori illi lucis primùm fruendæ copiam dediſſe cenſebatur; non pudicitiæ tantùm matronalis præſtes ac præſes, ſed etiam meretriciæ libidini. Douſa, Politianus, Meurſius, alii. *Gabbema. Iun. m. irat. hab.* Tanquam numen per quod mulieres ſolebant jurare, ſicuti viri per Genium. Adr. Turneb. Adverſ. l. 16, cap. 19. *Vt autem*, ait, *viri ſuo natali Genium colebant: ſic mulieres venerabantur Iunonem, quæ etiam Iuno Natalis dicebatur*, &c. *Et ut per Genium viri, ſic per Iunon. mulieres jurabant.* I. P. Lotichius.

6. *ſi umquam me meminerim virginem fuiſſe*] Adi Guil. Forſterum in Obſerv. cap. 15; & Albert. Gentilem in Virg. lect. cap. 11. *Erhard.*

7. *me*] Deeſt in chirogr. Tragur. nec inconcinné.

8. *& infans cum paribus inquinata ſum*] σὺν ἡλικιώταις, cum æqualibus. *Et* non habet MS. Tragur.

9. *Poſſe taurum tollere, quæ vitulum ſuſtulerit*] Adagium in fornice natum, uti videtur, ſed quod ad uſum verecundiorem commodè torqueri

poſſit,

† Igitur ne majorem injuriam in secreto frater acciperet: [1] consurrexi ad officium nuptiale. Iam Psyche [2] puellæ caput involverat flammeolo; jam [3] Embaticœtas præfere-

† *Encolpius.*

possit, si quando significabimus, majora peccaturum adultum, qui puer vitiis minoribus assueverit. Non absurdum videtur adagium ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui quotidie vitulum aliquot stadiis gestare solitus, eundem taurum factum citra negotium gestasse legitur. Atque ita quadrat in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt. Quintil. l. 1, cap. 15. *Milo, quem vitulum assueverat ferre, taurum ferebat.* Nequiter vero meretrix inflectit proverbium. *Erhardus.*

1. *consurrexi ad officium nuptiale*] Ovid. Amor. 3. eleg.

Ter Libas officio continuata meo est. Id.

2. *puellæ caput involverat flammeolo*] Sic & Frellon. ac Lotichius. Tornæsius, Wouwer. R. Herm, cum c. Tragur. *p. c. i. flammeo.* Gabbema: *flammeolo.* Quo amiciebatur nubens boni omjnis caussa, quòd eo *Flaminica*, id est, *Flaminis* Dialis uxor cui divortium facere illicitum, assidue utebatur. *φοινικίδα* vocat Synesius in Epist. Erhardus: *p. c. i. flammeo.* Huguitio: *Flameum* (seu, flammeum) à *flama* (vel, flamma) *dicitur, vitta sive infula nuptialis, tenuis & rubea, qua utebantur nubentes ad designandum pudoris lasionem, operientes vultum cum ea.* Vnde Lucanus in 2:

Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Sulpitius Severus Sacræ hist. lib. 2 de Nerone: *Post etiam Pythagoræ cuidam in modum solennium conjugiorum nuberet, indutumque Imperatori flammeum, dos & genialis thorus, & faces nuptiales, cuncta denique, quæ vel in fœmina non sine verecundia conspiciuntur.* Quidam codices hic habent *flammeolo*, & rectè puellæque convenienter. Iuvenal. Satyr. 10. — *Sedet illa parata*

Flammeolo.

Prudent. Psychom.

Flammeolum, strophium, diadema monile.

Adde Brissonium select. Antiquitat. l. 2, c. 18. Tiraquellum de ritu Nupt. Rosinum Antiq. Rom. lib. 2, c. 37.

3. *Embaticœtas præferebat facem*] Gabbema: *Pineam tædam* hanc vocat Catull. in Epith. Iuliæ & Mallii. *Tædam jugalem* idem in Argon. Silius lib. ult. *faces jugales.* Valer. Flacc. lib. 11, *faces legitimas.* Lucanus lib. 11, *tedas geniales.* Cic. pro Cluent. *faces nuptiales.* Claud. Epith. Hon. & Mariæ, *festas.* Hæ ex pinu fiebant, *cui* ut divus Iulius Scaliger an lib. 111 Poët. c. C, *ea natura est, ut ignem emittat minime olidum fumiferumque, quamquam misera admodum flamma eliciatur indè.* Plin. lib. xvi, cap. xviii. *Faces* præferebant patrimi pueri ac matrimi, qui *ἀμφιθαλεῖς* (*q circumvirides*) dicebantur, id est, interprete Zosimo Hist. lib. 11, *ἀμφοτέρους τὰς γονεῖς ἔχοντες πεφιόντας, ambos parentes habentes superstites.* Quinque *faces* præferri solitas auctor est Plut. Quæst. Rom. 11. Reperio, inquit Ioan. à Wouweren, tamen quatuor nonnumquam adhibitas. Lapis Patavinus: COS. AUG. PUER. CLAUD. QUÆS. ÆR. ANTONINAM. VOLUMNIAM. VIRGINEM. VOLENT. AUSPI. E. PARENT. SUIS. COEMIT. ET. IIII. FAC. IN. DO. DUXIT. Erhardus: *faces*, ait, *nuptiales* præferri solitas, quoniam nocte virgo deducebatur ad sponsum, nuptiæque fiebant. Has *faces* videtur pater sponsi vel sponsæ accendisse: matres autem olim solitas præferre, multis è locis tum Græcorum, tum Latinorum ostendi potest; quanquam Catullus paulo sensit aliter. Porro, quia tædæ

& fa-

ferebat facem; jam ebriæ mulieres [1] longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque [2] incesta exornaverant veste: Tum Quartilla jocantium quoque libidine accensa, & ipsa surrexit, correptumque Gitona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem tristis expaverat nuptiarum nomen. Itaque, quum [3] inclusi jacerent, [4] consedimus ante limen thalami,

& *faces* solebant ferri ardentes ante nubentes; ideo *tæda* ponitur sæpe pro nuptiis vel conjugio, ut ait Balbus in Catholico: & Pamphilus de Amore, eleg, 27.

Res ut testatur, Galathea tæda paratur.

Et Claudian. lib. 2 de Nuptiis Plutonis & Proserp.

Ac festas alio succendunt lumine tædas.

Idem lib. 1 de Raptu Proserp.

Iam vicina toro, plenis adoleverat annis
Virginitas, tenerum jam profuga flamma pudorem
Sollicitat.

Parrhas. in Comment. Vide Euagrium histor. Eccles. l. 6, c. 1; Vbi de Mauritii Imp. nuptiis. Adde Muretum ad 5 Catull. Hotomannum de ritu Nuptiarum, c. 15. B. Rhenanum in Tertull. l. 6 adversus Valentin. cap. 32. Brisson. de ritu Nupt. Tiraquellum de Nupt. Rosinum Antiq. Rom. l. 2, c. 37. Barth. ad Claudian. num. 878.

1. *longum agmen plaudentes fecerant*] Artemid. lib. 11. καὶ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τῷ τε γαμοῦντι καὶ ἀποθνήσκοντι, οἷον παραπομπὴ φίλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν (*Eadem utrique conveniunt, & nuptias celebranti, & diem obeunti: qualis pompa amicorum virorum & mulierum*). Hieronymus ad Demetriadem: *Quam habitura pronubam, quo deducenda comitatu? Stridor unicæ linguæ procacia tibi Fescennina cantabit.* Quintilian. Declam. CVI. *Vis scire quid sint nuptiæ? Adspice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo.* Gabbema.

2. *incesta exornaverant veste*] Sic & c. Pith. Wouwer. ac Rutg. Hermannides. Tornæs. & MS. Tragur. *incesta exornaverunt v.* Frellon. & Lotich. *ingesta exornaverant v.* Erhardus: Leg. pro *incesta, ingesta.* Thoros nuptiales purpureis olim vestibûs consterni solitos, multis exemplis clarum est. Barth. ad Claud. n. 1793, & 2733. Arnobius l. 11. *Cùm in matrimonia convenitis, togâ sternitis lectulos.* Lucan. l. 11.

— gradibusque acclivis eburnis
Stat torus, & picto vestes discriminat aurô. Gabbem.

3. *inclusi jacerent*] Ex verecundia humanitatis communis; & more nuptiali, quem tangit D. August de Civ. Dei l. 13, c. 18. *Quid concubitus conjugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum fit causâ liberorum? nonne & ipse, quamquam sic licitus & honestus, remotum ab arbitris cubile requirit? Nonne omnes famulos, atque ipsos etiam, paranymphos, & quoscumque ingredi qualibet necessitudo permiserat, antè mitti foras, quàm vel blandiri conjunx conjugi incipiat,* &c. Vide historiam S. Eugeniæ. *Erhardus.*

4. *consedimus ante limen thalami*] An ex more veteri, quo receptum ut quispiam, ex sponsi amicis consideret, qui compesceret mulieres novæ nuptæ conclamantes? Pollux lib. 111. καλεῖται δέ τις τῶν νυμφίου φίλων καὶ θυρωρὸς, ταῖς θύραις ἐφεστηκὼς, καὶ εἴργων τὰς γυναῖκας βοηθεῖν τῇ νύμφῃ βοώσῃ (*Vocatur autem aliquis amicorum sponsi qui foribus adsistens conclamantes vociferanti sponsa mulieres compescat*).

thalami, & inprimis Quartilla [1] per rimam improbe diductam adplicuerat [2] oculum curiosum, lusumque puerilem libidinosa speculabatur diligentia. Me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit: & quia [3] considerantium hæserant vultus, quidquid à spectaculo vacabat, [4] commoveba

pescat). Ideo autem acclamabant ne novæ nuptæ patientis vox audiretur. Scholiastes Theocriti: τὸ ἐπιθαλάμιον ἀδουσιν οἱ παρθένοι, ὡσθ' τὸ θαλάμιον, ἵνα τ παρθένος βιαζομένης ὑπὸ τ ἀνδρὸς ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται. (*Epithalamium autem canunt virgines ante limen thalami, ne novæ nuptæ à viro vim patientis vox exaudiatur*). Thalamus struebatur in atrio exadversum januæ, unde *lectus adversus* Propertio; hinc quæ sternunt thorum *Janitrices*, Græcis θαλαμεύτριαι, Pollux lib. 3. Glossæ: *janitrices duo ἀδελφῶν γυναῖκες, ξυνύμφοι* (*duorum fratrum jugales uxores*). probe verò; nam harum munus sternere thalamum. Porrò θαλαμεῶν, Latinis *Lectus genialis* dicebatur. Seneca l. 6 Controv. 6. *Verſa ſunt in exequias nuptiæ, genialiſque lectus mutatus in funebrem.* Iuvenalis Satyr. 10.

-- *Seder illa parato*
Flammeolo, Tyriuſque palàm genialis in herbis
Sternitur. Io. à Wouweren.

1. *per rimam improbe diductam adplic.*] Sic & Wouweren, alii. Tornæſ. *p. r. i. dedúctam* (in m. *diductam*) *a.* Sed c. Tragur. *p. r. i. a.* fine *d*, Douſa: Huc facit exemplum illud à Martiali l. 11. *Oblinitur minimâ, ſiqua eſt ſuſpicio, rimâ.*

Punctáque laſciva quæ terebranturacu. Vbi, cur *laſciva acus* cognominata Martiali, in controverſiam vocari poſſe video. Mihi verò jam id ex Chriſtianiſſimo ſcriptore Tertulliano planum facere eſt benignitas, in opuſculo de Virginibus velandis, præeunte nobis in hæc verba: *Simulque ſe mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu laſciviore comam ſibi inſerunt, crinibus à fronte diviſis apertam profeſſæ mulieritatem.*

2. *oculum curioſum*] Apul. lib. 1 Mil. *Cuncta curioſis oculis arbitrabar.* & paſſim alibi. *Wouweren.*

3. *conſiderantium hæſerant vultus*] Scilicet Quartillæ & meus, qui junctis capitibûs novos nuptos per eandem rimam conſiderabamus. *Ge. Erhardus.*

4. *commovebat valgiter labra*] Sic & Frellon. atque Lotichius. Tornæſ. Wouwer. R. Herm. c. Tragur. *c. obiter l.* Erhardus: *comm. obiter lab.* Hic commovet labra, qui laſcivi oris motu ad amorem allicit, & ſic conformat os, ut baſiari velit. Wouweren. *c. obiter. l.* al. *c. valgiter labra*, quod non improbo. Quid autem ſit *valgiter oſculari*, exprimit Lucianus: ἐπειδὴ ἀλλ. ἐφίλησε με τὸ στόμα τον, ὥσπερ οἱ ἄνδρες, οὐκ αὐτὰ μόνον περισπιμέζουσι τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοίγουσι τὸ στόμα (*Oſculabantur me primò perinde atque viri ſolent, non ipſa modò labra applicantes, ſed os quoque ſubaperientes*). atque ita *valgiter* oſculantes colliſione linguarum ludebant. Apul. Mileſ. 6. *Acceperus ab ipſa Venere ſeptem ſavia, & unum blandientis linguæ appulſum longè mellitum.* Idem lib. 11. *Arctiùs eam complexus cæpi ſaviari, jamque patentis oris inhalatu cinnameo, & occurſantis linguæ illiſu nectareo prona cupidine adlubeſcente.* Tibullus:

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula.

Hoc graphicè Cn. Matius: *Columbatique labra conſerunt labris.* Vnde Mæcenas: *Si quis fœmina cirrô criſpatæ labris columbatur.*

1. *fur-*

novebat valgiter labra, & me tamquam [1] furtivis subinde oſculis verberabat. * Abjecti in lectis ſine metu reliquam exegimus noctem. * * * [2] *Venerat jam tertius dies, id eſt,*

1. *furtivis ſubinde oſculis*] Sic & edit. Frellononiana, Wouwerius, Loich. R. Hermannides. Tornæſ. & c. Tragur. *f.ſ. oculis.* Douſa MS. ad edit. Tornæſii: arbitror legendum, *f.ſ. oſculis.* Douſæ editio, *f.ſ. oculis.* in m. *f. ſ. oſculis.* Anonym. MS. in ora edit. Douianæ, probans *oculis:* Sic noſtrates, inquit) *ſy werpt my altemet een oochsken oe.* Turneb. l. 1, c. 19. Erhardus: *f. oſculis.* Al. *oculis.* Sic furi oſculantem ſuam amicam componit Agathias l. 7 Antholog. ſic Ovid. *furtiva voluptas.* ſic *χαμαιλοπεύειν* pro furtivo concubitu frui, dixit Phocylides. Barthius in Muſæum num. 182.

2. *Venerat jam tertius dies*] Pergit, aut orditur idem Encolpius. Hîcque incipit Fragmentum Satyrici Petroniani, nuper Tragurii in Dalmatia in Nicolai Cippici bibliotheca, à Dn. D. Marino Statilio obſervatum, miſſoque in Italiam exemplô Patavii primùm exeunte A. 1663 non ſine mendis excuſum, mox A. 1664 in Gallia, à Ioanne Caio Tilebomeno (quod nomen per anagramma,) in Suecia à Cl. Ioanne Scheffero A. 1665, in Germania à nobili Sene D. Thoma Reineſio A. 1666, cenſurâ & Notis illuſtratum, interea ab Ampliſſimo Hadriano Valeſio, & D. Ioanne Chriſtophoro Wagenſeilio, primariò, ceu omnino ſuppoſititium impugnatum, à D. Statilio re & ſcriptis, deſtinato Excellentiſſimo Antonio Grimani Oratori Romæ Veneto ipſo Tragurienſi codice, defenſum, & nunc facta Romæ editionis Patavinæ cum protographo collatione, cujus protographi exemplum cum omnibus literarum apicibus & ſcripturarum compendiis, atque eo quod hoc Fragmentum eodem charactere in eademque charta præcedit Petronii dudum editi, & utriuſque interlinearibus marginalibuſque notis (quæ omnia ſeparatim edentur) à Cl. Ioanne Lucio Rerum Dalmaticarum ſcriptore nuperrimè edito, Amſtelodamum tranſmiſſum, accedentibus doctiſſimorum Virorum Romæ, & Lutetiæ Pariſ. ſententiis, denuo impreſſum, à ſphalmatis typographicis fideliter juxta exemplar, necnon ipſius primi luſciоſi deſcriptoris Tragurienſis, ubi, habito delectu trium præmemoratorum interpretum, id neceſſitas juſſit, utilitaſve ſuaſit, ſtudiosè perpurgatum, incipit; novenis, vel ſi mavis, undenis conſpicuis locis, ubi id antè editis aliquid ſuperaddit, peculiari charactere inſertum, variantibus cætera quoquomodo lectionibus notatis. Cujus hæc portio prima, reliquis ordine obſervandis, prælucente typorum diſcrimine, ſubjectoque triumvirorum potiſſimùm commentariô.

Vbi ante omnia, cùm ſic conſtet Fragmentum hoc variè, integris diſſertationibûs, & epiſtoliis, ceu *planon & ſpurium* oppugnatum, & rejectum, teſtantibus typis Noribergenſibûs A. 1667, quantum anguſtia Notarum patitur, oſtendendum, Fragmentum id hancce ſedem, ſed vel ideo, quòd hîc ſparſim, coincidentibus dudum editis, inſeratur, in codice verò Tragur. continuum reperiatur, ſic aliis typis excudendô & legendô, meruiſſe, ac nequaquam *totum falſum; fictum, & ſuppoſititium eſſe,* Marinumque Statilium, quæ huic Fragmento invidentur, non ex Henrici, Hadrianique fratrum Valeſiorum recentiſſimis ſcriptis, non item ex Gruteri, Douſæ, & Erhardi interpretum, hauſiſſe, quæ verba adverſæ partis, ſed Patavii primùm ſub

Petronii nomine excusa, mendis quibusdam, queis tamen ea quæ in eruendo tam confuso scripto sollertiam sapiunt gratiamque merentur, longè præponderant, exceptis, fuisse esseque genuina, chirographon unde hæc deprompta extra omnem suspicionis notam positum, antiquum, minimèque Statilium impostorem egisse, qualis toties indigitatur. Quorum omnium adeò facilis probatio, si vel præfationem Pauli Frambotti Patavinam huic Fragmento A. 1664 præfixam relegamus, in qua nihil sollemnium in his talibus omittit, auctorem nominat qui prævia cum viris Magnis communicatione hoc quidquid erat aggressus, horum si interea Rhodius Prof. Pat. fatò functus, sententiamve in scriptis dicere noluit, quid hoc ad auctorem, aut Frambottum? ideone nos Cœnâ Trimalchionis carere debebamus? locum verò hi domumque & bibliothecam designant, ubi ipsum protographum in Dalmatia videri & haberi poterat, si quis de fide edentium ambigeret: quod cùm deinde nimium fieret, missus est à Statilio ipse codex Tragur. Romam, ubi à collegio Doctissimorum virorum A. 1668, 28 Augusti, testibus publicis ephemeridibus adinventum, codicem ultra ducentos annos numerare, essèque exaratum ætate circiter Petrarchæ, quod ex literarum ductibus & papyro sic certò statuunt: ut nullum dubium supersit. Quæ præmissa ita juxta præfationem Frambotti, unde sua tela acuerunt oppugnatores. Longe verò aliter rem narrat Dn. D. Statilius in Apologia (quæ seorsim excudendis adjungetur), adeò se consiliò publicandæ Cœnæ hujus Trimalchianæ eximens, ut ne quidem Patavinus editor *Statilii* nomen sciverit, quem *Statileum* nominat.

Sumus verò sic ad seculum usque XIV tuti cum nostro codice; probabo & diutiùs, facta integri manuscripti quale Tragurio Romam allatum, vero apographo Amstelodami cui libitum fuerit inspiciendo, relatione.

Titulus minio scriptus:

PETRONIVS ARBITER.
PETRONII ARBITRI SATYRI FRAGMENTA, EX LIBRO QUINTODECIMO ET SEXTODECIMO.

Cum alio furiarum genere &c. p. 2, usque ad p. 26, l. ult. editionis hujus, *rogare stuprum*. Hactenus conveniunt; nunc paulisper divertit, seu omittit lin. unam c. Tragur. subjiciens post, *stuprum. jam ille mihi* -- usque, *penas dedissem*. Vnde longiùs recedunt: nam post *dedissem* c. Tragur. habet, *cum ergo proclamarem strinxit, & si Lucretia es inquit, Tarquinium invenisti. Quid faciunt* (ubi coëunt p. 38) *leges* &c. usque *probat*. Denuo fragmentum digreditur ead. p. 38, subnectiturque post *probat. Sed ut primum gythonis præparata nos implevimus cena hostium non satis* p. 46, ubi coincidit. Discedit p. 53, l. 4: *inter in nos que* (pro, *interim nos quæ*) &c. *mulieres intueremur*. Iunguntur p. 55: *Ac ne gython quidem ultimus risum*. Recedit l. 11 *mille oscula dedit*, (coincidit p. 67) *stabat inter hec gython* ad p. usque 73. Disperguntur, *me tanquam furtivis subinde oculis verberabat*. (Colliguntur p. [interea fragmentum intercurrit posterius, quod cum hoc priori non est commiscendum.] 199) *Comprobamus factum* &c. Discedit, p. 208 *prostrare nudam in nebula lunæ*. Coitur p. 304: *Nomen amicitie*. -- Seceditur p. 305, l. 6 *incluſa*. -- *egrum planctibus pectus*. Redit ur p. 315. *Qui pelago credit* &c. Rumpunt p. seq. l. 8 *quam ipſi* -- *infra pecuniam positi*. Conveniunt p. 321 lin. 4. *Priscis enim temporibus cùm adhuc nuda virtus* &c. Dissociantur p. 331 *Troiæ sacra*. Sociantur p. 341, l. pen. *O felicem in quit, matrem* &c. Discedit p. 343, l. 5 *ocius foras exi*. Coincidunt p. 345, l. 4 *dum hec fabula inter amantes* &c. Migratur p. 349, l. 4 *manusque continetà rixa*, (redit ur demum p. 377, l. pen.) *stante ergo utraque acie* &c. Seceditur p. 380, l. 7 *& ne reſidua* &c. illico junguntur l. ult. *Exsonat ergo* &c. Deflecti-

lectitur p. 384, l. 3 *puero baſium dedit.* Mox reditur l. 1 p. ſeq. *ceterum eumolus.* Abitur p. 396, l. 5 *concinnabat ſpoliatum crinibus vultum* &c. p. 415, l. 8 releunt: *Multos inquit eumolpus juvenes* &c. Abeunt p. 448, l. 8 *haud dubiè credentibus indicavimus*, (revertuntur p. 453, l. 7) *procedentibus deinde longiùs ravi* &c. Divertunt p. 462, l. 6 *oſculis juerentes voluptatem robuſtam.* Copuantur p. 465 *Nocte ſoporifera* &c. Dilluntur ib. l. penult. *preteritu ſe totus imagine verſat.* Conjunguntur p. 466, l. 7 *Cubiculum autem* &c. Diſgregantur p. 469, l. ult. *ſi culpam emendare dimiſerit.* Revocantur p. 474. *Nobilis æſtivas.* Adhuc migratur p. 476, l. 2 *oſculis fruor.* Coincidunt p. 478, l. 8 *quod ſolum igitur ſalvo pudore poteram confingere* &c. De cætero vix msm diſſentit præterquam in ſingulis aliquot verbis, aut lineolis, uſque ad pag. 501, lin. 3 — *clauſum poſſidet arca Iovem.*

Qui finis eſt prioris partis, ſubjicitur rubrè iterum notatum:

PETRONII ARBITRI FRAGMENTA EXPLIC. EX LIBRO QUINTODECIMO ET DECIMOSEXTO.

Poſt exiguum ſpatium, in altera parte ejuſdem folii, ſeu verſa pagina, incipit Fragmentum de quo nobis res eſt:

Venerat jam tertius dies &c. quæ hîc gemino impreſſa charactere vulgatis coincidentibûs leguntur, ad finem uſque, *raptimque tam planè quàm ex incendio fugimus.*

Diverſæ lectiones interlineares duæ ſolùm, eæque fragmenti poſterioris; marginales utriuſque 42 circiter numerantur, quas inter noſtri Fragmenti ultra 24. e. g. *pittratia*, in marg. *pittracia. Aſſentemur ait ille, & dum illi balneum petunt nos* &c. ad m. al. *abſentem* pro *Aſſentem. periiapatur*, in m. al. *parabatur.* hocque *al.* ſeu alii aut aliàs quinquies, ac ſolùm in hoc noſtro mſo reperitur. Diſtinctiones, & orthographiam, ex ipſa quidem relatione ſeu recenſione licuit colligere, veſtigiis ſtudiò relictis ac indiciis factis, ſed addam. Initiò ſtatim prioris fragmenti, *Cum aliis* &c. *inquietantur. qui clamant hæc vulnera.* In poſteriore: *Sunt veſtra ſalva recta: domum cave. circumſpicias. cave majorem maledicas.* Ratio metrica, in ipſis etiam hexametris.

Et qui ſollicitat nuptas ad præmium peccat.

Si modo fas eſt mihi vera impune probari.

& hujus farinæ deſcriptorum innumera.

Sentio igitur, deſcribentem, & qui nonnulla affricuit marginalia, à quibus τὸ *periiapatur*, in m. *al. parabatur*, & bonæ frugis ſimilia eximo, non fuiſſe auctorem ſeu ipſum excerpentem gemini noſtri Fragmenti. Ratio, quia ipſe excerpens elegantiæ, Philoſophiæ, & Poëtices ſtudioſus, ſpurca ceu ſcopulos devitavit, omiſſis quæ de fratre Gitone p. 34, 35, de concubino pathico Eumolpi p. 316, 317, &c. nefanda narrantur, nec non feſcenninis,

Qualis nox fuit illa, &c.

p. 300; & ſimilibûs: graviora, elegantiora, & poëtica maximè ſectatus: omiſſis naufragiô quæque Encolpius poſt naufragium cum lacrymis de ſorte hum. queritur, ac ſententiarum aliquando connexione, ut modo aditum ad carmen pararet, numeratis ſingulis verſiculis ne quis periret, numeroque fideliter ſub finem ubivis majuſculis conſignatô. e. g. initiô, *verſus* XXII. dein, *verſus* VI. &c. Epici mutationis Reip. Rom. *verſus* CC XCIV (vulgò 295, ſed unus in fragmento non eſt, qui in Notis infrà exprimetur). atque ſic retro, ac poſt: de Trimalchione in priori fragmento nonniſi occaſione Poëſeos, ibi: *Comprobamus factum*, &c. p. 199, carptis verſiculis *Luxuriæ ritu* — mentionem faciens, ejus verò cœnam ne verbô quidem ibi tangens, ſed integram hiſtoriam, iteratis, *Comprobamus.* & verſiculis, *Luxuria.* poſteriori fragmento reſervans. De tali excerpente, qui carmen, inquam, amat

amat & intelligit Petronianum, & præfert honestum, insciția, ac quidquid indecorum non est præsumendum. Hinc mihi tertium adfluit, eundem fuisse excerpentem posterioris partis, accedentibus iisdem utriusque κεφαλαίοις (argumentis, judicandi materie) *Trimalchio* semel in priore, constanterque in sequenti, similiter perpetuò *Agamenon*, & alia; non quòd primum excerpentem *Agamenon* scripsisse existimem, sed quòd imperitus scriba in hoc aliisque quàm plurimis, æqualiter deceptus sit. Vtrumque fragmentum eadem chartâ jungitur, utriusque ejusdem valoris mixta bona malis marginalia. Demum statuo plura omnino fuisse exemplaria, eáque vulgata, unde de ætate præsumere pronum, propter quinquies adscriptum *al.* alii, vel alias. Ab omni dolo miserandam simplicitatem nostri descriptoris Dalmatæ, ipsumque etiam qualem dedi primum excerpentem, respondurus breviter ad objectiones, absolvo; fierique potuit, ut binæ fuerint Petronii ἐκδόσεις (editiones), altera succinctior ipsi Neroni transmissa, & ejus noctes pandens, altera prolixior Claudium & ejus libertos, pluráque id tempus alia revocans, cujus utriusque excerptis variè forsan commixtis aliena insuper quivisse admiscri non negandum, sed quæ illa sint, deliberandum: quòd Petronius etiam in dudum editis, tot habitis eductoribûs, (quid censendum cùm anno millesimo undequingentesimô primùm Venetiis in hanc lucem nascereturseu typis excuderetur?) non sic purè fluat, ut Romana Siren ab ejus ævi scriptore poscebat. hîcque loquentium & agentium personarum, id verò non Romæ, sed in Colonia, urbéve Græca, utrobique ferè ebriarum mentium, dissolutorum animorum, queîs verba & res aptanda, habenda ratio.

Objectiones, quæ hîc movere-

tur, ad duas redigo. Primò, quæ multum decederet posteriori Fragmento, quòd nullus titulus præluceat, vice versa præcedenti obsequatur geminus, uterque ex Lib. xv, & xvi depromptus. Respondeo: *Venerat* &c. Cœnam Trimalchionis, extremam circiter partem facere Libri xv & Librum xvi incipere verisimiliter inter p. 309, & 314, *postquam Ascyltos Cœna libera, divisis manubiis, Encolpius rapto Githone deseruerat, Encolpiusque Eumolpum novum amicum nanciscitur.* Quid hîc quæso, erat opus Librum adscribere? cujus non solùm versi paginâ facta mentio, sed etiam pars Cœnæ, i. Trimalchionis cum Agamemnone super Poësi sententiarum collatio & simul pars hujus Fragmenti in præcedentibus tamquam surculus in arbore, tessera hospitalis, pars licii in polymita veste, litera originis, membrum totius continebatur, ut ex recensione patet, quod excerpenti pro memoria non poterat non sufficere; estque hæc objectio, quantivis videatur, nullius pretii: imò magis stabilit nostram thesin unius & indivisi operis. Deinde objiciat quis, potuisse mangonium interveniisse, quo aliena infarta. Hoc ego non negavi, sed ea de re juxta præmissa sobriè, aliaque prorsus ratione statuendum, quàm *à totum fictum, falsum, & suppositiium opinatis*, inceptum. Neque enim existimandum, ex atomis Democriti hæc fortuito casu, ante aliquot secula sic coiisse; aut verò, quæ ingeniosissimos quosque in connectendo multùm latuere, *hominem nugacem & ineptum*, ut vocant, tunc potuisse: ut admiratione defixis & talia stupentibus posteris jam illuderetur. particularia in commentario videbimus. Patet verò sic, patebitque in progressu, non sine injuria rei literariæ & Arbitri hancce sedem Fragmento denegari potuisse; quam argumentum & constans ordo non tam petit, quàm cum imperio poscit. Stylus etiam fortiter se defendet; aliquibus

sortem

est, [1] *exspectatio liberæ cœnæ. Sed tot vulneribus confossis fugæ magis placebat, quam quies. Itaque, cum mœsti deliberaremus, quonam genere præsentem evitaremus procellam,* [2] *unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes: &,* [3] *Quid? vos, inquit, nescitis hodie apud quem fiat? Trimalchio lautissimus homo horologium in triclinio, & bus-*

ortem expectantibus, quam tempus e exacta Crisis docuerint.

1. *exspectatio liberæ cœnæ*] Quia illo ie tertio expectabatur libera cœna. ed quænam est hic *cœna libera?* num, uam accipiunt, qui hactenus fuere ptivi? Sic conjectare licet ex sequentibus, in quibus mentio vulerum, & fugæ. An, in qua libeiùs & solutiùs vivitur? quomodo lautus *liberas ædes, liberum locum* in Casinæ III, sc. 2, & seq. (adde Pseud. , sc. 2, v. 2: Pœn. III, sc. 3, 25, & 4.) Propertiusque *liberam* vocat *toam?* Consule & Lampridium in Heliogabalo, capite ij. *Ioan. Scheffer.* Apprimè *cœna* Trimalchionis *libera* dicitur, tum quòd liberum esset uivis, accumbere mensæ: tum quòd n ea quidquid vellent convivæ, faerent ac dicerent: illic enim omninoda & Decembris, quam vocat Horatius, libertas erat. *Ioh. Caj. Tiebomenus.* Quo verò sensu Amplifs. Dn. Thom. Reinesius *cœnam* hanc *liberam* dictam existimet, circa f. fragmenti animadvertere erit, ad verba: *Omnes illos* (servos) *testamento meo manumitto.*

2. *unus servus*] Ioh. Christoph. Wagenseilius in dissertat. sua contra Fragmentum hoc: Statueram Italæ linguæ gnarum fuisse planum nostrum, & confido omnes idem opinaturos, ubi primùm hos loquendi modos perpenderint. *Vnus servus Agamemnonis interpellavit. Non mehercules mi jactura gusti fuit,* &c. Schefferus: *unus servus.* Optimè, pro, *quidam, aliquis.* Cicero XV Ep. 16. fam. *Quanquam, quicum loquor? cum uno fortissimo viro, qui posteaquam forum attigisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis.* & in I de Or. *Sicut unus paterfamilias his de rebus loquar.* Plaut. Mostell. III, s. 2, 147. *Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt.* Infrà circa finem: *Vnus præcipuè servus libitinarii.* Adde Scioppi Animad. in Voss. § 51. Confer verò quæ infrà notabuntur ad *numerorum nummos.* &, *tamquam unus de nobis.*

3. *Quid? vos, inquit, nescitis h. a. quem fiat? Trimalch.*) pro MSi, & Patavinæ editionis, *Quid vos, i. n. h. a. q. fiat?* T. Schefferus: *apud quem fiat?* Non placet punctum interrogationis. Potiùs ponendum post, *quid* videtur. Quid, ait, deliberatis ita? Scilicet vos nescitis, apud quem fiat. illud *fiat* accipiendum arbitror de cœna, repetenda ex superioribus. *Fit cœna*, contrarium est τῷ *facit cœnam*, quod habet Plautus in Casin. III, sc. 6. *Ego jam intus ero, facite mihi cœnam.* & Cicero lib. IX Epist. 24. *Obliviscare cœnulas facere.* Martialis II de Selio: *facta est jam tibi cœna.* τῷ fieri sic absolutè usus & Terentius in Phormionis a. II, sc. 2. Verba vulgò ita habent:

Tene asymbolum venire, unctum, atque lotum è balneis,
Otiosum ab animo? cum ille cura & sumptu absumitur.
Dum tibi sit, quod placeat:

Sed Ianus Gulielmus in Plautinis Quæstionibus ad Captiv. c. 4. *Membranæ Verdenses habent; dum tibi fit. Verbo non multum, sententia permagna elegantia accidit.* Fieri, *in conviviis, cum delicia instruuntur. Plaut. Trucul. Mane, aliquid jam fiet.*

I. *subor-*

& buccinatorem habet [1] *subornatum, ut subinde sciat quantum de vita perdiderit.* [2] *Amicimur ergo diligenter, obliti omnium malorum, & Gitona libentissime servile officium* [3] *tuentem* [4] *usque hoc, jubemus* [5] *in balneo sequi.* [6] *Nos interim vestiti errare cœpimus, imo jocari magis, &* [7] *circulis ludentum accedere; cum subito* videmus senem calvum tunica vestitum [8] *russea,* [9] *inter pueros capil-*

1. *subornatum*] Ad hoc instructum, ut buccinâ det horæ signum. Optimè. Cicero I de Leg. c. 22. *Intelliget, quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit.* i. e. instructus, paratus. Simplex, pro composito *ornatus.* Tertullianus in de Præsc. *Ipse denique hæreses à Philosophia subornantur.* Io. Schefferus.

2. *Amicimur ergo diligenter, obliti*] juxta MS. loco Patav. editionis, *Amicum ergo, diligenter o.* Ad Patav. edit. Schefferus: *diligenter obliti.* Vere Petronianum. Sic enim statim ab initio: *sed nec viam diligenter tenebam.* Martialis lib. VII, 26. *O quàm Regule diligenter erras!*

3. *tuentem*] Expedientem, obeuntem. Cicero X Ep. 11. *Quod reliquum est, tuum munus tuere.* Schefferus.

4. *usque hoc*] Optimè, pro *hoc usque.* Vulgò scribitur, *hucusque*, quia *hoc* & *huc* promiscuè dicebant veteres. Vide Virgil. VIII Æn. v. 423, ibique Servium. Nempe sicuti usurpabant *usque quo*, & *quo usque.* Est autem genus ellipticum, in quo intelligendum *ad*, & *tempus*, ut sit plenè, *usque ad hoc tempus.* Cicero de Inven. II. *Ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus.* Scheff.

5. *in balneo sequi*] Etiam hoc optimè, & planè ex consuetudine Petronii. Vt in pridem editis: *ad reficiendum ignem in vicinia cucurri.* Et in nostris, infrà: *voca cocum in medio.* item: *vetui in hoc diversorio quenquam admitti.* Phædrus noster lib. V, c. 2. *in conspectu meo audes venire.* ubi vide, quæ notavi. *Idem.*

6. *Nos interim vestiti*] *Interim* hîc vel ut discretio solùm rei ad narrationem pertinentis attendi potest, ut in illo Terentii Andr. *Tristis interim, nonnunquam collacrymabat.* vel pro *repente* exponi, & τῷ *errare* jungi, ut apud eund. Hecyr. *Primùm dies compluisculos bene conveniebat sanè inter eas; interim Miris modis odisse cœpit Sostratem.* Vbi Donatus, *interim* est *repente.*

7. *circulis ludentum*] Pro MSi, & Patav. *c. ludentem.* Schefferus: *circulâ ludentem.* Adscripserat suo codici Nobilissimi N. Heinsius, *ludentum*, quod sine dubio est rectum.

8. *russea*] Color *russeus* seu russus est rutilus, vel vicinus. *G. I. Vossius.*

9. *inter pueros capillatos ludentem*] Capillatus grex puerorum nobilium est, ut Mart. Epig. LXII lib. X.

Ludi magister parce simplici turbæ:
Sic te frequentes audiant capillati.

Nutriebant enim comam ingenui pueri, & aliquando cirris insigniebantur. Sic Persius Sat. I.

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? --- ---

Capillos namque nutriebant usque ad pubertatem. unde capillati pueri imberbes dicebantur. *Ramirez.* Ambros. lib. VI Hexaëmer. *Haud insitum extat adagium; nullus comatus, qui non idem cynædus.* Gabbem. *capillati pueri.* Impuberes & ad generationem inepti: comam enim alebant in signum impubertatis. *Gloss. Petr.* Erhardus: Satyricè Trimalchioni illudit quòd senex calvus inter impuberes aut pubertati proximos ludat pila. nec enim senum est exercitium pila lusus,

apillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, quamquam rat operæprecium, ad ſpectaculum duxerant, quam ɔſe paterfamiliæ, qui [1] ſoleatus [2] pila *praſin.* exercebaur. nec eam amplius repetebat, quæ terram contigerat, ed [3] follem plenum habebat ſervus, ſufficiebatque luentibus. Notavimus etiam res novas. Nam duo ſpadoes [4] in diverſa parte circuli ſtabant, quorum alter maellam tenebat argenteam, alter [5] numerabat pilas: non quidem

ſus, ſed juvenum. Savaro Not. in don. l. 1. Epig. 8.

1. *ſoleatus*] A balneo cùm ad cœam pergerent, ſoleas aptabant pedi-us, quas deponebant cœnaturi. Eas ſervabant ſervuli à pedibus ſtantes: Martial. l. XII Ep. LXXXIX: l. XIV Ep. XV: l. III Epig. IIX. Exire autem ſoatos à balneo probat idem lib. XII pig. LXXXIV. Nam in thermis ubi vabantur, exercebantur & pilâ, ut b. XIV Epig. CLXIII. & Papin. lib. I ylv. in poëmate cui lemma, Balneum Etruſci. Erat autem inſolens egotium poſt lavationem aptatis oleis iterum ludere: nam luſus pilæ rat ante lavationem. Mart. lib. VII p. XXXI. Sic Petronius Trimalchionem illum lautiſſimum ſenem deribit omnia inſolenter, & præter ominum morem facientem, & inr alia ſoleatum pilâ ludere dicit, id ſt poſt lotionem. *Laur. Ramirez.*

2. *pila praſina*] Sic codex Tragur. riores, *pila ſparſiva* aut *ſparſina.* Ioan. ornæſius ad marg. ſuæ editionis, *narſivam* explicat: quam in ludenum juvenum turbam ſpargeret & nitteret. Vbi Douſa: c. M. *ſparcina. ſpartea*; *ſparſina* c. Pithœi. Lundorius: *ſparſina.* L. *ſparſiva.* Vidend. ieron. Mercurial. de arte Gymnaſt. . 2, c. 5. An *pila ſparſiva* fuit *trigonaa*, quæ parva erat, non triquetra figurâ; ſed à loco trigono, vel à numero, figura, ſitu ludentium: ſtabant nim tres eo ordine, ut trigonum ſeu riangulum redderent; ut ex nummis M. Aurelii Antonini apud Byzantios percuſis adparet, quorum figuram loco citatò poſuit Mercurialis. Scheffe-rus ad c. Tragur. *pila praſina:* Corrige, *ſparſina*, vel *ſparſiva*, ut habent vulgati. Non: vix Latinum eſt, *ſparſiva* & *ſparſina.* & quàm titubant interpretes! ſequor hìc Tilebomenum, cui & adhæret Wagenſeilius in diſſertatione ſua ſuper Fragmento Arbitri Tragurienſi, laudans pro hac ſententia etiam Octavium Ferrarienſem Patav. P. Sic verò Tilebom. *pila praſina* Optimè. In Fragmento Arbitri, jam toties vulgato, *ſparſiva* inepte legitur: Quemadmodum & paulò pòſt in eodem malè ſcriptum eſt: *Erat autem venalitium titulu pictum, & ipſe Trimalcio capillatus caduceum tenebat, Minervaque ducente tenia intrabat.* Quid eſt autem: *Minerva ducente tenia intrabat?* Itaque rectè in hoc legitur: *Minervaque ducente Romam intrabat.* Addam tertium, ubi ſcitè ſcribitur: *Allata eſt guſtatio valde lauta.* In vetere verò: *allata eſt guſtatio valde laudata.* Quo nihil eſt ineptius, & alienum magis à re propoſita.

3. *follem*] Lexicon Vetus: Πῆρα, *mantica, follis.* Vegetius de re Milit. lib. II, c. XX. *Denique decem folles, hoc eſt decem ſacci.* S. A. Gabbem.

4. *in diverſa parte circuli*] Plin. lib. V Epiſt. VI. *Apodyterio ſuperpoſitum ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluraſque circulos capit.*

5. *numerabat pilas*] Hinc non incomodè explicari poſſe videtur illud Senecæ

quidem eas, [1] quæ inter manus lusu expellente vibrabant; sed eas, quæ in terram decidebant. Quum [2] hæ miraremur lautitias, *accurrit Menelaus, &, Hic est, inquit, apis quem* [3] *cubitum ponetis*; [4] *& quid? jam principium cœnæ videtis?* [5] *Etjamnum loquebatur Menelaus, cum* [6] Trimalchio lautissimo hom

Senecæ in Epist. *Quòd si pilicrepus supervenerit, & numerare cœperit pilas, actum est.* P. Scriverius MS.

1. *quæ inter manus lusu expellente vibrabant*] Tria sunt in ludo pilæ notanda. *Raptim ludere*, quod fit quum cadentes pilæ è pulvere rapiuntur, & postquam solum percussere, & saltu assurrexere, revocantur; quod Lucanus in Panegyr. dicit, *revocare cadentem pilam.* Tum *Datatim ludere*, quando, inter multos in corona vel choro ita luditur, ut alius alii pilam det, & sæpe fallat. nam cùm gestu significet se alicui jacere, jacit alii, qui securus est in choro. Idem Lucanus dicit *reddere fugientem non sperato gestu*, id est, quando videtur pila prætervolatura ludentem, eam reddere eo corporis gestu, & membrorum positione quam nemo suspicaretur aut speraret. Denique, *Expulsim ludere*; quod erat quando jacta pilâ se invicem lusores, ne eam possent rapere, expellebant: Lucano *geminare volantem pilam*, id est reddere dum ipsa volat, nec adhuc decidit. Varro apud Nonium: *Purgatum scito, quoniam videbis Romæ in foro ante lanienas expulsim ludere.* Quod narrat de Lacedæmoniis in theatro ludentibus. Lucianus in Anacharsis sub Solonis persona, & Iul. Pollux lib. IV Onamast. meminit hujus ludi. *l. si ex plagis* III § *ult.* ff *ad leg. Aquil.* Sed Trimalchio hîc præ mollitie rapere nolebat decidentes pilas. *Laur. Ramirez.*

2. *has miraremur*] Tragur. Fragm. hîc interserit, *ergo.*

3. *cubitum ponetis*] pro MSi, & edit. Patav. *c. ponitis.* Schefferus: *cubitum ponitis.* Mallem, *ponetis. Cubitum ponere* est idem, ac cœnare, quoniam cœnandi ritium is fuit habitus, ut posito cubito se erigerent pauliſper, atque sustentarent. Vnde infrà, *reposui cubitum. Premere cubitum* dixit Horatius I Carm. od. 27. *Et cubito remanete presso.*

4. *& quid? jam principium cœnæ videtis? Et*] pro MSi, & edit. Patav. *quid j. p. c. videtis? Et.* Schefferus & *quid jam.* Scribe, *& quid? jam.* Ita suprà: *Et quid? vos, inquit, nesciis.* Sic enim legendum dixi. *Io. Caj.* Thelebomenus: scribendum ita distinguendo, *cubitum ponitis. Et quid? jam principium cœnæ v.* Paulò suprà in eodem tis: *Quid? tu non intellexeras cinædum Embasicœtam vocari?* Sic 8 editt. quas soleo adducere; præter Tornæs. qui *Q. t. n. i. c. E. vocari?*

5. *Etiamnum loquebatur*] pro MSi & edit Patav. *Et jam non l. Etiam*, idem quod *adhuc.* Plaut. Amphitr. *Nec meum pedem huc intuli etiam in ædes num*, est parelcon. Plaut. Trucul. *Mi etiamnum quid sit negotii, falsus incusatusque sum, nisi quia Timeo tam.* Schefferus: *Et jam non loquebatur.* Peream. emenda; *etiam nunc loquebatur.* Terentius in Eunucho. *Etiam nunc hîc stas Parmeno.*

6. *Trimalchio*] Sic juxta editionem Io. Theobaldi Schonwetteri Helenopolitanam, Pauli Frellon Gallo-Lugdunensem, Io. Petri Lotichii Francofurt. ac utrumque fragmentum Tragurienſe MSm (nam Patavin. *Trimalcio* impressit) Satyrici veteris, noviter editi constanter. Alii *Trimalcio*, qui Gonsalio Termollis. Vide eum in Prælud. dictum, *ut trifur tricurrium, tricoquus, tricorpor*, Varronis *Sesqui-Vlysses, Trismegistus, tripe-*

homo [1] digitos concrepuit: ad quod signum [2] matellam spado ludenti suppositit. Exonerata ille vesica, aquam popoſcit ad manus, [3] digitoſque paullulum adſperſos in capite

tur. Apud Velſerum in vet. inſcriptione:

Sum victus, ipſe fateor, à Terconſule
Vero patrono, &c.

Sic *Tertullus*, apud Tacitum; unde *Tertullianus*. *Trimalchio* verò ſonat quaſi *Terrex*. I. V. Vrſinus. Eſtque *Trimalchio* Aſiatica vox, Syriacè *Regem* ſignificans. Meurs. Animadv. miſc. l. 1, c. 11. vetus inſcriptio, CASINIUS. MALCHIO. CONIUGI. De *Malchione* & Martialis l. 3 Epig. 82. Hæc ferè ex Erhard. Wouwer. & Fr. Pithœo.

1. *digitos concrepuit: ad quod ſignum matellam ſpado ludenti ſuppoſuit*] *Crepitu digitorum*, vel ſolo nutu poſcebant domini vilius aliquid imperantes. *Gloſſ. Petron.* Belgæ dicunt, *op ſijn vingeren knippen*. Mos utique ex Martial. diſticho lib. XIV Epig. CXIX. planiſſimò planior:

Dum poſcor crepitu digitorum, ac verna moratur,
O quoties pellex culcita facta mea eſt?

Vnde & alterum ejuſdem poëtæ locum in promptu ſit expedire: lib. VI Epig. LXXXIX.

Cum peteret ſeram media jam nocte matellam
Arguto madidus pollice Panaretus.

Aquariæ provinciæ eunuchos præfultos potiſſimum, ejuſdem quoque Epigrammatarii teſtimonio adſtruere poſſe videor, in re & perſona huic prorſus conſimili, imò etiam cognomini, ita more ſuo deliciantis lib. III Epig. LXXXII.

Digiti crepantis ſigna novit eunuchus,
Et delicatæ ſuſcitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.

Douſa. P.

2. *matellam ſuppoſuit*] Tragur. *c. ſubjecit*. Hi verò dicebantur laſanophori, à laſano vaſculo. Horat. l. 1 Sat. 6.

— *quinque ſequuntur*
Te pueri laſanum portantes.

Wouweren. *Laſanum* ſella familiarica. Heſychius.

3. *digitoſque in capite pueri terſit*] Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilius in diſſertatione adverſus Fragmentum Petronii noviter repertum: Mihi Arbitrum cum Suetonio comparanti, nulla dubitandi relinquitur occaſio, in Trimalchione notari Neronem. Inducitur à Petronio Trimalchio ludens pilâ inter pueros capillatos formâ conſpicuos: hinc in unius ex eis capite, poſtquam aquam popoſciſſet ad manus, digitos paullulum adſperſos tergit: mox diſcubituris pueri Alexandrini aquam in manus nivatam infundunt, ſuaviter inter miniſteria ſua cantantes. Ad hæc illuſtranda mirè facit Suetonii locus in Neronis ſui c. 20. *Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolin confluxerant*, &c. Petronianus Trimalchio balneis delectatus: delectatus & Nero, de quo idem c. 27. *Refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtivo nivatis*. Bene lotus Trimalchio, lecticæ impoſitus eſt, præcedentibus phaleratis curſoribûs quatuor, & chiramaxiô in quo deliciæ ejus vehebantur, puer vetulus, lippus. Sic Suetonius c. 44. *In præparanda expeditione primam curam habuit delegendi vehicula portandis ſcenicis organis, concubiniſque quas ſecum educeret*. Oſtiarius praſinatus, qui in aditu ſtabat, arguit Trimalchionem fuiſſe Praſinæ factionis, in quam propendiſſe quoque Neronem e c. 22 colligere eſt. Trimalchionis ſplendida domus, porticibus & picturis quæ vitæ anteactæ rationem reddebant ornata, Encolpium ex admiratione rapiebat in ſtuporem: & quem non illa Nero-

capite pueri terſit. Longum erat, ſingula excipere. Itaque [1] intravimus balneum, & [2] ſudore calefacti, momento temporis [3] ad frigidam eximus. [4] Iam Trimalchio unguento perfuſus tergebatur, non [5] linteis, [1] ſed

nis domus Aurea deprædicata hunc in modum Suet. cap. 31? *Domum à Palatio Eſquilias uſque fecit, quam primò Tranſitoriam, mox incendiò abſumptam reſtitutamque auream nominavit.* & quæ ſequuntur. Trimalchionis grande armarium præter Lares argenteos Veneriſque ſignum marmoreum, etiam in pyxide aurea non puſilla barbam ipſius aſſervabat. Suetonius de Nerone c. 12. *Barbam primam* (inquit) *poſuit, conditamque in auream pyxidem & pretioſiſſimis margaritis adornatam, Iovi Capitolino conſecravit.* Lepidè teſſerarum luſum in Trimalchione Petroni. perſtringit, prorsus uti Suetonius in Nerone c. 30, dum eum *quadringenis in punctum ſeſtertiis aleam luſiſſe* memorat. Fortunata uxor & topanta Trimalchionis, quæ numos modiô metiebatur, & ex nihilo in cœlum abierat, aut valde fallor, aut eſt illa *Actia liberta*, quam (uti habetur in cap. 28, & 50) *paullùm abfuit quin juſto matrimonio ſibi conjungeret*, &c. Trimalchio Poëſin adamavit: quare inter epulandum arceſſito inde ſermone ſe ſuoſque convivas exhilarare cœpit. Nero, fidem faciente Suetonio c. 10, *recitavit carmina non modo domi, ſed in theatro tanta univerſorum latitiâ, ut ob recitationem ſupplicatio decreta ſit, eáque pars carminum aureis literis Iovi Capitolino dicata.* Denique Trimalchionis cœna inter exoletos ad mediam noctem protracta: uti ſæpe ſæpius feciſſe Neronem patet è cap. 27. Nec abludit *Tacitus Annal.* 16.

1. *intravimus balneum*] Antiquis, poſtquam ſe exercuiſſent, ad balnea, a balneis ad cœnam ibant. *Gloſſ. Petr.*

2. *ſudore calefacti*] Wouweren: Inſolens locutio, niſi legas *madefacti.* ſuprà, *ſudore madens.*

3. *ad frigidam eximus*] Veteres poſt caldariam, in *frigidariam* cellam deſcendere ſolebant, ut corpus ſolidarent. Plin. v Epiſt. vi. *In proximo puteus, ex quo poſſis rurſus adſtringi, ſi pœniteat teporis.* Sidon. Carmin. ix.

Intrate algentes poſt balnea torrida fluctus,
Vt ſolidet calidam frigore lympha cutem.

Senec. Ep. lxxxvi: Auſon. Moſ. Corn. Celſus de re Med. lib. i, c. iv: Sidon. lib. ii Epig. ix, ubi Savaro. *Erhardus.* Sed mallem, locô τῷ *poſt caldariam*, dixiſſet à *balneo*, aut tale quid. niſi hîc *frigidam* juxta Senec. Epiſt. 83 intelligamus: *Ab hac*, inquit, *fatigatione in frigidam deſcendi. hoc apud me vocatur parum calda.* Pro *parum*, al. *non ut antea. Parum*, eſt modicum. ſicque *ad frigidam eximus*, hic foret in tepidariam. Wouweren: Tres fuere ædes ſeu cellæ in balneis. Prima eſt *caldaria*, τὸ λακωνικὸν Vitruv. lib. 5, c. 10 πυελατήριον, Senec. *ſudatorium*, in quo ſicco calore ſudorem eliciebant. Secunda eſt media, quæ & *tepidaria*. Tertia eſt *frigidaria*. Num ergo Petronius à *ſudatoriis* ſtatim ad *frigidaria* exiiſſe, an potiùs provocato tantùm ſudore *frigidâ* perfuſos narrat? Lucem ei pete ex Celſi l. i, c. 4.

4. *Iam Trimalchio unguento perfuſus tergebatur*, &c.] A lavatione tenuiores oleô, ditiores contrà unguentô perfuſos linteis tergeri mos erat, non palliis laneis. unde hoc quoque inter lauticias Trimalchionis ponit Arbiter. *Douſa.*

5. *linteis*] De linteis balneariis, quod dixi, confirmat Martial. lib. 10.

Lintea ferret Apro vacuus cùm vernula nuper, &c.

Item

[1] sed palliis ex molliſſima lana factis. Tres interim [2] iatraliptæ in conſpectu ejus falernum [3] *potabant : & cum plurimum rixantes effunderent*, [4] *Trimalchio hoc ſuum propinaſſe dicebat.* Hinc, involutus coccina gauſapa, [5] lecticæ impoſitus eſt, [6] præcedentibus phaleratis curſoribus IIII, & [7] chiramaxio, [8] in quo deliciæ ejus *vehebantur*, [1] puer

Item alibi :

Lintea ſi ſumas, nive candidiora loquetur,
Sint licèt infantis ſordidiora ſinu.

Vnde conjector eos ſecum domo aſportaſſe ; ne quis ea fortè à balneatore ſubminiſtrata opinetur. *Idem.*

1. *ſed palliis*] *Erhard.* Ergo pallium propriè ex lana. Vide tamen ſis Balbum Catholico.

2. *iatraliptæ*] Qui unguentis & perfrictionibûs curabant. *Gloſſ. Petron.* Frequens eſt iatraliptarum mentio in gymnaſiis. erant veluti Medici athletarum, qui interdum *gymnaſtæ, progymnaſtæ, pædotribæ, & aliptæ nuncupati. Progymnaſti* Senecæ Epiſt. lxxxiii. de quibus plura Mercurialis, Turneb. & Pet. Faber. Hic verò Petronio *unctores* ſunt, qui tamen, ut Principem delitioſiſſimum decebat, ſimul artis *medicæ* gnari quum eſſent, ſcitè officio ſuô fungerentur, manibuſque doctiſſimis, *medicunctiores* haut incommodè poſſent Latinè nominari. Sive *reunctores*, ut ex Plinio volunt nonnulli, meo autem animo non bene. *Gonſalius.* Vide & Celſum lib. I, c. I ; & ibi Hieronymum Rubeum, cujus loci indicium debemus Viro Ampliſſ. Anchiſæ ab Andla. *Gabbem.* alioquin ungendi officiô ſervi functi, qui *aliptæ.* Senec. Iuvenal. Satyr. 6. *Io à Wouweren.*

3. *potabant*] Vulgati *bibebant.* Sed præſtat illud ; non enim pitiſſabant hi, ſed & effundebant, ut ſequitur.

4. *Trimalchio hoc ſuum propinaſſe*] i. e. dicebat, ſe ipſis propinaſſe hoc vinum ſuum. Vocat *ſuum*, quia ipſe tali, nec alio utebatur. *Dominicum* eſt alio loco apud Petronium. *Propinaſſe*, poſitum eſt abſolutè, ut in illo Martialis :

Cœnat, propinat, poſcit, negat, invitat.

Io. Schefferus.

5. *lecticæ impoſitus eſt*] De *lecticarum* fine, & forma, adi Lipſium Elector. l. I, c. 19. *S. A. Gabbema.*

6. *præcedentibus phaleratis curſoribus* IV] His non diſſimiles ſunt, quos hodiè *Lakay*, dicimus. Horum meminit Paulus *l. xciv § vlt. de Leg.* III ; Senec. Epiſt. CXVIII. *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen curſorum antecedat.* Sueton. Neron. c. xxx. Vopiſcus refert Aurelianum curſores eo habitu quo ipſe habebat, Senatoribus conceſſiſſe, id eſt, albatos. Lamprid. in Alexandr. *Curſorem numquam niſi ſervum ſuum dicens, ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere.* Tit. Popma. *phalerati curſores.* Servi, qui in itinere faciundo, vel deambulando per urbem, rhedam, equos, vel pedites, in comitatu præcedebant. Gloſſ. Petron. & Erhard. ex Ramirez. *Phalerati*, ſplendidè ornati ; metaphora à phaleris.

7. *chiramaxio*] Genus modici plauſtri, quo homo tantùm geſtari poterat, & à ſervis, non à mannis trahebatur. unde vocabatur chiramaxium. *Scaliger F.* Dicitur *chiramaxium* à χειρ, manus, & ἁμαξα currus ; ejuſdemque ſignificationis videtur cum arcuma Feſti. *G. I. Voſſ.* Arcuma, modicùm plauſtrum.

8. *deliciæ ejus* vehebantur] Fragment. Tragur. vulgò *ferebantur.* Erhardus

[1] puer vetulus, lippus, domino Trimalchione deformior. [2] Quum ergo adferretur, ad caput ejus [3] cum minimis symphoniacis tibiis [4] acceſſit, & tamquam in aurem aliquid ſecreto diceret, toto itinere [5] cantavit. Sequimur nos jam admiratione ſaturi, & cum Agamemnone ad januam pervenimus, *in cujus poſte* [6] *libellus erat, cum hac inſcriptione fixus.* [7] *QVIS QVIS. SERVVS. SINE* [1] *DOMI-*

hardus: *delicia παιδέρασται, pueri amati.* Socrates hiſt. Eccl. l. 3, cap. 19. *Adrianus ipſe Antinoum, ſuas delicias, inter deos repoſuit.* Sic etiam Wouweren, citato Senec. Epiſt. 12. *Ego ſum Philoſti villici filius, deliciolum tuum.* Et Virgil. *Alexin delicias domini.*

1. *puer vetulus*] exoletus. Vide Senec. Ep. 96. Hi catulaſtri dicebantur: Gloſſ. catulaſter βάπαις: à catuliendo. Catulire verò, incitari ad Venerem. *Wouweren.* Βάπαις, propriè puer grandis. Adi quæ ſuprà de *exoletis.*

2. *Quum ergo adferretur*] Sic & Tornæſius, alii. c. Tragur. *auferretur.* Douſa MS. ad edit. Tornæſii: c. M. *efferretur.* Erhardus: Lege, *efferretur*, ſcil. ex balneo. Putſchius. Vulgatam tamen comprobat ipſe Petronius in eo, qui ſequitur, loco: *In his eramus lautitiis, cùm ipſe Trimalchio ad ſymphoniam allatus eſt.*

3. *cum minimis ſymphoniacis tibiis*] Douſa MS. ad edit. Tornæſ. f. reponendum: *cum mimicis ſymphoniacis t.* MS. Tragur. *c. minimis ſymphoniacis t.* Wouweren: Cicero pro Milone, *Milo, qui nunquam, tum caſu pueros ſymphoniacos ſecum ducebat, & ancillarum gregem; ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos ducebat, tum neminem.* Erhardus: Quid ſunt autem *minimæ ſymphoniacæ tibiæ?* An legendum, *mimicæ?* ſic enim infrà de pueris in miniſterio cantillantibus: *Pantomimorum non patriſfamiliæ triclinium crederes.*

4. *acceſſit*] Impropriè de eo qui vehitur. *Ge. Erhardus.*

5. *cantavit*] Scilicet tibiis. *Erh.* Tilebomenus: Magis appoſitè legeretur, *baſiavit.*

6. *libellus*] Tabella. Sic uſurpavit Seneca de Benef. IV, c. 12. *Suſpenſum amici boni libellum dejicio.* Io. Scheffer.

7. QUIS QUIS. SERVUS. &c.] Io. Chr. Wagenſeilius in Diſſertat. ſua: Pauperis (quod ajunt) eſt, numerare pecus: ideo iſte titulus vel ipſum Craſſum ἀγέλαστον (*qui nunquam riſit*) in cachinnum ſolvere queat. An enim aliquid indignius erat, quàm Trimalchionem qui greges puerorum exoletorumque per nationes coloreſque deſcripta agmina poſſidebat, ita delineare, ut nemo ex abjectiſſimis mancipiis ſine ejus expreſſo juſſu pedem domo efferre poſſet? Atqui infrà familiæ Trimalchionis ne decima quidem pars dominum ſuum novit? Solorum coquorum decuriæ numerantur quadraginta. Mithridates ſervus ſine dominico juſſu etiam in crucem agitur. Nempe ad capitis ſupplicium de ſervis ſumendum Trimalchionis juſſu nullatenus; ad foras prodeundum planè opus fuit. Lepidum vidimus initium: &c. Quid ſi ſtatuatur *edictum* temporarium ejus diei, ſervos in apparatum *liberæ cœnæ* ſic conſtringens? meminerimuſque familiam urbanam, non in *prædio Cumano*, de quo actuarius, totque latifundiis ruſticantem (quam vel unicè intendit ſermo convivæ) hic intelligi: aut etiamſi libellus concipiatur perpetuus, modò benignius inter-

[1] *DOMINICO. IVSSV. FORAS. EXIERIT. ACCIPIET. PLAGAS. CENTVM.* In aditu *autem* ipso *stabat* [2] ostiarius [3] prasinatus, [4] cerasino succinctus cingulo,

interpretemur *jussu dominico*, ut etiam comprehendat jus in servos habentem à Domino : omnia tantumnon plana erunt & aperta. *Foras non efferre pedem* extra palatium, nil habet incommodi, modò cætera recta sint. *Coquorum decuriæ*, tot poterant esse vi verborum quot *viatorum* i. vel una, omnium verò servorum Domino in Colonia continuè præstò, vel per vices, 40 *decuriæ*, & quid vetat multò plures? modò non ad coquos unius Seviri extendantur, & indè aliquid exstruatur. *Mithridatem*, conscio Gaiò in crucem fuisse actum, nihil impedit; vel si eo inscio, is, iive (procuratores) qui *sestertium eodem die centies in arcam retulerant, quingentosque boves domuerant*, &c. etiam maledicentem Domino servum sic punire poterant.

1. DOMINICO IUSSU] Domini jussu. Sic Columella. IX præf. *Subjecta dominicis habitationibus ponebat vivaria* Io. Schefferus.

2. *ostiarius prasinatus*] *Ostiarius*, quem *claustrituum* appellat Lanius apud Gell. lib. XII, c. X; *puerum ab janua*, Cornelius Nepos in Hannib. aditum obsidebat, ut admitteret nimirum, vel dimitteret eos, qui dominum conveniebant. Is fuit cathenatus: Columell. in præf. lib. I. *an putem fortunatius à cathenato repulsum janitore, sæpè nocte sera foribus ingratis adjacere?* Et hæc sunt *ostiarii* impedimenta apud Afranium, referente Festo in *Tintinnare*. Suet. de clar. Rhet. c. III. *L. Votacilius Pilutus servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in cathena fuisse.* Notanda sunt Suetonii verba, *veteri more*. Quæ indicant non ita factum fuisse ætate Suetonii. Et sanè longo etiam post ipsum intervallo legimus apud Corippum lib. I, cathenas à janitore in januam translatas fuisse. *Ostiarii* comes plerumque fuit canis. Suet. de Vitellio Imp. latebras quærente, c. XVI. Senec. lib. III de Ira, c. XXXVII. Pignorius. Cathena sic à κάθημα, catena, monile. Pollux. catena verò abiecto spiritu. Vossius. Gloss. Petron. *Ostiarius prasinatus* : à colore vestimenti, nimirum viridi.

3. *prasinatus*] In circo erant factiones, divisæ in partes coloribus distinctas. Cassiodor. Var. l. 3, Ep. 51. *Transit prasinus, pars populi mœret; procedit venetus, & potior turba civitatis affligitur.* Vbi haud dubiè leg. *procidit venetus*, pro, *occumbit*. Hinc aurigæ nomina sortiti, ut illi dicantur *prasinati*, hi, *venetiani*. Fuisse Neronis *prasinum* agitatorem scribit Sueton. in Neron. cap. 22; & Spartianus, qui eum insuper *prasinæ* parti favisse tradit. Satyricè ergo Petronius Neronem sub Trimalchionis nomine perstringit, quod vel extra ludum & circum servos haberet *prasinatos*, qui à se videtur addidisse cerasinum cingulum, id est, russeum, studiò opinor innovandæ factionis à se Claudianæ dictæ. *Erhardus. prasinatus.* Notum & hinc jam in Neronem Satyricum scomma. Nam Cajum Principem, quem penitus æmulari, gloriosum duxit imprimis ipsius Nero, Suetonius testatur, nimis factioni *prasinæ* fuisse addictum. inquit ergò in Caligula c. IV. *Prasinæ factioni ita addictus, & deditus, ut cœnaret in stabulo adsiduè & maneret*, &c. *I. A. Gonsalius.*

4. *cerasino succinctus cingulo*] Anton. Thylesius de Colorib. cap. 7. *Vini genus est quoddam inter russum albumque, quod quia cerasi colorem refert duracini, cerasolum dicunt aliqui Italiæ populi.*

lo, atque [1] in lance argentea pisum purgabat. Super limen autem cavea pendebat aurea, in qua [2] pica varia [3] intrantes salutabat. Cæterum ego dum omnia stupeo, pene resupinatus crura mea fregi. ad siniſtram enim intrantibus, non longe ab [4] ostiarii cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus, superque [5] quadrata litera scriptum, [6] CAVE. CANEM. Et collegæ quidem mei riserunt. Ego

puli. Alamannis, *schiler.* Ergo ut *prasinatus* à πράσινον. (*porrum*) ita *cerasinus* est à κέρασος (*cerasum*) utrumque à colore ejus fructus: illo viridis, hoc russeus notatur. *Erhardus.*

1. *in lance argentea*] *Lance* omittit c. Tragur.

2. *pica varia intrantes salutabat*] De hoc genere Plinius lib. x, c. XIX. *Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad urbem versus cerni cœpere picarum genera, quæ longa insignes caudâ varia appellantur.* Nos patrio sermone, *bonte Exters*, nominitamus, famosa garrulitate amabiles, nec mentitus Martial. lib. XIV.

Pica loquax certa dominum te voce saluto:
Si me non videas esse negabis avem.

Dousa P. *Erhardus:* puto *variam* dici, ut apud Lucret. plerumque, *varia volucres*, vel, *dissimiles*, vel, *varii coloris.* Interpretes hoc loco confundunt *picam variam*, cum *graculo*, sed perperam. De pica est versus ille apud Gardinerum in Proverb. antiq.

Nomen abest picæ, nisi quid varii tenet in se.

Et ille alter apud Balbum in Catholico:

Nigrior una pice, pars altera candida picæ.

3. *Intrantes salutabat*] Benedictus Magister apud Balbum: *Picæ verba in discrimine vocis exprimunt, ut homo,* &c. *& sonum humanæ vocis imitantur.* Erhard. De his accipiendum illud Persii:

Quis psittaco expedivit suum χαῖρε,
Picasque docuit verba nostra conari?

Wouweren. χαῖρε, est *salve.*

4. *ostiarii cella*] *Cellam* atriensem dicit, ubi vinctus janitor custodiam januæ gerebat. Rader. ad Martial. l. 9 Ep. 55. Memoriâ opinor lapsus. non enim servus vinctus servabat, sed canis vinctus, ut ex Plauto discimus. *Erhardus.* Confer verò quæ paulò ante ad *ostiarius prasinatus* Pignorius, de *catenatis.*

5. *quadrata litera*] *Quadratas literas* vulgò capitales vocamus. Sed illis priscis seculis nullæ aliæ erant literæ, præter quas vocamus capitales. Quas ergo, *quadratas literas* vocat, quæramus. Ex *Scaligero* adducit *Wouwer.* & *Gabbema.* Sed *Erhardus:* Petronii & antè temporibûs jam inventæ erant aliæ literarum formæ, teste Quintiliano l. 1, c. 7, inter quem & Petron. non adeò multum ævi interfuit, ut non earund. literarum formis uti potuerint: quæ formæ erant *quadratæ.* Meurs. Animadv. miscell. l. 3, c. 18. Vide tamen Cujacium. Nimirum hoc vult dicere Erhardus: Quidni potuerint & noviter inventis, & antiquis quadratis uti? quemadmodum hodienum fit.

6. CAVE. CANEM] Sic codex Tragur. Vulgati, *cave, cave* bis; sed planè sufficit unum. Aus. Popma: Varro Eumenidibûs. *Quum in eo essem occupatus, atque in schola curarem inscribi:* T. SCANTIUS. HORNOPER. DIONYSIA. *quod ea die mea erat prabitio, in janua* CAVE CANEM *inscribi jubeo.* CAVE CANEM clo-

Ego autem collecto ſpiritu, non deſtiti totum parietem perſequi. Erat autem [1] venalitium titulis pictum, & ipſe Trimalchio capillatus [2] caduceum tenebat, [3] Minervaque ducente

elogium inſcribi ſolitum in janua, quò ignoti ædium ingreſſu arcerentur. nam veteri more *canes* ad oſtium, non vivi modò, ſed vel ſculpti, ut in regia Alcinoi:

Χρυσεοὶ δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν,
Οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι·
Δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο,
Ἀθανάτους ὄντας, καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα.

(Aureus hinc ſplendet canis, hinc argenteus alter,
Quos Deus ipſe potens ignis ſic ſtruxerat arte;
Magnanimi ad Ducis Alcinoi valvas vigilantes,
His vitæ ſine fine dies, his nulla ſenectus.)

vel picti in pariete, ut in fornice Petroniana, in qua non longè ab oſtiarii cella *canis* ingens, catenâ vinctus, in pariete eſt pictus, ſuperque quaarata literâ ſcriptum, CAVE CANEM. Hôc uti conveniet quotiens admonebimus, cavendum eſſe ab homine maledico, & obtrectatore: aut ab hoſpite ſordido, vel inhumano, & minimè hoſpitali.

1. *venalitium titulis pictum*] *Venalitium* vocar δουλοπρατήριον (*forum proſtantium ſervorum*). tituli autem non ſolùm in venalitio pingi ſoliti, ſed etiam collo aptari vendundi mancipii. Propert. lib. IV, & V.

Aut quorum titulus per barbara colla pependit:
Cælati medio cum ſaliere forô.

Ioſ. Scaliger.

2. *caduceus*] vel cerycium, utrumque è Græco κηρύκειον. pacis erat ſignum ornatûſve fœdus ambientium *caduceatorum* exterorum: ut ſagmina Romanorum. G.I. Voſſius. Fuit autem lignum rectum habens duos angues ſibi invicem implicitos faciebûs obverſis. Scholiaſtes Thucyd. L. I. *Caduceus*, virga & inſigne Mercurii. *Gloſſ. Petron.* Quo ille ad dirimendas diſcordias uſus. Hinc tractum quod præcedit.

3. *Minerva ducente tænia intrabat*] Tornæſ. *M.d.tenia i.* in marg. (ſignatô ante *tenia* *) *tænia*. ubi Douſa Ms.f. *januam*. Barthius: *ducente* * *tenia*, &c. Aſteriſcum exſtirpa: *teniæ* autem ſolemnes in imaginibus, ita hominem *teniâ* comprehenſum introducebat Dea. Pauſan. Att. Ἀπόλλωνα ἀναδούμενον ταινίᾳ τὴν κόμην (*Apollinem revinctum tæniâ comam*). Lucian. Philopſ. de ſtatua Pelichi. Διαδούμενον τὴν κεφαλὴν τῇ ταινίᾳ, (*religatum caput tæniâ*). Paulò pòſt: εἶδόν τινα ἐπὶ τῇ δεξιᾷ τοῦ Κρονοῦ ταινίας καὶ στεφάνους ξηροὺς ἔχοντα, (*vidi quendam à dextra Saturni tænias coronaſque aridas habentem*). Ælian. lib. IX, c. XXXIX; ubi adoleſcens amans ſtatuam bonæ fortunæ: ἀναδήσας πολλαῖς ταινίαις καὶ στεφανίσας τὸ ἄγαλμα, ἑαυτὸν ἀπέκτεινε (*multis tæniis ſtatua devinctâ & coronatâ ſeipſum interemit*). Sic amatores Athenis amaſia tæniîs incinxiſſe, judiciô adfectûs ex eo more clarum, quem ad Theocritum illuſtrat D. Heinſius. Aſteriſcum Tornæſianum ante *tenia*, alia prorſus mente à Tornæſio locatum, (nimirum notæ in marg. ergo, non defectûs causâ) quàm à Barthio acceptum, etiam poſterior editio Gabbem. & antè R. Herm. ac ambæ Wouwer. ſuum fecerunt. Cæterùm Tragurienſe fragmentum habet *Romam intrabat*. Qua de re *Schefferus*. Vulgati habent *tenia*, quod ſunt, qui probant, quia hîc reſpiciatur ſenatusconſultum, quo *ſtatutum au-*

ducente tænia intrabat. Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, [1] dein dispensator factus esset, [2] omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. In deficiente vero jam porticu levatum [3] mento in tribunal excelsum Mercurius *rapiebat*. Præsto erat Fortuna cornu abundanti copiosa, & [4] tres Parcæ [5] aurea pensa tor-

reum Minervæ simulacrum in curia, & juxtà Principis imago, sicut refert Tacitus. Reginæ quoque ambulare solitæ, *tæniis ductis* à spadonum vel juvenum grege. Sed hos ego non intelligo. Ecquid enim volunt ista, *tæniis ductis?* quid est, *tænias ducere?* num tenebant illas *tænias* Reginæ? non existimo. spadones hoc faciebant, iisque ducebant Reginas. Quas si Referre dabuit hoc loco Minerva, illa ducende fuit à Trimalchione. At hîc contrà fit: Minerva ducit Trimalchionem, cujus nulla intelligitur aptè *tænia*. In libro Puteani *tema* legitur cum superscripta lineola, quam puto esse indicem proprii nominis; & mox, *vitabat*, non, *intrabat*. Quare suspicor, lectionem esse veram, *romam itabat*. Fuit nempe primò conjunctim scriptum, *romam itabat*, inde factum, *roma mitabat*, post, *rema vitabat*, & *tenia vitabat*. Wagenseilius: Noto mihi novas, & ante hunc diem inauditas correctiones. Talis, loci depravatissimi: *Ipse Trimalchio capillatus caduceum tenebat. Minervaque ducente Romam intrabat.* Nam *tenia intrabat* quid esset, nemo explicare poterat. Nihilominus deliberandum potiùs statui, quàm ut hoc mutarem. Est enim sensus perspicuus: *Minerva Trimalchionem tæniâ* lacinia, lemnisco aut fasciolâ *apprehensum oppidum* aut *urbem intrantem ducebat*. Subintelligam potiùs, quàm ut exprimam *Romam*. Nisi quis forsan pacisceretur, ut sic legerem: *Minervaque tæniâ ducente Romam intrabat*. Prostiterit Romæ in catasta Trimalchio (nam servus fingitur ex Asia oriundus, ut patebit infrà), sed Romæ nequaquam 14 annos (vel enim puriùs loqueretur) servivit; ut ex fine Fragmenti deprehendere erit: ac ne quidem Romæ fuisse, alibi disertè dicitur. Denique, nemo adeò miretur jam *tænias*, jam *tenias* scribi; illud solido nititur fundamentô derivationis à Græco ταινία, hoc forsan partim respicit originem τοῦ ταινία quod à τείνω (tendo), partim facilitatem mutationis *æ* in *e*, unde antiquitus (Ennii temporibûs) *edepol erumna*, &c. & rursus cadente Latinitate *era* pro *æra*, taliáque. Voss.

1. *dein*] *Deinque* Fragment. Tragur.

2. *omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat*] Is mos erat, ut adjicerent, quid pictura notaret, maxime rudi & impolito seculô. Ælianus l. 10 Var. ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἰκάζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος (*Incipiente primùm pictura, sic ruditer fingebant animantia, ut simul inscriberent: hoc bos, hoc equus*). Io. à Wouweren.

3. *mento i. t. e. M.* rapiebat] Ita c. Traguriens sed Gabbem. Frellon. al. *mento i. t. e. M. capiebat*. Tornæs. *merito i. t. e. M. c.* Vbi Dousa MS. *mento* c. Pith. & f. *rapiebat*. Barthius: Lege *rapiebat*. Fulgent. Myth. *sequax si fueris celeriter raptum ex mortali cælestem efficient.*

4. *tres Parcæ*] Sidon. Carm. VII.

Aurea concordes traxerunt fila sorores.

Adludit autem ad disciplinam Hetruscorum. Germ. Valens Pimp. ad IV Virg.

orquentes. Notavi etiam in porticu [1] gregem curso-
rum cum magistro se exercentem. Præterea grande [2] ar-
narium in angulo vidi, in cujus [3] ædicula erant [4] Lares
rgentei positi, Veneriſque ſignum marmoreum, & pixis
aurea

IV Virg. Ecl. *Aurea pensa* sunt felicia Parcarum omina. Sidon. Carm. xv.

--- --- *probat Atropos omen*
Fulváque concordes junxerunt fila sorores. Ge. Erhardus.

5. *aurea pensa*] Rebus lætis ea Parcis dabant. Sidon. tristibûs autem pulla. Horat. Martial. *Idem.*

1. *gregem cursorum*] Cursoris operam indicat nomen ipsum. Petronius supr. *hinc involutus coccina gausapâ, lectica impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribûs quatuor.* Præcurrere igitur & præcedere *cursorum* fuit. Martialis lib. V Epig. XCIV.

Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tuta fœnô cursor ova portabat.

Verùm & prænunciare. Apulejus l. x Metamorph. *Misitque protinus cursorem, qui vianti marito domus expugnationem nunciarent.* Tacit. vit. Agric. Sueton. In Tit. cap. VI. Imò & epistolas perferre. Suet. Ner. cap. XLIX. Et quidquid epistolas comitabatur; Martial. Epig. LVIII lib. III. Suetonius in Nerone præcursum notavit, ut & Seneca; ille cap. XXX. *Nunquam carrucis minùs mille feciſſe iter traditur, soleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibûs, armillata & phalerata cum Mazaca turba atque cursorum.* Seneca Epist. LXXXVII. *O quàm cuperem illi* (Catoni) *nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via divitibus, cursores, & Numidas, & multum ante se pulveris agentem.* Vidend. omnino Pignorius lib. de Servis, pag. 147, *&c.* Gabbema in secundo editis.

2. *armarium*] Locus, ubi cibaria, vestes, libri & similia reponuntur. *Gloss. Petron.* nummi Cic. pro Cœlio: *Tune aurum ex armario tuo promere ausa es?* Idem pro Cluentio. *Cùm esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantulum & auri, noctu duos conservos dormientes occidit.* Plaut. Captiv: *Cellas refregit intus omnes, reclusitque armarium.* Ibidem: *Quin ex occluso atque obsignato armario decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.* Galli adhuc dicunt, *armoire.* Ian. Laurenberg.

3. *In cujus ædicula*] theca simulacri. Tertull. de Idol. c. 8. *Nec enim differt an exstruas, an exornes, si aram, si templum, ædiculam ejus instruxeris.* Wouweren. Erhardus: Sacello, sacrario, larario, quæ in magnatum domibus fuisse noravit Barthius ad Claudian. n. 480. Ipse Barth. hîc: pretiosioribus effigierum ædiculas faciebant. Pausan. Corinthiacis. Herodot. Euterpe: Iuvenal. Satyr. 8.

Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,
Siquis in ædicula Deus unicus. --

4. *Lares argentei*] *Lares* antiquitus Familiares dii cujusque domus. Ipsus *Lar* in Prologo Aulul. Plauti: *Ego Lar sum*, &c. Majores cujusque familiæ, eidem fuere numina. Non tamen omnes, sed illi tantùm, qui rectè & honestè curriculum vivendi, à naturâ datum, confecissent. Planè Apul. de Deo Socratis. Ipsum imitatur Mart. Felixi lib. II. *Lemures, si vita prioris adjuti fuerint honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur. Si autem depravantur ex corpore, larvæ perhibentur ac maniæ.* Ideo ipsorum simulacra vix abesse à domo alicujus contingeret, sed lararii impositis colebantur honoribûs, supplicabanturque, *thure, vinô & coronis*, Plautus docuit Trinumm. a. I, sc. 2, v. I. &c. observo ego, *lucernis* etiam antè ædiculas pendenti-

aurea non pusilla, in qua [1] barbam ipsius conditam esse dicebant. [2] Interrogare ego atriensem cœpi: [3] quas in media porticu picturas haberent? † Iliada & Odysseam inquit, [4] *ac Lænatis gladiatorium munus.* ‡ *Non licebat multi*

† *Atriensis.* ‡ *Encolpius.* *etiam*

bûs. Planum hoc sit ex bilychni lucerna æneaLugduni reperta anno ∞. 19. v cujus catenis inserta tabella erat cum hac inscriptione: LARIBUS SACRUM. P. F. ROMAN. id est, *publicæ felicitati Romanorum.* apud Guljelm. Choulium lib. de Ant. Relig. Rom. hujusce lucernæ imaginem videre est. Confirmo insuper veteri inscriptione Prænestæ in Latio inventa, ubi inter alia: ET. CUPIDINES II. CUM. SUIS. LYCHNUCHIS ET LUCERNA. LARUM. Argentei haut insolenter facti. Municipibus Rheginis T. TARFENIUM ieperio inter alia legasse, LARES ARGENTEOS. SEPTEM. Sic ex marmore constat Calabriæ civitatis. *I. A. Gonsalus.*

1. *barbam ipsius conditam esse dicebant*] Vulgaris ac notissima veterum consuetudo deponendæ barbæ multis testimoniis confirmata à Criticis nostris: ut ex Suet. Neron. c. XII, de depositione solemni barbæ Neronis. *Gymnico* (inquit) *quod in septis edebat, inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecravit.* Vide Lipsium ad lib. XIV Ann. Tacit. c. XV. *Ramirez.* Alii Veneris barbam putant heic intelligi: idque ex Macrobii lib. III, c. VIII probare conantur. *S. A. Gabbem.*

2. *Interrogare ego atriensem cœpi*] *Atrienses* servi, qui *atrium* observant, & custodiunt, ne quid ex imaginibus, stemmatibus, ac cæteris, quæ in atrio reponi solent, deperiret; & qui supellectilem ædium, aut villæ exponunt, simulque atrium omni ex parte mundum, & nitidum ut sit, procurant. *Tit. Popma.* MS. Tragur. pro *eg* habet *ergo.*

3. *quas in media porticu picturas haberent*] Torn. *q. in medica* (in marg. *medi* [*porticu*]. h. e. alii *media*, i.e. *portic* ut idem Tornæs. explicat in suis Va lect.) *picturas h.* Wouwer. & R. Herm *q. i.* medica* (cum asteriscos. Tornæs. *p. h.* Frellon. & Lotich. *q. i. media pi. h* Tragur. Fragment. *q. i. medio p. h.* Bar thius: Ambitionem etiam summan in hoc notat Arbiter; nam cùm d singulis fabulis, quas ex poëtis picta haberent, interrogaretur *atriensis*, tota illa celeberrima & maxim opera sibi esse respondit: ne quid vul gare, scilicet, loquatur tanti jactato ris mancipium. Pingi autem solita *Iliadem* & *Odisseam* testatur cum re centium suo ævô vituperatione Vitruvius lib. VII, c. V. Et sic porticus Romæ *Argonautarum* appellabatur, u mentio apud P. Victorem Regione IX. Erhardus: Moris erat apud Romanos, historias, fabulas, & alia multa porticibûs depingere, subscriptis poëtarum versibûs, quos deinde otiosi solebant spatiantes relegere. Ramirez ad Martial. l. 3 Epigr. 20, num. 5.

4. *ac Lænatis g. munus. Non l. multa etiam considerare*] pro MSi, & Patavino, *ac lenatis g. munus n.l. multaciam c.* Tilebomenus: *ac lenatis gladiatorium munus*, &c. Locus insigniter depravatus, quem ita restituendum esse putarem; *ac dantes gladiatorium munus, non licebat multoties considerare:* ne videlicet horror & metus ab inflictis vulneribus & effuso cruore gladiatorum aspectantes incesseret. *Schefferus: ac lenatis gladiatorium munus non licebat multaciam considerare.* Hæc prodigiosa sunt

iam considerare. Nos, jam ad triclinium *per*veneramus, cujus parte prima [1] procurator rationes accipiebat: c, quod præcipue miratus sum, [2] in postibus triclinii ſces erant cum ſecuribus fixi, quorum [3] imam partem uasi [4] embolum navis æneum finiebat, in quo erat ſcriptum,

nt, nec emendatu facilia. Suſpicor ihilominus, ſcripſiſſe noſtrum: *ac vvâ, bis gladiatorium munus. Non licet multa etiam conſiderare.* Continuat rienſis verba ſua, & poſtquam de liade ac Odyſſea picta memoraſſet, ergit, inque læva porticûs parte ait erni bis pictum *munus gladiatorium*, uod à ſe datum, credo, Trimalchio nemoriæ cauſâ ibi juſſit depingi, pro lorum temporum conſuetudine, de ua dico in opuſculo *de Pictoria*. Niſi navis cum Cl. Gronovio inſiſtere enaciùs lectioni veteri, legeréque, *ac anatis*, & accipere de munere nonneminis ſit appellati. Cum Lænatis Conſulis ſit mentio apud Ciceronem III de Legibus, alibi quoque rebrò nomen hoc occurrat. Subdit oſtea Encolpius, non fuiſſe ſibi tantum temporis, ut hæc omnia ſpectare poſſet diligentiùs. *Multa conſidera*e dictum eſt, ut apud Virgilium, *multa reluctari: — & ſpiritus oris*

Multa reluctanti obſtruitur. —

iit IV Georg. Vbi Servius: *multa, pro multum, nomen eſt pro adverbio.* Mallem ego genus dicere ellipticum, integreque eſſe, *ad multa negotia uſque*, vel, *ad multa tempora uſque*, cùm ne *multum* quidem ſit adverbium, quod abunde Schoppius in Paradoxis comprobavit. Illud *etiam* reſpicit ſuperius, *non deſtiti perſequi parietem*, celeriter videlicet ac curſim perluſtrando; vult enim, etſi ita perluſtrârit, conſiderare etiam ſingula cum cura haud potuiſſe. De *conſiderandi* voce dixi alibi ad Phædrum.

1. *procurator*] *Procurator* ſervus, qui mandato domini negotia ejus adminiſtrat, cui ſupellectilem, & cellaria credi conſueviſſe auctor eſt Salvianus de Provident. Dei lib. III. *Tit. Popma.* Sed planè etiam in aliis locus *procuratoribus*, quod & infert legalis definitio: *procurator eſt qui mandatô domini*, &c. l. 1 ff. de Procurat. & defenſor. Sic Fabius major Declam. 345. *Satis ſit vobis (ô divites) hoc veſtras præſtare fortunas, quod per diſpenſatores feneretis. quòd familiam per procuratores continetis.* Et hic *procurator* rationes accipit. Plura mox in *diſpenſator*.

2. *in poſtibus triclinii faſces cum ſecuribus erant fixi*] *Faſces*, bacilli aliquot teretes lorô colligati in modum faſcis. Securis & faſces inſignia. Magiſtratus, quibus à lictoribus prælatæ. Duumviris autem, Ædilibus quinquennalibus, Sexviris (qui magiſtratus municipalis) lictores præibant, non cum faſcibus, ſed nudis virgis aut bacillis. Ideo miratur adoleſcens, quia inſolens & præter morem. Fusè Lipſius lib. 1 Elect. c. XXIII. *Wouweren.* Lipſius El. lib. 1, c. 23. Bacilli præferri Duumviris ſoliti locô faſcium, qui ritus ne nunc quidem exolevit in Colonia Agrippinenſi; ubi lixæ, qui majores Conſules comitantur, oblongum teretem baculum geſtant, inſigne Magiſtratus. At Campanæ ſuperbiæ fuit, quòd IIviri, aut Seviri, faſces ſumerent: ut apud Petronium, &c. Douſa MS. (ad edit. Tornæſii).

3. *imam*] *unam* eſt in MS. Tragur. quomodo & legit Tornæſ. Vbi Scriverius MS. *imam* Lipſ. Elector. c. 22. quod amplexi omnes recentiores.

4. *embolum nav. æn.*] Scholiaſtes Pindari: Ἔμβολον δέ φησι τὸ ξύλον, ᾧ ἀναδέ-

ptum, [1] G. POMPEIO. TRIMALCHIONI [2] VI VIRO. AUGUSTALI. [3] CINNAMUS DISPENSATOR. Sub eodem titulo, [4] etiam [5] lucerna bilychnis de camera pendebat, & duæ tabulæ in utroque poste defixæ; quarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum:

III. ET

ἀναδεσμεῖσι τὴν ἄγκυραν (embolum verò dicunt lignum, quo alligant anchoram). Glossa: *Rostra, ἔμβολον. Gabbema. Quasi embolum navis acutum.* id aduncum erat. Hinc in Catalect.

— *Puppis adunca eucurrit.*

Propertius, Statius, & alii, *curvam navem* dicunt. Et propterea *rostrum* Latinis, quod Gr. ἔμβολον. Erhardus. *Embulum,* Fragment. Tragur. In vulgatis, *embolum* scribitur. Dicam hac de re nonnihil amplius in curis secundis librorum de Milit. Navali. *Io. Scheffer.*

1. G. POMP.] Sic & Tornæs. alii. MS. Tragur. C.N. i. CN. ut Patav. editio; nocque vellet Dousa in Præcidaneis, & Wagenseil. in sua dissertat. sed frustra: *Gajus,* Trimalchio infrà in Fragmento, ab actuario, & familia expressim nominatur.

2. VI VIRO. AUGUSTALI] Fragment. Tragur. *Seviro.* Wouweren: in Inscriptionibus vetustis sæpe ejus mentio: PUBLIUS. ANTHUS. VI VIR. AUGUSTALIS. FAUSTUS. VI VIR. ET. AUGUSTALIS. QUI. INTER. PRIMOS. AUGUSTALES. A. DECURIONIBUS. AUGUSTALIS FACTUS. EST. Anonymus in literis Dn. Lucii ex Italia: *Seviri Augustales.* Hi *Augustales* simpliciter *Seviri* nonnunquam; fragm. Petronii (infrà) haud semel: *Sevir gratis factus sum. Habinna Sevir est.* Inde cœna *Seviralis* ob honorem *Seviratus* data. Grut. 1073, 6. V. Reines. ea Epistolà, ubi nescio quid de duplici genere *Sevirorum,* ac de feminis in eum ordinem adlectis, aut saltem ornamentô honoratis, sine usu ac ministerio. Confer & quæ inferiùs recurrent de Seviris.

3. CINNAMUS. DISPENSATOR] Actor secundarum in familia fuit *dispensator,* qui Græcis οἰκονόμος dictus est. meminerunt autem antiqui tituli. SIGNUM. HERCULI DORUS. LARC. DISP. QUI ANTE. VILLICUS. HUJUS. LOCI. D. D. Item: EPAPHRA DISP. T. ARIANI. ANESI. FILIA. VIRGO. VIXIT. A. XVII. Aliud: DIS. MANIBUS. ONESIMI. CÆPIONIS. HISPONIS: DISP. TI. CÆPIO. HIERONYMUS. ET. SIBI. ET. SUIS. & quidem *dispensatores* dicti sunt ideo quòd olim æs pensantes expenderent, non adnumerarent. Tradit hæc vetus interpres ad Sat. II Persii: *fuit autem assis libralis, & dipondius, quod hodie in usu remansit; & solebat pensari potiùs quàm numerari, unde & dispensatores dicti,* &c. Laur. Pignorius. *Dispensator,* qui servis cibaria mandabat; sed idem & pecuniam versabat. *Wouweren.* Confer quæ in sequentibus.

4. *etiam*] *&,* MS. Tragur.

5. *lucerna bilychnis de camera pendebat*] Candelabrorum, priscis in cœnis nullus usus. Noctis tenebras lucernis pensilibus dispellebant. *Bernart.* Sidon. lib. XI Epig. XIII.

Laquearibus coruscis
Camera in superna lychnus.

Gabbema. *Lucerna bilychnis,* pensilis, duplicis lychni. Gloss. Petron. *Wouweren:* Lucernæ catenis suspendebantur.

III. ET. PRIDIE. KAL. IAN.
[1]G. NOSTER. FORAS. COENAT.

altera Lunæ cursum, Stellarumque VII imagines pictas; & , qui dies boni , quique incommodi essent , [2] distinguente bulla notabantur. *His repleti voluptatibus , cum conaremur in triclinium intrare , exclamavit unus ex pueris , qui [3] super hoc officium erat positus : [4] Dextro pede. [5] Sine dubio paulisper trepidavimus , ne contra præceptum aliquis [6] nostrum transiret.* Cæterum , ut *pariter* movimus dextros gressus , servus nobis dispoliatus procubuit [7] ante pedes , & [8] rogare cœpit , ut se pœnæ eriperemus : nec magnum esse peccatum

tur. In Gestis purgationis Cæciliani & Felicis , *Lucernæ undecim cum catenis suis.* Has catenas innuit Statius Thebaid. lib. I.

Ast alii tenebras , & opacam vincere noctem
Aggressi , tendunt auratis vincula lychnis.

1. G. NOSTER] In MS. Tragur. & minusculis & hæc , & præcedens inscriptio legitur, si in præcedente C. N. quadratas excipias ; hîc verò pro *G. Noster, tum noster* habetur, quod Patavinus, ut antè, *Cn.* edidit.

2. *distinguente bulla notabantur*] *Bullatos* clavos intelligit , quibûs portæ configuntur, unde *bullæ ostiorum*, apud Plautum. Clavis autem in ostio fixis annos & dies notari solitos , testis observatio antiquitatis de Dictatoribus clavo pangendô creandis. *Wouweren. Clavi bullati* , de quibus hîc Wouwerius , capita sunt. clavorum umbellata , in *bullæ* modum fastigiata , quo ditiorum ædes exornari solebant , interdum deaurata. Frid. Taubm. ad Asin. Plaut. & G. I. Vossius. Sed Ethardus : *distinguente bulla* non in ostio ut vult Wouwer. sed tabula affixâ , ut nos hodie *fastos nostros* i. e. calendaria perpetua *distinguente bulla* notamus.

3. *super hoc officium*] Optimè. Ita Curtius lib. VI. *Nobili juveni, super armamentarium posito, significat.* Sic infrà. *Io. Schefferus.*

4. *Dextro pede*] Quàm bellè hæc cohærent cum sequentibus ! & nobilis observatio. N. N. ad Christoph. Arnoldum per epistolam : Omnino videtur istud additamentum de *dextris* pedibus non esse de nihilo; nam mox sequitur : *movimus dextros gressus. Retulimus ergo dextros pedes.*

5. *Sine dubio*] Vere Petronianum. Alibi in jam editis : *Sine dubio non repugnaverat puer.* Senec. Epist. 99. *Sine dubio multùm Philosophia profecit.* Schefferus.

6. *nostrum transiret*] *Limen* hîc interseruerat editio princeps Patavina, quod in MS. non lego.

7. *ante pedes*] *ad p.* Fragm. Tragur.

8. *rogare cœpit ut se pœnæ eriperemus*] *Wouweren :* Inter legitimos modos, quibûs servi pœnâ liberabantur, is fuit , nempe si alii intercederent , ut remitteretur eis pœna , qui deprecatores vocabantur. Terent.

Nec tu aram tibi , nec precatorem pararis.

Tertull. Apolog. *deprecatores esse cœperant.*

1. Sub-

catum suum, propter quod periclitaretur. [1] Subducta enim sibi vestimenta dispensatoris in balneo, quæ vix fuissent [2] x H S. [3] Retulimus ergo dextros pedes, [4] dispensatoremque [5] in prætorio aureos numerantem deprecati sumus [6] *ut* servo remitteret pœnam. Superbus ille

1. *Subducta sibi vestimenta in balneo*] Quia mirè frequentes in balneis fures, qui vestimenta subriperent. Plaut. in Rud. -- *qui it lavatum in balneas, ibi cùm sedulo sua vestimenta servat, Tamen surripiuntur.* -- Hi *fures balnearii.* Tertull. de fuga in Persecut. *Inter tabernarios & fures balneariorum.* & Apol. 44. *quis illic lavantium prædo?* Ideo adducebant servos, qui vestes servarent; ut hic dispoliatus. Hujusmodi autem servi appellabantur *capsarii*, qui nonnunquam mercede conducti aliis etiam balneaticis muneribûs fungebantur: puta *fricabant, ungebant.* Io. à Wouweren.

2. *x HS*] c. M. Douf. & Tragur. *decem sestertiorum.* i. e. $\frac{10}{4}$ thaleri Imperialis. Vt infrà ex I. Lipsio pluribûs patebit.

3. *Retulimus ergo dextros pedes*] Cùm redirent aliquò, unde discesserant, moris fuisse existimo, pedibus primum *dextris* niti, ne malè cederet scilicet, re infecta, cujus gratiâ prodierant locô, eum repetere. Petronius ita intelligendus: *Caterum ut movimus dextros gressus.* Apparet ex his verbis in domibus magnatum adeò nihil non ominosum fieri consuetum fuisse, ut gradientes etiam *dextros pedes* statu priores movere ex disciplina esse nossent. *S. A. Gabbema.*

4. *dispensatorem aureos numerantem*] *Dispensator* est, quem nos hodie *thesaurarium*, vel *camerarium* dicimus, toti fisco dominico præpositus: *procurator* autem *fiscalis* & *rationalis*, Germ. *Rechener, Zalmeister.* Papias: *dispensator cui creditur administratio pecuniæ; quam olim appendebant, non numerabant.* Erhard. *Dispensator arcarius.* Gloss. Isid. Dispensatore *actor* dignior: quippe *cui rerum omnium summam herus credidit*, ut complectitur Plautus Asin. Wouweren.

5. *in prætorio*] Sic & Frellon. ac Lotich. Sed Tornæs. & c. Tragur. *in precario.* Rutgerus Hermannides Hardervicensis, cujus editioni Glossar. Petronianum debetur, habet in textu *imprecario.* Quo modo & c. M. Douscæ. Wouwerius, *inprecario.* Gloss. Petr. *In precario*, i. in oratorio seu sacrario. ex Barthio. Schefferus: *in precario.* Sic veteres plerique omnes, ex quo fecerunt, *in prætorio.* Sed scribendum est junctim *inprecario*; est enim adverbium ab *in* & *precario*, in quo *in* adjectum auget sensum & attollit, sicut fit in aliis. Vult, multis precibûs orâsse atrienscm. Cicero sic usus est simplici in Verrina v, his verbis: *Quo tempore in tanta inopia navium, tantaque calamitate provinciæ, etiamsi precario essent rogandi, tamen ab his impetraretur.* Precario rogare Ciceronis, est Nostri *inprecario deprecari.* Hæc quidem ægrè lectio tandem admittit: est enim ingrata transpositio: & sufficiebat *dispensatorem* non modò rogasse, nec precatum esse, sed & *deprecatum esse.* Douza tamen, ad edit. Tornæsii, ut prætactum, *imprecario* etiam in chirographo legi, manu testatus. Ex adverso optavit anonymus, tertius quorum manus ibi visuntur, *in pretiario*; sed optavit.

6. *ut*] Codicis est Tragur.

1. *Non*

lle fustulit vultum, &, ‡ Non tam jactura [1] me movet, inquit, quam negligentia nequissimi servi. [2] Vestimenta nea accubitoria perdidit, [3] quæ mihi natalis meo cliens quidam donaverat, [4] Tyria sine dubio, [5] sed jam semel ota. [6] Quidquid ergo est, dono vobis. † Obligati tam grandi beneficio, quum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem servus pro quo rogaveramus, & spississima basia stupentibus impegit, gratias agens humanitati nostræ. Ad summam, ‡ statim scietis ait, cui dederitis bene-

‡ *Dispensator.* † *Enculpins.* ‡ *Servus.*

1. *non tam jactura me movet*, &c.] Extenuatio damni; & vitii animi exaggeratio, negligentiæ.

2. *Vestimenta mea accubitoria*] Gabbem. Frellon. & Lotich. *vestimenta accubitoria.* Tragur. cod. Tornæs. alii, *v. mea cubitoria.* Erhardus: Romanis alia vestis domestica, alia forensis; inter domesticas cœnatoria, quam non fas videre publicam lucem. Martial. lemmate, Cœnatoria.

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hoc opus est pictis accubuisse thoris.

Lipsius Saturnal. l. 1, c. 2.

3. *quæ mihi natali meo cliens donaverat*] Consueverant olim amici invicem, & clientes patronis die natali munera mittere: quod prolixè satis innuit Mart. lib. x Epist. xxcvi. & exempla ejusmodi plurima passim obvia sunt legenti. Mart. lib. x Ep. xxii; Plin. lib. iv Epist. ix; Mart. lib. viii Epig. lxiv; Iuven. Sat. ix, vers. 11; Symmach. lib. i Epist. xi: alii. Sic Censorinus Q. Cærellio suum de die Natali librum natalitii titulô mittit. Sic Dionys. Halycarnas.: suum περὶ συνθέσεως ὀνομάτων (*de Compositione nominum*) filio induenti virilem rogam ipso natali die tradidit. Eodem titulo Lucianus suum περὶ μακροβίων (*de Longævis*) libellum Quintillo consecravit. *Bulla aurea*, inquit Plaut. Rud. iv, iv, cxxvii, *est, pater quam dedit mihi natali die.* Curcul. v, ii, lxi. *l. xxxj § viij ff. de Donat. int. vir. & uxor. l. cxiv ff. de V.S.* S. A. Gabbema.

4. *Tyria sine dubio*] vestis triclinaria mollior & coloris exquisiti. argumentum solutorum morum; elegantiores enim qui videri volebant ea ætate in dibapha purpura, in coccinis aut hyacinthinis discumbebant. Casaubon. in Pers. Sat. *Ge. Erhardus.*

5. *sed jam semel lota*] Id est, *sed tamen.* ut Sen. Ep. 6. *Nec hoc promitto jam aut spero*, &c. pro, *nec hoc promitto tamen. Sed jam semel lota*, h. e. non bis tincta murice seu purpurâ. Barthius explosa Lipsiana emendatione, *sed haud semel lota.* Erhardus. Vnde tanti non æstimans dispensator facilius culpæ ignoscit, mensque Scriptoris dibapham non fuisse, de qua Virgil. Culice:

Si non Assyrio fuerint bis tincta colore.

Plin. l. 9, c. 3. Wouweren. Et quid si *jam semel lota* intelligamus, jam dum interpolata, à maculis purgata, aut refricta, ut solent fullones, mangones, &c.

6. *Quidquid ergo est dono vobis*] In MS. ita lego: *lota. quid ergo est dono vobis eum. Obligati.* Sicque distingui voluisse videtur: *Quid ergo est? dono* &c. τὸ *eam* notante pœnæ magnitudinem, quasi vitæ periculum imminuisset. Et hac lectione *imprecario* Schefferianum aliorumque conditetur.

1. *Vinum*

beneficium. [1] Vinum dominicum [2] miniſtratoris gratia eſt. † Tandem ergo diſcubuimus, [3] pueris Alexandrinis [4] aquam in manus nivatam infundentibus, [5] aliiſque inſequen-

† *Encolpius.*

1. *Vinum dominicum*] Inſcriptio Romana apud Velſerum in Monument. Auguſtæ:

Merum profundite
Nigrum Falernum, aut Setinum, aut
Cæcubum:
Vivo ac valenti de apotheca dominica.

Gabbema.

2. *miniſtratoris*] Hujuſmodi in antiquis marmoribus nominantur: AMARANTHUS. AUGUSTI. MINISTRATOR. TURRANIANUS. ERASTUS. ET. ANSIO. CÆSARIS. MINISTRATORES. Senec. Ep. XLVII. *alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus, cum ætate luctatur.* Apuleius autem lib. II Metam. hæc Senecæ explicans, *pueros calamiſtratos, pulchrè induſiatos, gemmas formatas in pocula vini vetuſti frequenter offerentes*, notavit. Nimirum hic fuit muliebris ornatus induſiatum eſſe, & calamiſtratum quempiam. Idem Seneca Ep. XCV. *Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum, per quos ſigno datò ad inferendam cœnam diſcurritur.* Porrò qui vinum miniſtrabat, à Sueton. Cæſ. XLIX ad *cyathum & vinum* appellatur; ab Apul. lib. X Met. *pocillator*: à Iuven. Satyr. XIII ad *cyathos*: in veteri epitaphio à *potione*. TI. CLAUD. AUG. LIB. GRATIO. LIVIÆ. AUG. SER. A. POTIONE. S. T. T. L. A Gallis *ſcantio* in LL. Salic. tit. II, ed. Baſ. à Græcis teſt. Athenæo, ac Luciano οἰνοχόος. Hic vinum præguſtabat. Mart. IIX Ep. LVI. Hic idem qui à potione, fuit & à *lagena* ſeu *laguna*: & confirmat antiqui marmoris elogium: M. VLPIO. AUG. LIB. PHÆDIMO. DIVI. TRAIANI AUG. A. POTIONE. ITEM A LAGUNA. ET. TRICLINIARCH. LICTORI PROXIMO. ET. A. COMMENT. BENEFICIORUM. &c. *Laur. Pignorius.*

3. *pueris Alexandrinis*] Papinius lib. V Sylv. ult.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delitias, doctumve ſui convitia Nili
Infantem, linguâque ſimul ſalibuſque protervum
Dilexi.

Cujus primum verſum explicat Suet. Auguſt. c. XCIIX. *Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diviſit, juſque jurandum & cautionem exigit à ſingulis, non alio datam ſummam, quàm in emptionem Alexandrinarum mercium abſumpturos. Alexandrinæ merces*, Hiſtorico, *& loquaces de Pharia puppe delitiæ* ſunt Statio, *pueri Ægyptii*, dicaces, & ob id conviviis gratiſſimi. Quintil. lib. I, c. II. Iul. Capitol. in Vero Aug. *Tho. Dempſterus.* Nec tantùm dicaces pueri adhibiti, ſed & adulti ſervi, aliique quorum ars ſcommatis & dicteriis, ſive mordaci ſale ludere. Senec. Epiſt. 123. *Varus eques Romanus, cœnarum bonarum aſſectator, quas improbitate linguæ merebatur.* Talis ille apud Iuvenal. Satyr. 9.

— conviva joco mordente facetus
Et ſalibus vehemens.

Hujuſmodi autem cœnarum aſſectatores, *aſſeculæ*, Iuvenal. Satyr. 9, Gloſſ. Iſidor. *Aſſecula, buccellarius.* Iuvenal. Satyr. 3, *buccæ*:

Perpetui comites, notaque per oppida buccæ.

Iſidor. in gloſſ. *Scurra, paraſitus, buccellarius.* Io. à Wouweren.

4. *aquam in manus nivatam*] i. e. ut loquitur Seneca, *multâ nive incluſam, ut frigore refrigeraretur alieno*: vel ex

quentibus ad pedes, ac [1] paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. Ac ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio, sed obiter cantabant. Ego experiri volui, an tota familia [2] cantaret. Itaque potionem popoſci : paratiſſimus puer, non minus me [3] acido cantico excepit :

ex nive coctam. Decoquebat veterum luxuria nives easque percolabat. unde *nivarium colum* Pomponio *in l. in argent. ff. de Aur. & arg. leg.* & Mart. lib. XIV Ep. CIII : & *nivarius succus*, Ep. CIV. quibus nives attenuabant. Plin. lib. XIX, c. IV. *Decoquunt alias (nives) quas mox & illas hyemant.* Decoctas quippe nives, & spissis vimine qualis inclusas, aut infusas vitro, rursus in nivem mergebant : unde *decocta* dicta aqua nivata, quæ Martial. *nivea cocta*. Est autem Neronis inventum : Plin. lib. XXXI, c. III. quem sub persona Trimalchionis satyrice irridet Petronius. *Savaro.* Anonymus, juxta manum Dousæ, ad edit. Tornæsii : *aquam in manus.* f. *aquam manibus.* Dousa ib. MS. c. M. *manibus.* Vnde liquet, Dousâ & magis Scriverio priorem, nec vulgaris judicii virum fuisse ; cujus subinde placita non negligo.

5. *aliisque insequentibus ad pedes*] Veteres accubituri manus pedesque lavabant. Fab. Pictor : *Aquam manibus pedibusque dato.* Vtrumque hîc factum Petronius innuit. nam *pedibus & ad pedes*, ut *manibus & ad manus aquam dare* dicebant veteres. *Wouweren.* Nos ante mensam lavamus ; sed tantummodo manus : antiqui (nisi in balneis fuissent, tunc enim non lavabant) in ipso quoque convivio lavabant pedes. Vtriusque lotionis exempla in Sacris. Pharisæi manus suas lavabant ad cubitum usque. Nec solum ante promulsidem & antecœnium, sed etiam per singulos missus abluebant manus. Lipſ. Saturn. lib. 2, cap. 1. Savaro Not. ad Sidon. l. 1 Ep. 11. *Ge. Erhard.*

1. *paronychia*] παρωνυχία. Paul. Ægineta lib. III. ἡ παρωνυχία ἐπίστημά τι ἐστὶ περὶ τὸν ῥίζαν τοῦ ὀνυχος συνιστάμενον (*Paronychia est abscessus ad radicem unguis*). Balbus Catholicô : *Pedora, pedum vel aurium sordes.* Hujus ministerii exempla habes in antiquis monumentis apud Ianum Boissard. in libb. antiq. Roman. expressa. Lundorp. (i. e. Erhardus). *Gabbema. Paronychia* hoc loco sordes pedum non reduvia. *Tornasius.* Verùm hîc *paronychia* neutraliter positum. atqui Græcum femin. est, ἡ παρωνυχία, ίας, & -υχις, ίδος, nec reperio ab ὄνυξ (*unguis*), ὀνυχος, adjectivè, sed ὀνυχιος, in compositione -υχος.

2. *cantaret*] Antiquorum epulis varia adhibitâ oblectamenta, ut *cantorum*, ludionum, & id genus. Senec. de Vit. beat. c. XI, de Apicii & Nomentani luxu : *Vides hos è suis lectis spectantes popinam suam, aures vocum sonô, spectaculis oculos oblectantes.* Sidon. lib. I Ep. II, de Theodorici conviviis : *In hoc convivio nihil nisi symphonia strepente agitur.* Servi cantores, *Symphoniaci.* Macrob. lib. II, cap. IV. *Delectatus inter cœnam pueris symphoniacis.* Wouweren. Nec solùm in hoc eorum luxus stetit, imò etiam fercula ad symphoniam inferre mos erat. Et *subito signum symphonia datur, gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur.* Petronius infrà. Seren. Sammon. in fragmentis apud Macrob. Lindenbrog. Not. in Catalect. *Ge. Erhardus.*

3. *acido cantico*] Sic omnes, etiam c. Tragur. Erhardus : Fortè, *acu-*

excepit: & quisquis aliquid rogatus erat, ut daret. [1] Pantomimorum non patrisfamiliæ triclinium crederes. Adlata est tum [2] gustatio valde *lauta*: Nam jam omnes [3] discubuerant præter [4] *unum* Trimalchionem, [5] cui locus, novo

to cantico. Martianus Capella: *Vox aut acuta est, aut gravis. Sonus gravis est, cùm ex intimo spiritu trahitur: acutus, cum ex superficie oris emittitur.* Strat. 6 Theb.

Et lituis aures circumpulsantur acutis. Sic infrà, ubi legitur: *Ægyptius puer, atque ipse etiam teterrima voce de lasciviario mimo canticum extorquet?* censeo corrigendum, *tenerrima voce*, pro, *gracillima*, qualis esse puerorum solet, quod & Wouweren notâsse video. Tornæsius *acido.* in marg. & Var. lect. leg. *arido*, quòd assa voce caneretur. Esto. verùm *assa v.* non est arida, sed mera, solâ.

1. *Pantomimorum*] Pantomimi dicuntur personarum omnium incitatores, qui in scænis personas per singulorum actuum simulationes ostendebant. ἀπὸ τῦ πάντα μιμεῖσθαι (*quòd omnium simias agerent*). Anonym.

2. *Gustatio valde* lauta] Vide suprà: *Gustatione mirifica initiati.* Gabbema. *gustatio valde* lauta. Fragm. Tragur. Priores, *laudata.* Erhardus: Alii, pro *gustatio* legunt *gustus*; estque exordium cœnæ, seu antecœna. Rader. ad Martial. lib. 11 Epigramm. 16. Rosin. antiquitat. Rom. l. 5, c. 29.

3. *discubuerant*] Lipsi. lib. 3 Ant. Lect. c. 1, de accubitu veterum ad mensam: *Primum omnium* (inquit) *scitis veteres Rom. uti & Græcos non sedisse ad mensam, sed accubuisse. Quem morem etiamnum plerusque Orient usurpat.* &c. *Circum mensam tres, ut plurimum lecti erant, ex quo triclinii nomen. Vel duo etiam, quod Plautus biclinium; posterior ætas hoc, aut aliquid simile, Sigma vocavit. Quod cùm esset in formam hemicycli aut, lunatæ testudinis exstructum, vocari placuit nomine literæ Græcæ: quia ut ex marmoribus liquet, illa ætas sigma literam ut mediam lunam scribebat,* &c. Petr. Lotichius.

4. *unum*] Sic Fragment. Tragur. Pro priori, *ipsum.*

5. *cui locus novo more primus servabatur*] Tota ratio lectorum & triclinii apud veteres hæc erat. Tribus lectis fere cœnabant: singulis lectis recumbebant terni ad summum, aut quaterni apud lautiores, si plures, sordidum habebatur. Cic. in Pison. *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans* &c. *Græci quini stipati in lectulis, sape plures.* Apud Macrob. in cœnæ Pontificiæ descriptione, in duobus triclinis decem modò convivæ nominantur, ut appareat in magnifico epulo vix binos lectum unum tenuisse: De lauto homine Iuven. Sat. 1.

Optima sylvarum interea pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantùm ipse jacebit.

Accumbebant autem reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto dorso à pulvillis modicè suffultò. E lectis, qui ad sinistram erat, is dicebatur summus lectus: qui ad dextram, imus. Ratio discumbendi hoc faciebat: etenim ut liberam & exsertam habere possent dextram manum in sinistrum latus decumbebant. Et qui ordo lectorum, idem etiam fuit in singulis lectis accubantium. Summus quippe locus in uno quoque lecto. qui nullum supra se habebat; imus verò quem infra medium accumbens occupabat: medius infra primum & summum, ac imus infra medium. Schemate rem delineabimus:

MEDIVS

novo more, primus ſervabatur. Cæterum [1] in promulſidari



Honoratiſſimum locum ducebant Romani medii lecti locum imum ſive ultimum; eum nempe qui infra medium ad dextram erat ejus lecti: is dabatur convivarum honeſtiſſimo & digniſſimo; ideo & Conſularem vocabant. Præter hunc in ſummo & imo lecto, ſummus in utrovis habebatur honoratior. Cæterùm ex tribus lectis duo priores medius & ſummus invitatis cedebant. Dominus convivii cum uxore & liberis in tertio, ſeu imo accumbebat, iſque in eo primum locum tenebat. Suet. Auguſt. c. LXIV. Si uxor unà non cœnaret, umbris is locus deſtinabatur, & vilioribus perſonis. Aliud fuit, cum ſtibadiô accumbebant, id eſt, toro continuô & ſemirotundo, quod in literæ Sigma (Ϲ) figuram factum erat, unde & nomen. Idque pro numero accumbentium, quos caperet. *Hexaclinon, heptaclinon, octaclinon* vocabant. In his, cùm una ſerie diſcumberent, is primum locum tenere cenſebatur, qui omnium ſummus erat, hoc eſt in ſiniſtro cornu ſtibadii primus accumbebat, ultimus qui infra cæteros, hoc eſt, poſtremus in dextro cornu. Sic capiendus Feſtus: *Itaque in conviviis ſolus Rex ſupra cæteros accubat, ſed Dialis ſupra Martialem, & Quirinalem, Martialis ſupra proximum, omnes deinde ſupra Pontificem.* Alia quoque ratio videtur fuiſſe in biclinio. Cic. lib. IX Ep. XXVI. Plura vide de his apud Lipſium lib. III Antiq. XCVI, XCII; & Cl. Salmaſium. *S. A. Gabbema.*

1. *in promulſidari aſellus erat -- Tegebant,* &c.] *Promulſidare,* cibus qui in guſtum datur. *Gloſſ. Petron. ex Lipſio. Promulſidare* ſive *promulſidarium* mihi eſt *promulſidis* ſive cœnæ primæ partis ferculum, repoſitoriumve; Martiali *guſtatorium* dicitur, Ep. LXXXVIII l. XIV; Arbitroque inferiùs. In *promulſide* namque, ſeu guſtatione, & eſculenti quid

fuit & poculenti. Minimè *promulsidare* vocari adsero vas continendæ *gustationi* destinatum, ut omnes voluere eruditi. *Gonsalius.* Vlpian. L. etsi non sunt. § argento. D. de Aur. & arg. leg. *promulsidaria vasa* appellat: hic *promulsidaria* intelligit cibos, qui in gustu, Lipsi. Epist. quæst. l. 3, ep. 2: Vlpianus vasa, quibus cibos vel promulsidem apponebant. *Erhardus. Asellus Corinthius cum bisaccio. Asellus* vas ut apparet gestans promulsidem, sive opiparam gustationem. *Scaliger.* Vix adsentior Scaligero *asellum* fuisse vas sequentia verba aliud mihi dicunt. Iungermann. in Symbolis ap. Erhard. Erhardus: *Asellus Corinthius* vas ex ære Corinthio factum, à forma hic dictum, *duobus* hinc & inde *saccis*, quibus ferculorum lances & paropsides in mensa imponebantur; cujusmodi est quam nos Germani *geisam*, i. capram, similiter à forma dicimus. Salmasius: *in promulsidari.* Quantum est hodie eruditorum, *promulsidem* volunt esse antecœnam aut gustationem. errant omnes: nam omnis auctorum antiquitas semper hoc verbi pro vase aut lance usurpavit, nusquam de gustu aut antecœnio dixit. cui rei fidem facit vox *promulsidarium.* Si *promulsis* pro gustu sumeretur aut antecœna apud Latinos, *promulsidarium* utique vas esset, recipiendæ gustationi aptum, & gustatoriis continendis. at *promulsidarium*, non huic usui paratum apud veteres erat, ut aliquid esculenti aut poculenti contineret, sed ut alia vasa & lances sustineret, nempe *promulsides.* Sic *promulsides* vasa erant, quibus sustinendis *promulsidarium* dicatum dictumque. π de Auro arg. legato: *Sed si cui vasa sint legata, non solum ea continentur, quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique causâ paratum. Sed & quæ aliquid sustineant: & ideo scutellas vel promulsidaria contineri. Repositoria quoque continebuntur.* Petronius Arbiter: *Cæterùm in promulsidari* &c. *Promulsidare* dixit, quod aliis *promulsidarium.* Sic *vulgare* & *vulgarium* idem: *manifestare* idem quod *manifestarium* in nostro jure: *primare* & *primarium*, *palmare* & *palmarium.* Vides *promulsidare* apud Petronium nihil bibendi edendique causâ paratum continere, sed vasa tantùm sustinere, *asellum* nempe *Coirnthium cum bisaccio* olivarum, & lances duas, quæ asellum tegebant: lances illæ argenteæ, quæ asellum Corinthium tegebant, *promulsides* omnino dici debuere: nam in asello *mulsum* reponebatur, quod in antecœna & gustatione sumebant. Idem Petronius: *Hoc, inquit, belle: cras in promulside libidinis nostræ militabit: hodie enim post asellum diaria non sizmo.* Vbi *asellus* & *promulsis* pro eodem. nam *asellus*, ut dixi, vas erat, recipiendo mulso paratum. lances quæ vas illud tegebant, *promulsides* dictæ. *Asellus* est quem Græci ὄνον vocant, quod genus erat vasis vinarii unde apud Athenæum lib. IV in verbis Posidonii, ὄνοι γέμοντες οἴνου (*aselli vinò plem*). quod non de animali, ut perperam viri docti censent, sed de vase accipiendum. Sic vas etiam mulsi asellus Latinis, & quæ asellum tegebat, lanx argentea, *promulsis* dicta, non obscura etymi ratione. nam *promulsis* propriè mulsi vel vasis mulsarii operculum, non vas ipsum mulsarium. Inde *promulsidarium*, quod vasa mulsi cum suis promulsidibus sustinebat. *Promulsidarium* enim est repositorium promulsidum. Isidorus *pransorium* in Glossis suis exponit. quamvis autem *promulsis* propriè sit id quod diximus, καταχρηστικῶς (*per abusionem*) pro quavis lance hanc vocem veteres usurparunt. Confer quæ suprà, *in promulside lib. n.* Reinesius: *in promulsidari asellus*, &c. Constat *asellum* vas fuisse ex ære *Corinthio*; de ejus usu, quòd esset inter *promulsidaria*, in quibus gustatio soleret exhiberi, pariter de forma, unde *bisaccium* intelligeremus, turbant Annotationes, Commentarii, Conjecturæ & quicquid est

dari asellus erat Corinthius cum bisaccio [1] positus, qui habebat [2] olivas, in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant asellum duæ lances, [3] in quarum marginibus nomen Trimalchionis inscriptum erat, & argenti pondus. [4] Ponticuli etiam ferruminati sustinebant [5] glires melle, & papavere sparsos. Fuerunt & [6] tomacula supra crati-

est Symbolarum. *Asellum duobus hinc & inde saccis onustum* nobis ostendunt, & *carnes pulli asinini*, h. e. *asellum pro obsonio* offerunt; sunt autem deliciæ illæ petitæ longiùs, Corinthiis etiam, contrà quàm volunt, ignotæ; nihil quidem istud ad Petronianas. Tum *bisce saccis lances ferculorum & parapsides in mensa impositas fuisse* comminiscuntur; at hic Petronium prorsus deserunt, loquunturque incomperta. Quid enim lances facerent in bisaccio olivis continendis fabricato? Non gestavit *asellus* vel sustinuit, quod putant illi, lances, sed sua basi nixus *duabus lancibus tectus* fuit. Petronio igitur reddè intelligendo simplicissimum obviumque est vasi forma asselli figurato utrinque adfixum à fabro loculamentum instar sportulæ vel bulgæ, recipiendis & continendis speciebus fuisse ἡμιτόμῳ (*æqualiter divisum*); sic ut in altera ejus parte albæ, in altera nigræ olivæ circumferri & adponi convivis potuerint. *Bisaccium* recentioribus Græcis δισσάκιον, pera vel mantica duplex, parte una antè, alterâ retro pendente. Italis *bisaccia*, Gallis *bissac*.

1. *positus*] *Ponere* convivale verbum. Iuven.

-- *quanta est gula quæ sibi totos*
Ponit apros.

Idem XI.

-- *natalitium convivis ponere nardum.*

Tale *mittere* apud Apic. & *missus*, pro ferculo. *Gas. Barthius.*

2. *olivas in altera parte albas, in altera nigras*] Ovid. 2. Metam.

Ponitur hic bicolor sincera bacca Minervæ.

Varro de Re Rust. lib. I, cap. 66. *Io. à Wouweren.*

3. *in quarum marginib. nomen Trimalchionis inscr.*] Lucian. Hermot. Plaut. Rud. *Nam hæc* (urna) *literata est, abse cantat cuia fiet.* ita & *pocula literata*; Græcis γραμμάτων ποτήρια, ut Athenæus tradit. *Wouweren.*

4. *Ponticuli ferruminati*] i. e. juncti, consolidati. *Gloss. Petron.*

5. *glires melle ac papavere sparsos*] Amm. Marcell. lib. XXVIII. *Poscuntur etiam in conviviis aliquoties trutinæ, ut adpositi pisces, & volucres ponderentur, & glires:* (hac de caussa, credo, argenti pondus Trimalchionis asello inscriptum, ut, si ponderentur volucres, pisces, &c. hi simul cum patinis imponerentur trutinis) *quorum magnitudo sæpius delicata non sine tædio præsentium, ut antehac inusitata, laudatur assidue.* Inter convivales delitias glirium usus adeò celebris, ut *eos Censoria leges, princepsque M. Scaurus in Consulatu non alio modo cœnis adimere necessum habuerit, quàm conchylia, aut ex alio orbe convectas aves.* Plin. lib. VIII, c. LVII; lib. XXXVI, cap. I: Apicius lib. VIII, c. IX. de eorum saginatione videndus Varro R. R. lib. III, c. XV. *S. A. Gabbema.*

6. *tomacula*] Erant farcimina quædam, ex carnibus minutè concisis, admixtis ovis & salsamentis. Ramirez. *Gabbema. Tomacula*, pinguia viscera. Wouweren. Martialis lib. 14 Epigr. 191.

Parva tibi curva craticula sudet ofellâ.

craticulam, ferventia argenteam posita [1] & infra craticulam [2] Syriaca pruna [3] cum granis Punici mali. [1] In

Ofellas pro tomaculis posuit, quæ craticulis imponuntur torrenda. Rader. ad Martialem l. 1 Ep. 35. *Erhardus. tomacula.* Ioannes Britannicus ad Satyram x Iuvenalis credit isicia eadem esse cum *tomaculis*, quæ nomen à *sectione*, non secus ac isicia, habent; quam τομὴν Græci dicunt, quæ ut plurimùm jecore & pulmone porcino constarent: sed non possum ejus opinioni subscribere: certum enim est *tomacula*, vel ut Varroni placet tomacinas, partes esse aliquas porci certo modò sectas. Iuvenalis Sat. x, v. 355.

Vt tamen & posticas aliquid voveasque sacellis,
Exta, & candiduli divina tomacula porci.

Nemo enim isicia offert aut vovet Dyss. Scholiastes vetus: *Tomacula, porci pinguia quædam viscera.* Martialis innuit moris fuisse calida venundari:

Quod fumantia qui tomacla raucus
Circumfert tepidis coquus popinis.

Hinc Petronius in Trimalchionis gustatione, *fuerunt & tomacula*, &c. L. Nonnius de Re Cibar. lib. II, cap. XIV. *Gabbema in denuo editis.*

1. *&*] Fragmenti Tragur.

2. *Syriaca pruna*] Quæ olim Latinis Græcisque, & Gallis hodie *Damascena*, Raderus. *Prunorum* genera varia, nam & formâ, colore, & magnitudine & sapore distinguuntur, cùm & nigra candidáque & purpurea atque cerina, herbacea & lutea reperiuntur. Plinius cerina laudatiora prædicat, quæ Virgilius cerea, Columella, ceriola vocat, Ovidius verò per periphrasim describit:

Prunáque non solùm nigro liventia succô,
Verùm etiam generosa, novasque imitantia ceras.

Damascena autem inprimis celebrantur ab inclyta magnaque Syriæ urbe Damasco, quæ & Syriaca dicta, quibus succedunt Hispanica, seu Iberica, quæ dulciora multùm Damascenis. hæc verò facultatem magis adstringentem participant, unde Dioscorides asserit, siccata Damascena alvum cohibere; quod Galenus miratur lib. VII de simpl. Medic. facultatibus, ubi dicit, pruna Damascena, tum viridia tum sicca ventrem solvere; libro etiam de attenuanti victus ratione. *Damascena Hydromeliti incocta, præmandant ii, quibus extenuanti diæta est utendum; verùm his magis alvum solvunt, qui ex Hispania importantur.* quod nec Martiali ignotum lib. XIII sub lemmate, *Pruna Damascena.*

Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume: solent duri solvere ventris onus. Lud. Nonnius.

3. *cum granis Punici mali*] *Punicum malum* & granatum nuncupatum, Isidoro & malogranatum, à *granorum* multitudine: non à Granata Hispaniæ urbe, ut nonnulli nimis imperitè asserunt: siquidem nomen hoc illi inditum ante conditam Granatam. *Punicum* verò vocatum; quòd circa Carthaginem Punicam urbem, laudatissimum provenit, Græcis ῥοιὰ dictum: à Bœotiis verò σίδη, vel sida nuncupatur, unde & regioni conterminæ nomen inditum. de cujus possessione, cùm inter Bœotios & Athenienses orta lis esset; Epaminondas in ea controversia, patriæ causam defendens, prolato *malo Punicô*, Athenienses rogavit, quo nomine id pomum vocarent: illi ῥοιὰν dixerunt: nos verò, inquit, sidam: atque ita causam obtinuit. ut refert Athenæus ex Agatharcide. Columella eleganter arborem & fructum describit.

Mox

In his eramus lautitiis, quum ipse Trimalchio ad symphoniam [2] adlatus est, [3] positusque *inter* cervicalia minutissima expressit imprudentibus risum. [4] Pallio enim cocci-

Mox ubi sanguineis se floribus induit arbor.
Punica, quæ tutulo miteſcit tegmine grani.

Summa ejus genera duo sunt, alteri *nucleus* ineſt lignosus. Σκληρόκοκκον (*duracinum*) ob id vocatum; alteri verò non adeſt aut certè minimus, unde ἀπύρηνον (*absque lignoso nucleo*) dictum; sed candidiora hæc sunt, & mollioribus acinis, minusque amatis distincta membranis: de quibus Martialis lib. XIII. Satam primùm in Cypro ferunt hanc arborem à Venere, ut Græcorum testantur fabulæ: frequentiùs tamen Iunoni appingiuur, sæpissime verò Cereri: in memoriam fortè ejus luctûs, quòd Proserpina à Plutone rapta, & à matre repetita, eandem à Iove obtinuit ea lege, si nihil apud Inferos degustasset: sed cùm inventa fuisset *mali punici* granis jejunium solvisse, apud Plutonem mansit. *Lud. Nonnius.*

1. *In his eramus lautitiis, cum ipse Trimalchio,* &c.] Id etiam moris fuit Octavio Augusto, de quo Sueton. cap. 74. *Convivia nonnunquam & seriùs inibat, & maturiùs relinquebat: cùm convivæ & cœnare inciperent priusquam ille discumberet, & permanerent digresso eo.* Ge. Erhard.

2. *adlatus est*] Sed & ad symphoniam efferebantur à cœna. Seneca: *Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, cum vinô, & illis funereis epulis se sepelliſſet, quasi sibi parentaret, sic in cubiculum ferebatur a cœna, ut inter, plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur,* βεβίωκε, βεβίωκε (*vixit, vixit*), *nullo non se die extulit.* Fr. Pithœus.

3. *positusque inter cervicalia minutissima expressit,* &c. Editi habent *p. in cervicalia.* Præfero verò Fragm. Tragurienſis lectionem *inter cervicalia.* Nam vocis *inter* syllaba posterior, à sequentis vocabuli prima ob similitudinem literarum absorpta. Sanè nemo ponebatur in cervicalia; non hic eorum usus, sed ut suffulcirent caput ac cervicem, circumpositа, non subjecta. Vnde Martialis lib. III in Zoilum:

Effultus ostrô, sericisque pulvinis.

optimè *effultus*, ut de eo, qui est *inter* eos, non qui ponitur in eis. *Schefferus. Positus i. e. m.* Tali cultu Thesmopolis, Philosophus vetulus & causarius in convivio opulenti discipuli sui Eucratis fuit: quinque enim servi eum mensæ compoſuerunt, ὑποκεφάλια βελοῦσινες ὡστε πάντοθεν, *undiquaque constipantes pulvinis & cervicalibus*; at cui fini? ὡς ἀμφιδρύοις ἐν τῷ χήματι καὶ ἐπιπολὺ καρτερεῖν δύναιτο (*ut in eod. habitu manere & longum durare posset*). *Luc. in Somnio.* Th. Reinesius. *expressit imprudentibus risum.* Quia vulgò uno tantùm pulvinari utebantur. Apulejus l. 7. *Et in summo pulvinari locatus, cœna & poculis magnis inaugurat.* Quod & *capitale.* Si Encolpius hodie ad Germanos veniat, Suevos, inquam, Algovios, &c. Vbi videat in lectis struem minutissimorum cervicalium, sex, octo, decem interim etiam plurium, ad ostentationem lautitiarum paratorum, quantum irrideat! Iacobus Gaudensis monachus: *Analectides, dicuntur modici cussini, ad exaltandos humeros apti.* Erhardus. Est verò in Fragm. Tragur. *inter cervicalia munitissima,* pro *minutissima.*

4. *Pallio coccineo adrasum* excluſerat *caput*] Græci Romanique capite intecto: qui delicatiores, capite incedebant palliolato, non sine suspicione luxus. Senec. de Mæcenate: *Hunc esse, qui in tribunali, in rostris,*

coccineo adrasum *excluserat* caput, [1] circaque oneratas veste cervices laticlaviam [2] immiserat mappam, [3] fimbriis hinc atque illinc pendentibus. [4] habebat etiam in minimo digito finistræ manus annulum grandem subauratum;

in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo Divite fugitivi solent. Plutarch. superbiam Pompeiani liberti, Demetrii taxans: *Domino stante ipsius*, inquit, *accumbebat ἔχων ὑ' ὠτων κατὰ τ κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον (habens aures & caput pallio latum).* Lipsius. Vide Salmasium ad Tertull. de Pallio. *Gabbema.* Vulgò legitur, *pallio coccino adrasum incluserat caput*; Sic verò Fragmentum Tragur. Schefferus: *excluserat.* Hæc lectio præstantior videtur. Quomodo enim *adrasum* videre poterant caput, si id *incluserat?* Ergo potiùs habebat exsertum pauliper extra pallium, quod in medio cervicalium ambientium & pallii purpurei nudum ac pæne calvum non potuit non ridiculum videri. *Exclusum* tali sensu adhibuit & Seneca, de Mæcenate agens: *sic apparuit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrinque auriculis.*

1. *circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam*] *Clavi* quibus honoris causâ utebantur Senatores, vel Tribuni, vel Equites non erant consuti vesti, sed supra eam demissi in pectus usqui, alii arctiùs, alii latiùs, ut recte Horatius dixerit:

-- *latum demisit pectore clavum.*

Acron. ad illa verba: *Prætextam & latum clavum. Latum clavum purpuram dicit, quæ in pectore extenditur Senatorum. Græci τ κλωβιτῶνα (*q.d. vestem *mutilam*, sine manicis) *vocant, usum ejus retinent Principes, injicientes vesti à cervice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretiosis muris Pontici, vel alius, dum regio habitu prodeunt in publicum.* Iac. Cujacius.

2. *immiserat*] Pro straverat, quod loquendi genus è tricliniis in circos est translatum. Lampr. Alexandr. Severo: *Convivium neque opiparum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit. Ita tamen ut pura mantilia mitterentur.* Casaubonus. *Gabbema in ed. poster.*

3. *fimbriis hinc atque illinc pendentibus*] *Fimbriæ* inter ea, quæ vesti ornatus accedunt & precium. Sic *paludamenta* Ducum *fimbriata* erant. Plut. Lucull. κροσωτὸν ἐφεστρίδα vocat. Sic & mappis additæ fimbriæ. Petronius hic inter Trimalchionis delicias recenset, *mappam laticlaviam fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* Nam *mappas* quoque purpurâ & auro clavatas fuisse constat. Casaubon. ad Suet. *Io. Weitzius.*

4. *habebat in minimo digito grandem*] Mirum, quod in minimo digito grandem habuerit, cùm Pollux scribat lib. v. ᾧ ἐν τῷ σμικρῷ δακτύλῳ ἐφόρει, ὁ ἀκμὴς καλεῖν Δία σμικρητῆα (*In minimo digito annulum gestabant, quem propter parvitatem ἀκμὴς [indivisibile quid] dicebant*). Sed ideo tribuit, quia notat hominem lautissimè divitem: nam & Lucianus de hujusmodi ἐπιῤῥ. Δίαλ. εἶχε ἂ καὶ αὐτὸς Περμίων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ μέγιστον, πολύγωνον, καὶ ψῆφον ἐνεσεσηλιθ τ πτιχρώμων, ἐρυθραΐζ λίθ ἐπιπολῆς (*in meretr. Dialog. Habebat autem & ipse Parmeno annulum, in digito parvo maximum, ac multangulum, lapillusque palâ tricolor in superficie rubens*). Wouweren. & explicat hunc Petronii locum vir reconditæ eruditionis Iohan. Kirchmannus in aureo libello de Annul. c. III, & c. XVII. *S. A. Gabbem.*

1. *extra-*

um; [1] extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane [2] ferreis veluti stellis ferruminatum. Et ne has tantum ostenderet divitias, dextrum nudavit lacertum, [3] armilla aurea cultum, & [4] eboreo circulo lamina splendente connexum. Vt deinde [5] spina argentea dentes perfodit, † Amici, inquit, [6] nondum mihi suave erat in triclinium venire, sed ne *diutius* absentivus *morae vobis* essem, omnem volu-

† *Trimalchio.*

1. *extremo vero articulo*] Senec. Natur. quæst. l. 7, c. 31, *Exornamus annulis digitos, & in omni articulo gemma disposuitur.*

2. *ferreis velut stellis ferruminatum*] Vide Plin. lib. XXXIII, c. 1. Ejusce modi annulos aureos stellis ferreis ferruminatos, in manibus Abrah. Gorlæi, item Massiliæ aliquot vidisse se testatur, Scaliger. Hinc apud Trebell. Poll. in Galien: *Aureos constellatosque baltheos rapuisse dicitur.* Io. à Wouweren.

3. *armilla aurea*] *Armillæ* fuere rotundi circuli ex argento vel auro, quibus summum brachium cingebant, ornatûs causâ. Olim erant in usu, sed per luxum. Livius lib. 1 de Sabinis: *Quod vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis in brachio læva habuerint.* Vocabantur & *brachiales*, Græcis βραχιόνες aut βραχιονέλα, *viriolæ, dextralia, dextrocheria*, uti fusè docet Rubenius lib. 1 Elect. c. XXXVIII. *Io. Weitzius.*

4. *eboreo circulo lamina splend.*] Tertull. de habitu Mul. c. 11. *Circulos ex auro, quibus brachia artantur.* Wouwer.

5. *spina argentea dentes perfodit*] In Fragment. Tragur. est *pinna argentea.* Wouweren: Omnia hic ad luxum comparata; nam alii lentiscô aut pennâ dentes purgabant. Mart. lib. XIV Epig. XXII.

Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potest.

6. *nondum mihi suave e. in t. v. sed ne* diutius *abs.* &c.] Frellon. edit. Wouwer. alii, ut ex diverso charactere patet, *nondum. m. s. e. in t. v. s. ne absentivus e. o. v. m. n.* Editio Tornæsii, *sed ne absentius essem.* in margine, & Var. lect. alii, *s. n. diutius absens.* Vbi Dousa: *diutius absens.* Sic & c. M. exceptô quòd pro *absens, absentius* (h. e. *diutius absentius*) illic legatur. Scriverius ib. *absentivus* codex Pithœi. Erhardus: *sed ne absentivus essem.* leg. *absens diutius essem.* MS. Tragur. *nundum mihi suave erat in triclinium absens more vobis venire, sed ne diutius absentivos essem, voluptatem mihi negavi. Permittitis* (Patav. edit. permittis) tamen. Schefferus: *absens more vobis.* Hæc quid sibi velint non excogito. Continent fortasse causam, quare necdum venire voluerit. Et quia non intelliguntur, etiam ab aliis omissa sunt. Gronovius, vir summus, censet, ista verba alieno locô esse intrusa, illudque *absens*, ex glossa vocis *absentivus*, natum, atque ideo cuncta esse sic legenda, *nondum mihi suave erat in triclinium venire, sed ne absentivus morae vobis essem, omnem voluptatem mihi negavi.* Quam correctionem judico doctissimam. *Absentivos* seu *-vus* retinui propter concordantes tot codices, & æqualitatem lexeωs Trimalchianæ, ac collibertorum; habita aliàs, siqua unquam, optima occasione hoc cum *absens* commutare. Sed non feci, nec commutandum sentio.

voluptatem mihi negavi ' Permittitis tamen finiri luſum. † Sequebatur puer [2] cum tabula terebinthina, & [3] cryſtallinis teſſeris: notavique rem omnium delicatiſſimam. Pro calculis enim albis, [4] *ac* nigris, aureos, argenteoſque habebat denarios. Interim dum ille [5] omnium teſtorum *agmen* inter luſum conſumit, guſtantibus adhuc nobis, [6] repoſitorium adlatum eſt cum corbe, [7] in qua gallina

† *Encolpius.*

1. *Permittitis tamen finiri luſum*] c. Pith. *P. t. f. luſum?* P. Scriver. MS. ad edit. Tornæſii. Erhardus: Inter cœnam ludebant aleâ. Sueton. Auguſt. c. 71. *Inter cœnam luſimus χερονπικῶς (ſeniliter) & heri & hodie.* ubi de aleæ luſu, qui ſenum eſt. Vnde Cic. de Senect. *nobis relinquas talos & teſſeras.* Savaro ad Sidon. lib. 1 Epigr. 8. Dn. Wagenſeil ſuprà ad verba, *digitoſque paullulùm adſperſos in capite pueri terſit*, inter cætera comparationis capita Trimalchionis cum Nerone, etiam *teſſerarum ludi* ex Suetonio meminit, nixus communi opinione, cui & ego hiſce Notis, juxta tot interpretes, tantiſper adhæreo, Petronium noſtrum eſſe illum elegantiarum arbitrum, de quo Tacitus Annal. xvi, vixiſſéque & interiiſſe ſub Nerone. Quod DD. Hadr. Valeſius, & Martin. Statilius negant, & hic quidem collationem illam Trimalchionis cum Nerone Wagenſeilian. planè rejicit & improbat; ſub Trimalchionis nomine non niſi inſolentem aliquem νεοπλούτον (repente ditatum), à Petronio perſtringi affirmans. Quo de uberiùs forſan alibi.

2. *cum tabula terebinthina*] *Tabula* erat alveolus, in quem calculos ſive teſſeras jaciebant. *Savaro.* Operæ pretium eſt heic inſpicere Cl. Salmaſium in Not. in Fl. Vopiſc. *S. A. Gabbema.*

3. *cryſtallinis teſſeris*] *Latrunculi* quoque fiebant plurimùm ex vitro. Lucan. in Panegyr.

-- *Vitreo peraguntur milite bella.*

Martialis:

Vitreo latrone cluſos.

Fr. Lindenbrogus. eorum inventorem Pyrrhum facit Donatus: ſuffragatur & Marcellin. in limine lib. xxiv. ſec Senec. lib. 11 de Ira, c. xiv id Chiloni Sapienti attribuit: Ioan. Sarisberienſ. Polycrat. lib. 1, c. v. Attalo Aſiatico, *ut ea ratione doceret motum exercitus.* Palamedem facit authorem Pauſan. in Corinth. rurſus in Phocic adſtipulantibus Philoſtrato Lemnio in Heroic. Suidâ in voce πέσσα (*tabula*). Aurel. Caſſiod. lib. viii Ep xxxi. *Gabbema.*

4. ac *nigris*] Frag. Tragur. Priores *aut nigris.*

5. *omnium teſtorum* agmen *inter luſ.*] Sic Gabbem. Tragur. c. *omnium textorum dicta i. l.* Hinc Cl. Schefferu *omnium teſtorum electa* legendum con jicit, optimum nimirum ac delicatiſſimum quodque ferculorum *teſt.* tunc impoſitûm intelligens; quò *teſtum* Petronio vas ſervando ign idoneum; quódque *electa* eodem ſen ſu mox infrà habeat, *res* inquit *electiſſimas ridentes adgredimur. Agmen* cun cta complectitur, *electa* ſelectiora, eſt que *agmen* valde recens, quòd id ed tiones Frellon. Wouwerii, aliæ no agnoſcant, ſed ejus locô * habean Tornæſius: *omnium teſtarum* (ul Douſa: c. M. *teſtorum*) *inter luſum* citra ullum *.

6. *repoſitorium*] Gr. (apud Athenæum) ἐσχάριον. hinc pro *engytheca* leviter corruptè Gloſſæ habent ant quæ *enceteria, machina* ſc. *lignea, qua amphora ſuſtinetur.* Romani priſci vocabant incitegam, ut ad Feſtum ſuum obſe

allina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse olent, [1] quæ *incubant* ova. Accessere continuo duo ser-i, & symphonia [2] strepente, scrutari paleam cœperunt; rutaque subinde [3] pavonina ova divisere convivis. Con-ertit ad hanc scænam Trimalchio vultum: &, † Ami-i, [4] ait, pavonis ova gallinæ jussi supponi. Et, me-Her-ules, timeo, ne jam concepta sint. temptemus tamen, i adhuc sorbilia sunt. ‡ Accipimus nos [5] cochlearia non ninus sex libras pendentia, ovaque ex farina pingui fi-gurata

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

bservavit Scaliger. Iavolenus *basin* in ..10 D. de Legat. 3. Casaubon. Ani-nadvers. in Athenæum l. 5, c. 13. Erhardus: *Repositorium*, idem cum o quod mox sequitur *gustatorium*, n quo antecœnium apponebatur. It. quævis mensa, in qua struices patina-um ædificantur. Glossar. Petron. & d. Erhardus. *Gustatoria* etiam *cupilla*, addit Erhardus. *Cupilla* autem pocil-a, κύπελλα; quia κυφὰ, curva. Ger. oan. Vossius.

7. *in qua gallina erat lignea*, &c. *pa-vonina ova*] Fragment. Tragur. *in quo*, nimirum *corbis* masculinè ut apud Pri-scianum, & alios quosdam. Io. Schef-ferus. Aristot. περὶ ταῶν. ταῖς δ' ἀλεκτορίσιν ὑποτιθέασιν αὐτῶν τὰ ὠὰ ἐπωάζειν οἱ τρέφοντες (*de Pavoni-bus. Ova pavonum gallinis excludenda supponunt, qui eos alunt*). Fr. Pithœus.

1. *quæ* incubant *ova*] Sic Tragur. cod. nuper erutus. Gabbem. Wou-wer. Frellon. alii, *q. incumbunt*. Tor-næsius tamen in marg. alii, *incubant*. Schefferus: *quales, quæ incubant ova*. Vulgò, *quæ incumbunt*, Puto, nostrum esse præferendum; etiam habetur in aliis codicibus, ut notavit Patisso-nus. Varro lib. III, c. 9. *Quæ velis in-cubet, negant plus viginti quinque oporte-re ova incubare*. Et paulò pòst: *ova, quæ incubantur*.

2. *strepente*] Anonym. MS. juxta m. Dousæ, f. *adstrepente*.

3. *pavonina ova*] Athen. Ἐπαίνε-τος δὲ Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος, ἐν Ὀψαρτυτικῷ τῶν ὠῶν φησι πρω-τεύειν τὰ τῶν ταῶν (*Epænetus, & Hera-clides Syracusius de Condimentis, pavonum ova omnibus præferunt*). Fr. Pithœus.

4. *Amici, ait*] suprà: *Amici, nondum suave erat in triclinium venire*, Suet. Tit. *Amici, diem perdidi*. Apul. de dogmat. Plat. *Hic ille erat, Amici, de Academia Cupidinis cygnus*. Olim Romæ condu-cebant greges *amicorum*, eo videlicet consilio ut divitias & opulentiam ja-ctarent. Iuven. Sat. VI: Mart. lib. II Epig. lxiv. Imò ut ipsa jactantia se proderet magis, kalendaria *amicorum* excogitata sunt, in quæ nomina il-lorum referrentur. Senec. lib. VI de Benef. c. XXX. In aula Palatina erant liberti, qui curam gererent *amico-rum* Principis. Olim legebantur Ro-mæ epigrammata sepulchralia: TIT. CLAUDIUS. AUG. LIB. FOR-TUNATUS. A. CURA. AMICO-RUM. D. M. LIBERTORUM. T. FLAVI. AUG. LIB. VICTO-RIS. A. CURA. AMICORUM. M. VLPIUS. AUG. L. A. CURA AMICORUM. Pignorius. *Amici*, convivæ, convictores. *Gloss. Petron.*

5. *cochlearia, non minus sex libras pen-dentia, ovaque ex farina pingui figurata pertundimus*] Hinc *cochlearium* usum apud veteres qui fuerit, planissimè deprehendimus. Neque hinc modò, verùm etiam ex Martial. ita lib. XIV sub lemmate *Cochlearis* disputante:

Sum

gurata pertundimus. Ego quidem pene projeci [1] par
tem meam : nam videbatur [2] mihi, jam in pullum coiffe
Deinde ut audivi veterem convivam : hic nescio qui
boni debet esse, persecutus putamen manu, [3] pinguissi
mar

Sum cochleis habilis, sed nec minùs utilis ovis :
Nunquid scis potiùs cur cochleare vocer ?

Facit eodemque & locus Plinii ex lib. XXVIII, c. II. *Desigi quidem diris deprecationibùs nemo non metuit. Hue pertinet ovorum, ut exsorbuerit quisque calyces, cochlearumque protinus frangi, aut eosdem cochlearibùs perforari.* Cæterùm omnis *cochlearium* virtus pro ratione ponderis, & argenti modo æstimata. âtque in hoc ipso quoque pars aliqua elegantiæ posita fuisse videtur. Non quòd singula apud Trimalchionem *cochlearia* singulas *sex libras pependisse* autumem, sed quod de plurium potiùs *cochlearium* strue, non autem de singulis Petronium fabulari persuasum sit mihi. *Dousa. P.* Tragur. codex habet, *selibras*. Placet hæc scriptura præ vulgari *sex libras*. Scio, quid hîc alii de exaggeratione joculari notent ; verùm cur in hoc jocetur nostet, cùm severus sit in cæteris, non video. *Schefferus.* L. *Accipimus nos cochlearia : non minùs sex libras pendentia ova, quæ ex farina pingui figurata, pertundimus.* Ova enim 6 libras pendebant, non cochlearia. *P. Scriverius* MS. *ad ed. Tornæs.*

1. *partem meam*] Partes sunt ferculæ, quæ unicuique apponuntur in convivio sigillatim, ut in convivio Corani, quod Athenæus describit. & Genes. 43, ℣. 33. *Majorque pars venit ad Benjamin, ita ut quinque partibus excederet.* Non præsentibus tantùm, sed & absentibus partes mittebantur. Plutarch. in Agesilao. Esdras Iunior lib. 2 (qui vulgò 3), cap. ult. ℣. 52. *Digesti ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his, qui non habent :* hoc est partes. Hermas lib. 3 Pastoris, cap. *Convocatis amicis paterfamilias misit cœna sua servo illi partes complures, & qui reliquum conservis suis distribuit.* G Erhardus.

2. *mihi*] Abest haud indecorè i c. Tragur.

3. *pinguissimam ficedulam piperatam* Sine pipere enim fatui est sapori Martial. lib. 13 Epigr. 5.

Cerea quæ patulo lucet ficedula lumb
Cùm tibi fortè datur, si sapis, ad piper.

Ceream dicit, quam hoc loco Petro *pinguissimam*, pinguia enim cerea v dentur & mollia. Rader. in Com ment. ad Martial. Erhardus. *Ficedula*, sive συκαλίδες, à *ficubus* nome sumpserunt, quòd illorum esu in pensè gaudent, verùm nomen illu non perpetuò obtinent, sed auctu mnô solùm, aliis enim temporibi *melancoryphi*, sive atricapillæ vocantu Plin. lib. x, cap. XXIX, ex Aristotele *Alia ratio ficedulis, nam sonum sim coloremque mutant : hoc nomen non n auctumnô habent, postea melancoryphi v cantur.* quod illis nomen inditum auctore Festo, eò quòd summa e rum capita nigra sint. Alexand Myndius apud Athenæum lib. 11, *ficedulas* statuit speciem esse ægytha lorum, sive parorum; Sed Aristotele manifestè specie distinctas dicit *ficedulas*, ab ægythallis. Auctumnô su viores sunt, & obesiores longè, quò tum uvis ficubusque vescantur, qu duo sunt fructuum pomorumque s luberrima. à ficubus nomen traxit de quo lepidè Martialis :

Cùm me ficus alat, cùm pascar dulcib uvis,

C

am ficedulam inveni [1] piperato *vitello circumdatam.* Iam rimalchio eadem omnia, lusu intermisso, poposcerat; ceratque potestatem, clara voce, siquis nostrum iterum vellet,[3] multum sumere:[4] quum subito signum symphoa datur, & [5] gustatoria pariter [6] à choro cantante rapiuntur.

Cur potius nomen non dedit uva mihi?

ia de caussa, Italis *beccafigi* dicunt. nec mirum est aves hasce, inter ubertimas recenseri, cùm saluberno alimentô utantur: à cibo enim o animalia fruuntur, illorum botas pravitasq; judicanda. Apud veres in deliciis fuisse, vel hinc cont, quod ganeæ periti negarent, *ulus avem, prater ficedulam integram cosse oportere*, ut auctor est Gellius . xv, cap. VIII. cum pipere moris at illam comedere. Martialis:

Cerea quæ patulo, &c. -- --
-- -- *adde piper.*

apud Petronium Arbitrum in Sat. *nguissimam ficedulam inveni, piperato tello piperatam.* Nec omnino abs re condiuntur, cùm enim præpines sint, ideoque in precio, piper rimonia suâ castigat fluentem pinedinem. In Italia maximo sunt nore, nec nisi divitum & magnam mensas solent adire. rarò in fridioribus regionibus conspiciuntur, i uvæ aut ficus maturitatem vix acpiunt. *Ludov. Nonnius.*

1. *piperato* vitello circumd.] Sic d. Tragurienfis. vulgati, *p. vitellio peratam.* Sed videant alii, an connum satis sit, *piperato piperatam.* hefferus. Tornæs. *p. vitelio* (in m. o *vitello*) p. I. C. Wagenseilius: *Vilo circumdatam: καλῶς καὶ σοφῶς velle & sapienter*). Hactenus legimus *perato vitellio piperatam.*

2. *vellet mulsum sumere*] Sic Toræs. Wouwer. R. Herm. & c. Tragur. abbem. Frellon. Lotich. *vellet, multum sumeret.*

3. *mulsum*] Antiqui non temere primam sitim in conviviis nisi *mulsô* sedabant. Quod ipsum principiô cœnæ vel confectum adponi moris fuit, vel ejus locô separatim vinum & mel, ut conviva quisquis pro arbitrio id temperans *mulsum* sibi conficeret. Hinc adparebit cur Varro scripserit lib. III de Re Rust. *Favus venit in altaria, & mel ad principia convivii, & in secundam mensam administratur.* Lipsius. In antecœna *mulsum*, aut mel cum vino ad conficiendum mulsum ponitur; deinde etiam in mensa secunda: ideo præcedit, *iterum.* Cato: *Nunc in conviviis poni vides sal & mel.* Et Varro de R. R. lib. 3, ut jam dictum. Io. à Wouweren.

4. *quum subito signum symphonia datur*] Patet ex Seneca lib. de brevit. Vit. *Convivia, mehercule horum non posuerim inter vacantia tempora, quum videam quàm sollicite argentum ordinent: quàm diligenter exoletorum suorum tunicas saccingant: quàm suspensi sint, quomodo aper à coco cæsus exeat, quanta celeritate signo datô glabri ad ministeria decurrant.* Item Epistolarum ejusdem lib. XV. *Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo datô ad inferendam cœnam discurritur.* S. A. Gabbema.

5. *gustatoria*] In quibus *gustus* seu antecœna apponebatur. *Gloss. Petron.* Confer ante *repositorium.*

6. *à choro cantante rapiuntur*] Ad symphoniam quoque illata fercula, ut & alibi diximus. Serenus Sammonicus apud Macrobium Saturn. 3, c. 16. *Quippe qui dignatione vestra cùm interfum convivio sacro, animadvertam hunc piscem à coronatis ministris cum tibisine introferri.* Wouwerea.

1. *para-*

piuntur. Cæterum inter tumultum, quum forte [1] parapsis excidisset, & puer jacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio, [2] colaphisque objurgare puerum, ac projicere [3] rursus parapsidem jussit. [4] Insecutus est [5] supellecticarius, argentumque inter reliqua purgamenta [6] scopis cœpit verrere. [7] *Subinde intraverunt duo Aethiopes capillati, cum pusillis utribus, quales solent esse,* [8] *qui arenam*

1. *parapsis*] Vel *paropsis*. *paropsis* à παρὰ, *ad*, *juxta*, & ὄψον, quia in ea *obsonium*, feratur. *parapsis* à παρὰ, & ἀψὶς (*absis*) significante *lancem escariam*. Vtrumque pro acetabulo sumitur, aliqui & catinum ita appellari putant. G. I. Voss. in Etymolog.

2. *colaphisque objurgare*] Cic. lib. II Epist. I ad Attic. *molli brachiô objurgare*. Suet. Calig. c. XXI. *Nisi ferulis objurgari maluissent*. Othon. c. II. *ut sæpe flagris objurgaretur*. Plato apud Senecam lib. III de Ira, c. XII. *Tu, inquit, Speusippe, servulum istum verberibûs objurga; nam ego irascor*. Gabbem. partem priorem ex Wouweren, qui post *objurgaretur* pergit: Mira sævities dominorum in servos ministrantes, impolitè, qui non contenti colaphîs & verberibûs objurgasse, in aquam præcipitârunt. Lucian. Saturnal. καὶ διακονουμένων τοὺς μὲν ἄλλους ἐς τὸ ὕδωρ ἐμπεσεῖν, τοῦτο γὰρ τουπιτίμιον τῆς ἀδεξίου διακονίας (*Ministrantium alios in aquam præcipitari, quæ mulcta illepidi ministerii*). Gabbema in iterata editione: Vide Lud. de Orleans in lib. III Tacit. pag. 395; ubi serviles cruciatus fusè describit.

3. *rursus*] MS. Tragur. *prorsus*, ad marg. *rursus*.

4. *Insecutus est*] MSi Tragur. pro veteri, *insecutusque est*.

5. *supellecticarius*] Sic Gabbem. & edit. Frellon. Alii omnes *lecticarius*, etiam codex Tragurien. Sed, vel *supellecticarius* legendum, jubente Dousa, vel *lecticarius* tantisper munere privandus, capiendusque pro eo qui *supellectilem* curat, quod facit Glossar. Petron. L. Pignorius: *Supellecticari* in veteribus inscriptionibus dicuntur à *supellectili*. Romæ: NESTOR. C. CÆSARIS. SER. GERMANICIANUS. A. SUPELLECTILI VIX. A. XL. Ibidem: EUMOLPUS. CÆSARIS. A. SUPELLECTILE. At in Palatio fuit & *supellecticarius castrensis*, & *Domus aurif* ut indicant veteres cippi sepulcrales

6. *scopis cœpit verrere*] Huic ministerio inservientes propriè *scopari* Vide l. 8 de Inst. vel instr. leg. *Io. Wouweren*.

7. *Subinde*] Deinde. Petronianum verum. Sic enim & in editis. *At subinde, ut in locum secretiorem venimus, centonem anus rejecit*. Atque ita locis aliis *Io. Schefferus*.

8. *qui arenam*] An legendum, *quis* ut esset *queis*, vel *quibus*, referretur que ad præcedens, *utribus*. Malo tamen retinere *qui*, & referre ad *Æthiopes*; non quòd genere tales semper essent, verùm vultu facieque, qu hoc negocium conficiebant, perus scilicet coloratique multo sole. Plautus agens de eadem re in Pœnul a. 5. scen. 5.

Ita replebo atritate, atrior multò u siet,
Quàm Ægyptii, aut qui cortinam lu dis per circum ferunt.

Schefferus.

1. *spa*

am in amphitheatro [1] *ſpargunt*, [2] *vinumque dedere in manus*, *aquam enim nemo porrexit.* Laudatus [4] propter elegantias dominus,

1. *ſpargunt*] aquâ ſcilicet, quam in tis utribus habebant contra pulve- m caloreſque. Verbum eſt ſolenne hoc negotio. Plaut. in Fragm. In- rt. *Exi tu Davo, age, ſparge.* Hinc lluſtius apud Macrob. II Sat. 9, ubi e cœna Metelli: *Simul crocò ſparſa hu- us.* & in lege 4 ff. de his, qui not. f. *Xyſtici, agitatores, qui aquam equis argunt.* Adde Lipſ. in Amphit. Item hædrum noſtrum lib. II, c. 63: & uetonium in Cajo cap. 43. Vtitur & ibi noſter. ut: *Hoc crudeliſſima anus argit ſubinde humore femina mea.* cheffer.

2. *dedere in manus*] Celſus ad eun- em modum lib. III, cap. 15. *Si mi- us, miſta his aqua in alvum datur.* dem.

3. *aquam enim nemo porrexit*] Am- liſſimus Dn. Conſul Reineſius, in ræfatione ſua ad Fragmentum Ar- itri Tragurienſe Lipſiæ editi: Multò axima pars hujus fragmenti Petro- io rectè tribuitur; quod nemo eo- um, qui vel levem deliciarum ejus uſtum habent, negaverit; per o- nes etiam penè paginas doceri id oſſet; idemque curatiſſimè præſti- um in Edit. Vpſalienſi. Cæterùm nangonium aliquod, perinde ac in liis primæ notæ ſcriptoribus mul- is, quos gloſſemata inficeta ſubinde eformârunt, hîc interveniſſe, & ejus liquam partem Petroniaſtri alicujus ſſe, Arbitrum imitari & exhibere, elut in ſcena Mercurius Soſiam, auſi, x apti ſatis, manifeſta fides eſt, &c. Neque auctorem Petronium habere oteſt id quod ſe. p. h. oſtentat; qui nim paulò ante dixerat, *pueros Alexandrinos diſcubituris aquam in manus nivatam infudiſſe*, quomodo dicit, quòd *duo Æthiopes capillati vinum dederint in anus, aquam nemo porrexerit?* Nugæ ſunt iſtæ, malæ memoriæ hominis & ineptè riſum captantis. Fortaſſis dicere licuerit, ea quæ ita inter ſe pugnant, è duabus ἐκδόσεσι, *editionibus*, (ſic enim conſueverunt Scriptores veteres) in unam, Criticorum qui talia colligebant inadvertentiâ, conveniſſe. *Idem* in fine Scholiorum: Neceſſe igitur eſt, ut vel duas unius ſcripti ἐκδόσεις (*editiones*) quod dicebam, in unam confuſas eſſe, vel duos ejus Scriptores agnoſcamus; & ſic ὄντος (*dictio*) illa Petronii è Dalmatia, hæc Arbitri fuerit; extat enim ut geminum fragmentum in primùm curata Satyrici hujus editione, quam Venetiis per *Bernardinum de Vitalibus* anno 1499: & anno ſequente Lipſiæ faciente *Herm. Buſchio Monaſter.* poëta & oratore apud Iac. Thanner Herbopolenſem prodiiſſe accepimus. Hoc unum reſtat, ut iudicum iſtud multæ eruditionis & ſinceræ Latinitatis habitu ſpecioſum æſtimare diſcamus; ſed quæ ipſi notæ non optimæ à ſeculis infelicibus invenuſta paſſim obhæſerunt curioſe & ſagaciter ſecreta ſuis autoribus remittamus. Hîc pace tanti viri expendendum, tres eſſe hujus Cœnæ inſignitas partes: *antecœnium* ſive guſtationem, *ipſam cœnam*, & *quod poſt mattyas* ſeu menſas ſecundas præter morem *ſuceſſit*, procul dubio in honorem τῆς ἐπιδημίας, peracta cœnâ cum uxore & magna frequentia adventantis Habinnæ; cujus majeſtatem Encolpius tantopere miratus. Ante guſtationem manibus affundebatur aqua non communis, ſed nivata, reſoluta, cocta, iterumque refrigerata. verba Plinii lib. 31, c. 3. *Neronis principis inventum eſt, decoquere aquam, vitróque demiſſam in nive refrigerare.* Quam talem aquam, minima quidem operâ artificialem (quo & Plinii vox reſpicit *inventum*), non temere quis pro ſimplici

dominus, † Equum, inquit, Mars ' amat : ‡ itaque ' jussi

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

simplici capiat. Remotis gustatoriis, cœnaturis, nec fontana, nec nivata, sed *vinum in manus datur.* Tandem durante cœna, & post adventum Habinnæ fit mentio *caldæ*, forsan lavandis pedibus. Possumus etiam sic simplicissimè evadere, *aquam enim* tunc *nemo porrexit.* Iudicium quod attinet de toto hoc fragmento Petronii nunc recens edito, & duobus ejus quasi scriptoribus, huic equidem libenter ejus qui nobis hujus muneris auctor jungerem, nimirum Cl. v. Martini Statilii, nisi sic comparatum esset, ut simul novam opinionem de ætate Petronii, quasi is paullò modò ante Constantini tempora, certè longè post Severum vixisset, includeret; unde is existimat Petronium pro ratione Satyræ sic consiliò temperasse stylum jam tunc quasi in ore vulgi herbescente Italicismo, aut certè semente ejus jacta, reliquorumque Latinæ linguæ vicinorum idiomatum. Verba ejus, scripto seriùs acceptò, pauca inseram, ubi sic D. Wagenseilium in Apologia alloquitur: *An alia,* inquit, *mente hoc suum opus Satyrici titulò inscriptum ab illo putas, quàm quod omnigenæ varietatis plenum est? Quid igitur mirum aut decoro adversum, si cui vitia hominum notare atque irridere propositum est, sermonis vitia insectetur, ---? Hinc illi affectati archaismi, ---. sed præcipuè illa quæ tibi videntur nova, & hodienum Italicum sermonem redolentia. Quid autem indè colligis, an idcirco scriptoris proposito convenire negas? Quid? tu vulgarem hunc Latini sermonis usum diversis q. canalibus in Italos, Gallosque ac Hispanos derivatum subitò credis q. ranas pluvias exstitisse, nec potius paulatim, & vilescentibus per intervalla corruptelis abusque vetere Latio cœptis? In quo etiam illi unius urbis cives, & modici agri coloni aliter tamen vulgò, aliter inter honestiores loquebantur ---. Certe mihi aliquando peccata illa perpetua in genere nominum in hoc fragmento reputanti, adeo gravia visa sunt, ut librari illa negligentiæ potiùs, quàm auctoris proposito tribuenda censerem; donec admonitus à pariete in Titi thermis invento m collegi; nam duas arcas inter cæteras ejus historias spectari ajunt his appositis inscriptionibus:* FORUS. OLITORIUS FORUS. BOARIUS. *Qua re acceptа, stuporem illico damnavi meum, n jam nec cœlus, nec fatus,* &c. *displiceam. Imò versare statim animò cœpi, an hoc prius valescentis plebeii sermonis inelegantiæ, & veteris linguæ probitatem superantis vitium esse putarem; cùm etiam ap. Gruterum depravationes hujusmodi generis multis in vocibus animadverteren cúmque* lutus *pro lutum,* vase sua *pro vase suo,* hic monumentus *pro h m. scriptum viderem. Nec verò ulteriùs quin ita factum esse statuerem dubitav ubi primùm à Bembo didici, nullum g neris neutri, nec in Italicæ, nec al. vul linguarum nominibus usum esse. Eam ig tur corruptelam paulatim irrepsisse ver simile est,* &c.

4. *propter elegantias*] Senec. *Quam arte scindantur aves in frusta non eno mia, quàm curiosè infelices pueri ebriorum sputa detergant. Ex his elegantiæ laut tiaque fama captatur, & usque eo in mnes vitæ successus mala sua illos sequu tur, ut nec edant, nec bibant sine ambiti ne.* Wouweren.

1. *Equum Mars amat*] Quid equ commune cum convivio? non mag herculè quàm cani cum præsepi. S Petronius senis stoliditatem ridet u banissimè, qui, non contentus fama captasse, etiam facetus haberi cupi bat. Itaque cùm omnes æquali h nore, singulis mensa posità digna vellet, quasi id è præscripto Deoru faceret. *Mars* E QUUN *amat,* inqu alludens ad id, quod vulgò dicitu *Mars communis.* Rursus tamen ita ar biguè pronuntiabat, ut is, qui auc ret, non aliter intelligeret, quam

nc

jussit senex suam cuique mensam [2] adsignari; *additditque*, Obvii & per discessum servi minorem nobis æstum ublata frequentia facient.‡ Statim adlatæ sunt [3] ampho-

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* ræ

ion æ QUUM, sed id animal, nomi- asset quo Martem inprimis delecta- i ajunt. Similem argutiam in Suet. dnotavi in vit. Calig. c. XXXIV. *De ju- us quoque consultis, quasi scientiæ eorum nnem usum abolituras sæpe jactavit, se, nehercle effecturum, ne quid respondere osint præter* æ QUUM. Dicebat ille uidem æ QUUM, verùm ita, ut fa- ile prudentiores intelligerent eum CCUM pronuntiare. *Rutgersius.* Gabbema in utraque.

1. *itaque jussit senex suam*] Sic quo- que Tornæs. Wouw. alii. Sed Fragm. Tragur. *itaque jussit suam.* absque *se- nex*, quod ego suspicor ex glossa esse, cùm præcedat, *dominus.*

2. *adsignari*; addiditque, *Obvii & per discessum*, &c.] Ita quidem utraque edit. Gabbem. Tragur. MS. *asignari. Obiter & pudissimi servi minorem nobis æstum frequentia sua facient. statim*, &c. *pudissimi*, Forsan *putidissimi*. Editio Pa- avina pro hoc habebat *padissimi*, ad quod Schefferus: Locus quem ten- tarunt variè, licebit opinor & nobis in tanto omnium dissensu divinare. Arbitramur itaque sic scripsisse no- strum: *obiter, ait, padidissimi servi mi- norem nobis æstum sua frequentia facient.* Sic Schefferus. Gruterus jam dudum maluit *fædissimi*, quod placet Tilebo- meno, displicet Wagenseilio. Tornæ- siana editio: *asignari. Obiter ei* * *præ- dissum* (in marg. vi præmissi asteriscì, *& per discessum*) *servi minorem nobis æ- stum* * *sua* (in m. *sublata*) *frequentia f.* Douſa: *a. O.* * *ei prædissum* (in m. *& per discessum.* v. c. *prædissimi*) *s. m. n. a.* * *sua* (in m. *sublata*) *f. f.* Wouweren in edit. Parisiensi (typis cusa Sonnii aut du-Beys, ubi Wouwerii quidem ceu auctoris nulla mentio, sed in se- quenti ænigma typographus præfa- tiunculâ ante Notas solvit), *asignari.* * *obit. ei pdissimi s. m. n. a. sua f. ſt* in Bat-Lugdun. typis du-Mairianis, *a.* * *o. e. padissimi s. m. n. a. s. f. f.* quæ a editt. semper coincidunt. Frellon. *a.* * *o. e. perditissimi* (huic se fere jungit Wagenseilius); Helenopolit. *a.* * *o. ei paedissimi s. m. n. astum.* Lotich. *a.* * *obit ei præ adissimi s. m. n. ast.* R. Herm. *a.* * *o. ei padissimi.* Pergit Schefferus: *Obiter*, dicit, h. e. dum hoc agent, dum in eo erunt occupati, ut suam cuique assignent mensam, minorem frequentia sua facient æstum. Sic il- lud *obiter* usurpat locis quoque aliis. ut: *ac ne in hoc quidem tam molesto ta- cebant officio, sed obiter cantabant.* h. e. simul, dum hoc peragunt officium. Item alio loco: *interrogo ego, quot estis? obiterque per rimam foris speculari diligen- tissime cœpi.* Non hic *obiter* est in trans- cursu, celeriter, & velut aliud agen- do, sicut exponunt, quia sequitur, *di- ligentissimè*, sed plane id, quod dixi. Glossæ veteres: ὡν τῷ αὐτῷ: *eodem, inibi, obiter. Minorem frequentia suâ* po- nit, pro, *minorem præ frequentia* h. e. quàm facerent frequentia suâ, si fre- quentes adstarent. *Padidissimi* autem hic dicuntur à Trimalchione per convitium superbissimum: à *padore*, quasi fœteant, & cum calore ingra- tum de se spargant odorem, sicut fit in constipata turba, præsertim mi- nùs nitidorum. Festus: *Padidos, sor- didos significat, atque obsoletos.* Ab hoc igitur *padidi*, sunt *padidissimi*, qui er- rore facti *padissimi*, quod oscitans li- brarius syllabam *di* putaret redun- dare.

3. *amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ*] Nuce, pice, & resinâ oblita, & clausa, amphoræ seu testæ seu lagenæ pica- bantur, ne anima vini reconditi ex- spiraret, vinumque fugeret. Rader. ad

ræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus [1] pittacia erant adfixa, cum hoc titulo, [2] FALERNUM OPIMIANUM. ANNORUM. CENTUM. [3] Dum titulos perlegimus, complosit Trimalchio manus, & † *Heu*, [4] Heu, inquit, ergo diutius vivit *vinum quam homuncio!*

† *Trimalchio.*

Quare

Martial. lib. 11 Epigr. 14. *Ge. Erhard.*

1. *pittacia erant adfixa*] Erant *pittacia* nihil aliud, quàm tituli sive indices, amphoris & doliis adfixi, vini natales, originationem & ætatem designantes. Vnde apud Petronium Arbitrum; *statim adlatæ sunt*, &c. & ibi Georg. Erhard. in Symb. *Pittacium*, epistola brevis & modica est; Item schedula de membrana excisa, quæ etiam *pictacium*, *pictaciuncula*, & *membranula* appellatur. *Album*, Seneca: *notas*, Horatius: *literatas epistolas*, Plautus locis à Ioan. à Wouweren in Animadv. in Petron. annotatis vocant. *Theod. Hæpingk.* Confer mox *dum titulos.*

2. *Falernum Opimianum annorum centum*] Macrob. lib. 11 Satyr. c. 111. *M. Cicero cùm apud M. Damasippum cœnaret, & ille mediocri vino posito diceret: Bibite falernum est annorum* XL. *bene, inquit, ætatem fert.* S. A. Gabbem.

3. *Dum titulos perlegimus*] In quibus, Galeno teste, scripta erat ætas, id est, quo tempore quibusve Consulibûs, vinum esset conditum. Brodæus Miscell. l. 1, c. 3. *Erhardus.* Iuvenal. Sat. v.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam titulumque senectus
Delevit multa veteris fuligine testa.

Addit vetus scholiastes: *vinum de montibus Albanis, ita vetus, ut non possit ex superscriptione antiquitate deleta cognosci quanti sit temporis. Notas* vocat Horat. lib. 1 Sat. x. Acro: Nota, *ideo quod aut vina notantur in lagenis, aut Consules.* Primus auctor reponendi vini fuit L. Opimius Cos. unde & Opimianum nomen habet. Plin. lib. XIV, c. v, & XIV. *Gabbema.*

4. Heu, *heu, inquit, ergo diutius — tangomenas fac.*] Quæ sic diverso charactere ad *verum* usque notata, Fragmenti sunt Tragur. nisi quod pro *Heu, heu, he heu* habeat. lectionem mutilam vulgatam, mox integrè referet Cl. Schefferus. *He* Tragur. dolentis particula respondere Græco ἔ. P. Scriver. MS. ad vet. edit. Tornæsii: Opinor desiderari; ut tale quid scripserit: *Heu, inquit, ergo diutius vivit, quam nos homunculi.* Schefferus: Totus hic locus mutilatè ita legitur in editis: *Heu, inquit, ergo diutius vivit! verum est vinum Opimianum præsto* (Sic nimirum Tornæs. alii. sed Frellon. edit. *Heu, i. e. d. vivit! v. esse* [Gabbem. *est*,] *v. O. p.*) è quibus non satis commode se extricârunt eruditi. Tilebomenus: *He heu inquit, Ergo diutius*, &c. Pro quibus vetus habet: *Heu inquit. Ergo diutius vivit verum est.* Vtrumque quis pariter non videt ab eodem fonte profectum? Sed alterum scilicet nostrum perfectè; alterum verò perversè. *tangomenas facimus.* Hanc eandem loquendi formulam & animum refert Arbiter & in sequentibus. Quæ sanè verba nonvulgaria sunt. Schefferus: Sed quid est, *tangomenas facere?* nihil aliud, existimo, quàm vino poculisque liberiùs indulgere. Quæ verò ratio hujus si vocabuli, licèt nobis non desint conjecturæ, tamen supersedemus. Forsan *tangomenas*, terminatione Græca quasi ἁπτομένας (*eas quæ tanguntur*) substantivè; in respectu ad libidinem quam proritant pocula. Lucilius, Festo teste, *tagax* (à *tango*) etiam pro

furun-

Quare tangomenas faciamus; vita vinum est: Verum Opimianum præsto: heri non tam bonum posui, & multo honestiores cœnabant. † Potantibus ergo, & [1] accuratissimas nobis lauticias mirantibus, [2] larvam argenteam attulit servus sic [3] *aptatam*, ut [4] articuli ejus vertebræque *laxa-*

† *Encolpius.*

furunculo dixit. Et Plautus: *Tetigit calicem clanculum.* Dextra rapax, *læva* propriè *tagax.* G. I. Vossius. Quæ omnia nequiore sensu huc quadrant. Græcorum aliàs celeusmata: Κοτταβίζωμεν (*cottaborum ludô nos ad potandum provocemus*). Πίνωμεν τί λύχνον ἀμμένομεν; (*bibamus, quid lychnum expectamus?*) Κρατηρίζωμεν ἄνδρες φίλοι (*poculis nos invitemus sodales*). Πίνωμεν, παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή (*bibamus, ludamus, tota nocte canamus*). Οἴνῳ τέγγε πνεύμονα, τέγγε (*vinô pulmonem tinge, sic tinge*) καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενοι (*& profundum meraciùs mergite follem*). Cæterùm Dn. Reinesio, qui Græca hæc collegit, *tangomenas faciamus* (q. dicatur, τεγγομένους fac. seu eos qui madefiunt) interpolatio est; nisi conjecturâ duarum ἐκδοσέων evadere libeat. aitque Arbitrum dicturum fuisse, τέγγωμεν, τεγγωμέθα, i. *madidemus*, invitemus *nos*. Sed hi characteres loquentibus tribuendi, non scriptori, ut in editis: *absentivus*, & mox *topanta*. Fateor tamen me non libenter, ut ut sic diverso charactere, factaque & facienda talium in Notis perpetuò mentione, *tangomenas* veteri textui inseruisse, sed quia reliqua quæ plenum faciunt sensum, ut nemo non videt, aliter non sequebantur. Valesius quid? *Tangomenas faciamus*, id est, lautè epulemur, vivamus, gaudeamus, bis. Vtrobique *tango minas* disjunctim legendum & emendandum puto, & ex Plauti malè intellecto versu hoc loquendi genus esse desumtum. *Sentin' senem tactum esse triginta minis? Nam* Iuvenes qui pecuniam recèns acceperunt, eamque habent in manibus, digitisque contrectant & tangunt, læti opiparè convivari gaudent. Schefferus: *vita vinum est. Vita vinum* esse dicitur, quia nutrit augetque vitam. Vetus est jambus: *Mens est anima vinum, vinum anima corpori est.* Et in Inscriptione veteri apud Gruter. p. 912. *Vitam faciunt, balnea, vina, venus.* Erhardus: *Vivere* dicitur *vinum*, ut contrà *strangulari, mori, venenô neri*, per metaphoram. Ramirez ad Martial.

1. *accuratissimas*] Sic & Frellon. atque Lotich. Tornæsius alii, *accuratissimè*. Tragur. c. *curatissime*. Schefferus: veteres habuerunt *accuratissime*. Tac. XIV. Annal. c. 21. *Ludos curatiùs editos.* & sic alibi.

2. *larvam argenteam attulit servus*] Ausonius: *simile ut dicas ludicro isti, quod Græci στομάτιον vocavere:* oscilla *ea sunt. Ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim æquilatera, vel triquetra, aut rectis angulis vel obliquis: isoscele vel isopleura: orthogonia quoque vel scalena. Mille formarum his species*, &c. Ejusmodi larvæ in medium convivium jaciebantur, & ex illis eas figuras, Rex convivii exprimebat, ut mutationis & brevitatis vitæ commonefaceret; & propterea bibendum, ut nihil de fructu hujus vitæ periret. Nam alioquin semper in conviviis mortis mentionem injiciebant, & caput mortui, ubi larvæ copia non erat, in mensa *apponebant*, vel è triclinio suspendebanr. *Scaliger.*

3. *Sic* aptatam, *ut*, &c.] Ita c. Tragur. Priores: *sic aptam ut articuli ejus, vertebræque locatæ in omnem partem flecteren-*

laxatæ in omnem partem *verterentur.* Hanc quum super mensam semel iterumque abjecisset, [1] & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adjecit:

† *Heu,* [2] *heu nos miseros, quam totus homuncio nil est!*
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
Ergo [3] *vivamus, dum licet* [4] *esse bene.*

† *Trimalchio.*

† Lau-

cterentur. Schefferus: *Aptatam*, noster etiam aliàs usurpat in similibus. *Laxatæ*, sine dubio præstantius; sequitur enim catenatio *mobilis.* Wagenseilius: *Sic aptatam -- vertebræque laxatæ -- verterentur.* Collaudo & hanc emendationem tamquam eruditam, multisque nominibûs præferendam lectioni, quæ codices insedit: *Sic aptam --- vertebræque locatæ --- flecterentur.*

4. *articuli ejus vertebræque*] *Vertebræ* generaliter dixit pro *spondylis.* Titius Assert. l. 2, c. 22. Ausonius in eleganti oscillorum descriptione: *Harum vertibularum*, inquit, *variis coagmentis simulantur species mille formarum: elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans*, &c. Vocatque *vertibulas* etiam *σχαστηρίαν*, *(trochleam)*, & simile. Casaubon. in Athen. lib. 4. *Ge. Erhardus.*

1. *& catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret*] Hujusmodi simulacra vocantur *αὐτόματα* & *αὐτοκίνητα* *(se ipsa moventia)*, eadem & *νευρόσπαστα* *(nervorum tractu artificialium mobilia)*. De quibus Horodotus in Euterpe, & Lucian. de Dea Syria. Horat. lib. 2 Sat. 7.

Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser: atque
Duceris, ut uervis alienis mobile lignum,

De *νευροσπάστοις* seu iis qui ejusmodi simulacra ostendebant Aristot. de Mundo, Apul. it. de Mundo, Budæus, Henr. Steph. Vulcanius. *Erhardus.*

2. *Heu, heu nos mis. quam totus h. nil est! Sic erimus cuncti -- Ergo vivamus -- esse bene*] *He heu.* c. Tragur. Dousa MS. ad edit. Tornæs. *totus.* c. v. *cæcus* habebat. Ipse Tornæsius: Post *nil est.* hunc pentametrum aut alium consimilem interponendum puto,

Quam fragilis tenero stamine vita cadit.

Dousa ib. *esse bene.* f. *estque bene.* Idem Dousa in Præcidan. *Heu, heu nos mis.* &c. (In vet. cod. pro *totus, cæcus* exaratum legebatur.) Versus insulsissimi, nihil adeò minùs, quàm genii Petroniani. Itaque suspicatus aliquando fui, pentametri clausulam hoc modo interpolari posse, haud paulò concinniùs:

Ergo vivamus, dum licet estque bene.

Id est: dum per occasionem, perque valetudinem licet, *dumque virent genua*, Nunc & me frustra fuisse, & Petronium Trimalchionis hoc est hominis omnium subidissimi *burras quisquilias, ineptiasque* in joco & vino exprimere voluisse, video demum atque intelligo, hercle verò serió. Itaque recepta scriptura servetur.

3. *vivamus*] Catull. Ep. v.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus

Citante Scaligero, vetus inscriptio Narbonæ: ÆLIÆ. RESTITUTÆ. ANIMÆ. DULCISSIMÆ BELLATOR. AUG. LIB. CONIUGI. RARISSIMAE. BENE. MERENTI. AMICI. DUM. VIVIMUS VIVAMUS. *Vivere* sæpe dicunt poëtæ pro eo, quod est, genialiter vivere; & vitam eam demum vocant quæ voluptaria est. Varro, *περὶ φιλονεικίας* *(de pervicacia Litigandi)* *properate vivere pueræ, quas sinit ætatula ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas.* Lucilius: *Vivite lurcones, comedones*

† Laudationem ferculum est insecutum, plane non
ro exspectatione magnum. Novitas tamen omnium
convertit oculos. Repositorium enim rotundum, duo-
lecim habebat Signa in orbe disposita, [1] super quæ pro-
rium convenientemque materiæ [2] structor imposuerat
ibum: super Arietem, [3] cicer arietinum: super Tau-
um, [4] bubale frustum: [5] super Geminos, testiculos, ac
renes:

† *Encolpius.*

sedones, vivite ventres. S. A. Gab-
ema.

4. *esse bene*] γενικῶς *(generatim)* itam omnem voluptariam comple-
titur. Bacchid. Plaut.

Vbi tu lepidè voles esse tibi, mea rosa mihi dicito,
Dato, qui bene sit, ego ubi bene sit tibi locum lepidum dabo.

Captiv. *scis bene esse, si sit unde.* Ori-
o formulæ, quod cui omnia secun-
la vellent, ei precarentur, bene esse.
ars lapidis Romani. BENE. SIT
ILIIS. FILIABUS. MEIS. QUI
AE. BENE. COLUERUNT. *Gui-
lielmus. Dum licet esse bene*: Senec.
Hercul. fur. --- *novit paucos*
Secura quies, qui velocis --
Memores ævi, tempora nunquam
Reditura tenent. Dum fata sinunt,
Vivite læti. *properat cursu*
Vita citato, volucrique die
Rota præcipitis vertitur anni.

1. *super quæ*] Sic interpolavi pro
ulgato, & Tragur. *superque.*

2. *structor*, &c.] Structores servi
licuntur, qui instruendæ mensæ, ci-
orumque peritè apponendorum cu-
am habent. Plaut. Menæch.

Cereales cœnas dat, ita mensas ex-
struit,
Tantas struices cencinnat patinarias.

Senec. lib. De Vit. Beat. c. XVII.
Quare ars est apud te, ministrare? nec te-
mere & ut libet collocatur argentum, sed
peritè struitur, & est aliquis scindendi
obsonii magister. Iuvenal Satyr. 6.

Structorem interea, ne qua indignatio
desit,
Saltantem spectas.--- Tit. Popma.
Idem Iuv. Satyr. 7.
-- *qui fercula docta Componat.*

Columell. Lib. 1. *fercula struentes. structor* Athen. τραπεζοποιός: Clementi & Polluci τραπεζοποιός. Io. à Wouweren.

3. *cicer arietinum*] Species leguminis; aliud à vulgari sativo. *Gloss. Petron.* Meminère Theophr. & Athenæus. *Fr. Pithœus.*

4. *bubale frustum*] Tornæs. in marg. (alii) *bubalæ. bubulæ* & c. Tragur. Erhardus: *bubale.* Scaliger leg. *bubalæ.* illud verò & Casaubonus retinet. Balb. Cathol. *Bubalus, & bubalis in ead. significatione.* Vetus interpres l. 2 Regum, cap. 6. *Assaturam bubalæ carnis unam.* Strabus glossator: id est, *frustum bovis assatum.* Wagenseilius in dissert. seu censura sua Fr. Tragur. *bubalæ.* Quondam erat *bubale,* quod correxere Tornæsius, Scaliger, Casaubonus.

5. *super Geminos, testiculos ac renes*] Ominor *testiculos ac renes* gallorum, passerum, coturnicum, vulpis fuisse. nam hæc omnia ad Veneris luxuriem excogitata erant. Vulpis enim testiculi, inquit, P. Bayrus, sicci pulverisati, & cum vino bibiti, faciunt ad virgæ erectionem. Idem facit pulvis virgæ tauri cum ovo sorbili bibitus. Similiter renes stinti cum vino bibiti, sunt efficacissimi, prout idem auctor est. *Io. P. Lotichius.*

renes: [1] super Cancrum, coronam: [2] super Leonem, ficum Africanam: [3] super Virginem, stericulam: super Libram.

1. *Super Cancrum, coronam*] Horum verborum interpretatio sumi debet è loco Arati, ubi agit de ortu Cancri, qui ita incipit: *ὅ δὲ ἀφραδέστατος, ὅτε ἠμρκιν & (Cujus imbecillissimi, quum Cancer)*, &c. Vbi vetus Scholiastes ait: *Cùm Cancer imbi est, ut exoriatur, mediam partem Coronæ videre est super terram, alteram partem occasus occupat & obscurat, Corona descendente in occasum.* Ergo *Corona* præit *Cancro*. Ad cujus rei imitationem structor convivii inter illa fercula, quæ imitabantur duodecim signa Zodiaci, *coronam* collocavit super *Cancrum*, servato in ferculis ordine cœlesti. *Car. Pasthalius.* Nimirum, *Corona* signum cœleste supra humerum Artophylacis. Virgil. 1 Georg.

Gnosiáque ardentis decedat stella Coronæ.

Exoritur cum Scorpione, *Cancro* & Leone oriente occidit. Gnosia, ab Ariadne filia Minois Regis Cretæ, cujus Gnosos oppidum. Erhardus: Martial. lib. 13 Ep. 51 de turdorum *corona*.

Texta rosis fortasse tibi vel divite nardo:
At mihi de turdis facta corona placet.

It. Tornæsius: *Coronam* (in m.) turdorum. Nam (inquit) cùm Sol *Cancrum* permeat, coronarum frequens usus est. I. P. Lotichius: *Coronam* alioquin piscium genus esse memini, quam malim hîc ad *cancrum* intelligi. Sed vix *corona* cibus fuit. Apparebit id infrà, ad verba *nihil super illum (Cancrum) posui.*

2. *Super Leonem, ficum Africanam*] Hinc illustrari multa auctorum loca possunt, qui *feras Africanas* absolutè ponunt, contra interpretum varias sententias. Certum est enim nullas alias feras, quàm leones intelligi debere. Phil. Pareus in Notabil. Palatinis. *Erhardus. Fici Africanæ* meminerunt Varro de R.R. lib. 1, c. 41: & Columell. lib. 12, cap. 15. *I. P. Lotich.*

3. *Super Virginem stericulam*] Tornæsius, *sericulam* (ubi Dousa: c. M *tericulam*). Wouwer. Frellon. alii *stericulam*. Tragur. fragment. *sterili culam*. Audiamus, ut hîc locus varios interpretes torserit; sic enim Gonsalius enarrante Gabbema cum Tornæsio *sericulam* legentes: Accurata ex antiquis editio Lugdunensi Ioan. Tornæsii hîc ad marginem habet: *Nempe serotinam; quæ Augusto matureſcit.* Serotina intelligens poma, quorum apud priscos agricultores mentio; notumque est, Augusto mense Solem ingredi Virginis signum. Wouweren quidem legit *steri culam*: Etsi variæ, ait, adduci possent conjecturæ, ut desperatissimo loco mederetur, veluti si legas *rusticolas* ex perdicum genere, de qua sic lusi Martialis lib. 13 Distich. 76.

Rustica sum perdix, quid refert, si sa por idem.
Carior est perdix: sic sapit illa magi

Vel, quòd in Gloss. Isidori: *Su riculum*, edule, vel, *histriculum*; qui de virgine sermo: notat autem pu rum grandiorem. tamen desipe puto his somniis veram lectione quærere; erui posset ope MS.. A Tragur. *sterilículam* Schefferus: P compendium scripturæ, existimo vulvam intelligit ex sue castrat Celsus 11, cap. 23, ubi de rebus stomacho idoneis: *Ex sue, ungula, ri stra, aures, vulvæ, sterilesque.* Ita hi bet vetustissima editio. vulgò edun *vulvæque steriles*, contra mentem scr ptoris, qui probat vulvas, etiam st riles. Ab hoc *steriles* apud nostru sunt *sterilículæ* per diminutionem, i qua vulvæ sunt intelligendæ. Rein sius: Vera lectio, *stericulam*; at p compendium scripturæ sic nomina *sterilículam* haud credam. *Stericula* m

bram, [1] ſtateram, in cujus altera parte [2] ſcriblita erat, in altera [3] placenta: ſuper *Scorpionem*, *piſciculum marinum*: [1] ſuper

hi diminutivum ſecundi gradus eſt, quod genus valde amat *Petronius*, *à ſterula*; Hoc à *ſtera*. Ita *olla*, *ollula*, *ollicula*; *glomus*, *glomulus*, *glomiculus*, *glomicellus*, &c. qualia bonis auctoribus in uſu. *Stera* autem in manuſcr. veteribus, præſertim rei medicæ, Græcum ὑστέρα i. e. uterus, matrix, vulva; inde ſterica pnix *Silvat. Pand. c.* 376: hyſterica pnica *Theod. in Gynac. cap.* 1: ὑστερικὴ πνιξ i. e. matricis præfocatio, ex utero ſuffocatio, & ſimilia. *Μήτρα* vulvæ, præſertim ſuum in deliciis veterum. Plin. l. xi, c. 37: Plut. 3 Symp. 9: Athen. l. 3. Eæ in triplici differentia; ejectitiæ, ἐκβολάδες, quæ ejecto fœtu; porcariæ, quæ edito fœtu, ὀκθηχιάδες: ſteriles, quæ de virgine porca, ut loquitur Martial. lib. 13 Ep. 56, ſeu caſtrata, vetere Germanico idiotiſmo *nonna*, ſumerentur. Signo autem Virginis impoſita fuerat ſtericula ſeu uterculus ex ejuſdem generis porca, quæ nondum conceperat vel pepererat. In eandem quidem ſententiam lectio altera cum ſua interpretatione collimat; ſed tum fingenda eſt ellipſis ſubſtantivi: quod licere dubito. Certè nemo, puto, concipiet, ſi *ſterilículam* abſolutè nominavero, Virginis porcæ matricem; eſt enim adjectivum iſtud indifferens ad alia quoque animalia. Aſſecutus hanc ipſam interpretationem Io. Petr. Lotichius in ſuis excurſionibus Medicophiloſophicis ad Petron. ubi prolixe diſputat, per *ſtericulam*, *vulvam* ſuis virginis, ſterilisque, i. e. caſtratæ intelligendam, adducto pro ſe locô Plinii lib. . . c. 37, de differentiis *vulvæ porcariæ*. *Vulva* (ait Plin.) *ejecto partu melior quàm edito*, &c. aut potiùs interprete Cornel. Vitellio in Georg. Merulam, & illo Martialis:

Te fortaſſe magis capiet de virgine porca.

1. *ſtatera*] Propriè trutinæ ſpecies altera, cui oppoſita libra: illa ſine lancibus, hæc cum. G. I. Voſſius.

2. *ſcriblita*] Martial. l. III Ep. XVII.

Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis.

Eſt antiquis notiſſimum bellarium, ſecundis menſis apponi ſolitum, *ſcriblita*. Integrum nomen ſcribilita eſt, ut legitur apud Plaut. in Prol. Pœnuli:

Dum ludi fiunt, in popinam pediſſequi
Irruptionem facite, nunc dum occaſio eſt,
Nunc dum ſcribilitæ æſtuant, occurrite.

Sed per ſyncopen ſcriblita à poëtis metri cauſâ dicitur, quàm facere docuit M. Cato lib. de R. R. c. LXXIIX. Alii legunt, *ſtribilita*, ἀπὸ τῦ στρέφειν, quod eſt *torquere*, ideo, quòd in circuitu torqueatur reſtis in modum. Vnde nos *tortam* dicimus. *Ramirez. Scriblita*, hoc ſolùm differens à placenta quòd ſine melle coquebatur, & ferventiſſima edi ſolebat. Martial. l. 3.

Circumlata diu — ſcriblita —
Vrebat nimio ſæva calore manus.
Anonym.

3. *placenta: ſuper* Scorpionem, piſciculum marinum: *ſuper Sagittar.*] *Super Scorp. piſc. mar.* ſc. ejuſdem nominis. lectio eſt codicis Tragur. Tornæſ. *placenta:* * (cum aſteriſco ſcilicet defectûs, cujus vigore in marg. & Var. lect. Deeſt fortaſſis, *ſuper ſcorpium ejuſdem nominis piſcem.*) *ſuper ſagittar.* Schefferus: Lego, *ſuper ſcorpionem*, *ſcorpionem piſciculum*. Librarius ineptus malè repetitum *ſcorpionis* vocabulum puravit. In editis eſt, *ſuper ſcorpium* *. ſed *ſcorpionem* habet etiam Plinius, qui & juris ex eo facit mentionem, his verbis: *Omnium piſcium jus alvum emollit, ſed optimum ſit è ſcorpionibus.* Wouweren, & R. Herm. *placenta: ſuper ſagittar.* Frellon. & Lotich. *placenta: ſuper ſcorpium* * *ſuper ſagitt.*

[1] *super Sagittarium odopetam:* [2] *super Capricornum, locustam*

Quid si *super Scorpium, scorpionem piscículum marinum?* Nam Plin. lib. 32, c. 11, *scorpionis* & *scorpii* voce pro pisce marino promiscuè utitur. Sicque juxta Tragur. lectionem, & mens Tornæsii Schefferianáque obtineretur.

1. *super Sagittarium odopetam*] c. Tragur. *oclopetam*. Erhardus: Nisi magis placeat *otopetam* de oto vel otide intelligendam, de qua ave Athenæus lib. 9. *Φασὶ γὰρ τὸν ὠτὸν καὶ τὴν τραγῳδὸν ἀνεκμηρυᾶν, ἡδέως δ' ἂν ἴσως τις ἐπὶ γῆν τὰς ὄψεις ἐποιήσατο, ἡνίκα ἐσθίοντα, ἢ μηρυκώμενον ὁρᾷ τὸν ὠτὸν καὶ τὸν ἵππον ἐλαύνοντα. Φασὶ γὰρ ὅσους ἂν θέλῃ ἀφορμᾶσθαι γάρ* (*Aiunt enim otum & ruminare, & equo delectari. unde si quis pelle induatur equina, capiet quotquot volet, ultro quippe accedent*). Planè ad *Sagittarium*, cujus maxima pars equina. Sed ne *auritti* vocabulum requiramus, talis otus, & hinc dicitur. Id. Athen. ib. ex Aristotele: *ἔχει τε παρὰ τὰ ὦτα τῶν ἐρεύγματα δύο, καθ' ὧτα καλεῖται* (*habet juxta aures* [*ὦτα*] 2 *alulas, unde & otus appellatur*). Pariter Plinius lib. 10, c. 23. *Otus bubone minor, noctuâ major, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi. Quidam Latinè asionem appellant.* An non ab auribus sic exsertis? Gesnerus adnotavit. Iam verò quantum ad fercula hæc ead. avis faciat, pauca item Athenæi verba docent: *τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἡδέα ἐστὶν* (*caro earum suavis.* Eryc. Puteanus epist. ad Goldast. Savaro *otopetam* intelligit de lepore, si Scheffero standum, pisce, non dixero eo quem Plin. lib. 9, c. 48 memorat, sed de alio forsan, sic verò subjungit: Sed non video, qua ratione Sagittario conveniat, qui profectò non venatur pisces. Gabbema Savaronem per *otopetam* lampetram, auritam, auribúsque foraminatam capere ait. adstipulatur Erhardus. Wouweren: L. *otopetam.* Glossæ: *Auritus ὠτοπετὴς*, ut canem venaticum innuat, quia is competens Sagittario. Sed per fidem nugæ, & ineptiæ merx. Locus, ut videtur, desperatus, & laureolæ Criticæ superstes; nisi quid effecerit Erhardus, cujus hæc sunt verba ante ea quæ initiò allata: Lego constanter *otopetam*, *ὠτοπετὴς*, *auritus.* Leporem autem hîc intelligo, qui *auritus* dicitur Germanico, Phænom.

Auritum leporem sequitur canis & fugit ille.

Nec inconcinnè super *Sagittarium.* Hic enim instar Centauri pingitur, nisi quòd cum arcu: at Centaurus è thyrso dependentem gerit leporem in Hygini imaginibus. Nisi *&c.* His ita congestis, incidi in Scholia Reinesii, cujus verba ad Tragur. lection. *super sagittarium oclopetam:* Locus, inquit, à Viris doctissimis tentatus variè, tandem habitus pro desperato, quique ex aliis restitui non potuit hactenus, ex hoc Codicis Traguriensis, quem vel hoc solo nomine pretiosum habemus, facillimè, si quid video, potest. Istud enim *oclopetam* ad veram, primævam, Petronii ingenio & stilo convenientem lectionem manu me ducit. Scripserat *sclopetam* vel *stlopetam. Sclopeta* verò novatum à Petronio est, uti alia nonnulla „cum insigni gratia & venustate censumque Latinorum inopem bellè locupletat. Neque enim elegantius, *δεινότερον*, *ἐμφαλικώτερον καὶ ἰδιαίτερον* (*vehementius, significantius & magis propriè*) exprimas puerile istud ludicrum instrumentum quo globulò è stuppa, simílive materia instructo, & penetrante bacillo explosò, sonitus (quem *ὀνομαστοποιηθὲν* [*ficto novo nomine*] vocant *sclopum, stloppum*) editur Germ. *eine Klatschbüchse.* Cur Sagittario *sclopetam* imposuerint satis lucet; nim. arcum hujus, quo metam ferire instituit, eâ repræsentari; ut paulò antè signum Libræ staterâ, voluit Trimalchio. Iamque animus erat *sclopetam* textui

cuſtam marinam : [1] ſuper Aquarium, anſerem : ſuper Piſces, [2] duos mullos. In medio autem ceſpes cum herbis exciſus [3] favum ſuſtinebat : Circumferebat [4] Ægyptius puer [5] clibano argenteo panem, atque ipſe etiam [6] teterrima

textui donare, ſi quid de cibi genere, minimum quomodo ſuper Libra in ſtatera de ſcriblita innotuiſſet. Nam *ſtlopi* vox ſatis antiqua, exſtat apud Perſium :

Nec ſtlopô tumidas intendis rumpere buccas.

2. *ſuper Capricornum locuſtam marinam*] *Locuſtæ* ſunt piſces marini e genere cancrorum, ab illis caudâ diſtantes. *Erhardus.* Locuſtam marinam Capricorno ideo videtur aſſignare, quòd id genus adverſis cornibûs inter ſe dimicet arietum modô. Plin. l. IX, c. XXX. *Locuſtæ reptantium modô fluitant : ſi nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ ſunt propria rotunditate præpilata ad latera porrectis : iiſdem erectis in pavore obliquè in latera procedunt. Cornibûs inter ſe dimicant.* Douſa F. *ſuper Capricornum locuſtam.* c. Pithœi habet, *ſuper capri cornua l.* Scriver. MS. in Tragur. c. eſt : *ſuper capricornum, in quo cornua erant, locuſtam*, &c. Scribo verò in qua, ſcilicet *locuſta*; dicit, ideo capricorno aſſignaſſe locuſtam, quoniam & ipſa habeat cornua, eaque fuiſſe relicta in locuſta illa, quæ tum apponebatur. *Io. Scheffer.*

1. *ſuper Aquarium, anſerem*] *Anſer* veteribus inter ea vocabula, quæ ſine præfatione honoris vix nominata. Vnde infra Petron. *Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis acceptiſſimum* Et ideo ſuper *Aquarium* arbitror *anſerem* impoſitum, quòd ille non tam aquarius ab aqua pura, quàm inceſta, Iovis ſc. pullus. Plane *anſer.* ſcorta dicta docet Artemidorus lib. I, c. LXXIII; item lib. IV, c. LXXXV. curque id nomen ſortiti ſint docet idem lib. I, c. XXI, & XVII. *Ge. Erhardus.*

2. *duos mullos*] Genus piſcis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ : tanti autem pretii, ut à Plin. lib. 9, cap. 17 memoriæ proditum ſit, Aſinium Celerem, virum Conſularem Claudii Cæſaris temporibûs, *mullum* unum octo millibûs nummorum emiſſe : quum tamen, eodem Plinio teſte, hic piſcis duarum librarum pondus raro excederet. Horat. lib. I, Satyr. 2.

-- laudas inſane trilibrem
Mullum. ---- Martial.
Nolo mihi ponas rhombum, mullumve bilibrem. Anonym.

3. *in medio favum*] Ovid.

Et de purpureis collecta veſtibus uvæ,
Candidus in medio favus eſt.

Varro de re Ruſtic. *favus, & in ſecundum menſam adminiſtratur.* Fr. Pithœus. *Favus*, propriè apum domus & cellulæ. Amb. Calep. ſed metonymicè pro melle.

4. *Ægyptius puer*] Æthiops. Feſtus : *Ægyptiaci, Æthiopes.* Pueri Æthiopes veteribus in deliciis. *Io. à Wouweren.*

5. *clibano argenteo*] Inſtrumentum placentis potiùs, quàm pani coquendo aptum. Differt à furno, quòd hic major ſit & immobilis : *clibanus* autem minor, ut quocunque viſum fuerit poſſit transferri. Antiquitus ex *teſta* ſeu opere figulino fieri ſolebat; poſtea etiam ex *ferro* vel *ære* : hic autem clibano *argenteo* circumferebat panem, ad delicias nempe & majorem lætitiam. *Anonymus.*

6. *ipſe etiam teterrima voce*] Lege *tenerrima*, nam Ægyptiaci pueri ſuavitate cantionum commendantur. Martial.

rima voce [1] de laſerpitiario mimo canticum extorquet. Nos ut triſtiores ad tam viles acceſſimus cibos, † ſuadeo, inquit Trimalchio, cœnemus; hoc eſt jus cœnæ. ‡ Hæc ut dixit, ad ſymphoniam IIII tripudiantes [2] procurrerunt, ſuperioremque partem repoſitorii abſtulerunt. quo facto, videmus infra, ſcilicet [3] in altero ferculo.

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

Cantica qui Nili, qui Gâditana ſuſurret. Io. à Wouweren.

1. *de laſerpitiario mimo canticum extorquet*] Sic & Frellon. ſed Tornæſ. *de* * *laſerpiciario minio* (in m. *laſerpitio & minio*) *c.* * *ext.* (in m. *intorq.*) Wouwer. R. Herm. *de laſerpitiar. m.* * *c. e.* Lotich. *d. l.* * *c. e.* Tragur. c. ut mox. Erhardus: *Mimus laſerpitiarius*, qui tibiam ex caule vel radice *laſerpitii* habebat, voci expurgandæ. *Laſerpitium* enim, ut Dioſcorides ſcribit, *veteribus faucium ſcabritiis opitulatur, gravem ſubitoque irrauceſcentem vocem, dilutum aquâ ſorbitione confeſtim expedit.* Etyc. Putean. epiſt. ad Goldaſt. Schefferus ad Patavinum fragmenti Tragur. *de laſerpicario mimo canticum extorſit*, MSo habente cum vulgatis *laſerpiciario*: Variè hic locus ſcribitur in vulgatis, nec à doctis modo eodo emendatur. Nos hanc noſtri lectionem non exiſtimamus contemnendam. Ordo hic eſt: *ipſe extorſit canticum mimo.* quale canticum? *de laſerpicario, teterrima voce.* Canticum de laſerpicario, expono cantilenam in laudes laſerpicarii. *Laſerpicarium* id, quod eſt conditum *laſerpitiô*. *Laſerpitii* uſum in cibis fuiſſe creberrimum commendatiſſimumque, docet Caſaubonus pluribûs ad Athenæum. Itaque ut laudes aliarum rerum, vini puta, & ſimilium: ſic planè laſerpitii credo cantilenâ expreſſiſſe. quam proinde mimus iſte debuit cantare. Quanquam cùm nullius mimi mentio ſit antè facta, rectiùs hæc acceperimus de ipſo puero, cantionem iſtam à ſe extorquente, quoniam cantabat voce teterrima: extorquente autem mimo, id eſt, geſticulatione quadam. *Mimus* enim, teſte Diomede, *ſermonis cujuſlibet motuſque ſine reverentia, vel factorum turpium cum laſcivia imitatio.*

2. *procurrerunt*] Editio c. Tragur. Patavina, *percurrerunt*. Sed MS. bene poteſt legi *proc.* Schefferus: *percurrerunt. Procurrerunt*, habent editi. Ego temere nil muto; nam & infrà noſter: *Ille dimiſſus circa menſam percucurrit. Percucurrerunt*, eſt, *cucurrerunt.* Neſcio an tutò imitari liceat *percucurrerunt.*

3. *in altero ferculo*] Suprà, *Laudationem ferculum inſecutum eſt*: primum ſcilicet, ſub quo erat alterum iſthoc Romani namque vetuſtiſſimi, epulas magnificas binis ferculis diſtinguebant, non ſingularibus patinis ut perperam exiſtimavit Stockius, ſed patinarum ſtruicibûs. Eam frugalitatem Cato prædicat; cujus ævô jam tum *luxuriæ victu Martis marcebant mœnia.* De Auguſto ſcribit Sueton. c 74. *Cœnam ternis ferculis, cùm abundantiſsimè ſenis præbebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma comitate.* Ex quo patet quantula particula, tantùm de luxuriosa iſta Trimalchionis cœna ſuperſit, quippe cujus præter guſtationem & bina iſta fercula nihil reliqui habeamus. Numeroſa autem fuiſſe apposita haud dubiè credentibus perſuaderi facilè poteſt, & Sarisberienſis omnem ſcrupulum eximit. Erhardus. Igitur *ferculum*, vel ſumitur pro ſingulari patina, ut in illo Flacci Serm. Sat. 6.

Multáque de magna ſupereſſent fercula cœna.

Ve

ferculo, altilia, & [1] ſumina, leporemque in medio pinnis ſubornatum, ut Pegaſus videretur. Notavimus etiam circa angulos repoſitorii [2] Marſyas IIII, ex quorum utriculis [3] garum piperatum currebat ſuper piſces, [1] qui

Vel pro miſſu; ac geſtamine plurium non modò ciborum, ſed aliarum etiam rerum, ut *fercula* pompæ triumphalis, ludorum, ſacrorum, pro rebus quæ tunc portantur aut vehuntur; in triumpho quidem ſimulacra oppidorum, ſpolia hoſtium, coronæ, machinæ, &c. it. *fercula* ſpoliorum. Sic Sueton. Seneca, alii. Sed & *fercula* Acron docet eſſe pulpita, in quibus deorum effigies reponebantur. Quæ variæ ſignificationes hîc iſtic in Noſtro ſe exſerent.

1. *ſuminâ*] Venter ſuillus infra umbilicum cum uberibus, in deliciis, Romæ olim habitus. *Gloſſ. Petron.*

2. *Marſyas* IV *ex quorum utriculis*] Romani dupliciter ducebant aquam, aut per ſubterraneos cuniculos, aut opere arcuato. In iſtis verò aquæductibus erant quædam receptacula, *caſtella* dicta, eaque ut plurimùm plumbea, *l. venditor xxxiix* §. *ultim.* π̃ *de action. Empt.* ex quibus ad omnes viarum anfractus aqua per uncias, & digitos dividebatur; quique iſtiuſmodi caſtellis præerant, *caſtellarii* dicebantur. Præterea ubi aquæ per hos cuniculos ita ductæ ad ſalientes, hoc eſt lapides ſive lapideas perſonas, perveniſſent, tunc ex illis per roſtra, verenda, aut aliam partem corporis in terram vel ciſtam lapideam ſaliebant. Quæ perſonæ, modò *Marſyæ*, modo *Satyri*, modò *Atlantes*, modò *Hermæ*, modò *Chirones*, modò *Silani*, ſive *Tullii* vocabantur, *l. fundi* XVII §. *caſtella* π̃ *de act. Emt.* Feſtus in *Tullios*; Iuv. Sat. III, & IIX; Celſus lib. II, c. XIX. *Io Weitzius.*

3. *garum piperatum*] *Garum* eſt liquamen, quod ex piſcibus paravit antiquitas, magno in pretio erat apud Romanos; ejus uſus ita intercidit, ut, quid olim fuerit penè ignoretur. Iulius Alexandrinus, non imi ſubſellii medicus lib. de Sanit. tuend. credit, veterum *garum* eſſe *caviaro*, quod etiam ex piſcibus paratur; tum quòd nominis aliqua ſimilitudo, inter *caviaro* & *garum* ſit. Sed immane quantum ἐκτὸς τῶν ἐλαίων φέρεται (*extra oleas vagatur*); nam *garum* ex piſcium inteſtinis debitè maceratis liquamen: *caviaro* verò ex ovis ſturionis potiſſimùm paratur ac ſolidum eſt ſalſamentum. Fiebat autem *garum*, teſte Plinio, *inteſtinis piſcium, cæteriſque, quæ abjicienda eſſent, ſale maceratis, ut ſit illa putreſcentium ſanies.* Hoc olim conficiebatur ex illo piſce, quem Græci *garon* vocabant. Sic Suidas: ὁ γὰρ γάρος ἐστὶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν σηπεδὼν, *nihil aliud eſſe garum præter putredinem.* Cœlius Aurelianus lib. II tard. Paſſion. cap. I, ab omnibus claſſicis auctoribus diſſentit: *garum*, inquit, *eſt liquamen ex piſce ſiluro confectum.* Plinius præſtantiſſimum *garum* ex ſcombro parari auctor eſt lib. XXXI, cap. VIII. *Nunc eſt ſcombro piſce laudatiſſimum,* &c. Erat autem liquor ille non clarus, ſed quaſi nigricans, nam cruenta erat piſcium ſanies, unde à Galeno *nigrum* vocatur lib. III de comp. Medic. ſecundum locos. Aetius etiam meminit γάρου μέλανος (*gari nigri*). Non bibebant *garum*, ſed pro intinctu tantùm in uſu erat. At veteres ad embammata & intinctus varios liquores *garô* permiſcebant, aquam, vinum, oleum, acetum, unde οἰνόγαρον, ὑδρόγαρον, ὀξύγαρον, ἐλαιόγαρον (*vinogarum, acetogarum, aquægarum, oleogarum*); ſic aromatibûs etiam conditum erat *garum*: de

[1] qui in Euripo natabant. Damus omnes plausum à familia [2] *inceptum*, & [3] res electissimas ridentes adgredimur. Non minus & Trimalchio [4] ejusmodi methodio lætus, † Carpe, inquit. ‡ Processit statim [5] scissor & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut [6] putares *essedarium*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

de quo Petronius hoc loco. Petrus Bellonius lib. I Observ. c. lxxv refert, non solum Constantinopoli, sed etiam in universo Turcarum imperio frequentissimum esse *gari* usum. Nec satis fuit nisi & medici his deliciis artem suam inficerent; nam ut ægrorum palato delicato consulerent, *purgatorium garum*, excogitarunt, quod Aëtio l. III γάρων καθαρτικὸν σκευασίας, qui ibidem modum docet præparandi. V. Lud. Nonnium, & Vossium lib. 4, c. 26 de orig. & progr. Idololat. S. A. Gabbema.

1. *qui in Euripo*] Tragur. MS. *quicunque euripo.* Wouweren: De *Euripo* & ejus fluxu Plinius, Strabo, alii. Ab eo quemvis rivum *Euripum* vocat Plin. lib. I Epist. III: nam & lacus seu fossæ, quibûs ad munimentum arena circumdata Euripi. Suet. Cæs. XXXIX. Tertull. adv. Hermog. *Civitas exstruxit theatrum, scena erat talis, & statua super Euripum.* &c. ita festivè Petron. *Euripum* adpellavit, latiorem repositorii seu patinæ fundum.

2. *inceptum*] c. Tragur. Alii, *cœptum.*

3. *res electissimas*] Cibos. Iuvenal. Satyr. II.

Convivam caveo qui me sibi comparat, & res
Despicit exiguas.— Publius:
Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Non aliter hoc exponendum, quod crux fuit nupero Criticorum perduelli. *Ga. Barthius.*

4. *ejusmodi methodio*] Methodium pro methodo, id est, fictione seu ludificatione. *Dousa.* Wouweren: Leg. metodio. μετωδείῳ, id est, interjecto canticô.

5. *Processit statim scissor.*] *Scissorem* eundem faciunt cum carptore, diribitore, & structore, Titus Popma, ac Pignorius. Eleganter Seneca Epist. XLVII. *Cùm ad cœnandum discumbimus, alius sputa detergit, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aves scindit; pectus, & clunes, certis ductibûs circumferens manum eruditam, in frusta excutit. Infelix qui huic rei uni vivit, ut altilia decenter secet! nisi quòd miserior est, qui hoc voluptatis caussâ docet, quàm qui necessitatis discit.* Gabbem. *Scissor*, scindendi obsonii magister. Senec. Martial.

Vnguentum fateor bonum dedisti
Convivis herè, sed nihil scidisti.

Fr. Pithœus.

6. *putares* essedarium —] Priores: *putares Darium.* Quid si *Daren*, vel *Daretæ* legamus? *Dousa P. Essedarium* ex MSo fluit Tragur. ubi sic legitur: *ut putares essedarium hidruale cantante pugnare ingerebat. Nihilominus.* Quæ Patavina editio sic cætera bene expressit, nisi quòd inter *essem*, & *esse*, & d, ac D non distinxerit: *ut p. essem Darium*, &c. prout in edit. Ad edit. Patav. Schefferus, & illustr. Gronovius: Suspicabar scripsisse, *ut putares Bessum in Darium hydraule cantante pugnare.* Notum est ex Curtio Bessi facinus. *Bossus*, ait, *& cæteri facinoris ejus participes vehiculum Darii assecuti, irâ accensi tela injiciunt in Regem, multisque confossum vulneribûs relinquunt.* Huc allusisse videbatur, planè sicut Martialis lib. XI Epigr. in Cæcilium allusit ad Thyestæ fabulam in re simili, ubi ait:

Atreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas, quasi filios Tyestæ,

In

rium [1] hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalchio [2] lentissima voce, [3] Carpe. Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem totiens iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui supra me accumbebat, hoc ipsum interrogare. At ille, qui sæpius ejusmodi ludos spectaverat, † Vides, inquit, illum qui obsonium carpit? [4] Carpus vocatur. Itaque quotiescumque dicit, [5] Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat. ‡ Non potui amplius quicquam gustare; sed conversus ad eum, [6] ut plurima exciperem, longe arcessere fabulas cœpi, [7] sciscitarique: quæ esset illa mulier, quæ huc atque illuc discurreret: † Vxor, inquit, Trimalchionis, Fortunata adpellatur, [8] quæ nummos modio metitur. Et [9] modo quid

† *Conviva.* ‡ *Eucolpius.* † *Conviva.*

In partes lacerat secatque mille.

Verùm suadet Cl. Gronovius, *ut putares essedarium*, pro *essem Darium*. Id quod vehementer placet, propter additum *hydraule*, cujus nescio an sit locus satis in lectione altera idoneus.

1. *hydraules*] Qui organo isto musico in decursu aquæ sonum reddente, canit. *Gloss. Petron.*

2. *lentissima voce*] Apud Ramirezium in Hypomnemat. ad Martial. lib. I Epigr. 51 legitur, *tentissima*, an leg. *leniissima?* sed illud magis congruit imperanti, cujus vox esse solet clara & intentior seu vehementior. *Ge. Erhard.*

3. *Carpe*] Tragur. cod. bis: *Carpe, carpe.*

4. *Carpus vocatur*] *Carpus* olim & verum nomen fuit, ejus memoriam bis, aut ter in Lapidibus inveni. Sic in Inscript. Gruteri p. IↃCIX, VI ex urna marmorea: D. M. CARPO FILIO. DULCISSIMO. VIX. ANN. II. DIEBUS. XXVIIII. CARPUS. CÆSARIS. LIB. Iterum ibid. num. v. sic & p. IↃCXXII, III, ex ara sepulchrali: CARPUS. AUG. LIB. BALLANTIANUS. &c. Iterum p. IↃCCCXLV. & aliàs. Etiam apud Mart. lib. VI Epigr. XXXIX. *I. A. Gonsalius.*

5. *Carpe, eodem verbo vocat & imperat*] Vocat, quia *Carpus* vocatur; imperat, quia *carpere* est, scindere obsonia. *Carpere* enim est verbum conviviale, id etiam haud incommodè significans. Martial. lib. III Epigr. XIII.

Dum non vis leporem, dum non vis carpere mullum. Idem.

Carpus Iuvenali *carptor*, & *chironomanta* Sat. 5. *Anonym.*

6. *ut plurima*, &c.] Tragur. c. *ut quam plurima exciperem, longe accersere fabulas cœpi.* Sed perinde est, sive *arcesso*, sive *accerso*, utrumvis *advoco*. Vossius, contra Charisium.

7. *sciscitarique: quæ esset*] MS. Tragur. *sciscitari, que* (i. quæ) *esset.*

8. *quæ nummos modio metitur*] Horat. lib. I Satyr. I. --- *Dives,*
Vt metiretur nummos. ---
Plaut. in Prol. Menæch. vers. XV.
Nunc argumentum vobis demensum dabo,
Non modiò, neque trimodiò, verùm ipso horreo.
Ist est, abundantissimè, sic ut ordinarius

quid fuit? Ignoscet mihi Genius tuus, noluisses de manu [1] *illius* panem accipere. [2] Nunc nec quid, nec quare, [3] in cœlum abiit, & [4] Trimalchionis tapanta est. Ad summam, mero meridie si dixerit illi tenebras esse, [5] credet.

rius admetiendi modus, qui fit per modios, superetur, & per horrea computandum sit, quod instar frumenti demensi datur. Xerxes & ejus exemplô pòst Darius, qui cum Alexandro bellum gessit, ad recensendam multitudinem infinitam exercituum suorum, circumvallato locô, qui decem millia caperet hominum armatorum (τεῖχος μυρίανδρον [*murum, septum, pro* x *mille viris*) vocat Aristides Rhetor] numerum copiarum iniere. *S. A. Gabbem.*

9. *Et modo quid fuit*] c. Tragur. & modo modo *q. f.*

1. *illius*] c. Tragur. alii, *ejus.*

2. *Nunc nec quid, nec quare*] Sic & MS. Tragur. pro quo edit. Patav. *Nunc quid, n. q.* Gabbema: Epigramm.

--- ἀγαπῶμαι·
Τίς δὲ καὶ ἧς, καὶ πῶς ἡ Θεὸς οἶδε μόνη.
&, --- τόδ' ἐκ τίνος ἢ πότε καὶ πῶς,
οὐκ οἶδα.

(--- *amorque;*
Sed cur, quo pacto, noverit una dea.
--- *ex quo, qua ratione,*
Hoc ego non novi.)

3. *in cœlum abiit*] Hoc dicit antè fuisse pauperculam, nunc beatam & quasi in *cœlo* collocatam. Huic *in cœlum abiit*, confine est, *in cœlo esse*, pro eo, quod est, supra modum fortunatum esse ac gloriosum. M. Tullius ad Attic. l. 2. *Bibulus in cœlo est, nec quare scio: sed ita laudatur quasi unus homo nobis cunctando restituat rem.* Erhard. Ad rem etiam Seneca: *Subsilire in cœlum ex angulo.* Ia. Dousa.

4. *Trimalchionis tapanta est*] Sic quidem ex Lipsio & Lotichius; sed Tornæs. Wouweren, alii, etiam c. Tragur, *topanta*, vel *Top.* τὸ πᾶν omne, τὰ πάντα omnia. Gabbema: Vsurpavit proverbium, quo Varro in Sesquiulysse, *Hic enim omnia erat, item sacerdos, prætor, parochus, denique idem Senatus, idem populi caput*, Demosthenes, πᾶν ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς (*omnia ille iis erat*). Lucianus amorem Stratonices in Combabum exprimens, καὶ οἱ πάντα Κόμβαβος ἦν, *ipsi omnia erat Combabus*). *Lipsius.* τὰ πάντα, Germanico-Latino proverbiô: *das* fac totum. Erhard. Inscriptio Isidis Capuæ ad S. Benedicti: TE. TIBI UNA. QUÆ. ES. OMNIA. DEA ISIS. ARRIUS. BALBINUS V. C. *S. A. Gabbema.*

5. *credet*] Hìc proximè post verbum *credet*, signatis 2 * Gabbemiana editio eod. charactere impressa inseruerat verba Ioan. Sarisberiensis de Nugis Curial. lib. 81, c. 7. *Cœnam Trimalchionis*, &c. usque *luxuriam tollebat* (eadem & in Frelloniana video, sed distinctis typis). Posthæc 3 * signatis, *Comprobamus factum*, &c. Quæ verba Sarisberiensis (vel, Salisber.) à I. Dousa ut Tilebomenus alicubi indicat, ad marginem procul dubio ordinata, similive locô habenda, non cum Petronio olim confundenda, consortiô characteris, & textu exsui; locus autem ubi leguntur, excerpente Erhardo, hic est: *Sed quod sine rubore fidelium dici vel audiri non potest, infidelibus (teste Macrobio) plura turpia & luxuriosa videbantur, quæ seculo nostrô placent, & obtinente luxu magnifica appellantur. Nam Titius in suasione legis Fanniæ, objicit seculo suo, quòd porcum Trojanum mensis inferant; quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibûs gravidum, sicut Trojanus ille equus gravidus armatis fuit. Cœnam Trimalcionis apud*

det. *Ipse nescit* [1] *quid habeat, adeo* [2] *zaplutus est; sed hæc eupatria provident omnia,* [3] *&, ubi non putes, est.* [4] *Sicca, sobria,*

apud Petronium si potes ingredere, & porcum sic gravidari posse miraberis; nisi fortè admirationem multiplex ignota & inaudita luxuria tollat. Et multa quidem quæ nos usu vel abusu edocti non miramur, visa sunt admiranda, imò & stupenda majoribus. Nam & porcum non jam Trojanum, sed domesticum dicimus, & in hunc modum farciendo quam plurima facimus esse Trojana.

1. *quid habeat*] quàm dives sit. Eleganter isto sensu, *habendi curam* dixit Phædrus noster in præf. III; & Seneca *syngraphas* vocavit *vacua habendi simulacra*, VII Ben. 10. *Io. Schefferus.*

2. *zaplutus*] pro MSi, & Patavino *saplutus*, quod primum est inter ea, quorum, ceu *infestorum* & *horridorum*, clenchum scribunt, DD. Reinesius, Valesius & Wagenseilius; *saplutus*, numerant, *scordalia*, *bacalusia*, &c. Schefferus: Quàm multa sunt in Cicerone ipso rara, de quibus nemini, opinor, crederes, nisi legi apud ipsum deprehenderes: ut *dimetiti*, pro, *dimetati*, *juratus est*, pro, *juravit*, *successa cui velle omnia*, *putissimus*, *præmolestia*, *partior* pro, *dividor*, *obiratus*, *involatus*, *agricultio*, aliáque plura, de quibus integrum quondam scripsit librum Statilius Maximus, quem *Singularia Ciceronis* nuncupavit. Talia occurrunt quoque apud cæteros notæ optimæ scriptores, &c. Adde, quòd in multis, occurrentibus in hoc fragmento, lex analogiæ non repugnet. Item, quòd reperiantur apud alios, Philoxenum, &c. Arbiter in eis, quæ sunt fidei indubitatæ, ignota habet aliis; ut sunt, *acceptatus*, *chiragricus*, *circumtumulatus*, *clinare*, *conspaciantes*, *gustatio*, *vesticontubernium*, *supellecticarius*, & alia hujusmodi. Personæ hîc loquentes, sunt liberti quidam, sunt lapidarii, sunt coci, & id genus alii ex vulgi fæce, quibus nisi fallor, culta castigatáque oratio parum aptè affingitur: possuntque & antiqua pluscula eo respectu hîc esse usurpata, quòd plebs retinentior ferè sit sermonis antiqui, &c. Et quia res in Colonia finguntur geri, ideò fortassis sunt adhibita non pauca ex sermone Græco desumpta, maximè cùm loquuntur ii, qui sunt gentis non Romanæ. Talia sunt *saplutus*, *cataphagi*, *bacelogia*, *lechasin*, & id genus alia, numero non exiguo. Quædam etiam describentium, typothetarumque erroribûs corrupta, &c. Sed, *saplutus*. Puto scribendum: *adeo sane Plutus est*. *Plutum* posuit pro cæco. Notum illud, ὁ τυφλὸς πλοῦτος (*cæcus Plutus*) & vide Lucianum, itemque Aristophanem. Elegantèr tamen, *Plutum*, quia *Plutus* simul auri largitor, atque opum. Adde Phædrum nostrum lib. IV, c. 2. Est itaque ludus in ambigua significatione *Pluti*, quia & divitem significat, & cæcum. Clarissimus Gronovius volebat, *Zaplutus*, à Græco Ζάπλουτος, *valde dives*, & hoc proximum scripturæ divulgatæ. Quanquam sit in Glossis Tullii Tironis, *Saplutus*, sensu parili, ut credo. v. pag. 158.

3. *sed hæc eupatria provident omnia, &, u.n. p. est. Sicca*] locò MSi, & Patav. *sed hæc lupatria, p. o. & u. n. putes, est sicca.* Schefferus: Locus admodum vitiosus; puto tamen scribendum: *sed hæc lupa ebrio providet omnia, & ubi non putes, est. Sicca*, &c. *Lupam* vocat per convitium Fortunatam, ait, *providere omnia*, h.e. curare. Quomodo est apud Vellejum, *providere supplementum* lib. II, c. 130; & apud Cæsarem, *providere rem frumentariam* VI B. G. Dicit autem, facere hoc *ebrio* Trimalchione, dum ipse poculis indulget, denique esse, ubi nemo putet, industriâ videlicet

bria, bonorum consiliorum. [1] *Tantum auri vides; est tamen* [2] *malæ linguæ, pica pulvinaris: quem amat, amat: quem non amat, non amat. Ipse Trimalchio fundos habet,* [3] *quam milvi volent,* [4] *nummorum*

licet, provisione, inspectione. respicit, quod antecessit, *huc atque illuc discursare.* Plautus Amphit. III, scen. 3. *Iam hic ero, cùm illic censebis esse me.* Reinesius: Fortunatam, convitiô hîc dici *lupam* non feram; commendatur enim ejus οἰκουρία *(domestica cura)*, pariter ac infrà, ibi: *Nisi argentum composuerit*, &c. Legam igitur *eupatria*; nim. laudat eam quasi à natalibus, ut alto sanguine cretam: quam aliâs Græci εὐπατέρειαν, dicunt. Idem Dn. Reinesius inferiùs, ad verba Trimalchionis de uxore sua, *se de machillam illam sustuli.* leg. *si de mactrilla illam s. Mactrilla* pro mactrula, mactra. Fuerat enim mulier à furno, vel panicoctaria, ut loquitur *Petâ, Chrysol. serm. 99.* σιτοποιός *Theophrasto*; vel quòd circa pistrina, inter alicarios, quæstûs gratiâ, diversabatur. Forsan hinc elicias, *eupatriam* per antiphrasin dictam, quo sensu etiam textui inserui; neque enim aliter licuisset. Quo de plus satìs circa finem.

4. *Sicca*] Ita Lucilius Satyr. VI, ut testatur Nonius, voce *Abstemius.*

Lanificam dici, siccam, atque abstemiam ubi audit. Schefferus.

1. *Tantum auri*] Præcessisse aliqua hîc censeo. *Idem.*

2. *malæ linguæ, pica pulvinaris*] pro MSi, & Patavino *m. l. p. p.* citra distinctionem. Schefferus: *malæ linguæ pica. Picam* vocat Fortunatam ob garrulitatem; *malæ linguæ,* ob traducendi & convitiandi studium. De garrulitate notum vulgò, itemque ex Martiale, Plinio, & aliis, qui loquacem picam garrulamque vocant. *pulvinaris.* Valde mihi hoc suspectum. Nec enim cohærent, *pulvinaris pica.* Puto illud *naris* seorsum oportere scribi. Reliquum alii excogitent. Reinesius: *est tamen malæ linguæ, pica pulvinaris.* Hæc ita distinguenda sunt, ut *linguosam* πρόγλωσσον & maledicam fuisse intelligas; tùm solitam de *pulvino* concionari. *Picæ* humana voce loquentes caveîs tenentur; ista sedens in *pulvino* παρακρέκουσα *(stridulum sonum edens)*, jurgando & nugas garriendo totos dies consumit.

3. *quam milvi volent*] pro MSi, & Patav. *qua milvi volant.* Schefferus *qua milvi volant.* legendum est, *quam milvi volant.* Illud *quam*, est *quantum.* Scholiastes vetus ad illud Persii Sat IV, v. 25, *arat Curibus, quantum non milvus oberres: Secundum*, ait, *proverbium: quantum milvi volant. Quam*, pro *quantum* posuit optimé. Terent in Hec. IV, scen. 4. *turbent porrò, quàm velint.* Donatus eo loco: *Quam non est generis feminini, sed est, quantum.* Reperitur eadem locutio apud Ciceronem etiam, & alios. Valesius: Interdum ut fucum legentibus faciat, & nugis auctoritatem conciliet, Persium; aliquando etiam Martialem imitatur, *fundos habent quà milvi volant:* ex Persio. Schefferus: Si ex proverbio id usurpavit Persius ut ostensum, antiquior Iuvenale, cur non Arbiter Persiô antiquior id usurpare potuit ex proverbio eodem?

4. *nummorum nummos*] An hæc glossa ejus, quod sequitur, *argentum*; nunc potiùs fenus ingens denotant? *Schefferus.* Pugnavit fortassis non perfunctoriè prima mea legio, &c. Quærere an verus Arbiter sacras literas legerit? *Ipse Trimalchio fundos habet, quam milvi volant, nummorum nummos.* Hebraismum & sacræ Scripturæ loquendi modum sapiunt; magis illa: *Nomina omnium reddere, tamquam unus de nobis,* &c. Wagenseilius: Legisse verum vel Pseudo-Arbitrum Sacras literas

norum nummos : [1] *argentum in hoſtiarii illius cella plus jacet, quam uiſquam in fortunis habet. Familia vero* [2] *babæ ! babæ !* [3] *non me-Hercules puto decumam partem eſſe, quæ dominum ſuum novit. Ad ſummam, quemvis ex iſtis* [5] *bacelis in rutæ folium conjiciet.*

Nec

teras, quod miratur, ego non infiiarer. Earum enim cognitionem thnicis omnino adimere velle, vel ola Ovidii Metamorphoſis vetat. Sed ion opus eò recurrere. Ebraiſmo illi, *nummorum nummos*, ſimiles e profaiis ſcriptoribus alios adduxit, ſi bene nemini, alicubi Del-Rio ad Seneam. Ad exemplum phraſeos, *unus de nobis :* Tacitus dixit lib. 14 Ann. 35, *unam è vulgo.* N. N. in litt. ad Rn. Arnoldum.

1. *argentum in hoſtiarii illius cella plus*] Bene, *argentum plus*, i.e. amplius, maus, copioſius, adjectivé. Ita Lamridius in Alex. Sev. c. 41. *Et quum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet.* Florus IV, cap. 2. *ut non rectè tantùm civile* (bellum) *dicatur, ſed potiùs plus, quàm bellum.* Bellum plus, quàm bellum, eſt majus, pejus. Vide infrà. *Io. Schefferus.*

2. *babæ*] Gr. βαβαί, *papæ*, admirantis.

3. *non me-Hercules puto decumam partem*, &c.] *decumam.* Sic vett. & juxta MS. pro Patav. *decimam.* Thom. Reineſius : *non mehercules puto decimam partem* familiæ *eſſe quæ dominum ſuum novit :* Luxus vel inſaniæ hanc ſpeciem, quod ſervos multos poſſidere beatitudini imputarent, Græcis Romaniſque familiarem deſcriptam lege apud *Athen. lib. 6, c. 20.* C. Cæcilius Claudius Iſidorus, etſi bello Civili multa perdidiſſet, ſervorum quatuor millia centum ſedecim relinquere, teſtamento ſuò dixit : *Plin. l. 33, c. 10.* Etiam deplorat *L. Seneca 7 de Benef. c. 10. O miſerum, ſi quem delectat familia bellicis nationibus major! & Conſol. ad Helv. c. 11 : ſervorum turbam, quæ quamvis magnam domum anguſtet.* Parens autem Contr. IX. *Non me delectant*, inquit, *ignoti domino ſervorum greges, nec ſonantia laxi juris ergaſtula.*

4. *Ad ſummam*] Sic in editis : *Ad ſummam ſtatim ſcictis.* Sen. VII Ben. 13. *Ad ſummam, puta, cùm captus eſſes, me pecuniam mutuatum.* Schefferus.

5. *bacelis in rutæ folium conjiciet*] pro MSi, & Patav. *babacalis.* Excidit id Scheffero, ut infrà videbitur, nos collegimus. Suntque *baceli*, q. verveces, homines ſimplices, & mulierоſi. Schefferus : Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *babæ ! ſatis in* &c. *Satis*, eſt *bene.* Ita Phædrus noſter IV, c. 23. *ſatis profectò retudi ſuperbiam.* Terent. III Adelph. 3. *Si ſatis cerno, is hercle eſt.* Illud *conjicere in rutæ folium*, proverbii habet ſpeciem, & notare obſequium ſervorum videtur, quaſi in ſpatium minimum cogi contrahique poſſint ; quale occupat rutæ folium. Pari ſenſu etiam in ſequentibus repetitur. Idem Schefferus in calce libri : Sed poſt jam excuſa omnia communicantur mihi literæ Cl. Gronovii, qui cenſet *babacalos* eſſe hauſtos ex Arnobio Salmaſiano lib. IV, pag. 141, ubi *babacali adoleſcentes* memorantur, pro libidinoſis, à βάβαξ (*loquax, nugator*), vel potiùs βιβάζω (*admiſſario admoveo*). *Rutæ folium* formatum alluſione ad πεταλισμὸν (*oſtraciſmum cum foliis*), ſed errore convivantis pro πέταλον ἐλαίας (*folium olivæ*), quod eſt apud Diodorum XI, c. 87, dictum *rutæ folium* exiſtimat. Reineſius : *quemvis ex iſtis babacalis in rutæ folium conjiciet.* Loquitur de familia Trimalchionis, quàm caram habeat. An legendum *babaculis*, ut ſervos ſic adpellet in flore ætatis, formato nomine, diminutivi

Nec est quod putes illum quicquam emere ; omnia domi nascuntur : [1] *lana, creta, piper,* [2] *lac gallinaceum, si quæsieris, invenies. Ad summam, parum illi bona lana nascebatur,* [3] *arietes à Tarento emit, &* [4] *eos curavit in gregem. Mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis jussit adferri.* [5] *obiter ut, vernaculæ quæ sunt, meliusculæ à Græ-*

tivi Latini modulô, è Græco βάθαξ, quod & Βαθύς ; quæ servilis adpellatio est apud Polluc. lib. 5, c. 5. Verior lectio, *berbeculis* ; berbex, vervex, ψεκλικὸν (*vituperandi*) : pro homine stupido. *Berbeculi adolescentes* apud Arnob. lib. 4 sunt ventri penique dediti. *Babaculos*, quos Salmasius ἀπὸ τῆς βιοδάζειν dictos supponit, non emam titivillitiô. V. quæ dico infrà, ad *sic nos barcalabe spoliamur.* Proverbialem ῥῆσιν (*locutionem*), *in rutæ folium conjicere*, interpretor de molli curatione indulgentiaque & diligenti custodia : q. d. ita caros habet famulos suos, adeóque curat tenerrimè, ut *rutæ* foliis (nos *rosam* adhiberi diceremus) involvere & in subfratis collocare quemvis ex iftis non dubitet. Capiunt hæc lucem & reddunt vicissim iftis *Martialis lib.* XI, *Ep.* 32, ubi Cæcilii cujusdam, qui è cucurbita re vili, & inter escas plebis varios cibos, & diversi generis fercula imitantia dapes delicatas & sumtuosas pro amicis paraverat, unumque assem tot ferculis impenderat, tenacitatem & sordes irridet, addens tandem,

Hinc cellarius experitur artes,
Vt condat vario vafer sapore
In rutæ folium Capellianæ.

exquisita illa scitamenta & multiformes cupedias, quæ è paupertina cucurbita doctissimo coco exiissent.

1. *lana, creta*] pro MSi, & Patav. *l. credræ.* Schefferus: *lana: credræ.* quid est, *credræ ?* Scribo absque distinctione, *lanæ erythræ.* De his lanis vide Columellam lib. VII, cap. 2 ; & Plin. lib. VII, cap. 48, ubi preciosissimas, & ex Asia petitas scribunt. Reinesius. *Omnia* ei *domi nascuntur, lana, credræ, piper.* Lego, cum venia, *poledræ.* Prædicat magnificentiam & nobilitatem domini, quòd esset ἱπποτρόφων & *aleret* in prædiis suis præter greges oviaricos *equitium* in sobolem ; Latino B. dixere *equaritiam, stodium, stuodium, stotariam* è Germanico *stuterey.* Poledrus, pullus equinus ; est *in Legis Sal. t.* 44 : *in Alemann. t.* 73, § 7, poledrus anniculus vel bimus. Polletrus in *Westgoth. l.* 8, *t.* 4, § 5. E Græco πῶλος (*pullus equinus*), unde & nostrum, *fohlen, füllen.* Conatus sum ; fortassis nihil extrico.

2. *lac gallinaceum*] Iocus, ut mox *semen boletorum.* Ex Scheffero. Quin etiam quod primo locô, vix seriò positum. Quid enim (ut *piper* taceam, quod quidem quoque extra Indiam, suo modô Plinii temporibûs in Italia crevit) est, divitiis supra omnium tantumnon fortunam evecto, *domi lanam nasci?* Vnde etiam absque negotio pro *credræ* legi *creta.* Quamquam in *creta* plus latere possit, quàm in *lana* ; illa enim non cujusvis regionis, nedum fundi. MSm tria priora discernit punctulo interstertô ; Patav. edit. (:)

3. *arietes à Tarento*] id est, *Tarentinos. Tarentinorum* ovium magna celebritas ab mollitiem lanarum. vide Columell. VII, c. 2. Conjunguntur autem hîc, *emit à Tarento* ; ut mox : *jussit afferri ab Athenis.* Io. Schefferus.

4. *eos curavit in gregem*] Nil hic censeo mutandum. *curavit* eos, est procuravit. *in gregem*, est ad gregem, gregis causâ, ut eum reparent. *I. Schefferus.*

5. *obiter ut, vernaculæ quæ sunt, m. à G. fiant*] pro MSi, & Patavino *obiter, & vernaculæ, qu. s. m. à G. fient.* Schefferus : *obiter, & vernaculæ.* Scribo :

Græculis fiant. Ecce intra hos dies scripsit, ut illi [1] *ex India semen oletorum mitteretur; nam mulam quidem nullam habet, quæ non x onagro nata sit. Vides,* [2] *tot culcitas?* [3] *Nulla, non aut conhyliatum, aut coccineum tomentum habet.* [4] *Tanta est animi beatudo! Reliquos autem* [5] *collibertos ejus cave contemnas. valde* [1] *suc-*

o: *obiter ut, vernaculæ quæ sunt, meusculæ à Græculis fiant.* Dicit, ideo uoque *apes* accersivisse ex Græcia, t junctæ *vernaculis* domesticisque, dderent ipsas quoque meliores. De ræstantia mellis Attici apumque, s est vulgò notissima.

1. *ex India semen boletorum*] Hæc diuntur jocô, sicut suprà *lac gallinaceum.* am boleti neque semen habent, ec ex India petebantur. *Io. Schefferus.*

2. *tot culcitas*] MS. & ed. Patav. *lcitras.* Schefferus: *culcitras.* perpeum. emenda, *culcitas.*

3. *N. n. a. conchyliatum aut coccineum mentum h.*] lanam conchyliô vel occô tinctam, qua sunt farctæ. Vulgò l hoc pilis ciliciîs utebantur, aut ramine conciso. *Schefferus.*

4. *Tanta est animi beatitudo*] Illud *imi* suspectum mihi est, glossemáue sapere videtur. *Schefferus. Animi,* gendum, *homini.* Reinesius. Sed post manere *animi.* q. d. si modò divis rectè uteretur; habet enim quod humanis maximum est, instrumen- virtutum. effectus pro causa.

5. *collibertos ejus cave contemnas, alde succosi sunt*] Plautus Pœnulô . IV, sc. 2. *Quin hercle collibertus meus xo eris, si Dî volent.* Schefferus. I. H. rsinus in epist. ad Cl. I. L. Prahium: Falluntur, qui *Trimalchiom* à Petronio introductum arbiantur, ut *solum Neronem* traduceret. eculi sui *mores & ingenium* in imagie ostendit; *Regum* imprimis; nam *audii* satis expressè: sed & *Libertoum*, qui tum soli regnabant: quasi lceret *Ter-Reges:* Id enim *Trimalchios* vocabulum facè confictum. Eanem viam ingressus est auctor fragmenti, quisquis est, si non ipse Petronius. Tempora illa si quis conferat cum hac Satyra, non negabit. *Servi*, fortuna manu ducente, qui cretatos in urbem pedes intulerant, mox eò evecti sunt, ut *dominarentur dominis suis.* Opes è divite illius cornu non modiô, sed trimodiô affusæ. Tum luxus insolens, & perdendi pariter pereundique libido. Coci in honore, coronîs digni habiti; Philósophi spreti, & tota urbe Italiâque proscripti. Stabat & obmutuerat Eloquentia; jacebant ingenuæ artes. *Asini volabant, Pegasis clitellæ imponebantur.* Novæ semper voluptates quæsitæ studiô, & inventæ; fastidiô præsentium, & cum grandi præmio inventorum: etiam monstrosæ, ut inexperti se in beatam Vtopiam, Catarum Simiarum patriam, repente delatos, non vivere & sentire, sed somniare, credere possent. Fiebant talia, qualia apud *Athenæum* de aurea ætate, ni fallor, legere memini, & qualia nobis narrabat in Vtopia sua festivus *Bernardinus.* Affectabant tamen stupidissimi homines illi, docti videri: Grammatici, Philologi, Mathematici, & quid non? applaudebant miriones, & asseclæ mensarum; vel seriò, ut similes habent labra lactucas; vel assentandi studiô, ne dentirent dentes. Hinc ἀρχαϊσμοὶ, ἑλληνισμοὶ (*priscum dicendi genus, Græcismi*) & tota ista loquendi sartago. Hæc per μίμησιν (*imitandi sollertiam*) si non reprehendit, ridendo dicere verum amans, Petronius: tamen potuit, & vix aliter, aut magis festivè potuit. Nescio enim, an Notatio aut Character ejusmodi hominum festi-

[1] *succosi sunt. Vides illum, qui* [2] *in imo imus recumbit? hodie sua octingenta possidet;* [3] *de nihilo crevit: solebat collo modo suo ligna portare.* [4] *Sed, quomodo dicunt, ego nihil scio, sed audivi, quomodo incubon*

vius describi possit? Eadem omnia ejusdem ævi Viri Docti, λείψανα τῆς χρυσῆς γένες (*reliquiæ aurei generis*), *Seneca, Quintilianus, Tacitus*, sive qui de caussis corruptæ Eloquentiæ scripsit, & Satyrici poëtæ reprehenderunt. Latentque inter fæculenta ista gemmæ, quas Petronius pro suis agnosceret. sibique vindicaret non invitus: potuitque mala manus multa affricare: ut semper sunt in alienis libris ingeniosi, quique muscerdas suas intermiscent alieno piperi.

1. *succosi*] pingues ac succi pleni. Sic appellat jocô, opulentiores; quia ferè cutem curare consueverunt, & quia pecunia quasi succus quidam est in vita. Vnde *exsugere* dicuntur qui pecunias eripiunt. Vide Plautum in Epid. II, sc. 2, 5. Neque sensu multum dissimili Cicero lib. VII Att. Ep. 13 usurpavit *succones*. Vide Bosium ad eam, p. m. 93. Invenitur autem vox hæc, quanquam suo sensu, etiam apud alios. Columella IV, c. 29. *in aliis stirpium generibus, quæ firmioris & succosioris libri sunt.* C. Serenus c. 6.

Aut tu succosa cinerem perducito lana.

Schefferus. *Valde succosi sunt.* an melius *lucrosi?* i. e. divites, εὐχέτοι, *Habentii*, Abundantii. Propriè *succosa* lana i. e. ἱσυπτον; Q. Serenus c. 47. humidus & *succosus* cibus, *Gariop. l. de Febr. c.* 14. Non damnem metaphoricum istud; sed alterum præfero, quòd sic artes Libertorum, & quibus fucis, concussionibûs & sycophantiis rem facere solebant, propiùs tangentur. Redeant ad memoriam illi temporum Claudianorum prædivites & magnipotentes stigmatiæ Callistus, Helicon, Narcissus, Pallas, Polycletus, Patrobius, Polybius, Massa, Carus. *Th. Reinesius.*

2. *in imo imus*] Illud *imus* mihi suspectum est, velut sit glossa præcedentis, *in imo*. Io. Schefferus.

3. *de nihilo*] Quomodo Ovidius *de tenui origine*. Iuvenalis posuit *è nihilo* in re simili, Satyr. III.

Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis,
Aut major fatô donaret homuncio quantus
E nihilo fieres. --- Idem.

4. *Sed quomodo dicunt*, &c.] Locu valde corruptus, quem sic restituendum censeo. *Sed (quomodo dicunt, eg nihil scio, sed audivi) quum modo incu boni pileum rapuisset, thesaurum invenit* Schefferus. Nihil mutatione opus Est subrostrarius, & è medio vulg petitus sermo; talisque omnium con vivarum (Agamemnonem, & pau cos cum eo si excipias) ac ipsius Tri malchionis; quos sic, ut Agame mnon rideat (quemadmodùm habe bimus) sibi morem gerentes nostæ inducit. Pergit Schefferus: Illud *quomodo dicunt*, formula est ejus, qu appellat famam popularem in obscu ro dubiove negotio. Cicero in Pisc nem, quanquam alio significatu *Ipse claudus: quomodo ajunt, pilam r timere.* Quod sequitur, *incuboni pileu rapuisset*. intelligendum est ex supe stitione veteri, cujus hodieque pa sim exstant reliquiæ, velut *incub nes* sint ornati pileis, quibus surrep tis compellantur ad obsequium i indicandis pecuniis reconditis. Ir cubones enim dicti veteribus, il quicunque, qui thesauris absconditis incumbunt; eosque custodiun Pomponius Sabinus ad II Georg. v 507. *Incubat, invigilat, postquam i venit. inde, incubones, qui thesauris i vigilant. Rapuisset*, est, *eripuisset*, pla nè sicuti alio loco in editis.

O fallax natura Deûm! quæ prima d disti Æta

boni pileum rapuisset, & thesaurum invenit. Ego nemini invideo, siqua Deus dedit; [1] *est tamen sub alapa, &* [2] *non vult sibi male. Itaque proxime* [3] *cum hoc titulo* [4] *proscripsit:* C. POMPEJUS. DIOGENES. [5] EX. KALENDIS. IULIIS COENACULUM. LOCAT. IPSE. ENIM DOMUM. EMIT. [6] *Quid ille, qui* [7] *libertini loco* [8] *jacet? quam*

Ætati nostræ gaudia, prima rapis.

Schefferus: *Incubonem* vocat Δαίμονα οἰκίδιον, Larem domesticum, quem vulgò *coboldum* nominant, Augustinus l. 15 de Civ. Dei, c. 23. vulgò Silvanos & Faunos adpellari *incubos* dicit) creduntque curari ab eo domum, instrui culinam, purgari stabula, jumenta pasci & ornari; & quævis ministeriorum genera exhiberi domino ædium, opesque conciliari; hæc superstitio, qua hodieque tenentur nostrates, antiquis præsertim Gentilibus incognita insinuatur isthic. vel etiam tangitur fabula de Fortunati illius Vtopici pileo & sacculo, pueris ad cunas inter νυννία occentari solita. Vtramvis admittamus, figmentum esse Petroniô multò recentius ultro dilucescit. Augustinus l. c. ad rem nostram nihil facit; verba ejus: *Fama est Sylvanos & Faunos quos vulgò* incubos *vocant, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetiisse ac peregisse concubitum.* Sed Tertullianus *incubonis* meminit. Videndum: & an non Hercules thesauris insperatisque lucris, æquè ac Mercurius præesse creditus (quo de interprett. ad Horat. l. 2 Sat. 6, *dives amico Hercule*), sic fuerit dictus.

1. *est tamen sub alapa*] Hoc proverbii habet speciem. Sed quid hoc loco, *alapa?* Num respicitur ad eam consuetudinem, qua libertas dabatur, memorata Phædro nostro lib. 11, c. 6. Atqui suprà mentio est libertorum, non servorum. Quare censeo accipiendum de ea, quam perferre cogebantur à patrono suo, quotiens ludere duriùs vellet ac jocari. *Io. Schefferus.*

2. *non vult sibi male*] ea facit, quæ ad commodum suum, & voluptatem pertinent. Plautus Asin. a. v, sc. 1, 13. *Vtinam, malè qui mihi volunt, sic rideant.* Cicer. Epist. ad Att. *Antonio, quàm nunc est, volo pejùs esse.* Schefferus. *Non vult sibi malè*, legi posset: *non vult sibi melius.* licèt non improbem positam lectionem. I. C. Tilebomenus.

3. *cum hoc titulo*] tabula, libello. Plin. VII, Ep. 27, in re simili. *Venit Athenas Philosophus, Athenodorus, legit titulum.* Et in colloquio vetusto: *Steterunt ad titulum*, ἐστάθησαν πρὸς τὴν πίνακα. Sic infrà. *Schefferus.*

4. *proscripsit*] absolutè. Cicero in Orat. pro Quint. *Auctionem in Gallia Publius hic Quintius Narbonæ se esse facturum, proscribit.* Idem.

5. EX. CALENDIS. IULIIS] Doctè. Hoc enim fuit solenne elocandarum ædium tempus. Consule l. 60 ff. Locat. cond. itemque 41 ff. de contr. Empt. & quos ibi laudat Gothofredus. *Idem.*

6. *Quid ille* &c.] Hæc in MS. sic leguntur: *Quid illi qui libertini loco jacet? quam bene se habuit? non impropero illi. Sextercium suum*, &c.

7. *libertini loco*] Ergo fuit quoque certus libertini locus. Sed quis *libertinus* iste, cujus peculiarem esse voluerunt locum in mensa, & ab ipso nominare? Credo *Libertinum* seu *libertum* Cæsaris intelligi. Fuisse hos *libertos* sæpe missos in Provincias à Cæsaribus aliorum atque aliorum gratiâ negociorum, res est nota. Hinc eorum non exigua apud Provinciales auctoritas. Vnde puto factum, ut sicut Romæ haberent locum *Consularem* dictum,

quam [1] *bene se habuit?* [2] *non impropero.* [3] *Ille sestertium suum vidit decies; sed* [4] *malè vacillavit. Non puto illum* [5] *capillos liberos habere; nec me-Hercules sua culpa,* [6] *ipso enim homo melior non est; sed liberti scelerati, qui* [7] *omnia ad se fecerunt.* [8] *Cito autem sociorum olla male fervet, & ubi semel* [9] *res inclinata est,* [10] *amici de medio. Et quam*

dictum, quia is dabatur Consuli, si præsens esset in convivio, sic in Provinciis Coloniisque locum *Libertinum*, qui dabatur liberto seu libertino Cæsaris, item *Prætorium*, qui Prætori, ut deinceps audiemus. *Io. Schefferus.*

8. *jacet*] accumbit. Probè. Iuvenalis Sat. 1.

--- *vacuisque toris tantùm ipse jacebit.*

Sidonius 1 Ep. 11. *Primus jacebat eorum sinistro consul ordinarius.* I. Schefferus.

1. *bene se habuit*] Tractavit, in respectu ad victum, & similia. Contrarium habes apud Terent. 1 Adelph. 1. *Ruri agere vitam, semper parcè ac duriter se habere.* Schefferus.

2. *non impropero*] objicio, & velut incuso. Citant Lexicographi hoc vocabulum ex Plauto, ac extare dicunt in Rudente a. 111, sc. 4, v. 28; verùm ibi Dousæ, optimáque Gronovii editio habent, *etiam vim opprobras.* Video nihilominus Gryphium edidisse, *vim improperas*, ut anceps hæream, nec dispiciam satis, quid de loco præsenti judicare debeam. Philoxenus profectò laudat: *Improperium*, ὄνειδος, *improperat*, ὀνειδίζει. Scheffer.

3. *Ille sestertium suum vidit decies*] Optimè. Seneca 11 de Benef. c. 27. *hic quater millies sestertium suum vidit.* Idem.

4. *male vacillavit*] Eleganter de eo, cujus fides consumptis aut perditis rebus dubia est facta. Cic. in Catilin. 11. *partim malè gerendo negocio, partim etiam sumptibus in vetere ære alieno vacillant.* Id.

5. *capillos liberos*] instar proverbii hoc est, de obærato, seque ac sua omnia debente aliis. *Idem.*

6. *ipso*] MS. *ipse* ad marg. *ipso.*

7. *omnia ad se fecerunt*] Quomodo *fecerunt*, in plurali, cùm antecedat, *culpa liberti scelerati*, in singulari? Puto hic abesse aliqua, & iccirco asterisum his præmitti oportere. *Schefferus.* Hic nihil deesse videtur; modò cætera rectè habeant. Sensus est: *sed liberti* (qui liberti) *scelerati, in omnia ad se fecerunt. Ad se facere* parum est Latinè, pro corradere aut in sinum suum conjicere. Verùm meminerimus candidissimum pectus Petronium nostrum nihil dissimulantem, sed apertè omnia prodentem, cum vituperio, ac detestatione suis locis (modò id attendatur: quod est pretiosissimum in hoc Opere), in talibus non phrasiologiam, sed noscendos hominum mores spectare, levitatemque in dicendo & agendo (quæ se fere comitantur) satyricè notare.

8. *Cito autem sociorum olla male fervet*] pro MSi, & Patav. *Scito autem.* Iuvisset forsan distinxisse, *Scito autem: sociorum*, &c. Sed Schefferus: L. *cito.* Reliquum est ex proverbio. Nam *fervere olla* dicitur, cùm amici patrinii colunt & sectantur amicos suos. Græci hoc sic efferunt: ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, *cum fervet olla, vivit amicitia.* Hinc *malè fervere olla* dicitur, cùm amicitia illa incipit languescere. Id quod facilè fit inter socios, quos conciliavit luxus, voluptas, vel quæstus alius, cessante isto quæstu, & deficiente re familiari.

9. *res inclinata*] fortuna facta est adversa. Cicer. 1 Att. Ep. 1. *laboratur vehementer, inclinata res est.* Schefferus.

10. *amici de medio*] puta *recedunt*, ut hanc

quam honestam negotiationem exercuit, quod illum [1] sic vides? ecce libitinarius fuit. [2] Solebat sic cœnare quomodo [3] Rex: apros gausapatos, opera pistoria, aves, cocos, pistores! Plus vini [4] sub mensam effundebatur, quam aliquis in cella habet. [5] Phantasia, non homo. Inclinatis

hanc formulam supplet Cicero in Orat. pro Sextio Rosc. *Recede de medio, per alium transigam.* Elegans ellipsis, quæ celeritatem discessûs îllius ostendit. De re ipsa sæpe habes apud Ovid. in Trist. *Io. Schefferus.*

1. *sic vides? ecce libitinarius f.*] pro MSi, & Patav. *s. vides exe? l.* In MSo signum (?) nullum, sed punctulus post exercuit. Schefferus: *sic vides.* talem: qui fuerit tam opulentus. Terentius in Phorm. 1 act. 2. *desinas: sic est ingenium.* Ita sæpe alii. Noster infrà. *Ego, quod me sic vides propter artificium meum, Diis gratias ago. Exe,* corrige: *sic vides? ecce. libitinarius fuit. Libitinarii* viles habiti & abjecti. Vide Senec. VI Benef. c. 38.

2. *Solebat sic cœnare, quomodo Rex*] Regio splendore, opulentia regiâ. Senec. Ep. 87. *Pecunia sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit.* Schefferus. Et mihi plane sedet, sub *Trimalchionis* nomine non tam *Neronis* personam, quàm *aulam*, sed & ἀναισθησίαν (*stuporem, stoliditatem*) *Claudii, libertorum* illius temporis typhum, & egressam principale fastigium potentiam traduci. Talem etiam Zoilum suum eleganti epigrammate depingit *Martialis* III, 82. ubi sub finem *Malchionem* appellat, in quo epigrammate multa occurrunt, quæ cum Petronianis pulchrè comparari possunt. Istos *seculi sui mores* in hoc etiam fragmento non illepidè expressit festivus sanè nugator, & ingeniosus impostor; si tamen impostor, cujus fœtum ipse fortè Petronius non dedignaretur pro suo agnoscere. N. N. in Epist. ad Pl. Rn. Arnoldum. Verborum monstra & nomina, ipso penè sono tremenda (qualia in vero Petonio etiamnum supersunt) me non offendunt. Erit fortè aliquis haruspex, qui hæc prodigia procuret: Hercules qui Augiæ stabulum purget. Idem.

3. *Rex: apros g. o. p. aves, cocos, pistores*] quot! vel, quis desiderasset, faciléve computasset? pro MSi, *rex a. g. o p. viscouos p.* & Patav. *rex, a. g. o. p. viscocos, pistores. apros gausapatos:* gausapâ contectos, ornamenti gratiâ. Sic in fequentibus habes & *pileatos.* Scheffer. *viscocos, pictores.* Leg. inquirendo, *vis cocos? pictores?* Tilebomenus. Suspicor scripsisse nostrum, *opera pistoria, avis, cocos. Avis,* pro, *aves*, sicut sæpe; in quo primo litera deleta est ob similitudinem antecedentis. Aves apud veteres fuisse in deliciis, ignorat nemo. & videat, qui volet, Meursium in de luxu Rom. cap. 15: & Nonnum Rei cibariæ cap. 20. *Schefferus.*

4. *sub mensam*] MS. & Patav. *sub mensa.*

5. *Phantasia, non homo*] In MS. *fantasia*, & supra f. *phan.* Schefferus: Legendum arbitror, *phantasma.* Est autem *phantasma*, visus nocturnus, sive spectrum, ut ex Plinii lib. VII Ep. 27; Macrobii lib. 1, cap. 3: & aliis manifestum est. Possis tamen retinere istoc sensu etiam vulgatum. Carsilides in responsis suis τί ἄνθρωπος; ὀλιγοχρόνιον φάντασμα. Pro his Interpres vetus: *Quid homo? Minimi temporis fantasia.* φάντασμα Græcum, est Latinum *fantasia.* Sed quæ ratio, quòd eum vocet *phantasma?* Credo, quòd & hæc interdum per noctem videantur agitare convivia, omnique rerum pretiosissimarum copia abundare, cùm mox illucescente die illarum

natis quoque rebus suis, cum timeret, ne creditores illum [1] *conturbare existimarent, hoc titulo* [2] *auctionem proscripsit.* IULIUS PROCULUS. AUCTIONEM. FACIET. RERUM. SUPERVACUARUM. † *Interpellavit tam dulces fabulas Trimalchio; nam jam sublatum erat ferculum, hilaresque convivæ vino, sermonibusque* [3] *publicatis operam cœperant dare. Is ergo reclinatus in cubitum,* ‡ *Hoc vinum, inquit,* [4] *vos oportet suave faciatis.* [5] *pisces natare oportet.* [6] *Rogo, me putatis illa cœna esse* [7] *contentum, quam* [8] *in theca repositorii videratis?* [9] *sic notus Vlyxes? quid ergo est? oportet etiam inter cœnandum Philologiam nosse. Patrono meo ossa bene quiescant, qui me* [10] *hominem inter homines*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

rum rerum nil appareat. Neque aliæ sunt *tempestates rerum lætæ*, quas cum illis spectris memorat Macrobius. Quia ergo hic quoque vivebat in summa affluentia, sed vivebat brevi tempore, paulò pòst privatus rebus omnibûs, jocô eum ita appellare volebat. Cæterùm ad eundem modum infrà: *discordia, non homo.* Catullus. *Non homo, sed verè mentula.* Apulejus VIII. *vervecem, non asinum vides.* Ioann. Schefferus.

1. *conturbare*] Ita noster in editis: *Qui postquam conturbavit, & libidinis suæ solum vertit.* I. Schefferus.

2. *auctionem*] pro MSi, & Patavino *cautionem.* Schefferus: *cautionem.* Lege, *auctionem.* Cicero lib. XIII Attic. 5, *Si tibi videtur, appelles Balbum de auctione proscribenda.*

3. *publicatis*] publicè prolatis, ut & à cæteris convivis possent exaudiri. opponuntur tacitis ac secretis colloquiis, qualia fere ab initio cœnæ habent inter se vicini. Sic *publicare fortunam suam*, Seneca dixit. *Schefferus.*

4. *vos oportet suave faciatis*] scilicet per suavia hæc vestra colloquia. Sic loquitur Trimalchio per superbam ostentationem sub specie modestiæ, quasi vinum esset vilius, ac iccirco tali opus haberet condimentô. Vide infrà, ubi ait, *vinum bonum faciatis* sensu simili. *Scheffer.*

5. *pisces natare oportet*] in vino scilicet, ad quod eos adhortatur isto proverbio. Nempe frigidioris humidiorísque naturæ pisces sunt, & sic debent corrigi. *Idem.*

6. *Rogo, me putatis*] Petronianum Sic in editis: *Rogo, ebrii estis, an fugitivi?* item: *Rogo, inquam, quid tibi vi cum isto morbo?* item: *rogo, expiare manus preciô licet?* Idem.

7. *contentum*] MS. *contemptum.*

8. *theca repositorii*] *Repositorium* quod paulò ante *ferculum*, & descripsit in superioribus latissimè. Hujus theca, opinor, in qua cibi singuli reponuntur. *Schefferus*

9. *sic notus Vlyxes*] *Vlyxes.* Sic quoque MS. de quo & infrà. Schefferus Nob. Heinsius literis suîs docuit me extare hoc in Virgilii II Æn. v. 4 hemistichion. Indè liquet, esse hun verborum sensum: An ego vobi non meliùs sum notus? An putatis me esse tam simplicem, rerumque imperitum?

10. *hominem inter homines*] significanter *hominem* usurpat de libero, & ingenuo. Sic planè Nero apud Sueton. c. 31, postquam aureas suas ædificasset ædes, *quasi hominem tandem habitare cœpisse*, ajebat, *Schefferus.*

1. *adferri*

nines voluit esse. Nam mihi nihil novi potest [1] *adferri; sicut illi fericulo : melleam habuit praxim.* [2] *Cœlus hic, in quo duodecim Dii habitant in totidem se figuras convertit, & modo fit Aries. Itaque quisquis nascitur illo signo, multa pecora habet, multum lanæ : caput præterea durum,* [3] *frontem expudoratam,* [4] *cornu acutum. Plurimi hoc signo scholastici nascuntur, &* [5] *arietini. Laudamus urbanitatem Mathematici; itaque adjecit. Deinde totus cœlus* [6] *Taurulus fit. Itaque tunc calcitrosi nascuntur, & bubulci, & qui se ipsi pascunt. In Geminis autem nascuntur bigæ, &* [7] *boves, & colei, & qui* [8] *utroque*

1. *adferri : sicut illi fericulo : melleam habuit praxim*] *Melleam prax.* i. dulcedinem mellis referentem. Sic pro MSi, & Patav. *s.i. fericulusta* (MS. *fericulusta*) *mel h. praxim* (MS. in marg. *operationem*) *fericulus* dictum, ut *blandiculus, acriculus*. Schefferus: *sicut ille feri culusta mel*. Hæc prodigiosa sunt. Suspicor, scripsisse: *sicut ille fericulus tamen habuit praxim*. Puto autem respicere Vlyssem, sensúmque esse, licèt visus fuerit asperior, tamen usu edoctum potuisse afferre grata. *Sericulum* existimo vocari, à *serio*, sicuti à *blando* est *blandiculus*, & *blandiculè*, quod habet Apulejus : nisi malis legere, *feroculus*. *Praxim*, sive *praxin habere*, est tenere usum rei alicujus. Quomodo Cicero in l. de Fin. *habere artem differendi*; Cæsar IV. B. G. *habere usum belli* : Idem in calce suarum Annotationum : His excusis Cl. Gronovius literis ad me missis, legit, *offerri*, *sicut iste ferculus tamen habuit gratiam*, vel *graxim*, ex prologo Asinariæ, ubi aliquando lectum *graxis*, pro *gratiis*. Tilebomenus: *fericulusta mel*, &c. leg. *Sophista*, *mellis habuit praxim*. Reinesius: *fericulusta mel*. leg. *Sericulus tamen*. i.e. etsi ὀψιμαθὴς *serò* discere inceperit, peritiam tamen habet. Sericulus, ut *acriculus* apud *Cic.* 3 *Tusc.* 17.

2. *Cœlus hic*] Ita Ennius, Varro, alii. Bene autem, *cœlus*, uti qui Philologiam hic ostentet. *Io. Schefferus.*

3. *frontem expudoratam*] Est in Glossis Isidori, *expudoratus*, *impudicus*, quod à Vossio, ut barbarum, rejicitur. Itaque de eo amplius hic cogitandum. *Idem.*

4. *cornu acutum*] In MS. *frontem expuduratam, cornum acutum*. Schefferus: *cornu acutum*. quo petant feriantque alios per figuram usurpatur de contentiosis, ac paratis alios lædere. Plautus in Pseudolo : *formido malè, ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua.* Vide Horat. Ser. 1; & alios.

5. *arietini*] pro MSi, & Patav. *arieti illi*. Schefferus : Mallem, *arietini*. Arietinum, est simile arietibus, quomodo Columellæ *cicer arietinum*. Tangit lites ac contentiones eorum, qui in literis versantur. *Tilebomenus : Arieti illi*, scribo : *A. i. subjecti*. Reinesius: *Plurimi hoc signo* (Arietis) *scholastici nascuntur* & arieti illi. leg. *arietilli*. Contemtim sic vocat scholasticorum discipulos tanquam petulantes, feroces & incursaces; vel etiam tanquam hebetioris ingenii, stupidos & simplices; *Galenus 6 M.M. c. 3, è Cercida Comico κεφαμύζης (ariatum instar mucosos)*, eodem sensu dixit.

6. *Taurulus*] Sic festivè loquitur. Nempe laudabant urbanitatem ejus, sicut præcedit. *Schefferus.*

7. *boves*] quare boves? an quoniam & ipsi junguntur bini ad vehicula vel aratra in opere? Hinc apud Varronem in fragmentis, *bigæ cornutæ*. *Id.*

que parietes linunt. In Cancro ego natus sum ; ideo multis pedibus sto, & in mari, & in terra multa possideo. nam cancer, [1] *& hoc, & illoc quadrat ; & ideo jam dudum* [2] *nihil super illum posui, ne* [3] *genesim meam premerem. In Leone* [4] *cataphagæ nascuntur, & imperiosi. In Virgine mulieres, & fugitivi, & compediti. In Libra* [5] *laniones, & unguentarii, & quicumque* [6] *aliquid expediunt. In Scorpione venenarii, & percussores. In Sagittario strabones,* [7] *qui holera spectant, lardum tollunt. In Capricorno ærumnosi,* [8] *quibus præ*

8. *utrosque parietes linunt*] Græcum respicit proverbium, quod est, δύο τείχη ἀλείφουσι *(duos parietes linunt)*, usurpaturque de iis, qui apud omnes, etiam adversos inter se, gratiam inire quærunt. *Io. Schefferus.*

1. *& hoc, & illoc*] Antiquè, pro *huc*, & *illuc*. Plautus in Merc. *non hoc voluntas me impolit.* Ita suprà, *usque hoc.* Schefferus.

2. *nihil super illum posui*] nullum cibum imposui signo illius in repositorio. Nam alioquin suprà mentio fit *coronæ* super eum, ob hanc causam. *Idem.*

3. *genesim*] MS. ad m. *nativitatem.* Schefferus : *genesin* ut suprà, *praxim.* Intelligit autem fatum ex Signo illo sibi impendens. Nam ut ait Cicero II Divin. 12 : *Vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακος dicitur, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat immutetque cælum, perinde ut quæque stella in iis finitimisque partibus sint quoque tempore, eámque vim variè moveri ab iis sideribus, quæ vocantur errantia.* Cæterùm hoc modo *genesin imperatoriam* dixit Suetonius, *geneses mortalium* Censorinus, atque alii. *Idem.*

4. *cataphagæ*] pro MSi, & Patavino *cataphage.* Schefferus : *cataphage.* Corrige, *cataphagi.* h. e. helluones. Glossæ veteres : Καταφαγὸς. *Nepos, comisator, vorax, comesor.* Reinesius : *In Leone* (signo cœlesti) *cataphage nascuntur.* Lego *cataphagæ.* Græcis enim καταφαγὰς, καταφαγὴς *(comedo, helluo)*, pravum est καταφαγὸς. Gloss. *Ganeo.* Λιχνὸς, καταφαγὴς, λωποδύτης, ῥέμβ Θ., λαιμαργὸς. Ebræorum quoque sententiâ leo pro voraciſſimo animali habitus fuit; quod adparet ex ænigmate Samsonis *Judic. XV*, qui cùm *comedentem* vel vorando consumentem diceret, *leonem* intelligi volebat. *Th. Reinesius.*

5. *laniones*] Ergo posthac non magis probum erit *Lanio, lanioni*, quàm *lanius, lanii*, si quid pollebit fragmenti hujus auctoritas. Negaverat Vossius lib. III de Vitiis ser. Lat. Sed & in Glossis antiquis : κρεοπώλης. *lanio.* & Paulus I. C. lib. 18 ff. de Instructo. *Cùm de Lanionis instrumento quæritur*, &c. *Schefferus.*

6. *aliquid expediunt*] ingenii judiciique sui trutinâ, puta : ideo enim nasci tales facit in Libra. Ita habes apud Phædrum nostrum l. III, c. 15. *expedi, quid fecerim.* Plautus in Prologo Captiv. *hic hodie expediet hanc doctè fallaciam.* Scheffer.

7. *qui holera spectant, lardum tollunt*] Ad instar proverbii de iis usurpat, qui aliud simulant, aliud faciunt, sicut *strabones* aliud notare oculis, aliud prehendere manibus videntur. Fures cumprimis notat, & invidos. Consule Nonium, voce *Strabones*, ibique Varronis & Lucilii loca. *Idem.*

8. *quibus præ mala sua cornua nascuntur*] Sic MS. & ed. Pat. *præ mala sua.* i. *sorte.*

præ mala ſua cornua naſcuntur. In Aquario [1] *copones, & cucurbitæ. In Piſcibus obſonatores, & rhetores. Sic orbis vertitur, tamquam mola: & ſemper* [2] *aliquid mali facit, ut homines aut naſcantur, aut pereant. Quod autem in medio ceſpitem videtis, & ſuper ceſpitem favum; nihil ſine ratione facio. Terra mater eſt in medio, quaſi ovum* [3] *corrotundata: & omnia bona in ſe habet, tamquam favus. † Sophos univerſi* [4] *clamamus, & ſublatis manibus* [5] *ad camaram, juramus Hipparchum, Aratumque comparandos illi homines non fuiſſe; Donec advenerunt miniſtri, ac* [6] *toralia propoſuerunt toris, in quibus retia*

† *Encolpius.*

ſorte. Cujusmodi ellipſes in progreſſu plures notabimus. Schefferus: *q.p. m. ſua*, &c. Puto planè, ſcripſiſſe noſtrum, *quibus præ mole ſua & cornua naſcuntur. Præ mole*, eſt, propter molem, ſicut Plautus, *præ tremore*; Cicero, *præ lachrymis*, & alii. noſter ipſe infrà, *præ literis. Molem* intelligit ſarcinæ, ſimulque figuratè malorum. Qua ratione Cicero quoque in Catilinaria III dixit, *mali molem è cervicibus ſuis depellere.* Ludit in ærumnoſos, h. e. eos propriè, qui ærumnîs utuntur ad ferenda onera, figuratè verò in miſeros & laborantes variis difficultatibûs, atque ipſis ex eo, quod tam gravia ferant onera, cornua naſci. Non profectò imperitè, quando & qui onera iſtiusmodi ſuſtinent, magna ſpiritus contentione cerebrum diducunt veluti, & viam cornibus aperiunt, & ærumnoſi melancholici juxtà ſunt, copiâque materiæ, unde cornua proveniunt, abundant.

1. *copones, & cucurbitæ*] *Copo, cupo, caupo*; hinc *copones*: qui ceu lenones olim malè audiebant: pater ex ſuperioribus, habemuſque exemplum infrà pariter criptionis *(coponis)* & lenonis. Et quid hîc *cucurbitæ?* cogitandum. Interim expono pro ſtolidis, eo ſenſu quo Seneca Satyræ ſuæ in Claudium nomen fecit Ἀποκολοκυντώσεως; Claudium non in Deum, ſed ob fatuitatem in κολοκύνθην ſive *cucurbitam* mutatum, ludens.

2. *aliquid mali*] Atqui ſequitur, *aut naſcantur.* Nempe hîc Philoſophiam ſuam Trimalchio oſtentat, quando inter mala numerat, naſci. Sententia eſt Theognidis apud Stobæum Serm. 99, quam habes & inter editas à Grutero: *Optimum, non naſci, aut natum quàm citiſſimè mori.* Cæterùm *aliquid mali* intelligo, *res aliqua mala, aliquod malum* efficit, ut hoc ita fiat. *Io. Schefferus.*

3. *corrotundata*] rotunda facta. Seneca IV Q. N. 3. *Poteſt, etiamſi non fuerit grando talis, cùm defertur, corrotundari, & toties per ſpatium aëris denſi devoluta æquabiliter atque in orbem teri.* Adde & epiſtolam illius 113. Philoxenus in Gloſſis: *Conrotundat*, προσγυλίζει. Lexicon Cyrilli. προσγυλίζω, *conrotundo, rotundo.* Cicero ſic uſurpavit ſimplici *rotundare* in de Vniverſo. *Schefferus.*

4. *Sophos clamamus*] σοφῶς, (*ſapienter*). Martialis:

Quod tam grande Sophos clamet tibi turba togata. Idem.

5. *ad camaram*] ad rectum. Noſter in jam editis: *bilychnis de camera pendebat.* Sed & *camara* per *a* eſt rectum, imò præfert alteri Verrius, & Chariſius. Porrò, *ſublatis manibus ad camaram* hîc dictum, ut *ſublatis manibûs ad cælum*, quod eſt frequens. *Id.*

6. *toralia*] pro MSi, & Patav. *tolaria.* Schefferus: Emendo, *toralia propoſuerunt toris.* Varro: *torale, quod ante rum,*

retia erant [1] *picta*, [2] *subsessoresque cum venabulis, & totus venationis adparatus. Nec dum sciebamus, mitteremus suspiciones nostras, cum extra triclinium clamor sublatus est ingens: & ecce canes laconici* [3] *etiam circa mensam discurrere cœperunt. Secutum est hos repositorium, in quo* [4] *positus erat primæ magnitudinis aper, & quidem pileatus, è cujus dentibus sportellæ dependebant duæ palmulis textæ, altera caryotis, altera Thebaicis repleta. Circa autem minores porcelli* [5] *ex coptoplacentis facti, quasi uberibus* [6] *imminerent; scropham esse positam significabant: & hi quidem apophoreta fuerunt. Cæterum ad scindendum aprum non ille. Carpus accessit, qui altilia laceraverat; sed barbatus ingens, fasciis cruralibus adligatus, &* [7] *alicula*

torum. Quia ante torum, ideo noster *proposuerunt toris*, i. e. ante ea posuerunt.

1. *picta*] acu *scilicet.* Erant enim vestes, variis ornatæ imaginibûs, quibûs torum ornabant, undiquaque circumpositîs; errantque vehementer, qui accipiunt pro eis, quibus torus involvitur, aut insternitur, & quæ *linceul* à Gallis appellantur; nam omnino torum lectumque ambibant. Glossæ veteres, *torale*, περίκλινον. Isidorus optimè ad hanc mentem: *toralia, longæ perpetuæque mappæ*, quales scilicet conviviis inserviebant. nam præcedit apud eundem: *mappæ convivii & epularum appositarum sunt.* Sicut autem hîc sunt pictæ: ita apud Lampridium in Heliogabalo, aureæ. *Primus omnium privatorum toros aureis toralibûs texit.* Io. Schefferus.

2. *subsessoresque*] Optimè sic vocat venatores dolô captantes feras. Servius ad Virgilii XI, ver. 268. *Subsessores dicuntur, qui in insidiis tauros interimunt.* Habes quoque apud Ausonium in præfatione Centonis; sed verba etiam post Scaligerum malè distincta sunt: *& mirmillo in armis subsidens: venator: & latrans canis.* tu scribe: *in armis: subsidens venator:* &c. *Schefferus.*

3. *etiam circa mensam*] pulchrè, ac cum admiratione ponit illud *etiam.* Quomodo Petronius in editis: *tanquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat.* Idem.

4. *positus*] Propriè, de cibis. Iuvenal. I Satyr. ----

--- *quanta est gula, quæ sibi totos*
Ponit apros.

Plinius X, c. 50. *ne quid volucrum poneretur, præter unam gallinam.* Similiter Horatius, Ovidius, alii. *Idem.*

5. *ex coptoplacentis*] MS. c. & editus Patavinus, *copto plac.* Schefferus: Athenæus lib. XIV, cap. 15, ubi de placentis Romanorum: *Sunt & alia placentarum genera, coptoplacenta, ostracitis,* &c. In Græco hîc omissum est id vocabulum, sequitur tamen longiusculè pòst, κοπτοπλάκους. Κοπτοπλ. à κοπτὴς (quod à κόπτω, cædo, tundo) *placentæ genus*, & πλακοῦς *placenta lata* à πλὰξ, tabula, & quidquid latum.

6. *imminerent*] *imminentes.* Tilebomenus.

7. *alicula*] vestis brevior, quæ humeris alisque solet injici. Ita docet manifestè Velius Longus: *Aliculam existimant dictam, quòd alas nobis injecta contineat.* Itaque non assentior viro summo, qui à Græco ἄλλιξ derivabat. hæc enim erat tunica, eáque manuleata: tunica autem non *injicitur*, quod usurpat Velius de *alicula*, cùm

cula [1] *subornatus polymita, strictoque venatorio cultro latus apri vehementer percussit, ex cujus plaga turdi evolaverunt.* [2] *Parati aucupes* [3] *cum arundinibus fuerunt, & eos circa triclinium volitantes momento exceperunt. Inde, cum suum cuique jussisset referri Trimalchio, adjecit:* † *Etiam* [4] *videte, quam porcus ille* [5] *silvaticus totam comederit glandem.* ‡ *Statim pueri ad sportellas accesserunt, quæ pendebant è dentibus,* [6] *Thebaicasque, & caryotas* [7] *ad numerum divisere*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

cùm vestis sit interior. Potiùs erat crassior vestis, velut collare, aut scapulare, frigori arcendo ab alis, & cervicibus. unde Martialis:

Brumæ diebûs, feriisque Saturni
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper.

Mittit *aliculam* brumæ diebûs, eo fine, sicut dixi. Cæterùm non dubito, quin habitus, qui hîc describitur, sit venatorius, propter ea, quæ sequuntur, atque antecedunt. Quod notandum fuerit, ne ex Vlpiano solis pueris *aliculam* attribuamus. *Io. Schefferus.*

1. *subornatus*] verè Petronianum. ut, in jam editis: *ultimò cinædus supervenit, myrtea subornatus gausapilâ.* Scheffer.

2. *Parati aucupes*] Turdi ex apri latere evolantes non ideò, ut quidam (W.) scribit, à paratis cum arundinibus aucupibus capti sunt, & inter convivas distributi, ut crudis iis vescerentur; sed ad excitandum ridiculum, & conciliandam convivis voluptatem: quemadmodum etiam in missilium sparsione vivæ aviculæ tesseris inscriptæ. Imò simile quid nec hodie insolens; & vidi ipse frigillas vel acanthidas vivas tucetæ immissas, quæ ea apertâ subitò erumpentes, non sine jucunda accumbentium delectatione, triclinium pervolitârunt. N. N. *in ep. ad Arnoldum.*

3. *cum arundinibus*] De his consule Plautum in Bach. 1, scen. 1, 17; & quæ ibi ὁ πάνυ *(excellentissimus in suo ordine)*, Gronovius. *Idem.*

4. *Etiam videte*] Num scribendum divisim, *& jam videte?* Sed sic & in sequentibus, ubi vide. *Schefferus.* *Etiam*, est hic *etiamnum, adhuc, praterea.* Reinesius: *Etiam videte, quam porcus ille silvaticus totam comederit glandem.* leg. *quam porcus i. s. tandem comederit glandem.* Volebat ostentator docere convivas, se porcum illum palmulis seu dactylis, non glande & siliquis, ut vulgus, pavisse, ut plurimæ in Oriente gentes solerent, quibus è palmis quadrupedum, suum inprimis, cibus, teste *Plinio l.* 13, *c.* 4. eóque eas è sportellis de dentibus porci suspensis, promi à pueris & dividi cœnantibus jussit. *Totam glandem*, i. solidam, perfectam, nullo alio pabuli genere permixtam. Ironicè.

5. *silvaticus*] A *silva* prout in vett. libb. scribitur, pro *sylva*, y transeunte in *i*, ut *nimfa, limfa, mirtus, cignus* in vett. L. Vossius.

6. *Thebaicasque, & caryotas*] Palmarum fructum seu dactylos, palmulas, sic etiam distinxit *Galenus* 2 *de Alim. fac. c.* 25, ut Ægyptias siccas & adstringentes; Syriacas vel Iudaicas *caryotas* seu nucales (*Dioscor. l.* 1, *c.* 149 καρυώτιδες) molles, tumidas & dulces esse adfirmaret: quem sequuntur plerique, *Bruyer. l.* xj, *c.* 14; *& L. Nonn. lib.* 1 *de re Cib. c.* 39. Multò plura de utraque specie *Theoph.* 2 *hist. Plant.* 8, *& ibi Scal. Constant. Bodæus.* Genera quadraginta novem numerat *Plinius lib.* 13, *c.* 4; sed cum multa, dum veteres non semper intelligeret, vel perperam excerperet, digereretque in tanta rerum copia, perturbatione.

Marcellus

viſere cœnantibus. Interim ego, qui [1] *privatum habebam ſeceſſum, in multas cogitationes diductus ſum, quare aper pileatus* [2] *intraſſet. Poſtquam itaque omnes* [3] *batologias conſumpſi,* [4] *duravi interrogare illum interpretem meum, quid me torqueret. At ille :* † *Plane* [5] *etiam hoc ſervus tuus indicare poteſt. Non enim ænigma eſt, ſed res aperta. Hic aper, cum heri* [6] *ſummam cœnam vindicaſſet,* [7] *à convivis*

† *Conviva.*

Marcellus d. Empir. c. 20 palmulas *caryotas Thebaicas* pro iiſdem accipit. *Th. Reineſius.*

7. *ad numerum*] omnibus, quotquot erant, convivis. SCtum vetus apud Ciceronem lib. VIII Ep. I, quæ eſt Cœlii. *Si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non eſſent, qui in eas provincias proficiſcerentur, tum uti collegium quodque primum Prætorum fuiſſet, neque in provincias profecti eſſent, ita ſorte in provincias proficiſcerentur, ſi ad numerum ii non eſſent.* Io. Schefferus.

1. *privatum habebam ſeceſſum*) Mallem ego, *privatim*, i. e. ſeorſum, pro me peculiariter. *Seceſſum habere*, ita puto dictum, ut *habere conſilium*, de eo, qui quid ſecretò, ſecum volvit animò. *Secedere in ſe*, hoc ſenſu dixit Seneca Epigr. 25. *Tum præcipuè in te ipſe ſecede, cùm eſſe cogeris in turba.* Schefferus. *privatum ſeceſſum.* Id eſt, cum nullo mihi prorſus communem, ſeu nullo tunc habito mecum ſociò.

2. *intraſſet*] illatus eſſet. Varro III R. R. c. 9, de gallinis Africanis : *Hæ noviſſimè in triclinium ganearium introierunt è culina.* Schefferus.

3. *batologias*] in vicem MSi, & Patav. *bacaluſias. batologiæ* anxiæ q. ac ſpinoſæ cogitationes, à βατος rubus, ſentis, & λόγος ratio, mens, conceptus. Vt βατολογιά (à Βάτ]ος, nomen balbi cujuſdam Principis, & λόγος oratio) ſermo Batti linguæ inſtar impeditus, hæſitantia : ſic βαβ]λογιά. Schefferus : *omnes bacaluſias.* Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *omnes bacologias.* Notum eſt ex Suetonio, uſurpaſſe Auguſtum *bacelum*, pro *ſtulto*, à Græco βάκηλος. Hinc credo *bacologiæ*, βακηλογίαι, id, eſt, ratiocinationes cogitationeſque ineptæ. Reineſius : *bacaluſias.* lege *bucoleſias*, βυκολήσιας : i. e. inanes & falſos conceptus, variaſque imaginationes, & meditationes, mentis agitationes & animi nuſquam reſidentis volutationes. βυκολεῖν eſt decipere. Nimis affectatum, & fortaſſis obtruſum Petronio à ſemi Græco.

4. *duravi interrogare*] Eleganter, *duravi*, pro *firmavi*, meipſum ſcilicet, animumque meum, anceps dubiuſque antè, num honeſtè poſſem totiens interrogationibus meis illi moleſtus eſſe. Pomponius Mela I. I, c. 19. *Mentes accedentium primo aſpectu conſternat, ubi contemplari duravere, non ſatiet.* Sic Salmaſius. nam vulgati habent, *contemplati.* Schefferus.

5. *Plane etiam hoc*] Ita Plautus IV Epid. I. *Planè hic ille eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit.* Scheffer.

6. *ſibi ſummam cœnam vindicaſſet*] Summam cœnam accipio, pro ſumma cœnæ, id eſt, parte præcipua, præcipuo cibo. Quomodo in editis *ſumma carminis*, pro præcipua laude ejus. *diu ſumma carminis penes Mopſum Thracem memorata eſt.* Idem.

7. *à convivis*] pro MSi, & Patav. *conviviis.* Schefferus : Mallem, *à convivis eſt dimiſſus.* Vult autem, non tangere, aut diſcindere eum ſuſtin ſuiſſe, quia fuit quaſi decus menſæ atque ornamentum. Sed ludit in voce *dimiſſus*; quia & ſervi dicuntur *dimitti*, quando manumittuntur, & filii. Vlpianus in tit. *Si moriente avo*

pater

mvivis dimissus : Itaque hodie tamquam libertus in convivium re-
rtitur. † Damnavi ego [1] stuporem meum, & nihil amplius inter-
gavi, ne viderer nunquam [2] inter honestos cœnasse. Dum hæc lo-
uimur, puer specioſus, vitibus, hederisque redimitus, modo Bromium,
terdum Lyæum, [3] Euhyumque [4] confessus, calathisco uvas circum-
dit, & poemata domini sui acutissima voce [5] traduxit ; ad quem
num conversus Trimalchio : ‡ Dionyse, inquit, [6] liber esto. † Puer
traxit pileum apro, [7] capitique suo imposuit. Tum Trimalchio rur-
is adjecit : ‡ Non [8] negabitis me, inquit, habere [9] Liberum patrem.

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Lau-*

ter eorum aut jam decesit, aut de pote-
ate dimissus est. Etiam ad consuetu-
nem veterem respicit, ex qua ma-
umittere servos solebant in mensa,
adhibitione convivii. Gajus in In-
t. tit. 1. *Latini sunt* (liberti) *qui aut*
r epistolam, aut inter amicos, aut convi-
s adhibitione manumittuntur.

1. *Damnavi ego stup.m.*] Sic in edi-
s : *Damnabat Apollo noxias manus.*
iam alibi sic loquitur. *Io.Scheffer.*

2. *inter honestos*] Optimè; sicut Ci-
ro Catil. 1. *Dico te priori nocte venisse*
ter falcarios in M. Lecca domum. Cæ-
tum, *honestos* sic vocavit etiam in
litis. *& multo honestiores cœnabant.*
em.

3. *Euhyumque*] pro MSi, & Patav.
uchiumque. Euhyus, q.bonus filius,
icchi est cognomen, à Iove ipsi ob
eritum bellò inditum unde f. bac-
antium illæ voces *evæ*, *evohe*, *euhoë*
ud. Horat. Virg. Plautum ; non ab
ra, &c. Idem Bacchus, *Bromius*, &
æus, ex diversis adjunctis ac effe-
is. Schefferus : *Euchiumque.* apud
icretium, Horatium, & alios, est
thyus.

4. *confessus*] nihil melius, aut eru-
tius. Virgil. 11 Æneid. 591.

-- pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualisque
videri
Cœlicolis, & quanta solet. ---

ervius ad hæc verba : *confessa deam,*
vino habitu, quia in primo venatricis
habitu se obtulerat. Sic itaque hoc lo-
co, *confessus Euchium*, qui refert habi-
tum ejus. *Schefferus.*

5. *traduxit*] per convivium oſten-
tavit. Ita Tacitus XII Ann. cap. 36.
phaleræ torquesque, quaque externis bellis
quæsierat, traducta. Ipse noster in jam
editis : *aut histrio scæna ostentatione tra-*
ductus. Peſſimè Gonſalius; *infamiâ no-*
tatus: est enim *histrio traductus*, omni-
bus factus notus, & monſtratus qua-
si, quomodo Suetonius in Tito c. 8
de delatoribus. *Hos assiduè in foro fla-*
gellis ac fustibus cæsos, ac novissimè tradu-
ctos per amphitheatri harenam, subjici in
servos imperavit. Scheffer.

6. *liber esto*] Solennis formula ma-
numittentis. Vide Briſſonium, item-
que Rævardum de Auctor. Prudem-
tum cap. 7. *Idem.*

7. *capitique suo imposuit*] more ma-
numiſſorum. Servius : *Cum servi ma-*
numittebantur, raso capite pileum accipie-
bant. Idem.

8. *Non negabitis*] Verbum valde
frequens noſtro, etiam in editis, ut :
Tryphæna mutata negat se interpellare
supplicium. & ſic aliis locis pluribus.
Idem.

9. *Liberum patrem*] i.eſt, Bacchum,
quem *habere* ſe dicit, quia puer eum
referens, Trimalchionis fuit ſervus.
Liberum tamen, quia eundem manu
miſerat, liberumque eſſe juſſerat.
Hoc illud eſt acumen ſcilicet, quod
laudant. *Id.*

1. cir-

† *Laudavimus dictum Trimalchionis, & [1] cicumeuntem puerum sane perbasiamus.* [2] *Ab hoc ferculo Trimalchio* [3] *ad lasanum surrexit. Nos libertatem sine tyranno nacti, cœpimus* [4] *invitare convivarum sermones. Clamat itaque primus,* [5] *cum patera acina popoſciſſet, Dies, inquit,* [6] *nihil eſt;* [7] *dum verſas te, nox fit: itaque nihil eſt melius, quam de cubiculo recta in triclinium ire.* [8] *Et mundum frigus habuimus.* [9] *vix me balneum calfecit;* [10] *tamen calda potio*

† *Conviva.* [1] *veſti-*

1. *circumeuntem puerum*] Sic MS. non Patavinum *circumeuntes*.

2. *Ab hoc ferculo*] Petronius in editis: *Ab hac voce equum cinædus mutavit.* Io. Schefferus.

3. *Ad laſanum*] Sic pro codicis MSi, & Patavino *laſammum*. Schefferus: *Ad laſanum*, i. e, ſellam familiaricam, exonerando aluo. Horatius 1 Sat. 6.

Te pueri laſanum portantes œnophorumque.

Ad laſanum, eſt, propter laſanum, laſani cauſsâ, ut ſe illuc conferret. Livius lib. 1, c. 7. *cùm boves quadam ad deſiderium cæterarum mugiſſent.*

4. *invitare convivarum ſermones*] provocare, allectare. Optimè. quomodo Horatius Epod. 2.

Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus

Somnos quod invitet leves. Scheffer.

5. *cum patera acina p.*] pro MSi, & Patav. *c. pataracina*. Schefferus: *cum pataracina popoſciſſet*. Num legendum, *patera acina*, pro *pataracina*, quoniam præcedit de uvis? ſed quid ita tandem poſcit pateram? num ut ei imponantur? at verò pateræ potui inſerviebant. Deliberent meliùs alii. Quidni aſotus exhauſta paterâ, poculo lato & patente, eodem acina poterat poſcere? Id. Schefferus in calce libri: Cl. Gronovius ſuſpicatur leg. *amaracina*. Reineſius: *Pataracina*, lego, *pàr duracina*, & intelligo Perſica: V. *Plinius & Diatetici*.

6. *nihil eſt*] propter brevitatem ſuam, quia tranſit celerrimè. Plautus in Milite A. I. ſc. 1. *PY. Iſtuc quidem edepol nihil eſt. AR. nihil hercle quidem hoc.* Horat. 11 Sat. 3. *Mille cadis nihil eſt, tercentum millibus.* Schefferus.

7. *dum verſas te*] Mallem ego, *dum vertis te*; niſi *verſas* quis accipiat pro *citò vertis*, notat enim brevitatem temporis. Vt in jam editis, *dum loqueris, levis pruina dilabitur.* Horatius *Dum loquimur fugit invida ætas.* Schefer.

8. *Et mundum frigus habuimus*] Hæ ſine dubio corrupta ſunt, nec quo modo ſanari queant, nunc quidem diſpicio. *Schefferus. mundum frigus.* An non? *multum frigus.* I.C. Tilebomenus.

9. *vix me balneum calefecit*] Patavin editio habebat *balneus*, juxta MS. Se niſi *balneus* apud alios legatur, quem admodum *cælus* (quod antè habuimus,) notante Scheffero, ap. Enniu & Varronem, *candelabrus* (id circ finem) apud Cæcilium teſtante No nio, &c. Aut analogia faveat, plu rave concurrant quæ de ſententia au ctoris teſtentur; ex ſingulis literis nedum unica literula compendiô ſcripta (ut hîc *balneus*, & quod forſa ſe oſtentabit *vinus*, aut ſi quæ hujus modi) ob perverſiſſimam MSi ortho graphiam, communis loquendi rati non debet deſeri, nec quidquam i præjudicium auctori ſtatui. Neqt video, quomodo peccata hæc in g nere nominum, ut ſuprà Dn. D. Mar nus Statilius memoravit, ſint perp tua; cùm paulò antè habuerimus i recto caſu *repoſitorium*, *ferculum*, tu *hoc vinum*, mox habituri in rect

plu-

vestiarius est. [2] *Staminarias duxi, & plane mataus sum; vinum mihi*

umbum, aurum: circa finem intra uciſſimas lineas occurret juxta em MSm *diſsileo*, pro-*lio, mutes* pro *utis*. Summa deſcriptoris imperitia ſtat oſcilli varias miraſque ſpecies formans, judicantium aciem peringit. Sic paulò antè, pro *venalis venerabilis*, pro *apophoreta* apooreti MS. habet, & talia innume-. Schefferus: Suſpicor ſcripſiſſe noum, *vix me balneis calfeci*. Poſtrea litera in vocabulo *calfecit*, adnata ex ſequenti *tamen*. Noſter alio lo, in jam editis, ad quem reſpicir fortaſſis hiſce verbis: *Itaque inwimus balneum, & ſudore calefacti momentô temporis, ad frigidam eximus.* c diſtinguenda cenſeo hæc verba. am quod ait *vix me calfeci*, expot illud, *calefacti momentô temporis*, iod in allato loco occurrit. Si *ſudore* rbiter *calefit*, quidni etiam *balneum* u pars ejus præcipua laconicum ei *lefaciat?* non per ſe ſed ratione vaoris quem concludit, nec vapor alir quàm beneficiô ignis. At ſudore iomodò calefimus? qui nec effiens, nec inſtrumentum caloris, ſed fectus, & calore poſterior.

9. *tamen calda potio*] Ita bene urpat illud *tamen*. Cato in Bimargo: *ſtavi noſtri cùm allium ac cepe eorum erba olerent, tamen optimè animati eunt.* Cicero in Rullum. *Hæreditatum eundarum causâ quibus vos legationes ediſtis, qui ad negotium exierunt, non aximis opibûs præditi: tamen auditis rofectô, quàm graves eorum adventus ciis veſtris eſſe ſoleant.* Io. Schefferus.

1. *veſtiarius eſt*] Iocolariter, quaſi eſtes præbeat, dum calefacit. *Idem.*

2. *Staminarias* (potiones) *duxi, & plane mataus ſum*] Pro MSi, & Patav. *aminatas d. & p. matus ſ. Staminarius*, uctor ſtaminis, ſeu qui net. *ſtamiarias potiones duxi*, i. tales quæ me opinione mea *ſtaminis* inſtar tenſum, tantem, atque rectum conſervaturæ eſſent. Schefferus: *Staminatas duxi*, putavi veſtes, quas veſtiarius ille præbebat, eſſe ſtaminatas, id eſt, eodem manentes ſtanteſque loco, nunc intelligo ambulatorias eſſe, quoniam in cerebrum abeunt. Ludit in voce *ſtaminatas*. nam *ſtaminata veſtes*, quæ factæ ſunt ex ſtamine, ſicut nempe vulgò veſtes omnes ex ſtamine & ſubtemine. Sed quia ſtamen eſt à *ſtando*, dicit, veſtes eas credidiſſe ſe ſtaturas, h. e. putaſſe calidam & vinum manſurum uno loco, nunc verò longè aliud ſe intelligere, ac ſentire id in cerebro errans & vagabundum. *plane matus ſum.* Lege, *plane mataus ſum. Mataus* eſt μάταιος. Etiam hîc jocus ineſt. Nam μάταιος & *fruſtraneus* eſt, & *ineptus*. ut dupliciter poſſit accipi, & pro, *fruſtraneus ſum*, nec ita evenit res, ut putâram, & pro, *ineptus ſum*, vino cerebrum lædente. Heſychius. Μάταιος, ἠλίθιος, πάλαι (*fatuus, miſer*), Gloſſarium vetus, μάτην, *fruſtra, nequicquam*. Reineſius: *Staminatas duxi & plane mattus ſum.* Subintelligo *potiones*, ut in editis: *volabant meracæ potiones*: ſequitur enim, *vinum mihi in cerebrum abiit.* Legendum verò *ſtamniatas*, i. e. hauſtus liberaliores, urnales, & amphorales; στάμνος, στάμνιον, hama, amphora, urna, ſeria, multilibris aqualis, crater urnæ capax *Iuven. Sat.* 12, puteus argenteus, vas potorium majus, dignum ſitiente Pholo, quod vel jumento potando ſufficeret: potiones ſtamniatæ *kühsüffe*. Tilebomenus: *matus ſum.* Lege *mattus ſum*, ut habet vetuſtiſſimum Gloſſarium MS. noſtrum Remenſe. Tali, exiſtimo, Gloſſario etiam R.P. Io.Lud. de la Cerda in ſuppleto Calepino inſiſtit, ubi: *Mattus*, triſtis. Gloſſæ. In calce: *Mattum* eſt, humectum emollitum, infectum, ſubactum, maceratum. Hinc *via matta* Cic. lib. 6 ad Att. Ep. 12. *Itaque eo*

mihi [1] *in cerebrum abiit.* † *Excepit Seleucus fabulæ partem :* ‡ *Et ego inquit, non cotidie* [2] *lavor ; Balaniſcus enim fullo eſt. Aqua* [3] *dentes habet, & cor noſtrum cotidie liqueſcit ; ſed, cum* [4] *mulſi pultarium obduxi,* [5] *frigori lœcos indico ; Nec ſane lavare potui,* [6] *fui enim hodie*

† *Encolpius.* ‡ *Seleucus.*

die manſi Aquini, longulum ſanè iter, & via matta. Ita enim eo loco libri vett. omnes conſtanter legunt. Sed fallit. Sic enim Ianus Gruterus ad verba Cic. lib. 16 ad Att. Ep. 13. *Itaque eo die manſi Aquini. longulum ſanè iter, & via ἀμφίρρ. ἀμφίρρ.* conjectura eſt Boſii : vulgati codd. *via inepta.* Tornæſianus *via mata*, ex quo nonnulli fecerunt, *madida*, alii *moleſta*, alii *mala* ; Lambinus verò *madidata.* Cruſellinus & mſſ. Pal. referunt, *via amara*, unde Iunius inſcribit *via hamata.* Quid jam verius quàm vett. codices concordare ? Schefferus in fine : Cl. Gronovius pro *ſtaminatas duxi, & plane matus ſum*, legit, *geminatas*, vel *heminarias* (ſex cyathorum potiones) & *madidus.* Idem, quod præceſſit *mundum frigus*, quodque nos corruptum judicavimus, ex Martiali cenſet captum, qui lib. 111 Ep. 58 *famem mundam* uſurpavit.

1. *in cerebrum abiit*] Plaut. Perſ. 1, ſc. 3. *Nolo in veſicam quod eat, in ventrem volo.* Schefferus. Sed locò vinum (quomodo & Patav.), MS. hic *vinus.*

2. *lavor : Balaniſcus enim fullo eſt*] pro MSi, & Patav. *lavor, Baliſcus* (MS. *lavor b.*) *e. f. e.* Schefferus : *fullo eſt.* ad inſtar proverbii uſurpat de eo, qui quotidie balneis utitur. Nempe quia proprium *fullonum*, degere in aquis, ut qui veſtes lavent aqua urinis permixtâ. Vide, quæ notavit maximus Gronovius ad Plauti Aſin. v, ſc. 2, 57. Reineſius : *Baliſcus fullo eſt.* Sermo omnis eſt de virtute ſeu effectibus balnearum. Permaximè ſolens Petronio uti Diminutivis, quæ diminutivè tamen non ſignificent : ſic *berbeculos, ſteriliculam, taurulum, aliculam, corneolum, glebulas, lamellulas, utriculos, ſtatuncula, epatia, lucunculum, mactrillam, Corcillum, cerebellum*, dixit. Legendum verò revocatâ ſyllabâ, quæ effugerat manum deſcriptoris *balaniſcus*, i. e. balneator hoc formatum e Gr. *βαλανδς* (*balneator*) : hujus Fœmin. *βαλανὶς*, & paragogicè *βαλάνισσα* (*balneatrix*) ut *βασιλδς*, *βασιλίσσα* (*Rex Regina*), &c. In eo verò quod balneum vocat balneatorem, *πρσωποποιία* (*perſonæ fictionem*) agnoſcimus. *Tile bomenus :* Haud mendacem eſſe conjecturam crediderim meam, ſi *baliſcus* vice, legatur *baliſmus.* Quid *baliſmus ?* an *βαλισμὸς tripudiatio, chorea ?* Schefferus in calce libri : Gronovius : Pro *Baliſcus, fullo*, ſcribit *balneus.*

3. *dentes habet*] Arrodit nos, faci corpus mollius ac fluidius. & hoc habet ſpeciem proverbii. *Schefferus. Aqua dentes habet.* Hoc interpretamentum eſſe poterit iſtius *Hippocratici* effati 6 *Epidem.* 4, *n.* 18. *Ὑδωρ βορὸν Aqua vorax*, quòd homines voraces reddat diutina in aquis manſio, ve circa aquas habitatio ; quod *Galenus in Comm.* etiam de frigidæ potu adfirmat, *ὡς τὰς ὀρέξεις αὐξάνουσι καὶ γεννῶντι (ceu appetentiam augente & generante)* ; additque Græcos omnes in Aſia *βορὸς* adpellare *τὰς πολλὰ δυναμένας ἐσθίειν (multum comedere valentes).* Reineſius.

4. *mulſi pultarium*] Iuxta MS. ſi diviſim. Schefferus : *Mulſi pultarium* i. e. vas plenum mulſi. Plinius lib VII, c. 53. *Edita cœnâ, calidam potionem in pultario popoſcit.*

5. *frigori lœcos indico*] pro MSi, & Patav. *f. lacaſim dico.* Schefferus : *frigor*

ie in funus. [1] *Homo bellus, tam bonus Chrysanthus animam* [2] *ebulliit:*

ori lacasim dico. Hæc prodigiosa sunt. uspicor, scripsisse nostrum, *frigori ecos indico. Lœcos,* est Græcum λοιγὸς, nutato γ in c. ut ab ἀμοργὴ, est *a-urca,* à γαμήλιοι (*nuptiales*) *Came-* (f. à γαμήλια, festa significante uptialia, *Camillæ* ministræ in occul-oribus, ut sacris, ac nuptiis; *came-us* verò ab Hebr. *gamal,* vel Chald. *amla*). Porrò λοιγὸς mors est, vel xitium, ut *lœcos indicere* sit nunciare icui exitium & mortem. Quomo-o apud Tacitum xv, cap. 61. *Ergo re-edi, & indicere mortem jubetur.* Ne-ue obstat, quod illud λοιγὸς apud ræcos generis sit masculini, cùm ec semper observetur genus idem in traque lingua, & ista à temulento oc in loco proferantur. Hæc scripse-um, cum Cl. Gronovius nos hîc re-nittit ad Martialem, apud quem lib. 1 Ep. 59 occurrit,

λειχάζειν *cupidæ dicet avaritiæ.*

Λείχειν, λιχμάζειν, lingere, & fel-re.

6. *fui enim hodie in funus*] Optimè uspicatur Nob. Heinsius: *ivi.* Tò *ivi* ctum erat litera majusculâ à capite, ide natum vitium. *Ire* verbum so-nne hujus rei. Donatus ad Andriam erentii A. 1, sc. 1. *Ire propriè ad exe-uias. Virgilius. Ite, ait, egregias ani-as,* &c. Porrò *ire in funus,* ut, *acce-re, venire in funus.* Cic. de LL. 11. *ittacus omnino accedere quenquam ve-t in funus.* Valens l. Si tibi. ff. de Le-it. 111, *qui ex tribus liberis meis in fu-us meum venerit.* & sic alii. *Schefferus. ui in funus.* In MS. *fui infumus.* To-ravi propter constructionis consi-ilia. Sueton. in Aug. c. 15, *in pote-atem volucrum esse.* Plaut. Amphitr. 1, sc. 1, *Numero mihi in mentem fuit.* dem Pseud. a. 4, sc. 5, *in pistrinum cre-fore.* cupiamque videri, *an esse vel isse in funere,* i. *pompa funebri,* apud auctores sic exulet, ut ne nostris quidem transire queat.

1. *Homo bellus, tam bonus*] Quid est hîc, *tam bonus?* quò refertur illud *tam?* Scribo planè, *jam bonus,* & expono, *jam beatus,* qui nunc vivit non in terris, sed inter beatos. *Bonos* enim appellare defunctos solebant. Inscriptio vetus apud Gruterum p. 474. HAVE. HERME. HOMO. BONE. Alia inscriptio apud eundem p. 285. CONSTANTINO. ET CONSTANTIO. BB. BEATISSIMISQUE. CÆSS. Id est, *Bonis, beatissimisque.* Item pag. 349. ÆMILIO. VALERIO. CHORINTHO. HOMINI. BONO. QUI. VIXIT. ANN. XXXX. Schefferus. *Homo bellus* (i. e. *pulcher, non inelegans,* &c.) *tam bonus* (i. e. adeò *utilis*). Reinesius: *Bonum,* hîc pro defuncto poni, nihili observatio est: Inscriptiones etiam quæ in hanc rem adhibenrur, aliud prorsus docent; nim. jacet τὸ *Bonus* pro epitheto. B.B. (i. e. Optimi) & Beatissimi Cæsares Constantinus & Constantius in 6 CCLXXXIV apud *Gruterum* vocantur, cùm adhuc viverent. Non ergo cippus sepulcralis iste est; & quomodo una memoriâ honorari potuissent, quorum exitus trjginta amplius annîs distabant? sed vivorum honori erectum monimentum. Mihi in ῥήσει (*locutione*) ista ellipsis placet τοῦ *quàm,* sive comparativè sive copulativè sumatur; Quod autem Romani defunctos adpellârint χρηστοὺς (*commodos*) quo de in *Qq. Rom. & Græc. Plut.* isti negotio malè adplicabitur.

2. *ebulliit*] pro MSi, & Patavino *ebuliit.* Schefferus: *ebuliit.* Corrige, *ebulliit.* Seneca in Apocolocynth. quem fortassis locum noster habuit in animo: *Et ille quidem animam ebulliit, & eo desiit vivere videri.*

liit : [1] *modo, modo me adpellavit : videor mihi cum illo loqui.* [2] *Hei eſt, Hei !* [3] *Vtres inflati ambulamus,* [4] *minores quam muſcæ ſumus ; tamen aliquam virtutem habent : nos non pluris ſumus, quam bullæ. Et quid ſi non* [5] *abſtinax fuiſſet ?* [6] *quinque dies aquam*

[1] *in*

1. *modo, modo*] Tempus breviſſimum notat. Noſter infrà : *modo, modo collo ſuò circumferebat onera.* Io. Schefferus.

2. *Hei eſt, hei*] Mallem, *heu, aſt, heu, utres*, &c. quaſi diceret, etiamſi qui vixerunt modò, tam celeriter moriantur, nos tamen, tanquam magnum aliquid eſſemus, ſuperbimus. *Idem. Hei eſt hei. Hei* inſulſus hic videtur materialiter accipere, q. d. *Chryſanthus* eſt inter eos, quorum caſum ferè hac interjectione dolemus, h. e. inter mortuos. *Hei* verò etiam in Terentio ſcribitur. *Hei vereor ne quid Andria apportet mali.* Voſſius.

3. *Vtres inflati*] Incipit philoſophari, ut ſolent aliqui, per ebrietatem. Epicharmus : *φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι. homines naturâ utres, ventô inflati.* Simile eſt dictum Socratic. *Schefferus.*

4. *minores quam muſcæ ſumus : tamen*] Hic locus in MS. ſic legitur : *minores quam muſce. ſuus tamen.* de *ſuus*, ad m. *ſumus*. Patav. editio : *muæ ſinis tamen.* Schefferus : *minores.* mallem, *minoris.* Ita mox : *nos non pluris ſumus, quàm bullæ.* Horatius 1 Sat. 9. *Pluris*

Hoc, inquam, mihi eris.

ſinis tamen. Hoc valde corruptum eſt. Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *ſimus tamen.* Notum eſt, conferri ſimo ſtercorique hominem. Eo intuitu ait, videri ſibi majorem vim ineſſe ſtercori ſimoque, quàm homini. Et Reineſius : *minores quàm muſcæ : ſinis tamen aliquam virtutem habent.* Hic locus malè ſanus à nemine meliùs quàm à medico curabitur ; nim. leg. *minoris* ſc. precii ſumus, *quam muſcæ : Cinis tamen* earum *aliquam virtutem habet*, ſcil. capillorum defluvium, calvitiem, alopecias & cognata vitia curandi. Docemur à *Plinio lib. 29, c. 6, muſcarum capita recentia priùs folio ficulneò aſperatas* alopecias *replere : alii* addit *ſanguine muſcarum utuntur : alii decem diebus cinerem earum illinunt, cum cinere chartæ vel nucum, ita ut ſit tertia pars è muſcis : Aetius Tetr. 2, ſ. 2, c. 12* ; & *Nicol. Alex. Antidot. ſ. 38. num. 83.* commendat medicam. ex alcyonio & ſulphure uſtis, toſtis muſcis cum felle ſuillo & aceto compoſitum ad eaſdem. *Marcellus Empir. c. 6, muſcarum capita combuſta, & cum melle trita capitique illita mirè alopecias tollunt.* Experimentum Meſuéi à *Ioh. Anglico* narratur hoc : Accipe muſcas ; exſiccentur abſciſſis capitibûs & cum avellanis aſſis ; & adipe caprino aut urſino fiat linimentum ſuper locum depilatum, & efficaciter creſcent. Prior hiſce omnibûs Aſclepiades muſcarum recens captarum capita, præraſis alopeciæ locis adfricare juſſit, & ſanguine earum oblinere, referente *Galeno i. de Comp. med. ſ. l. c. 9.* Cleopatra etiam jubet *μυιῶν κεφαλὰς ἀποθλᾶν καὶ ἀναπλάσσειν (muſcarum capita contundere & conterere).* ib. c. 7. Eadem leguntur apud *Dioſcor. Eupor. c. 96* ; & *Theodorum Priſc.* Seleuci Philoſophia iſta deprimentis hominem infra muſcas talis eſt, quòd harum in cineres redactarum aliquis uſus ſit homini ; hominis, uti bullæ, mox cùm adparuit diſſilientis, nullus.

5. *abſtinax*] Non contemno hoc verbum. Nam ut *tenax* dicimus, & *pertinax*, cur non & *abſtinax ?* Sic eſt *vigilax* apud Propertium. Apud alios alia, non diſſimilia. *Schefferus.*

6. *quin-*

in os ſuum non conjecit, non micam panis, [2] *tamen abiit. At plu-*
s medici illum perdiderunt, imo magis [3] *malus fatus; medicus enim*
ihil aliud eſt, quam [4] *animi conſolatio. tamen bene elatus eſt,* [5] *vi-*
ali lecto, ſtragulis bonis; planctus eſt optime, [6] *manumiſit aliquot,*
iamſi [7] *maligne illum ploravit uxor. Quid ſi non illam* [8] *optime*
acce-

6. *quinque dies aquam*] Dictum eſt lliptice, pro, *per quinque dies.* Livius b. II, c. 7. *matronæ annum, ut paren-m eum luxerunt.* Io. Schefferus.

1. *in os ſuum conjecit*] Cicero de Orat. *conjectis in os calculis, ſumma vo-verſus multos uno ſpiritu pronunciare nſueſcebat.* Habes infrà quoque: *a-uam in os ſuum non conjiciet.* I. Schef-rus.

2. *tamen abiit. At plures medici*] oſſit intelligere de medicis multis, ui vulgò putantur diverſitate ſen-entiarum ægroto obeſſe. Vix tamen ubito, quin legi debeat, *abiit ad lures. Medici,* &c. Plautus Trinumm. 1, ſc. 2. *quin priùs me ad plures pene-ravi.* plures, ſunt mortui. vide Sca-gerum ad Varronem. *Schefferus.*

3. *malus fatus*] Neſcio, an *malum atum* ſcribi debeat, ita enim ſemper egitur in jam editis. At hoc modo ſt in noſtris etiam inferiùs. Nec a-alogia repugnat. Eſt enim *fatus, fa-a, fatum* adjectivum, quod pro va-ietate ſubſtantivi, ſub eo intellecti, oteſt eſſe alterius generis, atque al-erius. Atque ita non magis *fatum* rit rectum, ſubauditò *verbum* quàm *atus*, ſubauditò *ſermo.* Inſcriptio ve-us in foro Trajani apud ſtatuarium, pag. 661 Grut. Op. FRUCTUM. A-LIUM. MERITORUM. SUOR. REPORTARE. FATUS. MALUS. NEGAVIT. & alia extra portam Collatinam, in ejuſdem Operis pag. 663. VIRGINEM. ERIPUIT FATUS. MALUS. *Scheffer.*

4. *animi conſolatio*] Solatur animum, & ſpem illi facit longioris vitæ, cùm de cætero poſſit nihil contra fatum. *Schefferus. Medicus nihil aliud eſt quàm animi conſolatio.* Non ita honorificè ſapiens hic triobolaris, potiùs ſcurra Seleucus exiſtimavit de *Medicis*, ut eos pro animorum conſolatoribus prædicaret. Senſus poſcit, ut legamus *mimi* vel *mimica conſolatio*; conclamatos enim, τὰς ἐπὶ δυσμαῖς ὄνους (*in fine gradientes*), bonæ ſpei figmentô ſtrophis & χρηστολογίαις (*compoſitis verbis*) ſuſtentant & decipiunt, qui aliter quàm fucô *medici* nomen tueri poſſe deſperant; hoc cacoëthes, hos ῥῆτας τρόπους (*aſſentatorios mores*) *medicæ* gravitati contrarios tangit iſte. *Th. Reineſius.*

5. *vitali lecto*] Quid eſt *lectus vitalis?* an is, cujus uſus fuit in vita? Ita ſanè *ſeculum vitale* uſurpavit Lucretius, pro eo, quo quis vivit.

Multáque vivendo vitalia vincere ſæcla.

Reperio etiam, in uſu fuiſſe aliquibus, ut adhiberi vellent in funere, quibûs utebantur in vita. Inſcriptio vetus apud Briſſonium lib. VII Form. pag. 750. MORTUUM. ME QUOQUE. FUNERARI. JUSSI REBUS. LUGUER. QU. VIVOS. PARAVI. LECTO. STRAGULIS. FORENS. PÆNULA. NIGRIS. OMNIEUS. Gronovius pro, *vitali lectô*, credit, *vittatô*, i. e. coronîs ſtrato, legendum. *Schefferus.*

6. *manumiſit aliquot*] pro MS. & P. *aliquod.*

7. *maligne eum ploravit*] Mallem ego, *plorarit.* Porrò, *maignè*, eſt *parcè, parum*, quomodo apud Livium lib. XXXIX *maignè præbere. Maignè omnia prabentibus ſuis, meretricula munificentiâ ſuſtentabatur.* Adde Pricæum ad Apul. Mileſ. I, p. m. 54. *Schefferus.*

accepisset ? [1] *sed mulier, milvinum genus. nemini* [2] *nihil boni facere oportet, æque est enim ac si* [3] *in puteum conjicias. sed* [4] *antiquus amor* [5] *carcer est.* † *Molestus fuit Phileros, qui proclamavit,* ‡ *Vivorum meminerimus: ille habet, quod sibi debebatur: honestè vixit, honestè obiit. quid habet quod queratur ?* [6] *ab asse crevit, & paratus fuit quadrantem de stercore* [7] *mordicus tollere. Itaque crevit, quid-*

† *Encolpius.* ‡ *Phileros.*

8. *optime accepisset*] i. e. excepisset, tractâsset, respectu alimentorum rerumque cæterarum necessar. ad vitam. Terent. Eunu. v, sc. 8. *Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius.* Donatus eruditè: *accipit, pascit.* Adde Senec. Ep. 21; & Sidon. 11, Ep. 9. ibique Savaronem. *Io. Schefferus.*

1. *sed mulier, quæ mulier, milvinum genus*] Sic MS. Patav. edit. *quæ mulier* (i. mollis, affectibus succumbens facilè, nullaque virtute seu animi fortitudine prædira) posthabuit.

2. *nihil boni*] pro *aliquid*, vel *quidpiam boni.* Nempe *nihil* est per apocopen à *nihilum*, at *nihilum* divisim est, *ne hilum*; etiam *ne* hic valet *non*, ita tota phrasis erit: *nemini non hilum boni facere oportet*, quod est simile Plautino illi in Milite, *Iura, te non nocturum esse homini hac de re nemini.* Nostèr infrà: *Nemini tamen nihil satis est.* Iam olim Lucilius Satyr. XVII apud Nonium, voce, *proprium.*

— Proprium vero nil neminem habere. Schefferus.

3. *in puteum conjicias*] Ita suprà: *aquam in os suum conjecit.* Sed hic deest, *aquam*; & nescio, utrùm non à prima manu fuerit hoc loco, *aquam ac si*, & illud *aquam* compendiò scriptum, idem visum sit cum sequenti *ac*, & iccirco, velut abundans fuerit rejectum. *Idem.*

4. *antiquus amor carcer est*] Per modum proverbii traducit feminarum studia mutandi matrimonii. Iis, ait, qui diu unà vixerunt cum uno, unum amârunt, amorem illum habent pro carcere, quo concludantur, & iccirco nec ægrè possunt ferre, si mariti morte ab eo liberentur. Sed ita liquet, corrigendum esse, *& antiquus amor.* ſ accrevit voci *&*, ex fine vocis præcedentis, ita deinde factum *sed.* Schefferus. *antiq. amor carcer.* Hoc etiam persuasum feminis Christianis aliquando ex causa; in alium verò finem, non ut mutarent maritos, sed ut carerent ἀπρογαμίαι (*sola cubantes*) prorsus. Bertha filia Ducis Lotharingiæ, nuptiarum Robolai (nisi *Rodoldus* est) Ducis Pagani pertæsa Deo voverat in corde suo, ut si ab illo liberaretur, thalamo alterius viri non adsociaretur: *O, ô*, dicebat, *quando liberabor de occupatione seculi hujus, quæ animo meo & corpori meo amarus carcer est! S. Hildeg. Abbat. extra Bingam, in vita S. Roberti Confessoris.* Th. Reinesius.

5. *carcer est*] Hæc periodus in MS. sic legitur: *Neminem nihil boni facere oportet*, &c. *antiquus amor cancer est.*

6. *ab asse crevit*] pro MSi, & Patav. *abbas secrevit.* Schefferus: *abbas secrevit.* Scribendum est; *ab asse crevit*, i. e. cùm initio vix haberet assem, factus avaritiâ & tenacitate postea est tam dives. Suprà; *de nihilo crevit.*

7. *mordicus tollere*] morsu, ipsisque adeò dentibûs. Sic planè Lucilius Sat. XXVII teste Nonio in *mordicus.*

Mordicus petere aurum è flamma expediat, è cæno cibum.

Dictum est in sordidissimè avaros, quique contrarii sunt illi, qui ut ait Persius Sat. v,

In

quidquid crevit, [1] tamquam favus. Puto me-Hercules illum [2] reliquisse solidum centum, & omnia in nummis habuit. [3] De re tamen ego verum dicam, qui [4] linguam caninam comedi. Dura bucca fuit, linguosus, discordia, non homo. Frater ejus fortis fuit, [6] amicus amico,

In luto fixum possit transcendere nummum. Io. Schefferus.

1. *tamquam favus*] i. e. paulatim & tardè, minimis adjiciendo minima, hoc enim modo solent crescere, ut est notum. Infrà circa finem: *quicquid tangebam, crescebat tanquam favus.* Idem.

2. *reliquisse solidum centum, & omnia in nummis habuit*] *Solidum centum*, vel *centena* i. *tot millia*, ad modum *bina, terna, centena* (pro tot millibus) *sestertium*. In vicem MSi, & Patav. *solida centum. Deni æris*, seu decem *asses*, seu *denum* efficiunt *denarium*, sive 1 *drachmam*, ex libra argenti 84 denarii cudi; *denarius* verò *sestertium*, seu *nummum* quater complectitur, vel $2\frac{1}{2}$ *asses* sunt *unus sestertius*. Porrò, 2 *asses* fuerunt valent Brabanticum (quorum hoc tempore 48 thalerum conficiunt Imperialem, ut Hollandici (10) 10 asses unum Regalem, bini sestertii $\frac{1}{2}$ Regalem, horum (R.) 8 ferè ex uncia fiunt argenti: 10 Regales Philippicum constituunt. 100 *nummi* seu 25 *drachmæ solidum*, sive *aureum* faciunt; aurei ferè ex libra 48, aut 50, in proportione argenti decima, ut nunc ferme duodecima. Hæc sic ex uxta I. Lipsium in de re Nummar. enucleatè ac breviter. Igitur *centena millia solidûm*, 10000000 sestertiûm conflabunt, Philippicos 250000. Quod respectu aliarum sortium quas habemus, nunc sufficiat; nam si *solidûm centies*, i. *centies centena millia* legamus, id in immane abeat, cùm toto Satyrico (mensas Philosophicas Senecæ si exceperis) non ultra triplum positæ quantitatis, h. e. *trecenties sestertiûm* progrediamur. Schefferus: *reliquisse solida centum*. Non dubito, quin noster scripserit, *reliquisse HS solida centum*, i. e. sestertia solida centum. Nota pecuniaria omissa fuit propter ſs præcedentia proximè. *Sestertia solida centum* sunt integra & plena, sic ut illi numero nil desit. Isto modo *solidum* usurpatur sæpe in re nummaria, & notârunt pridem eruditi istas formulas; *solida proprietas, solidum legatum, capere solidum*, & alias id genus ista significatione. *In nummis habuit*. Non in suppellectile, aut bonis aliis, sed parata pecunia. Idem in calce: Cl. Gronovius existimat *solida centum*, aut affectato solœcismô dici, aut scribendum esse, *solidûm centies. in nummis habuit*, Ciceroni deberi, qui sic loquitur VIII Attic. Ep. 10.

3. *De re*] i. e. de re ipsa, non spectando ejus opes, sed considerando ingenium ejus. Sic dicimus, *de cætero, de reliquo*. Schefferus.

4. *linguam caninam comedi*] Ego verò nihil usquam istiusmodi reperio de *lingua canina*, quare dubito de hoc loco, Forsitan de herba ejus nominis accipiendus est. Sed & de illa nihil tale proditur, quod sciam. Doceant nos alii. *Schefferus. Linguam can. comedi* veritatem latraturus, ut & præcedit, *verum dicam*; quod enim *comedimus*, ei assimilamur: uti hic vult etiam quoad mores.

5. *linguosus*] Garrulus, dicax, rixosus. Vocabulum alibi non facilè lectum, vide infrà. *Scheffer.*

6. *amicus amico*] Terent. Phorm. III, sc 7, *Solus est homo amico amicus*. Idem.

amico, [1] *manu uncta, plena* [2] *mensa. Et inter initia malam parum pilavit. Sed* [3] *recorrexit costas illius prima vindemia; vendidit enim vinum* [4] *quantum ipse voluit: &, quod illius mentum sustulit, hereditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum est.* [5] *Et ille stips, dum fratri suo trahitur, nescio cui terræ filio patrimonium legavit.* [6] *Longe fugit, quisquis suos fugit. Habuit autem* [7] *oricularios*

1. *manu uncta, plena mensa*] Hoc sic interpretor, fuisse beneficum & liberalem, & amicis libenter convivia præbuisse. *Io. Schefferus*

2. *mensa. Et inter initia malam parum pilavit*] pro Patav. & MSi, *mensa, & i. i. m. parram p.* Schefferus: *malam parram pilavit.* Hoc fœdissimè depravatum est: suspicor scripsisse vel, *malè parcum pilavit*, vel *malè imparem pilavit. Malè pilare*, est improbe furtis exhaurire, dictum, sicut *male perdere*, ac similia. Festus: *Pilare, & compilare à Græco trahitur. Græci enim fures φιλήτας dicunt.* Sed fortasse fuerit melius, certe à scriptura minùs recesserimus antiqua, si legamus *malam parum pilavit*, i. e. parum sustinuit erectum vultum. quod eò magis placet, quia statim sequitur, *illius mentum sustulit*, phrasi æquivalente. *Pilare*, est quasi pilis suffultum sustentare. Servius ad Poëtæ XII. *Græci res densas & artes πιλώσεις dicunt. Ennius Sat.* II.

Contemplor indè loci liquidas pilataſque atheris oras.

Cum firmas & stabiles significaret, & quasi pilis fultas. Sic igitur *pilare malam* dictum fuerit, sicut apud Plautum, *columnam mentò suffulcire*, item *os columnare.* Verba ejus sunt in Milite A. II, sc. 2.

Ecce autem ædificat: columnam mento sufflulsit suo.
Apage, non placet profectò mihi illa inædificatio:
Nam os columnatum pœtæ esse inaudivi barbaro.

De cætero id noster videtur innuere, non sublato incessisse vultu, sed demisso, terramque respiciente, ut solent, quibus res parum succedunt ex voto. Puto autem, ante illud, *& inter*, ponendum esse punctum, ut hæc verba pertineant non ad fratrem, sed Chrysanthum ipsum. *Schefferus.*

3. *recorrexit costas*] pro simplici *correxit.* Senec. Ep. 50. *Si modò ante animum nostrum formare incipimus, & recorrigere, quàm indurescat pravitas ejus.* Est autem *recorrigere*, erigere, ac in rectum dare, quod ante fuit incurvum atque inclinatum. Vt *recorrigere costas* hic is dicatur, qui cùm antè ambulasset proclivis, toto corpore curvo, deinde incipit erectus incedere, usurpeturque de eo, qui humilis ac demissus ab initio, postea factus est elatus. *Idem.*

4. *quantum ipse*] Suspicor, scribendum, *Quanti tum ipse voluit.* Schefferus. *quantum*, intelligendum de *copia*, non de pretio.

5. *Et ille stips*] *stips.* lege *stipes*, i. stultus, plumbeus; vel *stips*, id est, quod medicantibus datur, unde stipendium, ut scribit Varro. *Tilebomenus.* Glossæ Gr. στῦπος, *stips.* Putat vir magnus, legendum esse *stipes.* Sed contrarium noster facilè docuerit. Schefferus.

6. *Longe fugit*] Est hoc desumptum ex Satyris Varronianis, in quibus una cum hoc titulo. Liquet autem dici hòc in illos, qui existunt iniquiores erga suos, iisque peregrinos anteferunt. Contrà quàm expostulant hactenus viri eruditi. *Idem.*

7. *oricularios servos*] pro MSi, & Patav.

rios servos, qui illum pessum dederunt. [1] *Nunquam autem* recte faciet, qui cito credit; *utique homo negotians. tamen verum, quod* [2] *frunitus est, quam diu vixit: cui datum est, non cui destinatum. Plane fortunæ filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. Facile est autem,* [3] *ubi omnia quadrata currunt.* [4] *Et quot putas illum annos* [5] *secum tulisse? septuaginta, & supra. sed* [6] *corneolus fuit, ætatem bene ferebat, niger tamquam corvus. Noveram hominem*

Patav. *oracularios f.* Schefferus: *oracularios servos.* Suspicor, scripsisse nostrum *orcularios*, non *oracularios*. Orcæ vasa sunt vinaria prægrandia, in quibus vina servabant recentia. Meminit Varro I R. R. 13. *sæpe ubi conditum vinum novum, orcæ in Hispania fervore musti rupta.* Hinc ergo *servi orcularii*, qui vasa illa vinaria curabant, à quibus scribit deceptum. *Reinesius:* leg. *oracularios servos*, i. ὠτακουστὰς, auscultatores, emissarios, per quos cognosceret occulta, quæ vellet: quia sequitur, *nequaquam enim rectè faciet qui citò credit*, ut emendatius habetur in Editionibus. Præcepti hujus veritatem probat fabula Phædri XLIX de auricolario Liberto. *Oricula autem auricula* est; L. Calvisius P. F. Oricula *in Veron.* 9, MLXIX. C. Coruncanio C. F. Oriculæ, *in Rom.* 10, CCCXCVIII. Sic infrà, *coda, plodo, eopo.*

1. *Nunquam* recte] Hæc sententia extat in jam editis, sed in iis pro *nunquam*, est *nequaquam*. Io. Scheffetus.

2. *frunitus est*] Fructum ex eo retulit. Lucilius lib. IX apud Charisium; *aquè hæc frunisco ego, ac tu.* Schefferus.

3. *ubi omnia quadrata currunt*] Elegans proverbium de eo, cujus arbitrio ac nutui omnia se accommodant, contra ipsam etiam indolem quasi ac naturam suam. *Quadratorum* hoc est proprium, ut sint fixa, & stabilia; unde quoque apud Aristotelem beatus est τετράγωνος, ut quem nihil facile dejiciat à semel capto gradu. Contrà, quæ rotundam habent figuram, ipsa illa rotunditate figuræ suæ circumvolvuntur, currruntque. Vbi ergo illud quoque evenit ex voto, quod credere nemo aut sperare poterat, currere eleganter dicuntur omnia quadrata. *Idem.*

4. *Et quot putas*, &c.] Patavina, & MS. *Et quod putas illum annos secum tulisse septuaginta, & supra; sed.* Ad quæ Tilebomenus: Scribendum atque distinguendum sic existimo: *Et quot putas illum annos tulisse? septuaginta & supra.* Schefferus: Hæc sic scribenda distinguendáque sunt: *Et quid? Putes illum annos secum tulisse septuaginta, & supra?* An, ait, tu existimes, & persuadere tibi possis, fuisse tam provectæ ætatis? nempe senium bene ferebat, nec apparebat ejus signum aliquod in vultu, in capillis, in reliquo corporis habitu.

5. *secum tulisse*] h. e. vixisse. Optimè, ac ex formula solenni. Inscriptio vetus Veronæ ad D. Clement. Q. Æ. VIXIT. MECUM. SINE ULLA. CONTROVERSIA. ANN. XVII. M. II. D. VIII. Q. Æ. TULIT SECUM. ANN. XXXXVI. Alia apud Gruterum pag. 711. TULIT. ANNOS. QUOT. POTUIT. *Schefferus.*

6. *corneolus*] Durus, adversus quem senectus parum valeret. Cicer. II de N. D. ubi loquitur de auribus: *duros & quasi corneolos habet introitus.* Habes quoque apud Catullum Ep. 20. *Atqui corpora ficiora cornu habetis.* Schefferus.

nem [1] *olim olearium ; & adhuc ſalax erat ; non me-Hercules illum puto in domo canem reliquiſſe. Imo etiam puellarius erat ;* [2] *omnis Minervæ homo:nec improbo:hoc ſolum enim* [3] *ſecum tulit.* † *Hæc Phileros dixit ;* [4] *iſta Ganymedes :* ‡ *Narrat is,quod* [5] *nec ad cœlum,nec ad terram pertinet ; cum interim nemo curat ,* [6] *quid annonam arctet. Non me-Hercules hodie* [7] *buceam panis invenire* [8] *potui. Et quo-*

† *Encolpius.* ‡ *Ganymedes.*

1. *ol. olearium ; & adhuc*] pro MSi, & Patav. *o. oliorum. olearium*, i. qui oleum faciebat, per ſe, aut alios, vel vendebat (Colum. l. ult. *peritiſſimi olearii*, &c.) ; *& adhuc*, ad illud tempus. Schefferus : *olim oliorum.* Puto fuiſſe, *olim moliarium*, ſuperſcripta lineolâ. Eſt enim *moliarius* compendiosè, pro *molierario. Molierarius*, ſeu *mulierarius*, qui nimio ſtudiô ſectatur mulieres, eaſque appetit. Capitolinus in Clodio Albino cap. 11. *Mulierarius inter primos amatores.* Legitur & apud ipſum Ciceronem, ſenſu tamen fortaſſis diverſo pauliſper, *manus mulieraria.* Verba ſunt pro M. Cœl. *Quæro cur fugere conantem mulieraria manus iſta de manibus emiſerit?* Tilebomen. An non *oliorum* in locum, rectè ſubſtitueris, *fullonem?* Num potiùs *libidinoſum, vel otioſum?*

2. *omnis Minervæ homo*] Ad eund. modum inferiùs : *omnis Muſæ mancipium.* Schefferus : *omnis Min. h.* Hoc proverbium puto uſurpatum vulgò de ingenioſo, variarumque artium capace. *Minerva* enim artium & ingeniorum dea, ſicut notum. At hîc ambiguè poſitum, notat eum, qui cum quavis virgine rem habere ſtudet. Eo modo, ſicut *omnium hominum homo, paucorum hominum homo* uſurpatur de eo, qui omnes vel paucos quærit admittitve amicos. Nempe & *Minerva* virgo fingitur, & *homo* ſæpe notat ſervum aut famulum, ut ſit Minervæ homo, qui virgini ſervit, qui ejus adipiſcendæ gratiâ ad obſequia quævis etiam ſervilia ſe ſubmittit.

3. *ſecum tulit*] Ita Cicero de Sardanapalo lib. 11 de Fin. gloriatum in Epigrammate, *ſe omnes ſecum libidinum voluptates abſtuliſſe.* Habes Epigramma apud eundem lib. v Qu. Tuſc.

Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit, at illa jacent multa & præclara relicta.

Atque ad hujuſmodi aliquid noſter iſtis verbîs reſpexit. *Schefferus.*

4. *iſta*] Pro MSi, & Patav. *illa.*

5. *nec ad cœlum*] Hoc de eo uſurpatur, qui de re nemini utili verba facit. Vult, ſermones de defunctis, & qui deſierint inter nos verſari, eſſe ſupervacuos. Vide Eraſmi Chil. V, 44. *Schefferus. Narrat is, quod nec ad cœlum, nec ad terram pertinet.* i. e. aliena à propopoſito, abſurda, inutilia, ἀπροσδιόνυσα. *Lucianus in Pſeudom.* Ὄκτω μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασὶν οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους (*Octo mihi oracula miſit, neque ad cœlum, neque ad terram pertinentia*). Reineſius.

6. *quid annonam arctet*] Pro MSi, & Patav. *q. annona mordet.* Maluiſſem ferè : *quod annona mordet.* Et ſoleo, debeoque non ſolùm literis, ſed & ſignificatui inhærere. Schefferus : *quid annona mordet.* Scribe, *quid annonam artet. Annonam artare* vel *arctare*, eſt caram eam facere. Hinc *annona arcta* ſæpe apud Suetonium.

7. *buceam panis*] Sic MS. pro Patavino *buccam p.* Vnde Schefferus:*buccam panis.* Corrige, *buceam panis.* nam & hoc modo ſcribebant, unde *bucella.*

Gloſſæ

quomodo? ficcitas perseverat. jam annum [1] *esurio. Aedilibus male eveniat, qui cum pistoribus colludunt:* [2] *serva me, servabo te. Itaque populus minutus laborat; nam* [3] *isti majores maxillæ semper* [4] *Saturnalia agunt. O si haberemus* [5] *illos leones, quos ego hic inveni, cum primum ex Asia veni! Illud* [6] *erat vivere.* [7] *Similia Sicilia interior.*

Glossæ veteres: *Bucellæ*, *ψώμια*. Similiter reperias in Cyrilli Glossario. Apud Suetonium est *buccea* in vita Augusti cap. 76, *post horam primam noctis duas bucceas manducavi prius, quam ungi inciperem.*

8. *potui. Et quomodo? ficcitas*] Pro MSi, & Patav. *potui, & q. s.* Schefferus: *& quomodo.* Hæc suspicor sic esse distinguenda. *Et quomodo? ficcitas perseverat. Iam annum esurio.* Quomodo, ait, hoc ita fit? cur non inveni? Nempe perseverat siccitas, dicunt illi annonæ flagellatores.

1. *esurio. Ædilibus*] MS. *Iam annum esurio. fuit. adiles.*

2. *Serva me, servabo te*] Solennia istiusmodi colluforum dicta. *serva*, est, adjuva, promove res meas. *Ioan. Schefferus.*

3. *isti majores maxillæ*] An legendum *istæ*, propter sequens *maxilla?* vix opinor, quia respicit ædiles, potiúsque est Syllepsis, ut in isto Livii. *capita conjurationis virgis cæsi.* I. Scheffer.

4. *Saturnalia agunt*] Iautè ac opiparè cœnant; sic enim fiebat in festo *Saturnalium.* vide Senec. Epist. 18. Porrò *agere Saturnalia*, ut *agere ferias* apud Plautum, *agere diem natalem* apud Tullium, & similia. *Schefferus.*

5. *illos leones*] Ita infrà: *nunc populus est domi leones.* Vnde conjicio, per *leones* intelligere hìc animi prompti cordatique homines ex vulgo, qui audebant conqueri de istis Ædilium injuriis, & ad pœnam eos deposcere. Plautus Menæch. v, scen. 2. *Vt ego hunc proteram leonem Gætulum.* Scheffer.

6. *erat vivere*] tum omnia jucunda lautáque erant. Sic illo *vivere* noster alibi est usus in editis. *Ergo vivamus, dum licet esse bene.* Varro in Sat. Væ victis: *Properate vivere puerę, quas finit ætatula, ludere, esse, amare.* Pro *vivere* Plautus ita usurpavit *vitam* in Mostell. III, scen. 2. *vita antehac erat, nunc nobis omnia hìc exciderunt.* Idem.

7. *Similia Sicilia interior. sed larvas sic istas perite aptabant*] pro MSi, & Patav. *S. S. i. & larvas s. istos peridopabant* (MS. *percolopabant*). Fuit quidem aliquid substituendum; sed jam mallem *percellebant*, aut tale quid: nam *perite* & *iratus* vix assident. Tilebomenus suppeditat Plautin. *perdespuebant.* Schefferus: *Similia Sicilia interiores.* Locus fœdissimè depravatus, quem tamen posse sic restitui, existimo. *Similia Sicilia interior. Sed larvas sic istas perite aptabant, ut illis Iupiter iratus si esset.* Hoc credo, vult, similia pertulisse Siciliam, sed fuisse, qui istis famis publicæ auctoribus irent obviam magno animò, eosque componerent, velut si Iupiter larvas. *Sicilia interior*, quomodo apud Ciceronem *Africa interior*, apud alios, alia ejusmodi. *Perite aptabant*, quomodo apud nostrum in editis: *dentibus folliculos perite spoliat.* Illud *aptare* quoque usurpavit in jam editis noster, & quod hìc notandum est, peculiariter de *larvis.* Potestque videri respexisse hoc loco ad ista. *Larvam argenteam*, ait, *attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebraque laxatæ in omnem partem flecterentur.* Voluit, opinor, dicere, fecisse quidvis ex larvis istis in Sicilia, sicut solebant ex larvis illis in mensa, quandoquidem perterritos minis audaciâque sua, sibi habebant ob-

interior. sed larvas sic istas perite aptabant, ut illis Iupiter iratus [1] *esset. Memini Safinium, tunc habitabat ad arcum veterem me puero,* [2] *piper, non homo. Is quacumque ibat* [3] *terram adurebat; sed rectus, sed certus, amicus amico, cum quo audacter posses* [4] *in tenebris micare. In curia autem* [5] *quomodo? singulos velut pilas tractabat.* [6] *nec schemas loquebatur,* [7] *sed dilectum ceu ageret. Porrò, in foro,*

obnoxios. De larvis illis Ausonius in epistola Centoni præfixa, sicut emendatur à Scaligero: *Harum vertibularum variis coagmentatis simulantur species mille formarum, elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans, & mirmullo in armis subsidens: venator: & latrans canis: quin & turris, & cantharus: & aliæ hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientiùs variegat.* Nihil credo loco huic intelligendo aptius. Nam ut Iupiter, peritus rerum omnium, nescio quid non per iram faceret ex tali larva, sic isti ex annonæ flagellatoribus.

1. *esset. Memini*] Pro MSi, & Patav. *e. Sed memini.* Schefferus: *eff. Sed memini.* Puto, illud *Sed* abundare, hucque transumptum esse ex postrema syllaba verbi præcedentis.

2. *piper*] propter asperam acremque dicendi libertatem. D. Hieronym. epist. ad Eustochium: *Dulcedo arte mutata est, & quædam, ut ita dicam, piperis austeritate condita.* Item: *Itaque ut te aliquid piperis mordeat.* Habet speciem proverbii. Quomodo suprà: *discordia, non homo. Schefferus.*

3. *terram adurebat*] Pulchrè. quia præcessit de planta, ideo manet in ea loquendi ratione. Plantæ namque ac sativa quædam *urere* vel *adurere terram* dicuntur, cùm emaciant eas fervore suo. Virgilius 1 Georg. v. 77.

Vrit enim lini campum seges, urit avenæ.

Columella 11, cap. 14. *putat aliis stercorari & juvari agros, aliis rursum peruri & emaciari.* Adde reliqua. Plinius de cicere XVIII, cap. 12. *ideo solum urit.* Idem.

4. *in tenebris micare*] *Micare* digitis lusûs genus, quo repente porrectis digitis, certantium uterque numerum divinat. Meminit Cic. 2 de Divinat.

5. *quomodo? singulos velut pilas tractabat*] pro MSi, & Patav. *q. s. vel pilabat, tractabat.* Schefferus: *quomodo singulos vel pilabat, tractabat.* Suspicor, scripsisse nostrum, *quomodo singulos, vah! pilabat*; sequens autem *tractabat*, præcedentis *pilabat* interpretamentum esse, ac ex glossa irrepsisse censeo. *Pilare*, est nudare pilis, calvum facere, usurpaturque hoc loco per figuram de eo, qui acerbè duriterque alterum tractat: quomodo & *calvare* usurparunt. Festus: *Pilat, pilos habere incipit, aliàs pro detrahit pilos.* Reinesius: *In Curia autem quomodo singulos vel pilabat, tractabat.* Describit mores Sabinii, unius è primatibus Coloniæ, nim. Ædilis; & hinc ita legenda sunt & distinguenda ista: *In Curia autem quomodo?* scil. se gerebat? *Singulos velut pilas tractabat*; i.e. versabat, vexabat, agebat, ferebat, quoquò vellet, jactabat instar pilarum, tanquam sibi obnoxios, ὑποχειρίους & in manu potestatéve sua positos. Tractum id proverbii è prologo Captivorum Plautinæ v. 22.

Enimvero DI nos quasi pilas homines habent.

Id est, ludunt in humanis, & de hominibus.

6. *nec schemas loquebatur*] MS. & P. *scemas.* Schefferus: Mallem *schemas*, etsi & alterum possit stare, cum in talibus *h* littera quandoque omittatur. ut, in *ficcus*, pro σιτχος, in *orcus*, pro

foro, sic illius vox crescebat, tanquam tuba; [1] *nec sudavit unquam, nec exspuit.* [2] *Puto eum, nescio quid Asiatici habuisse. Et quam benignus*

pro ὀρχός. *Schemas* autem, pro *schemata*, quomodo Plautus in Prologo Amph. *Ego huc processi sic cum servili schema.* atque ita etiam Suetonius, & alii. Ipse noster in jam edit. *risit ancilla, post tam frigidum scema.* Vbi habes pari ratione scriptum, ut in nostris. *Schemas* vero *loqui*, est ambiguè & latenter, formulisque obscuris alicui convitium facere. Pro quo Spartianus in Severo usurpavit *figurata dicere.* Ita enim cap. 14. *Damnabantur plerique, alii, cur figurata dixissent, ut, quòd esset Imperator verè nominis sui, verè Pertinax, verè Severus.* Sic hunc locum legit Casaubonus. Quod de schemis dixi, nemo meliùs docuerit Quintiliano, qui sic lib. IX, cap. 2. *Iam ad id genus, quod frequentissimum est, & expectari maximè credo, veniendum est: in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus, non utique contrarium, ut in ironia, sed aliud latens, & auditori quasi inveniendum, quod jam ferè solùm SCHEMA à nostris vocatur.* Adde cætera. Martialis lib. III.

Schemate nec dubio, sed apertè nominat illam.

7. *sed dilectum ceu ageret*] pro MSi, & Patav. *s.d. cum ageret. Dil.* seu *delect.* Schefferus: Suspicor, scribendum esse, *sed dilectum ceu ageret.* Existimo respicere ad severitatem adhibitam apud Romanos in dilectu. Cognoscebantur quippe causæ cujusque, an militare posset, vel non posset, num jure liberaretur à militia, nec ne, & quæ alia sunt ejusmodi, & quidem cura summâ citra metum vel adulationem. Nisi mavis intelligere de dilectu Senatorum, qualem instituit Augustus memorante Sueton. cap. 35.

1. *nec sudavit, nec exspuit*] licèt vox crescret. ut in illa ipsa contentio inesset simul suavitas, quod est rarissimum. *Schefferus.*

2. *Puto eum, nescio quid Asiatici habuisse*] Sic Reinesius, pro MSi, & Patav. *P. enim n. q. asia dis* (Patav. *Dis*) *h.* Schefferus: *nescio quid asia dis habuisse.* lego: *nescio quid dasi à dis habuisse.* Illud *dasi*, est Græcum δασὺ, & de contentione ac vigore spiritus usurpatur. Hinc enim & apud Grammaticos δασύπνοα, quem spiritum asperum reddidere. Vult igitur, tributam ei à diis singularem facultatem vocis spirituque, ut nunquam deficeret, etiam cùm diutissimè, ac maxima cum contentione loqueretur. Tilebomenus: scribe, *puto eum nescio quid in Asia cum DIs habuisse.* Reinesius: *nec sudavit unquam nec exspuit. Puto enim nescio quid asia Dis habuisse.* Hoc verè Petronianum τεμάχιον (*frustulum*) est, sed à manu mala fœdatum. Auctor scripserat: *Puto eum nescio quid Asiatici habuisse:* itaque legendum est. Respexit autem ad Persas qui λιτότητι τῶν βίων καὶ σωφροσύνῃ, i.e. victu frugali, sobrietate & exercitiis sanitatem & firmitudinem corporibus, sic ut nec sputis, nec sudore diffluerent, nec flatibus turgerent, conciliasse feruntur. Φυλάττων], inquit *Suidas*, πολλὰ πτύειν καὶ ἐρεύγεσθαι, καὶ ἀπομύττεσθαι (*Cavent multùm exspuere, mejere, & emungere*). Persæ propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur, sufflatôve corpore essent: verba sunt *M. Varronis in Catone seu de Liberis educ. apud Nonium in Siccam.* Primus id dixerat *Xenophon* in I. Cyropæd. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν, καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστὸς φαίνεσθαι (*Turpe etenim hodienum apud Persas habetur exspuere, emungere, & follis instar flatibus distineri*). meminit etiam *Cic.* 2 *de Fin.* & 5. *Tuscul.* Quotidianum Persis Medisque

gnus reſalutare, nomina omnium reddere, tamquam [1] *unus de nobis. Itaque illo tempore annona* [2] *pro luto erat. Aſſe panem quem emiſſes non potuiſſes cum altero* [3] *devorare; nunc oculum bubulum vidi*

diſque ὠτόταριχος, ſcitamentum ſeu edulium *abyrtace* fuit concinnata è porro, naſturtio & aliis; *Suidas in ἄβυρτ.* porris autem & naſturtiis calefaciendi, ſiccandi & extenuandi virtus ſingularis, eademque quæ acruminibus allio, cæpis, raphano, erucæ, ſinapi, quæ de facultatibus dictis commendantur à medicis. Tale eſt illud *Aſiaticum* Petronio reſtitutum.

1. *unus de nobis*] Sicut Cicero, *unus de multis.* I Off. & Horat. Car. III, od. II. *Scheſſerus.* Et noſter infrà in dudum editis: *Vt me, mater præcipuè, tamquam unum ex philoſophis intueretur.* Confer quæ ſuprà ad, *nummorum nummos.* Marinus Statilius in Apologia ſua ad Patres conſcriptos Reip. literariæ: Structuram hujus fragmenti, multò quàm hoc ejus exemplum vetuſtiorem eſſe conſtat. Clamat hoc mendorum deformitas & multitudo: clamant orthographiæ peccata à Scheffero animadverſa, aliáque ſcripturæ vitia plura pæne quàm verba, quæ neque à vero auctore profecta ſunt, neque impoſtori homini (ſi quidem fraus ulla in hoc negotio verſata eſt) minimè rudi aut indocto conveniunt. Sed circa Ioannis Sarisberienſis tempora, quibûs cœna Trimalchiana tam erat vulgò nota quàm nunc forſan carmina Virgilii aut Tullii orationes, fraus iſta committi non potuit: vel ſi jam interierat, nondum inquiſitio tam anxia, nondum inventio tam deſperata erat, ut extremo ſuppoſitionis conſilio locus ullus eſſet. poſt Sarisberienſem verò (qui ferè ſeculo XIII vixit) vel inſcitia & barbaries latè regnabat, vel ſi aliquis Petrarcha aut Poggius emerſit, hi in clariores auctores ab interitu vindicandos, non in Petron. nugas cudendas intenti fuere. Quid nunc P. C. &c. Nequeo tamen mihi temperare, quin ad ea quæ de loquendi quibuſdam formulis petulanter & abſurdè jactari video, paucis reſpondeam, non contentus iis quæ jam de toto hoc genere in meam ad Mocenicum epiſtolam congeſſi: Non placent Critico illa verba *unus ſervus Agamemnonis nos interpellavit trepidantes.* At placent Tacito, cùm dixit, *eodem anno, nè maturè ſubventum foret, mancipii unius audaciâ, diſcordiis, armiſque civilibûs Remp. perculiſſet.* Placet Ciceroni, qui diſputatione de Oratore Lucium Craſſum *unum patremfamilias*; in Philippicis Marcum Antonium *unum gladiatorem nequiſſimum* appellat: eoque loquendi genere multis aliis locis libenter utitur. Etiam Catullo placet cui novus hic

Suffenus unus caprimulgus, & foſſor

videtur. Requirit cenſor noſter puritatem Romani ſermonis, cùm audit, *tamquam unus è nobis*, hæc tamen eadem uſurpat Plinius: *Vnum ſe ille è nobis, & hoc magis excellit, quòd unum è nobis putat.* & Cicero: *Ruffio me-Dius fidius ita deſideratus, ut ſi eſſet unus è nobis.*

2. *pro luto erat*] Tam vilis, ob precii ſui exiguitatem. Quomodo apud Plautum in Trucul. A. II, ſcen. 7. *Amtaor bona ſua pro ſtercore habet.* Ita infrà: *aurum pro luto haberemus.* Scheſſerus.

3. *devorare*] honeſtè. Sic Celſus II, c. 6. *Qui ſine ullo tremore febricitans, devorare ſalivam ſuam non poteſt.* Plinius X, c. 50. *Peſtis exorta, opimas aves, & ſuopte corpore unctas devorandi.* Idem.

1. *quoti-*

vidi majorem. Hei, Hei [1] *quotidie pejus hæc Colonia retroversus crescit, tanquam coda vituli.* [2] *Sed quare? non habemus ædilem trium cau-*

1. *quotidie pejus hæc Colonia retroversus crescit*] *Pejus* (i. magis, vehementiùs) MSi est, quod Patavinus omiserat. Schefferus: *retroversus*. Integrè pro eo, quod contractè vulgò est *retrorsus*, nisi quis existimet divisim *retro versus* legendum, quomodo est apud Donatum ad Terentii Adelph. 1, scen. 1, ubi ait: *rursum, est retro versum, ut prorsum; prius versum*. Cicero in Partit. *Idem quasi sursum versus retroque dicatur*. Cæterùm *retroversus crescere*, est *decrescere, minui*; quodque sequitur de *coda vituli*, joci gratiâ adjicitur. Sensus igitur paræmiæ: *Heu, heu quotidie magis hæc colonia retroversus (sic ut cauda vituli,) crescit*, i. *decrescit*. At de adagiis hujus Fragmenti, & phrasibus sic Reinesius in præfatione: Παροιμιωδῶν (*proverbialium*) in brevi scripto magnus adeò numerus, majorque multò, quàm in toto Satyrico, quantum hodie est, post variorum tot collectas (*paræmias*), repertus facere potest, ut Petronio, ne tam in Oratoriæ leges ipse dicendi magister peccârit, id scriptionis genus ἀδέκως & *simpliciter* abjudicemus. Ea verò ipsa qualia, quæso, sunt? Certè nec antiqua nec apud mediæ ætatis scriptores Latinos Græcosve lecta, sed pleráque tracta à vulgo subrostranorum & è Iano sive medio sive infimo, φορτικῆς καὶ σαπρᾶς (*onerosa & putida*), infeliciter arguta, Petronii verò urbanitate & geniò indignissima: *Colonia hæc crescit retroversus ut coda vituli*. cùm eam priore statu & felicitate excidisse & decrevisse dicere vellet; *curris, stupes, satagis tanquam mus in matella, inflat se tanquam rana*, &c. Eademque planè ratio est *Formularum*, quæ creberrimæ occurrunt, non πίνον (*vinum hordeaceum*; sed vult πῖ & *pinguedinis vestigium*) ullum vetustatis eruditæ referentes, verùm exsuccæ exangueque, & vel adulta ætate frigentes, maléque accersitæ: *Scitis quid dicam; taceo, quia non sum de glorioſis*, cùm multa se premere intelligi vellet: *Sed, tace lingua, panem dabo. Ita satur pane fiam*, &c. Schefferus in dissertatione: Excussis omnibûs, quis negare ausit, aliqua, nec ea pauca hîc exstare, verè docta, nec Petroniò indigna. Huc imprimis refero, quod habet *de arenæ sparsione in theatris, de vitali lecto, jejunio siccitatis tempore, lanatis deorum pedibus, tertiario gladiatore, exheredatione cum elogio, Priapo cum frugibus in sinu, Venere strabone*, ac similibus. Nec in dictione minùs sunt polita multa, elegantia, docta. Vt, *unus servus*, pro, *aliquis*; *usque hoc*, pro, *hucusque*; *positus super hoc officium*, pro, *constitutus*; *subsessores*, pro, *venatores*; *confessus Euchium*, pro, *referens eum habitu*; *secum tulit tot annos*, pro, *vixit*, & id genus plura alia. Nolo integras afferre formulas, connexioneſque nihil ab antiquis, etiam probatissimis scriptoribus recedentes. De *proverbiis* saltem dicam, in quibus plerisque non opinor fore quemquam, qui sincerum contineri vetustatis gustum non ultro intellecturus sit, etsi prorsus pauca eorum doctis viris antè fuerint notata. Quibus omnibûs efficitur, ut non ægre patiamur persuaderi nobis, esse in fragmento hoc aliquam multa, non habentia alium, quàm Petronium auctorem, atque si quis præter eum est, qui illa inter se connexuit, eum longè plura, quàm quæ nobis hactenus innotuerunt, reliqua ex Petronio habuisse. Adde quæ infrà D. Statilius ad verba, *Gajo feliciter conclamavit*.

2. *Sed quare? non habemus*, &c.] Sic distinxi, pro priore: *sed quare non habemus ædilem 3 cauniarum, qui*. Schefferus: *sed quare non habemus*. Istæc puto

caunearum : qui sibi mavult assem , quam vitam nostram. Itaque domi gaudet : plus in die nummorum accipit , quam alter patrimonium habet. Iam scio unde acceperit denarios mille aureos ; sed , [1] *si nos coleos haberemus , non* [2] *tantum sibi placeret. Nunc* [3] *populus est , Domi leones, foras vulpes. Quod ad me attinet jam pannos meos comedi , & si perseverat* [4] *hæc annona cæsulas meas vendam. Quid enim futurum est , si nec Dii, nec homines* [5] *ejus coloniæ miserentur ?* [6] *Ita meos fruniscar , ut ego puto omnia illa* [7] *ædilibus fieri.*

[1] Nemo

to sic legenda : *sed quare ? Non habemus ædilem trium caunearum.* Caneæ, sunt caricæ i. e. ficus, ut nos docet Plinius & Columella fine libri x. Hinc *trium caunearum homo,* sicut apud Plautum in Pœnul. A. 11, scen. 1 *homo trioboli* , de eo , qui est pretii nullius. Reinesius : *Sed quare non.* leg. *Sed quare ? nos habemus ædilem.* Tilebomenus : *Sed quare non habemus.* legendum : *sed quare nos habemus.*

1. *si nos coleos haberemus*] si essemus viri. Persius Sat. 1.

Hæc fierent, si testiculi pars ulla paterni
Viveret in nobis. —

Vel ut alibi Auctor hic noster, *Si quid ingenui sanguinis haberemus.* Io. Ca. Tilebomenus.

2. *tantum sibi placeret*] Petronianum. Sic enim in editis: *Nolo tibi tam valde placeas.* Io. Schefferus.

3. *populus est, Domi leones*] Hoc proverbium ex Græco tractum , cujus meminit Plutarchus in Sylla : οἴκοι λέοντες , ἐν ὑπαίθρῳ δὲ ἀλώπεκες (*domi leones , sub dio vulpes*). Consule Erasmum. *Schefferus.*

4. *hæc annona*] Δεικτικῶς (*demonstrative*) illud *hæc* accipiendum , pro tali, tam arcta & cara. *Idem.*

5. *ejus coloniæ*] Mallem ego , *hujus coloniæ.* Sic enim & in præcedentibus: *hæc coloniæ retroversus crescit.* Schefferus. *Ejus coloniæ* , est hujus coloniæ ; nam *hic* & *is* jam demonstrativè jam relativè capiuntur , quod multis ostendi posset. Sufficiat Cic. unicum , pro Sylla : *Neque enim una est defensionis ratio ea , quæ posita est in oratione. ea* i. *hæc.*

6. *Ita meos fruniscar*] Vetus jurandi formula, pro, ita salvos mihi habeam meos. *Schefferus.*

7. *ædilibus fieri*] in locum MSi , & Patav. *æ. fieri.* Schefferus: *ædilibus fieri.* hæc inepta sunt ; neque video , quis hîc locus sit ædilibus. Suspicor planè , scripsisse nostrum, *à cælitibus fieri.* Tilebomenus : *fieri* , lege *fieri. A cælitibus fieri* , nimis est generale : nihil enim non modo certò à Deo fit. Ex scriptione nihil aliud concludas: MS. *aedilibus, celum. ædilibus* verò *fieri,* i. in discrimen cedere q. ob culpam ipsis imputanda. ob culpam : 1, quòd cum pistoribus colludant. Deinde, etiamsi non colluderent , sed annonæ caritas nos revera ob siccitatem premeret', ipsorum tamen esset ap. morum & religionis antistites, omnem operam adhibere , quò causæ siccitatis (improbitas vitæ) quantum pote cessarent , & cœlum precibûs expugnaretur. Sed quinam hi sunt *Ædiles?* existimo curatores in Coloniis maximè civium Rom. quos nostra Græca, linguâ , & moribûs imitatur , amplitudine & divitiis æmulatur , ac superat, municipiisque per similitudinem & quodam vocis aut dignitatis Vrbanæ abusu, curatores, inquam, ædium sacr. rei frumentariæ, aliarum (ut in urbe) ædiles dici potuisse. Nec puto servum Asianum de Magistratu urbano

hæc

Nemo *enim* cœlum *cœlum* putat, nemo [2] *jejunium* servat, nemo [3] Iovem *pili* facit; sed omnes [4] opertis oculis bona sua computant. *Antea stolatæ ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, & Iovem aquam exorabant; itaque statim* [5] *urceatim pluebat, aut tunc, aut numquam: & omnes*

hæc efflâsse: *Ædilibus malè eveniat Non habemus ædilem 3 caunearum. Si nos soleos haberemus, non tantum sibi placeret.*

1. *Nemo enim cœlum*] Hæc verba leguntur in jam editis, sed isto modo: *nemo cœlum putat, nemo jusjurandum servat, nemo Iovem pluris facit. Cœlum putat*, est æstimat ut cœlum, à quo hæc bona proveniant. *Scheffer.* Erhardus: *nemo cœlum putat* i.e. fata & providentiam, quæ cœlitus destinantur. Infrà: *Habeo tamen quod cœlo imputem, si nos fata conjunxerint.*

2. *jejunium servat*] optimè; sic enim solebant in siccitate magna. Adscribam verba Tertulliani, quæ mirè faciunt ad intellectum hujus loci, ex libello ejus de Iejunio: *Sed & omnem ταπεινοφρόνησιν (animi demissionem) ethnici agnoscunt. cùm stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denunciantur. Magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam verò Colonias præterea annuo ritu saccis velati, & cinere conspersi idolis suis invidiam supplicem objiciunt, balnea & tabernacula in nonam usque cluduntur. Vnus in publico ignis apud aras, aqua nec in lancibus, Niniviticum credo justitium, Iudaicum certè jejunium ubique celebratur.* Habes, ecce, hîc *jejunium* solenne, ex prædicta causa; habes quoque *nudipedalia*, de quibus apud nostrum statim in sequentibus. *Schefferus.*

3. *Iovem* pili *facit*] ut Catullus: *non faciunt pili cohortem.* Itáque frustra exponunt illud *pluris*, quod est in vulgatis, quasi intelligendum sit cum gestu. *Schefferus.*

4. *opertis oculis bona sua computant*] Non respiciunt ad hanc cœlorum Iovisque iram, unde siccitas ista provenit, sed ad opes tantùm suas attendunt, & ut sufficere possint, dant operam, ut quoquo modo augeant, quò fiant pares faciendo sumptui. Hoc est *computare* isto in loco, planè ut in isto Taciti 1 Histor. 22. *conjectura jam & rumore, senium Galbæ & juventam Othonis, computantium.* Sicut hîc, *computare senium Galbæ, & juventam Othonis*, est conferre inter se, ac calculatione videre, quàm sint disparia: sic *computare bona*, numerando videre, num sufficiant, num sint paria rebus necessariis & usibus quotidianis. Vulgò aliter hæc verba exponunt; sed hanc mentem eorum puto esse veram. *Idem.*

5. *urceatim pluebat, aut tunc aut nunquam: & omnes ridebant. Nunc dii, tamquam mures! Itaque*] MS. *u. plovebat, a. tunc. a. numquam, & o. r. ut d. t. m.* Sic & Patav. nisi quòd paulò meliùs distinxerit. *Nunc dii tamquam mures* (eheu floccipenduntur)! Schefferus: *urceatim plovebat. Vrceatim pluere* est, quasi plenîs urceis effusis. Quomodo apud Apulejum lib. IV Asin. legas, *fistulatim fimum excutere.* Sic ab *acervus*, est *acervatim*, à *cuneus*, *cuneatim*. *Plovebat* autem, pro *pluebat*, sicut apud Plautum in Prolog. Menæch. *Nam rus ut ibat, fortè ut multum pluverat. aut tunc.* Hæc & scripta, & distincta malè, sic emendo, *urceatim plovebat. At nunc, aut nunquam ita omnes ridebantur dii, tanquam mures.* Nunc, inquit, in hac siccitate, adeò descitum est à consuetudine ac pietate veteri. *tanquam mures*, puto dictum in respectu ad illud vetus, quod habet Hora-

omnes ridebant. Nunc Dii tamquam mures! Itaque [1] *Dii pedes lanatos habent. quia nos religiosi non sumus,* [2] *agri jacent.* † *Oro te, inquit Echion* [3] *centenarius,* [4] *melius loquere.* [5] *Modo sic, modo sic, inquit rusticus; varium porcum perdiderat.* [6] quod hodie non est, cras erit; sic vita truditur. *Non me-Hercules patria melior dici,*

† *Echion.*

tius in de Arte: *Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.* Hoc vult, non magis æstimari deos, quàm mures, quorum iram risu ulciscimur. Consule Athenæum lib. XIV, cap. 2.

1. *Dii pedes lanatos*] *Lanatos* habet MS. non quos Patavinus dederat *lavatos*. Schefferus: Optimè N. Heinsius, *lanatos*. Sunt autem *pedes lanati*, quasi constricti vinculis, pertinetque hoc privatim ad pedes deorum. Locus est Macrobii, qui hæc explicat, lib. I Sat. cap. 5. *Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & solvi ad diem sibi festum, i. e. mense hoc Decembri, atque indè proverbium ductum, Deos laneos pedes habere.* Ex his verbis liquet, *lanatos pedes* esse velut constrictos, qui tardè veniunt, sed postremò tamen veniunt, dignôque supplicio afficiunt fontes. Proverbium hoc integrum refert & Porphyrio ad Horatii III Od. 2, hisce verbis. *Dii irati, pedes habent lanatos,* ubi simul explicationem vide.

2. *agri jacent*] Squalidi nimirum ac deserti. Virgilius III Georg. 354.

Sed jacet aggeribus niveis informis & alto
Terra gelu late. Schefferus.

3. *centenarius*] Quid hîc *centenarius?* Leguntur in rescripto quodam Constantini *centenarii*, quos eruditissimi viri exponunt eos, qui centesimam hæreditatum exigunt. Centenarios exponit Salmasius ad Capitolini Pertinacem cap. 2 procuratores, qui stipendii nomine centena sestertia accipiebant. Sed existimo magis esse, ut intelligamus de eo, qui censum habet centum millium, quomodo *liberti centenarii* leguntur in l. 16 ff. de jure Pat. *Idem.*

4. *melius loquere*] Formula abominantis. Dixerat Ganymedes deos laneos pedes. Id hîc abominatur Echion. Est autem eadem hæc formula cum illa, *melius ominare*, item *bona verba*, de qua pluribus Brissonius. *Id.*

5. *Modo sic, modo sic*, &c.] P. & MS. *M. s. m. s. inquit. Rusticus v. p. perdiderat. quod.* Schefferus: *modo sic m. s.* nunc res sese isto habent modo, nunc rursum alio. Sed verba malè sunt distincta, &, ut censeo, sic corrigenda: *Modo sic, modo sic, inquit rusticus: varium porcum perdiderat.* Est allusio ad fabulam de quodam rustico, qui perdiderat porcum, & cùm recipere non posset, istis sese consolatus erat verbis, quæ deinde in dicterium vulgi abivere. *porcum varium* appellat, qui est non unius coloris; joci caussà, & quia hoc genus deterius habetur. Quasi tanta non sit hæc jactura, ut de ea tantopere queratur Ganymedes. Varro II de R. R. 4. *Qui suum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primùm bona ætate, secundo bona formâ: ea est cum amplitudine membrorum, præterquam pedibus, capite, uni coloris potiùs, quàm varias.*

6. *quod hodie non est*, &c.] Hæc sententia, ut & duæ aliæ secuturæ, altera *de apibus pungentibus*, altera *semper in hac re qui vincitur*, &c. habentur etiam in antè editis; ut & submonet typorum diversitas.

dici [1] *posset, si homines haberet; sed laborat hoc tempore,* [2] *nec hoc sua. non debemus delicati esse:* [3] *ubique medius cœlus est. Tu,* [4] *si aliubi fueris, dices hic* [5] *porcos coctos ambulare. Et ecce habituri sumus munus* [6] *excellens inter duo, die festa, familia non* [7] *laniftitia, sed plurimi liberti. Et Titus noster magnum animum habet, & est* [8] *caldior, ebrius; aut hoc, aut illud* [9] *erit: quod utique: nam illi domesticus sum. non est* [10] *mixias. Ferrum optimum daturus est, sine*

1. *posset, si homines haberet*, &c.] pro MS. & Patav. *potest, s. h. h.* Hoc est, nnonæ difficultatem, sterilitatem, mpietatem in dubium vocare seu negare nequeo; res enim ipsa clamat. ed certum est, si homines probitati luderent, *patria dici melior* i. optari elicior *non posset*, &c. *Nec* tamen *deemus* desperare seu nimis *esse delicati bivis cœlum medium est*, seu providenia Dei juxta mores incolarum proentus dispensat, fortuna variat. At chefferus: *si homines haberet.* Illud *omines* significanter ponitur, pro iis, ui probe ac humaniter cum aliis ersantur. Hoc vult, non potest dii patria melior fuisse superioribus emporibus, quàm nunc est. Eadem anet cœli indoles, eadem terræ ferlitas, si modò homines humano iverent modò, nec ut feræ se mutuò er avaritiam, & rapiendi libidinem ilaniarent. Ita suprà, *discordia, non omo.*

2. *nec hoc sua*] sc. *culpâ.* pro MSi, & . *n. hæc sua.* Schefferus: *nec hæc sua.* idetur deesse quidpiam. Fortè scrisit noster: *nec hoc sua culpa.*

3. *ubique medius cœlus est*] h. e. coem ubique modo sese habent res umanæ, frustraque conquerimur de olestiis in hac aut ista regione; sict, ubicunque fuerimus in toto terrum orbe, cœli mediam partem sura nos esse intelligemus. *Schefferus.*

4. *si aliubi*] pro MSi, & Patav. *si alibi.* Schefferus: *si alicubi fueris.* Malem ego, *aliubi.* Puto autem esse hanc ntentiam verborum: Tu si veneris alium in locum, perinde illum reprehendes, uti hunc reprehendis, & præ isto miris modis hunc atrolles.

5. *porcos coctos ambulare*] Ita loquuntur de terra seu regione beata. Volant ibi assæ aves, natant pisces tosti, flumina vehunt mella & vina, &c. *Scheffer.*

6. *excellens*] pro MS. & P. *excellente.* Schefferus: *excellente inter duo.* Corruptum hoc est, & scribendum, *excellens.* Illud *inter duo*, censeo sic dictum, sicut dicimus *inter paucos disertus.*

7. *familia laniftitia*] Sic appellat eam, quam habebant laniftæ emptam & suam ad hos ludos, quæ conditionis fuit servilis, & instituta tali fine. Suetonius in Augusto cap. 42 *laniftarum familiam* appellat. *Schefferus.*

8. *caldior*] pro MSi, & P. *calditer.* Schefferus: *est calditer, ebrius.* Suspicor, scribendum, *caldior*, quod habet Varro quoque, pro *calidior*, & expono, *vehementior*, qui non facilè remittit quod proposuit. Vide infrà ad, *caldus.* Reinesius *? calditer, leg. calditor*, caldicors, caldicordis; θερμοκάρδων, ὀξύθυμων, ὀξύχολων (*qui subita & acri ira excandescit*).

9. *erit*] esse oportet. Ita Phædrus noster III, c. 11. *Erit ille notus, quem per te cognoveris.* Plautus Mostell. II, scen. 1. Phil. *Vbi ego ero?* Tr. *Vbi maximè esse vis.* Scheffer.

10. *mixias*] pro MSi, & Patav. *mixcis.* Schefferus: *mixcis.* Nescio an non scribendum sit, *mittix*, quomodo dicitur *plix*, unde *complix*, item *pendix*, & *pernix*, & intelligendus is, qui

[1] *sine fuco;carnarium* [2] *in medio,ut amphitheatrum videat:* [3] *& habet unde. Relictum est illi sestertium trecenties;* [4] *decessit illius pater Male ut quadringenta impendat non sentiet patrimonium illius, & sempiterno nominabitur.* [5] *Iam mannos aliquot habet, &* [6] *muliere*

mittit facilé. *Mittere* namque propriè dicimur gladiatores, cùm discedendi eis concedimus libertatem,nec depugnare ad mortem cogimus. & sequitur ſtatim de ferro optimo, itemque carnario, unde haud difficulter ista conjicias. Num potiùs faciendum *mixias*. Hesychius : *Μίξιας, ὁ μιγνύων (miscens)*, quasi qui nil misceat,sed aut hoc velit, aut illud. Reinesius : *Non est mixcix*. Novato vocabulô describit hominem insociabilem, inadcommodum, incompositum, singularem, sui sensûs & juris, quem Græci eleganter *ἀμικτον, ἀνάμιγτον, ἀτυμβόλογον, ἀσυμπλοκον, ἀνοιγνώνητον*,& *ἐκθετομον* adpellant. Malim autem pro monstroso isto reponere *mixtilis* vel *mistilis : x* enim huic scribæ pro *s* pingi solet. Quod autem simul pro vocula trisyllaba dissyllabam dedit, factum est ab elisu literæ *s* in ultima, quæ cùm in uno brevi vocabulo ter occurreret, semel ab incurioso neglecta est; rectè autem, ut puto, revocata. *Mistile*, *mixtile*, ut textile, textile,nexile,mictile,flexile. Sin librario de ejecta syllaba nihil imputari debet, utique nec necesse id est, *τὸ mixcix* commodè exponam per *miscus*, qui & *miscuus* & *misculus*, i. e. vulgaris, *κοινὸς*, popularis : non miscus, *ἀκοινονόητος*, non sentiens cum reliquis, non studens in commune, sed sibi suisque. Contra *κοινονοημοσύνη* ea modestia, moderatio & virtus est, quâ quis communi cum cæteris jure censeri æquo animô patitur.

1. *sine fuco*] pro MSi,& Patav. *s.fura*. Schefferus vult, *s. fuga*, propter oblatum antè *mittix*, sic enim : *sine fuga*. Suspicor, scribendum esse, *sine fuga*, ut sit sensus,non fore locum fugæ, omnibus pugnaturis sine missione ad mortem. Senec. Contr. 29 *Absciſſa miſſione gladiator, quem armatus fugeret, nudus inſequitur.*

2. *in medio*] Ordo : ut amphitheatrum videat carnarium in medio *Amphitheatrum*, pro iis, qui spectant in amphitheatro. *Schefferus*.

3. *& habet unde. Relictum*] Brevitè dictum, pro, habet unde sumptum faciat in illud munus. Terentius simili modô in Adelph.1,scen.2. *est,da gratia, & unde hæc fiant*. Plaut. Captiv IV, scen. 2. *Scis bene esse, si sit unde* Idem.

4. *decessit illius pater. Male ut*] pr MSi, & Patav. *d. i. p. male : ut*. Scheferus : *decessit illius pater male*. Hæ perperam distincta puto, & sic emendanda: *decessit illius pater. Male ut quadringenta impendat. Male ut impendat* licèt impendat malè, & in re non ul que adeo commendabili pecuniam istam insumat.

5. *Iam mannos*] *manni* equi breviores. Sic pro MSi, & Patav. *manio* Schefferus : Quid hoc est, *manios?* a scribendum *manias?* Asinius Capito apud Festum : *Mania dicuntur deformes personæ*. Sed *mania* propriè, quæ *larvæ*. Martianus lib. 11 de lemuribus loquens : *Si autem depravantur e corpore, Larvæ perhibentur ac Manes* Quare suspicor, scribendum, *nanos* Et habebant aliquando tales. Statius in Domitiani ludis Sylv. 1, VI (Ka Dec. Saturnal.) :

Hic audax ſubit ordo pumilorum,
Quos Natura brevi ſtatu peractos,
Nodoſum ſemel in globum ligavit :
Edunt vulnera, conſeruntque dextræ.

Adde Lipsium Saturn.11, cap. 4. Reinesius

rem essedariam, & dispensatorem Glyconis, qui deprehensus est, cum [1] dominam suam delectaret. videbis populi rixam inter zelotypos, & amasiunculos. Glyco autem, [2] sestertiarius homo, dispensatorem ad bestias dedit. Hoc est, se ipsum traducere. Quid servus peccavit, qui [3] coactus est facere? Magis illa [4] matella digna fuit, quam [5] taurus jactaret. Sed qui asinum non potest, [6] stratum cædit. Quid autem

nesius: Manios, leg. *mannos*; i. e. equos minores sive pumilos ob ea quæ sequuntur, *mulierem essedariam*; talia enim divitibus delicias faciebant. Vocabulum à Gallis acceptum *Horatio, Senecæ, Plinio, Hieron. in Eccles. c.* 10; *& Paulinus ep. ad Severum* de Melania, vulgò *buricos* vocari scribunt. Burichus autem est βρικὸς: ita Cyrenæos asinum vocare adnotavit *Hesychius*: hoc ab Ebr. ברקום *bricom*: inde βούριχος (*equus*) inferioris Græciæ, non πύῤῥιχος (quod communiter est *rufus*), ut putat Vir magnus: & βουῤῥιχαλια, pro stratis equorum mannorumve, in *testam. Greg. Naz. & Chron. Alex.*

6. *mulierem essedariam*] ex esseda (vehiculum id fuit bellicum) pugnaturam. Vide Lips. in Saturn. ubi simul habes plura de *mulieribus* gladiatoriis. *Schefferus.*

1. *cum dominam suam delectaret*] In MS. est, *cum dominam suam delectaretur*, compendiô omnia 4 verba scripta; interque ea, τὸ ur τῷ *delectaret* affictum potiùs, quàm duo præcedd. *m.* In sententia quæ jam sequitur, pro *qui asinum*, scripsit *quia sinum*. Vnde difficillimum est, ex tam infelici manu auctori solœcismos, ac barbarismos impingere. Patavina editio dedit: *cum domina sua delectaretur*. Sed si nequiter est faciendum, servi potiùs *delectare*, quàm-*ri*. & de hoc disertè in seqq. quòd *coactus* fecerit. Schefferus: *domina suâ delectaretur*. i.e. rem cum ea haberet. *Delectari* verbum pertinens ad rem veneream. Apulejus IX As. *puer adhuc adulteros ipse delectans*. Petronius ipse alibi: *At ipse non indelectatus nequitia meâ*. Atque hinc *deliciæ*, apud Catullum & alios sæpissime. *Oblectari* sensu parili usurpavit Terentius.

2. *sestertiarius homo*] Sic existimo vocare eum, qui censum habet, sive patrimonium, mille nummos; ita dictum, sicut suprà *centenarius*, à sestertio non nummo, verùm pondere, quod valebat nummos mille. Quæ summa cum sit planè vilis, isto titulo hominem & inopem, & in illa paupertate mirè arrogantem ac superbum indigitare existimo. *Sestertiarii* vocabulum habes & in Glossis Tironis, p. 67. *Scheffer.*

3. *coactus est facere*] Habet in animo simile quid illi, quod Haterius apud Senec. præf. IV Contr. dixit, cùm libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quòd patroni concubinus fuisset: *Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas*. Noster infrà in simili argumento: *nec turpe est, quod dominus jubet*. Illud *facere* sensum habet ambiguum, ut ferè solet noster tali modô ludere, & propiùs spectat ad hoc negocium. Alio loco apud nostrum: *pungere me manu cœpit, & dicere, quare non facimus*. Item: *si quid vis, fac iterum*. Schefferus.

4. *matella*] Sic appellat proprio conviciô impudicam mulierem, quasi quæ subdat se cujuslibet libidini excernendæ. *Idem.*

5. *taurus jactaret. Sed*] juxta MSm, pro Patav. *t. jactaret? sed*. Schefferus: Etiam hoc est ambiguum. *Iactare taurus* dicitur, quod cornibûs in subli-

autem Glycon putabat [1] *Hermogenis filiam unquam bonum* [2] *exitum facturam?* [3] *Illo milvo volanti poterat ungues resecare.* [4] *Colubra restem non parit. Glyco, Glyco,* [5] *dedit suos! itaque, quamdiu vixerit, habebit* [6] *stigmam, nec illam* [7] *nisi Orcus delebit. sed sibi quisque*

me tollit ac projicit: habebantque pilas in theatris eo fine. Martialis in Spectac. Dom. 21.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

Cæterum ut pilas istas, sic sæpe feras alias secum commissas jactabat, ut testatur Martialis idem in eo ipso libro. Quia igitur præcessit apud nostrum, dispensatorem dedisse ad bestias, i. e. certamen cum bestiis in amphitheatro, ideo hic subditur, mulierem istam impudicam meruisse potiùs ejusmodi supplicium. Est tamen quoque *taurus* inter improba vocabula. Diomedes lib. II. *Amphibologia fit & per homonymiam, cùm dicimus taurum, & nescias, utrum de armento, an obscœnam corporis partem dicamus.*

6. *stratum cædit*] vestem aut pellem, quæ insternebatur equis, ante usum sellarum. Plin. VII, cap. 56. *Frænos & strata equorum Peletronium invenisse dicunt.* Est autem proverbium in eos, qui alios puniunt, alios pœna illà digniores à delinquendo quæruntabsterrere. *Io. Scheffer.*

1. *Hermogenis filiam*] quam nempe Glyco ille habebat in matrimonio, ipsa ista, quæ se servo suo subjecit, modo descripta. *I. Scheffer.*

2. *exitum facturam*] bene ac honestè ad finem se gesturam, & iccirco ei eventura omnia feliciter ac decorè. Seneca Epist. 105. *Exspectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret*, locutio verè Petroniana. Sic enim statim ab initio: *Pictura quoque non alium exitum fecit.* Schefferus.

3. *Ille milvo*] Hermogenem intelligit. Est autem dictum, ut opinor, in eos, qui nimiùm arti ac ingenio suo fidunt, & ob id facturos quidvis se, etiam quod impossibile est, putant. Ideo existimo, post *resecare*, punctum interrogationis esse scribendum, quasi diceret: num putavit se facturum id, quod fieri ratione nulla potuit? *Scheffer.*

4. *Colubra non parit*] i. e. non est dissimilis filia parentibus. Convenit dictum Theognis: *è squilla rosa non nascitur, aut hyacinthus.* Adde Horatium in Odis. Schefferus. *Colubra restem non parit.* leg. *piscem:* hoc enim posset oppositio duorum inter se aliquà similium; eademque est apud Matth. VII, 10. Reinesius. Etiam inter *restim* & *colubrum* est oppositio similium à forma petita extrinseca, non ad usum cibi, ut piscis, sed alium.

5. *dedit suos! itaque*] locò MSi, & Patav. *d. suas*; (MS. punctulum habet) *i.* Schefferus: *dedit suas.* Puto planè, legendum, *suos.* Intelligit enim & dispensatorem ejus, & unà cum ipso conjugem, quorum illum quidem dedit ad bestias, hanc verò ad perpetuam apud omnes infamiam. Sic enim dedisse hìc intelligendus est.

6. *stigmam n.i.*] Sic MS. non Patavinum *stigma, nec illam.* Schefferus: *nec illam*, puta *stigmam.* quomodo suprà, *scemas.* Sic Laberius: *Pythagoream dogmam.* Tilebomenus: *nec illam nisi Orcus delebit.* Scribe: *nec illud nisi Orcus delebit.*

7. *nisi Orcus*] Pluto, sive mors. Et paulò pòst: *nec illam, nisi Orcus delebit.* Petron. in edit. *postquam nos auferet Orcus.* Inscriptio Gruteriana pag. 689, 4. *Orcus eripuit mihi.* Schefferus.

1. *eripiat*

que peccat. Sed ſubolfacio, quod nobis epulum daturus eſt Mammea; binos denarios mihi,& meis. Quod ſi hoc fecerit,[1] *eripiat Norbano totum favorem : ſcias oportet, plenis velis hunc*[2] *vincturum. Et revera, quid ille nobis boni fecit ? Dedit*[3] *gladiatores ſeſtertiarios, jam decrepitos,*[4] *quos ſi ſufflaſſes cecidiſſent ; jam meliores*[5] *beſtiarios*[6] *vidi. occidit de lucerna equites. putares eos*[7] *gallos gallinaceos : alter*

1. *eripiat Norbano*] fortè rectiùs, *eripiet*. Hoc vult, non ſic porrò publicè amatum iri Norbanum, ut hactenus, ſi tali liberalitate commendare ſeſe valet Mammea. *Schefferus.*

2. *vincturum*] aut *victurum*. pro MSi, & Patav. *vinciturum*. Ratio mutationis levitas deſcriptoris. Salvo tamen ac patulo ſemper in Notis fonte, donec inter viros Doctiſſimos cuncta transacta fuerint. Qua de re ſæpius in ſeqq.

3. *gladiatores ſeſtertiarios*] Paulò aliter ponuntur hîc, *gladiatores ſeſtertiarii*, ac ſuprà *ſeſtertiarius homo*. Sunt enim planè hîc, opinione mea, *ſeſtertiarii gladiatores*, qui *ſeſtertio*, vel mille nummis vendunt ſuam operam in arena. Vbi ſimul, quia hos ceu peſſimos viliſſimoſque exagitat, nonnihil de ipſorum precio conjectari poteſt. *Idem.* Seſtertium pro mille capi, oportuit oſtendere. bina quidem ſeſtertia (per imperitiam primùm vulgi, pro bina ſeſtertiûm, ſcil. millia) totidem millia notare novimus.

4. *quos ſi ſufflaſſes*]ſpiritu vehementiore paulò adflaſſes. Loquitur ad illum pæne modum, quo apud Plautum Artotrogus: *quojus tu legiones diffiaviſti ſpiritu, quaſi ventus folia.* Scheffer.

5. *beſtiarios*] Hinc ergo ſcire licet, deteriores habitos beſtiarios, quàm gladiatores. *Schefferus.* Legendumne putes, *buſtuarios ?* non abnuo tamen, *beſtiarios*. Tilebomenus. *beſtiarios*. Leg. *buſtuarios*, qui ante ſepulcra virorum illuſtrium placandis eorum manibus dimicabant die inferiarum. *Reineſius.*

6. *vidi. occidit de lucerna equites. put.*] Sic planiſſimè juxta MS. pro Patav. *vidi. O. d. l. equites : p.* Vt illud *o. d. l. e.* intra ( ) quaſi ceu ſenſu ambiguum capiatur. Schefferus : *de lucerna*. Hoc dictum cenſeo, pro, *ad lucernam*, quomodo Plautus Moſtellariæ a. III, ſcen. 2, *de exemplo edificare* dixit, quod vulgò *ad exemplum* ſolemus. Sic *de tertia vigilia* habet Livius IX, c. 44. ubi vide Cl. Gronovium. Intelligit autem eos adhibitos in convivio, quomodo Horatius, exponente Lipſio :

Cadimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Quod addit de *Equitibus*, manifeſtè tangit Neronem. Vide Suetonium in vita ejus cap. 12. *Reineſius : occidit de lucerna equites*. Quomodo qui gladiatores ſua impensâ dederat, eoſdem occiderit ? Imò ſequitur *omnes poſtea ſectos fuiſſe*. Legendum igitur, ut in membro præcedente *Dedit*, ita hîc *Addidit*, *Addixit :* vel quod ſcripto propius *Exhibuit*. Arenæ vel gladiaturæ verbum eſt *addicere*, pari notione cum verbis *dedere, tradere, caput in mortem & funus arenæ : Suet. Ner. c. 12.* hoc idem dixit, *exhibere ad ferrum*. Iſtud *de lucerna* capiamus interim de tempore, quo nim. lychni ſolebant inferri, & de convivio. *Equites* quid hîc faciant non adparet, præſertim qui pro *gallis gallinaceis* pugnantibus *haberentur :* ſunt à librario ; vera ſcriptura *pedites :* per hos autem ſecutorem & retiarium, vel Threcem & murmillonem, (hæc enim genera gladiatorum ſolebant in arena committi) intelligimus, quos in plano conſiſtentes, erectos, inclines, ſubſidentes depugnaſſe notum eſt. Hunc

alter [1] *gurdus atta, alter loripes:* [2] *tertiarius, mortuus pro mortuo, qui* [3] *habuit nervia præcisa. Vnus alicujus* [4] *flaturæ fuit Thrax, qui & ipse*

sensum esse ῥώσεως Petronianæ, manifestissimum adparet ex iis, quæ de atta & loripede, nim. male pedatis sequuntur. Decepit autem librarium conceptus ille quo putabat Neronem Equites Rom. occidentem à Scriptore hic tangi: quod secus est.

7. *gallos gallinaceos*] pugnantes inter se, quod frequentissimum fuit apud veteres spectaculum. *Schefferus.*

1. *gurdus atta*] pro Patav. & MSi *burdubasta*; servanda τῆς *burdubastæ*, aliorumque in margine, aut Notis memoriâ perpetuò, si quid melius occurrerit, & ut constet de origine. Schefferus: *burdubasta*. Num scribendum, *buttubata?* Festus, *Buttubata Nævius pro nugatore posuit, hoc est, nullius dignationis.* Reinesius: *Alter* è gladiatoribus munerariis *burdubastæ, alter loripes.* Vera lectio fuerit, *gurdus atta.* Subsannant gladiatores pugnæ in arena, ad quam emti erogatique fuerant, ineptos ideo, quia essent malè pedati; nim. alter *atta*, voce vetere Sabina, ἀπὸ τῆς ἄττεων (*à subsiliendo*), qui primis plantis vel etiam talis ambularet, & cùm terram leviter attingeret, eo ipso subsiliret; alter loripes, qui crura potius traheret serperetque, quàm graderetur; quæ crurum vitia ὀρθοσάδην *erectum* & firmiter insistere solo impediunt, gradu a. facile moveri, quod imprimis cavendum gladiatoribus, quippe ut ἀνεξωστι (*tales qui loco non dejicerentur*), essent unicè curantibus, faciunt. De attis ista docent *Festus* & Grammatici veteres alii: etiam *Casaub. ad Suet. Tit. c.* 1. de loripede nota res est neque restat, quicquam rectè sic emendatum esse Petronium eique suam ex Antiquitate elegantiam redditam, dubii. Quod autem simul adpellat *gurdum* eo animi vitium opprobrare ei videri potest; gurdos enim pro stolidis accipere vulgus ait *Quinctil. l.* 1, *c.* 9. & ex Hispania ducere originem, idque haurire potuit è Laberii mimo Cacomnemone, quem laudat *Gell. l.* 16, *c.* 7. *Isid. in Gl. Gurdus, lentus, inutilis*; &, *Brutus, gurdus. Nota Tironis: Fatuus, morio, gurridus*, extenso vocabulo.

2. *tertiarius mortuus*] Dabantur, ut nos docet Lipsius, gladiatores, quorum alter succedebat alteri interfecto. Hinc *tertiarius*, qui succedit cæsis aliis duobus. Glossæ: ἐφεδρος *tertiarius*. Et quoniam succedit cæso ante se, hinc ait fuisse illum *pro mortuo*, subsititurum scilicet; sed & ipsum mortuum, propter ignaviam, & id, quod sequitur, *Scheffer.*

3. *habuit nervia præcisa*] *Habuit* pro Patav. & MS. *habet.* Schefferus: *nervia præcisa*, i, e. nervos. Verùm vide, num legendum, *nervias præcisas.* Varro: *scientia docuit, quemadmodum in psalterio tendamus nervias.* Item alibi: *ejus nervias tractare solebat.* Ego nil decerno. Nam in Nonii codicibus quibusdam pro *nervias, nervia* est reperire in Varronis hisce verbis. Pro *habet, habuit* scribendum. *Idem.*

4. *flaturæ*] Sic MS. nec Patav. aliter excudit. *Flatura* Grammaticè à *flator* quomodo tibicen antiquis vocabatur; sed & auri, argentique sunt flatores. *Flaturæ* voce utitur Iul. Firmicus: *Falsarios qui pecunias publicas, aut flaturarum adulteros artifices imitentur.* Plinius *conflaturam* habet. Schefferus: *alicujus flaturæ fuit.* non hic de proceritate corporis accipio *flaturam*, sed de statu, quem observabant gladiatores, ut *flaturæ esse* hoc in loco sit, constantem esse, stare posse. Nam opponit hunc primum illi, cujus erant nervia præcisa, ut stare non posset; deinde cæteris, de quibus sequitur, *fugæ aptæ.* Itaque *flaturæ alicujus esse*

ita

ipse [1] *ad dictata pugnavit; ad summam, omnes postea* [2] *secti sunt, adeo de magna turba* [3] *ac hebete accesserant, plane* [4] *fugæ meræ. Munus tamen, inquit, tibi dedi. Et* [5] *ego tibi plodo. Computa, & tibi plus do, quam accepi.* [6] *manus manum lavat. Videris mihi Agamemnon dicere: Quid iste argutat molestus? Quia tu,* [7] *qui potes loqui, non loquere. Non es* [8] *nostræ fasciæ, & ideo* [9] *pauperum verba derides.*

ita dictum, sicut *indolis bonæ esse. Staturæ* idem est, ac *statio*, sicut *scriptio* & *scriptura, mensio* & *mensura*. Io. Schefferus.

1. *ad dictata*] h. e. ut opinor, non sponte sua, sed prout imperabatur ipsi à spectatoribus, quod fuit proprium gladiatorum ignavorum. Vide Lips. II Sat. c. 22. *Schefferus.*

2. *secti sunt*] Quid hoc est? num idem, ac, *vulnerati sunt?* num legendum, *interfecti sunt?* Placet alterum: sic enim propriè locuti de gladiatoribus videntur, eratque proprium huic ludo, ut post *sectionem* istam impetrarent veniam. Iuvenal. II Satyr.

--- *Sergiolus jam radere guttur*
Cœperat, & secto requiem sperare lacertô. Idem.

3. *ac hebete accesserant*] Pro Patavino & MS. *adhebete acceperant*. Schefferus: *adhebete acceperant*. Suspicor, scribendum esse, *ac hebete accesserant*. Dicit, non fuisse gladiatores selectos, sed vulgares ex turba gladiatorum, eosque pessimos. Reinesius: *de magna turba adhebete acceperant*. Legendum, *athletæ accesserant*. Præpositio de sæpe abundat in oratione purè Latina; sic in isto *Ter. Ad. a. 5, sc. 3. id de lucro esse*. Sic apud *Lucretium* frepuenter & *Catullum*, *Apulejum*, *Lampridium*, *Prudentium*, *Symmachum*. Omnium frequentissimè apud medicos semipriscos *Theodorum Priscianum*, *Marcellum Empiricum*, *Guarimpotum*, qui æquivalentem Præpositioni *cum* instrumentali solent adhibere.

4. *fugæ meræ*] h. e. qui nil possent, nisi fugere. Sic Cicero *nugas meras* dixit, lib. VI Att. Epist. 3. *Quid est igitur, quod laborem? amicos habet meras nugas.* Schefferus.

5. *ego tibi plodo*] applaudo, Liquet autem ex hoc loco, in muneribus plausu prosequi consuevisse munerum illorum auctores. *Scheffer.*

6. *manus manum lavat*] Ab Epicharmo, vel Menandro τὸ Χεὶρ χεῖρα νίπτει· Χεὶρ χεῖρα κνίζει (*Manus manum lavat, manus m. fricat*), accepit: etiam eadem ætate *Seneca in ludo de morte Claudii*. Hujus usûs gratiâ *Galenus* I de usu Part 5, σύμμαχον ἑκατέρῃ τὴν ἑτέραν χεῖρα ἡ φύσις ἐποίησεν, inquit. ἀλλήλων γὰρ ἕνεκα γεγένηνται καὶ πάντῃ πεφύκασιν ἴσαι (*Manus natura ad mutuam sibi navandam operam fecit; altera enim alterius gratiâ, & penitus inter se æquales*). Th. Reinesius.

7. *qui potes loqui, non loquere*] Pro MS. & Patav. *q. p. loquere, non loqui*. Schefferus: *qui potes loquere non loqui*. Ordo verborum à librario supinè est turbatus. Scribo, *qui potes loqui, non loquere*. Schefferus.

8. *nostræ fasciæ*] Sic proverbiali genere vocat eum, qui est alienus ab ipsorum consortio. *Vnius fasciæ* dicuntur generis unius, unius societatis, forsitan, quod in militia signum militare esset fascia, quam deinde bandum appellarunt, sociique forent ac conjuncti inter se, qui sub eodem militabant signo. Vide tamen, num legendum sit, *farinæ*. Persius V, ℣. 115.

--- *cùm fueris nostræ paulò antè farinæ.* Scheffer. *Non es nostræ fasciæ*, i. e. nostræ

rides. Scimus te [1] *præ literis* [2] *fatuum esse. Quid ergo est? Aliqua die* [3] *te persuadeam, ut ad villam venias, & videas casulas nostras; inve-*

sortis, genituræ & educationis; tractum à more infantes fasciis involvendi, vel appensis crepundiis insigniendi. Græce ὁι σπαργάνων, quod est apud *Philonem de libert. & de Abrah.* i. e. *à fasciis*, à bulla inde; idem cum illo ἀπὸ βρέφους, à teneris, à cunis; ab ipsa cunabulari vita, ut loquitur *Dudo Quint. præf. Norm.* ὁμογάλακτοι, ὁμοπάτριοι, collactii, qui idem lac suxerunt, ὁμοσπαρκοι, (σπάρξαι enim de re eadem est apud *Hom. H. in Apollinem*). iisdem fasciis involuti, iisdem crepundiis ornati, iisdem cunis agitati. *Reinesius.*

9. *pauperum*] Pro Patav. *pauperorum*. In MS. enim est *paupererum*. Sed & pauciſſimis abhinc lineis pro *dissipare paravit*, in MS. exstat *dispare pallavit*, quæ talia centena Varietas lectionum ob oculos statuit, ut quisquis ea viderit, vel invitus largiturus sit, vix quidquam ex hujus manu contra auctorem quà dicendi artem firmiter posse concludi; à qua suspicione si eum liberemus, mitius cum Fragmento agetur; præsertim habita ratione dicentium, hominum ex Asia, nuper servorum, & ejus commatis, aliarumque circumstantiarum, ut forsan in progressu magis enucleabitur. Tilebomenus: *Pauperorum*, nil mutandum: Ita enim loquebantur veteres. Schefferus: Mallem ego, *pauperiorum*.

1. *præ literis*] Patav. editio, *præ litteras*. MS. *pre litteras*. Scribo autem *literis, tamquam*, &c. premendo in talibus vestigia priorum editionis Gabbem. seu Gonsalii, ne vel hac parte inconstantia ac lubricitas descriptoris, me adjutore & traduce quasi Auctori obsit. quamquam in talibus mire varietur, etiam in eadem editione. Schefferus: Scribendum est, *præ literis*.

2. *fatuum esse*] Ludit ambiguitate vocis, more suo. Dixerat superiùs ad Agamemnonem, posse loqui, etiamsi non loquatur. Id repetit hoc loco, addita caussâ, quia sit instructus literis, & doctus. Sed repetit vocabulo ambiguò. *Fatuus* enim est, & qui fari potest, & qui est ineptus stolidusque. Omnino enim *fatui* vox honesta fuit, itaque omnes dicti sunt initiò *vates*, nec hi tantùm, sed & pueri, qui didicissent fari. Volunt verba Varronis lib. v de L. L. *Fatur is, qui primùm homo significabilem ore emittit vocem. Ab eo, antequam ita faciant, pueri dicuntur infantes, cùm id faciunt, jam fari: cùm hoc vocabulum à similitudine vocis pueri, ac fatuus, fari sit dictum.* Ita scribo, non *fari id dictum*, ut est in vulgatis. Sententia est ista, puerum infantem dici, quamdiu non loquatur, postquam loqui ac fari didicerit, vocari fatuum. Fatuus ergo, qui scit loqui. Donatus ad Eunuch Terent. A. v, sc. 8. *A fando, fatuus dicitur.* Sed quia ferè, qui loquuntur multum, sunt inepti stolidique, hinc de ipsis quoque usurpatum hoc vocabulum. Quo proinde ludit noster, nec modò literatos loqui multa posse innuit, sed ex literis quandoque stolidos fieri. Id quod proverbiò circumlatum intelligimus etiam ex isto Festi ad Paulum Actor. cap. 26. *Insanis Paule, multa te litera ad insaniam convertunt.* Schefferus.

3. *te persuadeam*] Ennius apud Servium P. Danielis. *Quis te persuasit?* Vide Merulæ Fragm. p. 39. Apulejus lib. IX. *Tunc uxorem ejus suasi, ac denique persuasi, secederet paululum.* Idem paulò pòst: *identidem suadebat maritum, temporius quieti decedere.* Non observârunt etiam recentissimi editores, ideoque post *suadebat*, perperam posuere comma. Ad eundem modum

verbo

inveniemus quod manducemus : pullum, ova. [1] *Belle erit ; etiamsi omnia hoc anno tempestas dissipare paravit.* [2] *Inveniemus ergo unde saturi fiamus.* [3] *Etiam tibi discipulus crescit Cicaro meus,* [4] *jam quatuor partis dicit ; si vixerit* [5] *habebis ad latus servulum. Nam, quidquid illi vacat,* [6] *caput de tabula non tollit : ingeniosus est,* [7] *& bono filo ;*

verbo simplicì est usus Tertullianus in de hab. Mul. *Tu es, quæ eum suasisti, quem diabolus aggredi non valuit.* De Eva loquitur, cui manducationem pomi diabolus persuaserat. Noster infrà iterum : *persuadeo hospitem nostrum.* Cæterùm, *persuadeam* videtur positum, ut apud Symmachum, *exhibeam* ; apud Sidonium, *taceam, indulgeam, gaudeam, studeam*, & id genus, de quibus consulendus Vossius III Annal. c. 34. Nisi quis existimet, post, *nostras*, collocandam esse interrogationem, id quod mihi non displiceret. *I. Schefferus.*

1. *Belle erit*] sc. nobis. vivemus jucundè ac hilariter. *Schefferus.*

2. *Inveniemus ergo*] Illud *ergo* non placet. forsitan scribendum atque distinguendum est : *inveniemus, large unde saturi fiamus. Sed* nihil definio. *Schefferus. Ergo*, refertur ad præcedentia : *pullum, ova. Belle erit.* Etiam paulò aliter distinxi.

3. *Etiam tibi discipulus crescit*] Ita suprà : *Etiam videte, quàm porcus ille comederit.* Plaut. Aulul. II, sc. 75. *Quid nunc ? etiam mihi despondes filiam ? Crescit tibi*, ut mox evadat tuus, ut tu eum habeas discipulum. Noster in in jam editis : *Pascitur gallina tibi, gallus spado.* Plautus Bacch. III, sc. 3. *Mihi discipulus, tibi sodalis periit.* Scheffer.

4. *jam 4 partis d.*] *partis*, *parteis*, *partes*. MS. & Patav. *j. 4 parti d.* Infrà, *centum partes dico.* &, *decem partes dicit.* Nec refert, quòd hic *partis*, ibi *partes* ; quia intra regulas variare licet : & diversi loquuntur. Schefferus : Infrà : *decem partes dicit.* Itaque hìc scribe, *partis*, i. e. *partes*, quomodo solet etiam in aliis. Sed quænam sunt hæ partes quatuor ? Existimo de partibus Grammaticæ sermonem esse, quas fuisse quatuor apud veteres docet nos Gerh. Vossius. Reinesius : *Iam quatuor partes dicit.* Loquitur de Cicaronis sui apud magistrum Latinum literas discentis in Grammatica profectu. Sic infrà de alio puero : *decem partes dicit : librum ab oculo legit :* itemque *partes centum dico.* Hinc interpretor inscriptionem apud *Gruterum* 8 DCXXV, quæ est de C. Terentii Fructi Attico : Literatus. Græcis et. Latinis. Librarius Partes (sic emendo quod edidêre Pontes : haberéque ita schedas *Verderii* annotant) Dixit. CCC. Per *Partes* non intelligi possunt partes Grammaticæ vel etiam Orationis : sed sententiæ particulares & γνωμώδη λεκτὰ Latinis verbis expressa, quæ tironibus pro exercitio Græcæ Linguæ ediscenda proponi solebant. Idque adparet è *libris de tota re Grammat. Dosithei magistri tribus*, uti dixi in *Defens. Variarum contra censuram Poetæ L. p. 96.*

5. *habebis ad latus*] Hoc ita dicitur, ut, *habebis ad manus.* Bene autem, *ad latus*, sic enim propriè de discipulis. Cicer. in Lælio : *Ego à patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili togâ, ut quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem.* Schefferus.

6. *caput de tabula non tollit*] Per proverbii modum de assiduo usurpatur, tabulam seu librum continuo inspicit. Similiter *manum de mensa tollere* dixit Varro II Prometh. *Idem.*

7. *bono filo*] Bona specie ac forma. Lucret. IV,

Sunt

filo, [1] *etiamsi in nave* [2] *morbosus est. Ego illi jam* [3] *tres cardueles occidi*, [4] *& dixi, quod* [5] *mustela comedit; invenit tamen* [6] *alias nervias; & libentissime pingit. Cæterum jam Græculis* [7] *calcem impingit, & Latinas cœpit non male appetere, etiamsi magister ejus sibi placens sit. Nec uno loco consistit,* [8] *sed venit, dem literas, sed non vult laborare. Est & alter, non quidem doctus,* [9] *sed curiosus, qui*

Sunt igitur jam formarum vestigia certa
Quæ vulgò volitant subtili prædita filò.

Plautus Merc. IV, s. 4. *Satis scitum filum mulieris.* Confer Gellium I, c. 9; & XIV, c. 4. *Io. Schefferus.*

1. *etiamsi in nave morbosus est*] scilicet *quando mecum forte mare ingreditur.* Erant enim mercatores hi liberti, qualis ipse olim Trimalchio fingitur: & ubi hæc contigerunt, in colonia intra Italiam Græca, urbs maritima fuit Ancon, aut Neapolis. Vt in veteri Satyrico interpretes docent. Sic verò pro Patavino, *etiamsi tum naves*; & MSi, *etiamsi in naves.* Schefferus: *etiamsi tum naves.* Corrigo: *etiamsi tam navus*, Sententia, licèt sit tam diligens & assiduus in libris, tamen bono filò est. Attendit ad id, quod vulgò lucubrationes nimiæ pertinaxque studium pallidos & macilentos reddit. Reinesius: *etiamsi tum naves morbosus est.* Leg. *etiamsi cùm nauseat m. e.* Bona corporis constitutione & firma eum esse dicit; sed cùm nauseâ & inadpetentiâ laborat interdum, morbosi quid & suspecti ostendere.

2. *morbosus est*] An hîc abest negatio, *non morbosus est?* Schefferus.

3. *tres cardueles*] Patavin. & MS. *cardeles.* Schefferus: Vix dubito, quin rectum sit, *tres carduelos.* Sanè *carduelos* etiam apud veteres Romanos fuisse in deliciis, artes varias efficere, & imitari voces edoctas, licet facilè ex Plinio colligere. Vide lib. VII, c. 42.

4. *& dixi, quod must.*] Optime. Consule Vossium in de Constr. c. 62. *Scheffer.*

5. *mustela*] Pro MS. & Patavin. *mustella.* Schefferus: *mustella.* Felis, ut quidem putat Rigaltius ad Phædrum. Sed possumus de *mustela* vera hîc accipere. *Mustela* dico. Sic enim malo, quam *mustella*, ut hîc legitur.

6. *alias nervias*] i. *fides, chordas.* MS. & ed. Patav. *a. nervos.* Tilebomenus: leg. *nervias.* Schefferus: *alias nervas, & libentissime.* Corrigo: *alias novas:* puta, *carduelos.* Sequitur deinde nova periodo: *Et libentissime pingit*, ubi *Et*, est *Etiam.*

7. *calcem impingit*] dimittit eas à se: quasi jam satis didicerit. Est enim hæc per fastidium rejicientis quidpiam consuetudo. *Schefferus.*

8. *sed venit, dem literas*] Subintelligendum: *sed venit* (petens) *dem l.* Tilebomenus: *sed venit dem literas: sed non vult laborare.* Sic lege & distingue: *petit, dem literas, sed non vult laborare.* Schefferus: *sed venit dem literas.* Mutilus hic locus est, nec divinando facilè restituetur. Tamen nescio annon id ipsum continuerit, quod sequitur, *sed non vult laborare.* Mihi certe glossam sapit, vel propter istam inconcinnam conjunctionis ejusdem repetitionem. Ex verbis igitur Tilebomeni (etiam mente Schefferi) sic foret legendum: *Nec uno loco consistit; petit dem literas, sed n. v. l.* Quod placet; sed tantum mihi in hac prima politura non sumo, qui præter significantia verba, & qualem qualem sensum fere nihil specto.

9. *sed curiosus*] Delectatur voce hac Petro-

qui plus docet, [1] *quam scit. Itaque feriatis diebus solet domum venire, & quicquid dederis contentus est. Emi ergo nunc puero aliquot* [2] *libros rubricatos, quia volo illum, ad domus rationem, aliquid de jure gustare.* [3] *Habet hæc res panem. Nam* [4] *literis satis inquinatus est; quod si resilierit,* [5] *destinavi illum artificium docere, aut tonsorium*

Petronius frequenter, etiam in editis. Vnum locum adducam, nostro non multùm absimilem: *neque est, quod curiosum aliquem extimescat.* Est hic *curiosus*, qui noviſſe quærit facta ipſorum. Sic in noſtris, qui non quidem doctus, ſcire tamen multa & recondita, diſcereque paratus eſt. *Io. Schefferus.*

1. *quam ſcit*] hæc jocò dicuntur, ab homine ebrio. *I. Schefferus.*

2. *libros rubricatos*] pro MSi, & Patav. *libra rubricata.* Schefferus: *libra rubricata.* Corrige: *libros rubricatos*, vel *rubricatæ*, ut ſubaudiatur, *legu*, ſitque ita dictum, ſicut apud juvenalem Sat. XIV, ℣. 192, ponuntur *rubra legas.*

---- *Scribe puer, cauſſas ago, perlege rubras*
Majorum leges. ----

Porro *rubricata leges*, vel *libri rubricati* dicti ſunt, quia capita & tituli librorum juris minio fuerunt notati. Vnde rubricarum frequens mentio, & apud Perſium Sat. v, *Rubrica Maſuri*, ſcripta Conſultiſſimi ejus viri Iuridica.

3. *Habet hæc res panem*] Ad eundem modum iſtoc dicitur, ut *res habet offenſionem, periculum, precium, uſum*, & id genus. Sidonius v Car. *Otia frigus habent.* Schefferus.

4. *literis*] Peculiari notione, prout notant ſcientiam nonnullam ſcribendi ac dicendi, ex qua *literarum* nomen, oppoſitum *eruditorum* nomini. Sueton. in lib. de Ill. Gramm. cap. 4. *Cornelius Nepos in libello, quod iſtinguit literatum ab erudito, literatos vulgò ait appellari eos, qui aliquid diligenter & acutè ſcienterque poſſint aut dicere, aut ſcribere.* Idem.

5. *deſtinavi illum artificium docere, aut tonſorium*] MS. & Patavin. *d. i. artificii d. a. conſtreinum.* Tilebomenus: *conſtreinum.* ſcribe, *tonſtrinam.* Schefferus: *artificii — conſtreinum.* Hæc verba ſatis depravata ſunt, &, ut cenſeo, ſic emendanda: *deſtinavi, illum artificium docere aut tonſtreinum, aut præconem*, &c. *Deſtinavi, docere illum*, eſt, deſtinavi, ut doceat illum. nam *deſtinare* hic eſt abſolutè poſitum, pro *conſtituere apud ſe.* Quomodo Vellejus II, cap. 110. *pars ſuis ſedibus præſidium eſſe, deſtinaverat.* Sed quid illud, *tonſtreinum?* Puto eſſe à *tonſtrinus*, & intelligi tonſorem, quem ſic cenſeo vocatum, quod ſit in tonſtrina. Sicuti *cupidicinus* eſt in gloſſis pro eo, *qui cupidè eſt in cœnis.* Martialis lib. IV Ep. ad Lupum, ratione non multùm diſſimili: *Artes diſcere vult pecuniosas; Fac diſcat citharœdus, aut choraules.* Reineſius: *deſtinavi illum docere artificium aut tonſtreinum aut præconem.* Videtur peccâſſe librarius tranſpoſitu vocalium *e* & *i*, legendumque *tonſtrineum*, ſubintelligendo artificium: tonſtrineus à tonſtrina, ut ſpineus à ſpina. *Tonſtrinum* pro tonſore dici & accipi poſſe dubito. Sed mihi nec *tonſtrina*, nec *tonſtrineum* placuit: illud ideo, quòd difficile hic ſit locum pro arte capere, tum quòd ſubitò deſultaret conſtructio intuitu ejuſdem à caſu gignendi in accuſandi, cùm tamen utrobique poſſit eſſe alter horum: hoc verò quia artificium tonſorium non eſt tonſtrineum, i. e. ad tonſtrinam pertineris, ſed tonſtrina pertinet ad artificium, eſtque ipſa tonſtrina concretum q. ex arte tonſoria, ut animal ex anima, homo ex huma-

sorium, aut præconem, aut certè [1] *causidicum, quod illi auferre non possit nisi Orcus.* [2] *Ideo illi cotidie clamo : Primigeni, crede mihi, quicquid discis tibi discis. Vides Phileronem causi dicum, si non didicisset, hodie famem à labris non abigeret. Modo, modo collo suo* [3] *circumferebat onera venalia : nunc etiam adversus Norbanum* [4] *se extendit. Literæ* [5] *thesaurum est, & artificium nunquam morietur. † Ejusmodi* [6] *fabulæ vibrabant, cum Trimalchio intravit, &*

† *Encolpius.*

[1] *deterſa*

humanitate, & innumera alia. non sic spina & spineum; nec sic tonsor & ars quemadmodum tonstrina & ars, quippe ars & tonsor (unde Grammaticè tonsorius, a, um) subjectô sunt idem.

1. *causidicum*] Distinguit enim Fabius l. XII, c. 1, forensem atque mercenariam litium advocatorum & causidicorum vocem, serio, à scientia & virtute Oratoris. *Docere* autem *præconem, causidicum* ita dicitur, quemadmodum *dicat citharœdus, aut choraules* ex Martiali proximè adductum.

2. *Ideo illi cotidie clamo*] i. e. frequenter dico, inculco, ἐπιλογῶ. *Sen. Ep.* 27. *Sic itaque me audi, tanquam mecum loquar*, &c. *Clamo mihi ipse.* Th. Reinesius.

3. *circumferebat onera venalia*] Quænam erant illa onera? Puto ego bajulum fuisse circumforanei alicujus, ejusque res venales circumtulisse per plateas. Nisi malis, *olera venalia*; nam *onera* non satis placet. *Schefferus. Modo collo suo circumferebat onera venalia.* i. e. erat in ordine infimo laturariorum, φορτοβαστάκτης, ὁ τὰ ἀγώγιμα ἐπὶ φορτίων κειμένους, quæstum faciens bajulandis mercibûs. *Onera venalia* sunt fasces, sarcinæ, scorteæ, manticæ, valisiæ, & quælibet volucra; nobis *Ballen:* collô vel loris collô dependentibûs ferri solita. *Reinesius.*

4. *se extendit*] Puto divitem, multisque agris instructum innuere. nam *extendere se* hoc loco, sicut ego arbitror, *proferre res suas & amplificare. Adversum Norbanum* accipio, pro è regione ejus, ex adverso prædiorum Norbani, vicini fortassis hujus Phileronis, atque divitis. *Io. Schefferus.*

5. *thesaurum est*] An hoc retinendum? Plautus Aulul. II, sc. 2.

Credo ego jam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi:
Id inhiat.

Scio, Vossium censere, illud *Id* hîc poni pro *ideo*, ut sit alio loco, verùm haud satisfacit. Adscribam, quod observat Barthius lib. XXXI Advers. c. 6. Dicit ibi, codicem se habuisse Plauti Mſ. qui Taubmanni quondam fuerat, ex eo ita notat: *Auri thesaurum clam omnis, in medio foco. Mſ. glossam istam profert: Nota, thesaurum neutro genere dici. Sanè futilem non esse puto, & respexisse ad illud, quod sequitur: Nunquam indicare id filio voluit suo. Sed & tertio locô, ubi vulgo legitur; quam eum thesaurum commonstraret filio. Mſ. quam id thesaurum. Quod ego interpolatum ab iis arbitror, qui versum in veteri scriptura claudicare putaverunt. Cùm verius sit, more Plauti M, & Comico non elidatur.* Hæc, ut dixi, Barthius, quæ non parum nostra firmant. *Schefferus.* Certè in nostro protographo finale compendium hic non aliud quàm *m*.

6. *fabulæ vibrabant*] Tilebomenus: scribe, *fabulas vibrabant.* Schefferus: *vibrabant* neutraliter, pro, hinc inde jactatæ sonabant. Elegans & appositum verbum, unde *vibrans oratio* apud Fabium. Sed & noster adhibet in talibus, ut constat ex jam ante publi-

deterſa fronte unguento, manus lavit, ſpacioque minimo interpoſi-o: ‡ Ignoſcite mihi (inquit) amici, multis jam diebus [2] venter nihi non reſpondit: [3] nec medici ſe inveniunt. profuit mihi tamen

‡ *Trimalchio.*

[1] *mali-*

ublicatis. Et in re alia parili modò, *ila inter manus luſu expellente, vibra-ant.*

1. *deterſa fronte unguento, manus la-it*] Non ſatìs hoc intelligo. Quo-nodo enim frons detergitur un-guentò? Alibi fit ſpongiâ, vel pal-liò apud noſtrum, non unguentò. Credo ſcripſiſſe, *deterſo fronte unguen-tò.* Deterſo fronte, eſt, terſo de fron-te. Quomodo in editis: *Pierio defun-ſis pectore verba*, pro, fundes de pe-tore Pierio. Item, *detraxit humeris aciniam*, pro, traxit de humeris. Schefferus. *deterſa.* Conſtructio in-dicat aliter hoc verbi legendum quàm poſitum. an acumine Hebræo-rum, aliis punctis ſignantium ſecus quæ legi volunt? Nimirum *deterſa* i. *purgata f.* (ab) *u.*, idque ob exceſſum unguenti, & in odium; ac ſequitur, *manus lavit.*

2. *venter mihi non reſpondit*] non fe-cit officium ſuum, non exſolvit de-bitum ſuum. Tracta ratio loquendi in debitoribus, qui cùm omittunt fa-cere, quod debent, *non reſpondere* di-cuntur. Cic. XVI Ep. 2. *Fit ſæpe, ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tem-pus.* Quia itaque venter ei erat lubri-cus, nec continebat cibos, ſicut o-portuerat, non reſpondiſſe dicitur. Atque ita fortè non incommodè ex-plicare licet iſta verba. Magis tamen inclino, ut exiſtimem hoc ita poſi-tum, ut apud Suetonium, *villa non reſpondet.* Extant verba vitâ Iulii c. 46. *Villa non tota ad animum ei reſponderat.* Fuſcus apud Sen. Cont. 9. *Quòd pius ſim, ad manum argumentum eſt, nempe quia abdicanti reſpondet.* Enodius I Epiſt. 6. *non reſpondentia cultoribus arva.* Schefferus.

3. *nec medici ſe inveniunt*] Bene; opinor. Medici ſe non inveniunt; cùm quærunt mederi alicui, ſed medicinam nullam reperiunt efficacem ac idoneam. Nam vocabulum *medici* ſignificanter ponitur, & cum efficacia pro iis, qui re vera medentur, non ſolùm illis, qui medendi profitentur artem. Quaſi diceret, quæſiviſſe quidem ſatisfacere nomini ac profeſſioni ſuæ, voluiſſéque ipſo opere medicos eſſe, ſed non præſtare id potuiſſe. Sic hunc locum explico. Petronius in de bello Civ.

—— quærit ſe natura, nec invenit.

Ovid. Epiſt. Sapphûs. *Poſtquam ſe dolor invenit.* Sic enim ibi habere Mſs optima, Gronovius docuit. Ruricius II Ep. 9. *cùm me in me non inveniam.* Schefferus. *nec medici ſe inveniunt.* Vim elegantiæ iſtius optimè intelligemus ex hiſce *M. Senecæ præfat. l. 3 Contr.* ubi de declamatoribus in ludo tironibus: *Velut adſueta claſſi & dilecta umbræ corpora ſub dio ſtare non poſſunt, non imbrem ferre, non ſolem ſciunt: vix ſe inveniunt.* i. e. cùm diſerti ſuo arbitriò eſſent intraque ſepta ſcholæ ventilantes magnum ſpirarent, nihil minùs quàm diſertos ſe eſſe agnoſcunt, & vix mutiunt rhetoriſci, cùm in forum venerint pugnaturi. Hic *medici ſe non invenire* dicuntur, qui cùm medici eſſe & ſtare primo locò vel à ſeipſis vel à vulgo putarentur, in arenam, in ægrorum clinas protracti λογοθεωρήσει *(in verbis adſpectabiles)* ſunt & cum impoſtoria ſua loquentia promiſſorumque multa caligine & ambage involutorum vanitate non expediunt, quod ægrotis ſit uſui, nullos explicant. Verbum *invenire* eadem venuſtate de inanimatis dixere quoque veteres: *dolorem ſe invenire* de eo, qui cùm antè non ſentiretur, emicare incipit & gliſcere, *Ovid.* XV. *Ep.*

[1] *malicorium, & tæda, ex aceto. Spero tamen jam ventrem* [2] *pudere, ni sibi imponit; alioquin circa stomachum* [3] *mihi sonat, putes taurum. Itaque, si quis vestrum voluerit* [4] *sua re causa* [5] *facere, non est, quod illum pudeat. Nemo nostrum* [6] *solide natus est. Ego nullum puto tam magnum tormentum esse,* [7] *quam continere. Hoc solum vetare, ne Iovis potest. Rides Fortunata? quæ soles me nocte* [8] *desomnem facere. Nec tamen in triclinio ullum vetui facere, quod se juvet*

Ep. Her. transumtáque est ista Latinitas in nostram etiam popularem, cùm eum se invenire dicimus, qui quod antè nescire videbatur, ejus nunc se satis scium esse ostendit; & cùm qualitatem v. g. *saporem, odorem, bonitatem, malitiam, se invenire*, quæ antè non observata nunc se erigit, exserit & erumpit. *Th. Reinesius.*

1. *malicorium*] Pro MS. & Patav. *maleicorum.* Schefferus: *maleicorum, & tæda, ex aceto.* Scribe, *maleicorium. Tædæ* decoctæ in aceto meminit Plinius, sed contra dentium dolores, non hunc morbum.

2. *pudere, ni sibi imponit*] pro MS. & Patav. *pudorem sibi i.* Tilebomenus: *Spero tamen jam ventrem, pudorem sibi imponit.* sic lege. *Spero tamen quod jam venter pudorem sibi imponat.* Schefferus: *pudorem sibi imponit.* Suspicor, *pudere, ni sibi imponit.* Illud *pudere*, positum est absolutè, ut in illo Ciceronis I de Orat. *Quem non pudet, hunc pœnâ dignum judico.* Sibi imponere ventrem dicit, quando non continet; quia novis aliis atque aliis, ipsique ingratissimis remediis ac potionibûs onerabitur.

3. *mihi sonat, putes taurum*] scilicet, *sonare*, & mugitum edere. Nisi velis legere, *putes esse taurum*, & potuit ob literarum similitudinem excidisse ista vocula. Cæterùm sic Plautus, *crepitat mihi venter vacuus, crepant tibi intestina.* Schefferus. *putes taurum. Itaque.* legendum: *putes taurum mugire. Itaque.* Io. Cai. Tilebomenus.

4. *sua re causa*] Illud *causa*, glossema videtur. *Sua re*, est *ex sua re*, omissa præpositione. vide infr. *Io. Schefferus.*

5. *facere*] scilicet, quod natura exigit. Sic infrà: *cœpit ad stellas facere.* Suspicor sic usurpasse Plautum IV, sc. 7, ℣. 81, ubi ait:

— tunc etiam cubitare solitus es in cunis puer?
SI. Scilicet. B.A. etiamne facere solitus es, scin' quid loquar?

Novi, aliter hoc explicare doctos, scilicet ut turpiculum quid denotet; nec repugno. Tantùm illa ipsa verbi ambiguitate puto ludi, ut non infrequens est Plauto. Conveniunt utique, cubitare in cunis, atque *facere* illo, quo dicebam, sensu. *Schefferus.*

6. *solide natus est*] sic compactè, ut nihil intus sit spirituum, qui subinde desiderant exire. Verè Petronianum. Sic enim in editis: *Ita verò, inquam ego, tanquam solidos alligaturus, quibus non soleat venter injuriam facere.* Scheffer.

7. *quam continere*] absolutè. Ita mox: *medici vetant continere.* Sic *continentiam* absolutè posuit Suetonius in Claudio cap. 32. *Dicitur meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi: cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.* Idem.

8. *desomnem facere*] Eripere mihi somnum, bombis tuis. Sic *depilu, deplumis* exstat apud alios. *Idem.*

1. *omnia*

vet. Et medici vetant continere ; vel, si quid plus venit, [1] *omnia foras parata sunt :* [2] *aqua, lasanum, & cætera minutalia. credite mihi,* [3] *anathymiasis si in cerebrum it, in toto corpore* [4] *fluctum facit. Multos scio sic periisse, dum nolunt* [5] *sibi verum dicere.* † *Gratias agimus liberalitati, indulgentiæque ejus, &* [6] *subinde castigamus crebris potiunculis risum. Nec adhuc sciebamus nos in medio lautitiarum,* [7] *quod ajunt, clivo laborare.* [8] *Nam tum mundatis ad sympho-*

† *Encolpius.*

1. *omnia foras*] Ita suprà: *Domi leones, foras vulpes.* Et in jam editis. *G. noster foras cænat.* Io. Schefferus.

2. *aqua, lasanum*] pro MS. & Patav. *a. lassant.* Tilebom. *lassant.* L. *lana.* Schefferus: *aqua, lassant, & cætera minutalia.* Scribe, *aqua, lasanum, & cætera minutalia.* Per *minutalia* intelligit cùm alia, tum lignum, cum adhærente spongia, de qua Seneca Ep. 70. *Lignum, quod ad emundanda obscæna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit.* Sunt autem *minutalia* dicta à *minutal*, quod significat minutum qualecunque. habesque *minutalia* etiam in Glossis Tironis cap. 10, pag. 51.

3. *anathymiasis si in cerebrum it, in toto*] MS. *anathimiam is si in cerebrum it in toto.* Patav. edit. *anathimia is si i. e. it, & in toto.* Schefferus ad Pataviam: Mirè hæc corrupta sunt. Scribe confidenter cum Cl. Gronovio, *anathymiasis in cerebrum it.* Ἀναθυμίασις Græce, vapor est, & exhalatio quæ hîc de ventris flatibus intelligenda. *In cerebrum it*, ad eundem modum, sicut suprà, *vinum mihi in cerebrum abiit.* Reinesius: *anathymiasis si in cerebrum it.* Græci hoc dicunt βλαπτόμενος ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεως (*lædi ab anathymiasi vini*), *Athen. l.* 2. *Anathymiasis* verò pro vapore seu exhalatione medicorum Latinitatis corruptæ vocabulum est. *Oct. Horat. l.* 2 *Euporist. c.* 1. *Quibus ex anathymiasi caput fuerit inquietatum. Guarimpotus:* Petro Damiani æquali sæculo undecimô, *l.* 1 *Passionarii, cap.* 2, sic: *Quod si ex stomacho fuerit anathymiasis in cerebro*; & *l.* 2, *c.* 18. *Anathymiasis est stomachi resolutio ex fumositate.* Et sæculo tertiô decimô *Matth. Silvaticus med. de Salerno Pandect. c.* 43. *Anathymiasis, antimiasis, delatio fumi sursum à stomacho ad corpus.* Paulò doctius proximus ab hoc *Ioh. Anton. Campanus l.* 9, *Ep.* 44. *Dicunt medici, ægrotare me stomachi fumô, quem & Græci anathimiasin vocant.*

4. *fluctum facit*] ita eleganter illos flatuum discursus cum boatu seu mugitu, fluctuum, instar, describit. *I. Scheffer.*

5. *sibi verum dicere*] Quid? an scribendum. *dici :* Sed existimo cohærere, *nolunt dicere verum sibi.* Illud *sibi* eleganter ponitur pro eo, quod ad usus commodáque eorum valet. Sensus est; etiamsi sentiant, quid exigat natura, nolunt tamen illud fateri, ac sic palàm dicere verum, quod ipsis tamen foret utile. *Schefferus.*

6. *castigamus crebris potiunculis risum*] Erumpentem coërcemus atque impedimus. Eleganter Statius lib. IX Theb. de equo loquens: *nodis & castigata jubarum libertas.* Idem.

7. *quod aiunt clivo*] Pro MSi, & Patav. *quo ajunt divo.* Schefferus: *quo ajunt, divo :* N. Heinsius: *quod ajunt, clivo.* rectissimé. Porro *laborare in medio clivo rei*, ille dicitur, cui pars illius maxima superest conficienda.

8. *Nam tum*] Pro MS. & Patav. *Nam cum.* Schefferus: *Nam cum mundatis.* Perperam. Legendum, *namque mundatis*, aut quid simile. Proximè

symphoniam mensis [1] *tres albi sues in triclinium adducti sunt,* [2] *capistris, &* [3] *tintinabulis culti, quorum unum bimum nomenclator esse dicebat, alterum trimum, tertium vero jam senem. Ego putabam petauristarios intrasse, &* [4] *porcos, sicut in circulis mos est, portenta aliqua facturos. Sed Trimalchio exspectatione discussa:* ‡ *Quem, inquit, ex eis vultis in cœnam* [5] *statim fieri? Gallum enim gallinaceum,* [6] *phasiacum, & ejusmodi nænias rustici faciunt: mei coci*

† *Trimalchio.*

abierimus à scriptura veteri, si legamus, *tum.*

1. *tres albi sues*, &c.] Etiam hoc pro supercilio Trimalchionis rem magnificat: tali enim colore fuisse suem Calydonium est in Cleomenis Meleagro apud *Athen. l. 9.* Varicolores habebantur pro deterioribus. Cæterum pompa ista *suum* tintinnabulatorum an sit è veteribus Romanis una nescio; poterat videri ad XII illos D. Antonî dictos, cum tintinnabulis per vicos Lutetiæ liberè vagantes, confícta esse; nihil tamen adfirmo. *Th. Reinesius.*

2. *capistris*] Ad ora revinctis, quibûs possent, quò esset lubitum, deduci. Martial. lib. 1 Epigr. 84.

Paret purpureis aper capistris. Io. Schefferus.

3. *tintinabulis*] Ad collum adpensîs, quibûs ad spectaculum ipsarum vulgo traherentur. Hunc enim puto fuisse scopum istorum tintinabulorum. Ita habes asinum, *tintinabulis perargutis exornatum* apud Apulejum lib. x. *Schefferus.*

4. *porcos, sicut in circulis mos est, portenta aliqua facturos*] Ludos, & cumprimis saltus admirandos per rotas, & id genus, quod alias petauristæ ipsi facere consueverunt, & sursum deorsum per aëra se librare, volitantium instar, perque orbes cito saltu se transmittere. De quo Manilius lib. v.

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quæ valido saliunt excussa petauro,
Alternosque cient motus: elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.
Membráque per flammas, orbosque emissa flagrantes
Molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis.
Delphinumque suo per inane imitantia motu
Et viduata volant pennis & in aëre ludunt.

Hæc ergo talia interdum & quadrupedes docebant facere, populoque in circulis ostentabant, quæ res duravit ad nostra usque tempora, meminimusque nos equulei, capræ, catulorum, qui hac arte plebem oblectarent. *Idem.*

5. *statim fieri*] Grandius, pro parari, mactari. quomodo victimæ dicuntur *fieri*, cùm mactantur diis. vide Brissonium. Nisi malimus, culinare verbum esse, propriéque de præparatione ciborum usurpari, quod mihi placet. Vt intelligatur, *coctum fieri*, quod usurpat noster in frequentibus. Plautus Aulul. III, sc. 3. *Coquite, facite, festinate nunc jam, quantum lubet.* Malè corrigunt nonnulli, *farcite.* Martialis XIII, Ep. 54 de perna:

Ceretana mihi fiet, vel massa licebit
De Menapis; lauti de petasone vorent. Idem.

6. *phasiacum*] Vt hoc è tribus pro MS. & Patav. *penthiacum* eligerem, permovit comma in MS. post *gallinaceum.* Tilebom. *penthiacum.* lege, *pen-*

coci etiam vitulos [1] ano coctos solent facere. † *Continuoque cocum vocari jussit, & non exspectata electione nostra maximum natu jussit occidi: & clara voce.* ‡ *Ex quota [2] decuria es?* † *cum ille ex quadragesima respondisset:* ‡ *Emptitius [3] an, inquit, domi natus es?* † *Neutrum, inquit cocus, sed testamento Pansæ tibi relictus sum.* ‡ *Vide ergo, ait, [4] ut diligenter ponas; si non, te jubebo in decuriam viatorum conjici.* † *Et quidem cocum [5] potentiæ admonitum in culinam obso-*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*
† *Cœna.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.*

pentaplum (πενταπλόος, --- πλοῦς, quintuplus, quintuplex). Schefferus: *penthiacum.* Hoc quid sit, non assequor. Putes, *penthicum* scribendum, & gallinaceo jungendum esse, ut sit πενθικὸς (*lugubris*) gallinaceus, fortè quia Nocti sacer. Reinesius: *Gallum enim gallinaceum, penthiacum, & ejusmodi nænias rustici faciunt.* Superbus jactator suæ culinæ lauticias extollit, quæ in aliorum, etiam Regum, mensis è remotis locis petita ponuntur, consputi & depreciat. Quem *penthiacum* dicit, eum *h* trajectâ *phasiacum* esse putem, sc. gallum: æquantur enim phasiani generi gallinaceo alendi facultate, sapore præstant. Idem *Petronio* in editis quoque celebratur *ales, Phasiacis petita Colchis.* Quod propius abiit à scripto; quàm quod dedi, excussis omnium Cœnarum elenchis, vix reperietur.

1. *ano coctos*] Pro MS. & Patavin. *eno cocto.* Tilebom. & Schefferus, hujus verba: *ano cocto solent facere.* Perperam. Scribendum: *anò coctos solent facere.* Sic in sequentibus: *anò coctus fieret.* Illud *ano*, est *aëno*, vel *ahenò.* Quanquam & in Isidori libris occurrat *enulum*, *e* simplici, ab hoc *eno* sive *ano.* Schefferus.

2. *Ex quota decuria es? cùm ille se ex quadragesima respondisset.*] Artificum Collegia habebant suos Patronos, Quinquennales, qui & Magistri: Decuriones: uniuscujusque etiam eorum Corporati in Decurias distributi erant; quo de plura *ad Inscr.* 19 Cl. I. Transferri verò ex una in aliam modò honorificum & lucrosum; modò ignominiosum non minùs quàm si militi gradus mutaretur, ut è digniore loco ad statum Equitis seu Tironis retrojiceretur; eodemque modo minatur hic Trimalchio coco suo, si diligenter non posuerit, se eum in *decuriam Viatorum* conjecturum. Censenda autem ista sunt ad morem Vrbis, in qua tot coquorum Decuriæ; in Colonia, ubi reliqua agi fingit Petronius, Corpora tot capitum, quæ quadraginta Decurias implerent, fuisse non potuerunt. *Reinesius.*

3. *an, inquit*] MS. *an inquit.* Patav. edit. *inquit, an.*

4. *ut diligenter p.*] *ut d.* sic MS. Pat. edit. *ut* omisit. Schefferus: *diligenter ponas.* Etiam hoc culinare verbum, pertinetque ad coquos, præparantes cibos. Mart. lib. XI Ep. 86.

Hinc exit varium coco minutal,
Vt lentem positam, fabamque credas.

5. *potentiæ admonitum*] MS. & Patav. edit. *potentia.* Tilebomenus: *Et quidem cocum potentia admonitum.* scribe. *Tum quidem coquus potentia admonitus.* Schefferus: *potentia admonitum.* h. e. potenter, validè, vehementer, ut sit ablativus. Verùm ego mallem, *potentiæ admonitum*, isto sensu: fuisse coquum admonitum per ista heri verba potentiæ, quàm herus in ipsum haberet, metuque ejus adactum, ut summa cura expediret mandata ejus. Cic. in Top. *ut veni Ve-*

obsonium duxit. Trimalchio autem miti [1] *ad nos vultu respexit* † *Et vinum, inquit, si non placet mutabo, vos illud oportet* [2] *bonum faciatis. Deorum beneficio non emo, sed nunc quicquid ad salivam facit in suburbano nascitur eo, quod ego adhuc non novi. Dicitur confine esse* [3] *Taracinensibus, & Tarentinis; nunc conjungere agellis Siciliam volo, ut cum* [4] *Africam libuerit ire, per meos fines navigem. Sed narra tu mihi Agamemnon, quam controversiam hodie declamasti.* [5] *Ego autem* [6] *si causas non ago, in divisione tamen literas didici; &* [7] *ne mi putes studia fastidita, tres bibliothecas habeo, unam*

† *Trimalchio.*

liam, tuáque & tuos vidi, admonitus hujus aris alieni, nolui deesse ne tacita quidem flagitationi tuæ.

1. *ad nos vultu respexit*] Petronianum. Vt in editis: *respiciens ad Eumolpum.* Io. Schefferus.

2. *bonum faciatis*] Sic & Martialis lib. v Epigr. ad Turanium:

Vinum tu facies bonum, bibendo.

Formula est, modestè excusantis tenuitatem rei appositæ. *I. Scheffer.*

3. *Taracinensibus*] MS. *tarracinensibus.* Patav. ed. *Tarracinentibus.* Schefferus: *Taracinentibus.* Num legendum, *Taracinensibus?* Pomponius Mela II, cap. 4. *Sinuessa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Taracina, Circes domus.* De Neronis profusione in prædiis instruendis dilatandisque, qua de agitur hoc loco, Suetonius abunde, & plerique veteres.

4. *Africam ire*] Vt Argum. Phorm. *Chremes clam habebat Lemni uxorem.* & Cæsar: *Pompejus Cypri visus est.* Iustinus: *Cypri exulare.*

5. *Ego autem*] Hic *autem*, est *enim.* Quale quid & apud veteres Iurisconsultos observasse se Brissonius commemorat. Infrà noster: *In angustiis autem amici apparent.* Schefferus.

6. *si causas non ago, in divisione*] Non existimo se bene hæc habere. Quid enim, *in divisione?* Scio, divisionem partem esse declamationis, exercitiive apud Rethores, & jam pridem dixi aliqua in opusculo de Stylo. Verùm ea non pertinet ad literas, sed causas. Puto igitur oportere distingui: *si causas non ago in divisione, tamen literas didici.* Causas agi in divisione puto, cùm ad divisionem factam singulæ illarum explicantur partes. *Scheffer.* Ego, *in divisione*, si id aliquomodò analogia phraseωs ferret, ut dicimus *in otio, in progressu*, &c. facilè pro *carptim, in transitu*, similive caperem. ut esset sensus: quantum per ætatem & statum licuit, studia attigi. non fastidivi. Vel etiam: *Ego si causas non ago*, aptus tamen agere, sive in foro, sive in schola; *in divisione namque literas didici*, h. e. (partem præcipuam ponendo pro toto) Rhetoricen operam aurium & linguæ locavi, declamavi, eosque progressus feci, ut intelligam quid in controversia sit, quid proponendum: hoc enim est *divisionis*, ut habet auctor ad Herennium. & *literas didicisse*, propriè est acutè scienterque dicentium, aut scribentium, ut Cl. Schefferus paulò antè ex Sueton. docuit. Sed jam habito MSô, video nullum esse comma inter *ago* & *in*, possuntque hæc pro cujusque captu intelligi, atque distingui. Vtrum accipias, *in divisione agere*; aut *discere*, parum ad gustum. Nam *causas agere*, planè includit omnes partes declamationis, *&c.*

7. *ne mi putes studia fastidita*] pro MSi, & Patav. *n. me p.s. fastiditum. mi*, est *mihi.* ut sæpe. Mutavi, quòd descriptori

inam Græcam, [1] *alteras Latinas. Dic ergo, si me amas,* [2] *peristasin declamationis tuæ. † Cum dixisset Agamemnon. ‡ Pauper, & [3] dives inimici erant ; ait Trimalchio, † Quid est pauper ? [4] Vrbane, inquit Agamemnon, & nescio quam controversiam exposuit. Statim Trimalchio : Hoc, inquit, si factum est, controversia non est ; si factum non est, [5] nihil est. ‡ Hæc, aliaque cum effusissimis prosequeremur laudationibus, † Rogo, inquit, Agamemnon mihi carissime, numquid duodecim ærumnas Herculis tenes, aut de [6] Vlyxe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem [7] penicillo extorsit ? Solebam hæc*

† *Encolpius.* ‡ *Agamemnon.* † *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.*

ptori tantum difficilè tribuam: quem novimus, & in progressu melius noscemus.

1. *alteras Latinas*] pro MS. & Patav. *alteram Latinam.* Schefferus : *alteram latinam.* Mallem, *alteras latinas,* quia sermo est de bibliothecis tribus. Tilebomenus : *tres bibliothecas habeo.* lege. *duas bibliothecas habeo.*

2. *peristasin declamationis*] MS. *peristasim.* in marg. *circumstantiam.* Schefferus : περιστάσεις, quas & *attributa,* & *elementa* vocant, sunt ea omnia, quæ ad personam, rem, locum, tempus, modum, caussam pertinent alicujus facti, ut ostendimus in Notis ad Anonymi Rhethorica. Ergo, *dicere peristasin declamationis,* nil est aliud, quàm explicare seu enarrare factum, cum omnibus suis circumstantiis, de quo habenda declamatio. Ideo & statim pòst sic incipit Agamemnon : *Pauper & dives inimici erant.* Vult narnare factum, & sic tradere argumentum declamationis.

3. *Pauper & dives inimici erant*] Frequentissimè in hoc argumento, inimicitiarum Divitis & Pauperis experiri consueverunt Rhetores : sic *Quintil. declam.* VII, IX, XI. Ista nostri referam ad *M. Senecæ* 5 *Controv.* secundam, vel etiam quintam. *Th. Reinesius.*

4. *Vrbane*] quid ita ? quia per hoc, dum nescire sese ait Trimalchio, quid sit pauper, divitias suas insinuat, quæ scilicet non sinant eum hoc noviss̃e. *Io. Schefferus.*

5. *nihil est*] controversia nempe. Nam si revera ita factum, sicut tu nunc memoras, quis erit locus controversiæ. Postulat enim ea rem dubiam, sive in persona, sive in tempore, sive in loco, sive in re quapiam alia. At tu ista profers, tanquam indubia. Hunc puto esse loci sensum. Plaut. Captiv.

At nihil est, ignotum ad illum mittere, operam luserit. Scheffer.

6. *Vlyxe*] Sic MS. & infrà, editi *Vlyxes pro ariete.* non ut hìc Patav. *Vlisse.* s enim mutatur in *x*, ut *Ajax,* ex Αἴας ; *&c.*

7. *penicillo*] MS. & Patav. ed. *poricino.* Schefferus : *poricino.* Vlysses *poricinus* hic est, opinor, ab antiquo *porico,* pro quo deinde dixerunt *porigo,* & *porrigo* ; quanquam fortè rectius sit *poricivo,* quomodo à *cado,* est *cadivus,* atque ita accipi de eo potest, qui porrexit quidpiam Cyclopi, vinum fortè : nam fabula, quam respicit, ignota est, nec apud Homerum exstat, quod cum his conveniat. Postremò credi potest, tale quid finxisse Trimalchion, ut solent præfidentes, & jactabundi, licèt imperiti rerum, nam & quod sequitur de Sibylla Cumana, aliàs non legitur, & mox *insolentia* Trimalchionis expressè notatur. Ti-

hæc ego puer apud Homerum legere. Nam Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi[1] *in ampulla pendere; & cum illi pueri dicerent,*[2] *Sibylla ti thelis? respondebat illa,*[3] *apothanin thelo.* † *Nondum efflaverat omnia, cum repositorium cum sue ingenti mensam occupavit. Mirari nos celeritatem cœpimus, & jurare ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuisse; tanto quidem magis, quod*

† *Encolpius.*

lebomenus: *Illi Cyclops pollicem porricino extorsit*, scribendum ex Homeri ipsius Odyss. 9. *ille Cyclopi Polyphemo oculum extorsit.* Reinesius: *Tenes de Vlixe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem poricino extorsit. Solebam hæc ego puer apud Homerum legere.* Petronio præ Homericis reliquis placuit fabula de Cyclope & Vlysse, ut patet ex editis olim. Et cum ignota sit ista de *poricino*, difficilis quoque & lubrica circa eam erit divinatio nostra; quam ideo cum venia proponimus. Vlysses ad Cyclopem ἄνδρα πελώριον (*virum immanis magnitudinis*) & monstrosæ vastitatis, *modicè humiles collectus in artus ὀλίγον τε καὶ ἐπιδεὴς καὶ ἄκικυς* (*exiguus, nullis, non viribus ullis*), *Hom. Od.* 10, res contemtibilis; Ei igitur Cyclops *pollicem extorsit*, i.e. luxavit, ejecit, non vecte, contò, fuste, φοπάλῳ sive clavâ, quam Polyphemo gestamen tribuit Poëta l. d. sed *penicillò* i. e. assulâ, virgula vel festucâ, πενελόῳ *Polluc. lib.* 5 ῥάβδος ἐστιάδεχων, (*de custodibus domuum*). Peniculus quicquid dependet, velut extremum rei; leve ideo & violentis ictibus inferendis minimè aptum. *E poricino* verò facere *penicillo* non est violentia, si præsertim lineas duas breves, è quibus litera *n* constat, in duas longiores *ll* extendi cogites. Hic fortè sensus est fabulæ inter se batuentium Vlyssis & Cyclopis, quam præter Poëtas ludens confinxit narrator jactanticulus, & in oculis suis sapiens.

1. *in ampulla pendere*] Adscribam verba Iustini Martyris de hac Sibylla, ut ostendant hominis libertatem loquendi. Exstant in Cohortatione ejus isto sensu: *Hanc Sibyllam Babylone ortam ad Campania oras nescio quomodo pervenisse ferunt, ubi responsa dedit, in urbe, cui Cumæ nomen est, sexto à Bajis lapide. Vidimus sanè, ea in urbe cùm essemus, locum quendam, ubi Basilicam ingentem uno fabrefactam saxo conspeximus. In media basilica nobis ostenderunt tria solia, ex eodem excisa lapide, quibus aquâ repletis lavisse ibi eam, & stola sumptâ in penitissimam se basilicæ ædem, eodem exstructam saxo abdere, atque in media ea æde super sublimiore gradu & throno considere solitam, & sortes ad eum modum promulgâsse dixerunt.* Hic planè nulla mentio ampullæ. Neque scio, quomodo pependerit in ampulla, nisi fortè, sicut cineres in urnis, suspensa fuerit in ea ad tectum illius basilicæ, quam Iustinus describit. *Schefferus.*

2. *Sibylla ti thelis*] Pat. ed. *S. tethilis*; *sed* MS. *sibilla tethilis*, ad marg. (*pro tethilis*) *ti thelis. i. quid vis.* Schefferus: Σιβύλλα, τί θέλεις; *Sibylla quid cupis?* Tilebomenus: *Sybilla thetilis*, scribe. τί θέλεις. Hìc, hìc est ubi videas planè, quod in *Iudicio* antè nostro attigimus, ammanuensem nempe, multos errores infudisse in hanc Iudicram Petronii Arbitri cœnæ Trimalchionis Dispunctionem; ut qui neque Græcè, neque Latinè bene sciret.

3. *apothanin thelo*] ed. Patav. *apothanin helo.* Aft MS. ad *m. apothani thelo. i. moriar.* Scheff. & Tilebom. ἀποθανεῖν θέλω, h. e. *mori desidero.*

1. *vocà*

quod longe major nobis porcus videbatur esse, quam paulo ante aper fuerat. Deinde magis, magisque Trimalchio intuens eum: † *Quid? Quid, inquit, porcus hic non est exenteratus? Non mer-Hercules est. Voca,* [1] *voca cocum in medio.* ‡ *Cum constitisset ad mensam cocus tristis, & diceret se oblitum esse exenterare.* † *Quid oblitus? Trimalchio exclamat: putes illum piper, &* [2] *cuminum non conjecisse? despolia.* ‡ *Non fit mora: despoliatur cocus, atque inter duos tortores mœstus consistit.* [3] *Deprecari tamen omnes cœperunt, & dicere:* [4] *Solet fieri, rogamus mittes; postea si fecerit nemo nostrum* [5] *pro illo rogabit.* [6] *Ego crudelissimæ severitatis non potui me tenere, sed inclinatus ad aurem Agamemnonis: Plane, inquam,* [7] *hic debet servus esse nequissimus;* [8] *aliquis oblivisceretur porcum* [9] *exenterare? non*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

1. *voca cocum in medio*] Valesius in dissertat. Omitto solœcismum insignem: *Ego puto medicum & numularium: medicus qui scit*, pro medicum: item alium ei similem, *arumnosi, quibus præ mala sua cornua nascuntur*, id est præ malis suis: necnon *nummos in publico effundere, in solio descendere, vocare cocum in medio*; pro *in publicum, in solium, in medium.* Quis in Arbitro toleret, &c. De medico habebimus in seqq. ubi recordandum, *medicus* ibi non respicere præcedens *puto*, sed inchoare perfectam orationem. q. d. *medicus* est talis *qui scit* & quæ seqq. *præ mala* suprà jam explicuimus. Ad reliqua respondent: Liv. 4, d. 4. *In sua matrefamil. jus retinere* (pro *in suam*), &c. Ovid. 13 Metamorph.

Nec vos audistis in illo crimina.

i. *in illum.* Id. 4 Fast. *Venerem -- in gente receptam.* pro *gentem.* Plaut. Aulul. a. 3, scen. 5. *Intromisisti in ædibus* 500 *cocos.* & similia.

2. *cuminum non conjecisse*] absolutè, pro conjecisse in porcum coctum. Hoc autem volunt ista verba, coquum hoc excusare per oblivionem suam, quasi res sit minuta, quæ oblivioni possit tradi, ut si piper omissum esset, aut cuminum. *Io. Schefferus.*

3. *Deprecari*] Petronius in editis: *dispensatoremque deprecati sumus, servo remitteret pœnam.* I. Schefferus.

4. *Solet fieri*] Rursum Petronius alio loco: *Solent, inquit, hæc fieri, & præcipuè in hac civitate.* Seneca in Apoc. *Hoc fieri solet?* Martial. VI Epigr. ad Tuccam:

Tucca, solet fieri, denique Tucca licet.

Schefferus.

5. *pro illo rogabit*] Optimé. Phædrus noster lib. III, cap. 3. *Damnum haud recusant, tantùm pro vita rogant.* Vbi vide, quæ notavi. *Scheffer.*

6. *E. crudelissimæ severitatis non potui me tenere*] Et hoc bene, nam subaudiendum, *causâ*; quasi diceret propter severitatem illam crudelissimam non potui. Sallustius: *Exercitum oppriendæ libertatis habet.* Cic. 2 de Or. *Cùm ille se custodiæ diceret in castris remansisse.* Idem.

7. *hic debet servus esse nequissimus*] Ita solet Petronius, etiam in editis. Vt: *hic nescio quid boni debet esse.* Pro, est sine ullo dubio. Sulpitius Severus Ep. 1. *Hic homo debet homicida esse.* Id.

8. *aliquis oblivisceretur*] Eleganter, omissa interrogationis particula, *an.* Vide infrá. *Idem.*

9. *exenterare*] pro MSi *exinterare*, &

non me-Hercules illi ignoscerem, si piscem præteriisset. At non Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem vultu: † *Ergo, inquit, quia tam malæ memoriæ es, palam nobis illum exentera.* ‡ *Recepta cocus tunica cultrum arripuit, porcique ventrem* [1] *hinc, atque illinc timida manu scicit. Nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus,* [2] *tomacula cum botulis effusa sunt. Plausum,* [3] *post hoc automatum familia*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

Patavino hîc *exenterare*. Schefferus: *exenterare*. Corrige, *exenterare*, ut suprà.

1. *hinc atque illinc*] ab hac atque illa parte. Florus IV, c. 2. *Trecenta amplius millia hinc vel illinc, præter auxilia Regum.* Schefferus.

2. *tomacula cum botulis*] MS. *thumatula cum botulcus*. Patav. ed. *tomacula c. betulcus*. huic Schefferus: Corrige, *cum botulis*; vel *botellis*. Botuli ex intestinis. Itaque præbebant speciem porci non exenterati. Erant autem in deliciis apud veteres, ut notum. Paulus Frambottus Patav. in præfatione: Ioanne Sarisberiensi auctore porcus Trimalchionis aliis animalibûs, atque escis gravidus, in hoc fragmento lepidissimè describitur. Tilebomenus: *porcique ventre tomacula cum botulis effusa*. Porci istius, ut ita vocem, Trojani, qui Trimalchionis mensæ apponitur, meminit Ioannes Sarisberiensis, Episcopus quondam Carnotensis, Ludovico VII in Galliis rerum potiunte, Policratici sui libri octavi, capite septimo, his verbis: *Cœnam Trimalcionis apud Petronium, si potes ingredere, & porcum sic gravidari posse miraberis: nisi fortè admirationem multiplex ignota & inaudita luxuria tollat.* Ioa. Lud. Praschius in epist. ad Chr. Arnoldum: quod ajunt, *narrationem casus infelicis illius, vitreorum vasorum artificis, & porcum Trimalchionis alio animalibûs atque escis gravidum, his contineri; quæ à Ioh. Sarisberiensi accepimus Petroniana esse:* facilè vel ex *Gellio* scias, *lib.* III *Noctium*, *c.* III, quæ sit vera in his talibus *judicii norma*. Dein, quis malit hinc efficere, non fefellit, quàm cautè fefellit? Quasi legisse Sarisberiensem non queat simia, &c. Reinesius in præfatione: Saresberiensem alio saltem exemplari sive Gallicô sive Anglicanô, non hoc Trugurianô, quod putant & supponunt Viri docti, usum esse tandem deprehendo. Nam lib. 8 c. 7 eum qui de porco Trojano, aliis animalibûs gravido, luxûs causâ parato & illato mensis, doceri velit, *cœnam Trimalchionis apud Petronium ingredi* jubet; at ejus generis porcum neque editiones Petronii, neque Fragmentum hocce usquam vel nominant, vel describunt: quod tamen persuadere nobis voluit *Frambottus*: nimirum botulos habens pro animalibus, & turdos vivos tantisper clausos in ventre porci pro hujus fartura. Idem in scholiis: *tomacula cum botulis effusa sunt*. Porcus botulis farctus, itemque aper suprà in cujus ventre turdi vivi clausi fuerunt, non est porcus Trojanus Quiritium, de quo providit Lex Fannia, v. *Macr. l.* 3 *Sat.* 13, sed instar ejus; neque idem cum isto χοίρῳ ὁποῖος τῶν γαστρὸς δεικνὺς ἄνω πλήρη ἔσαν πολλῶν ἀγαθῶν (*porcus assus pronum ventrem multorum bonorum plenum ostentans*) ex Hippolochi Macedonis epistola, qua Carani nuptiale epulum describsit apud *Athen.* 4, *cap.* 1; neque ille semiassus, semilixus, ἀσφαλῶ γεμισὸς χοίρῳ (*injugulatus, gravis porcus*), apud eundem lib. IX. Est enim inter hosce & istum Romanorum veterum pluscul um differentiæ; id quod fraudi fuit curiositati *Saresberiensis*, qui *l.* 8 *Polycrat. cap.* 7, de porco in cœna Trimalchio-

milia dedit, & [1] Gajo feliciter conclamavit : nec non cocus

[1] potione

nionis sic loquitur, tanquam Trojanus istè fuisset. Quod si cui durum videtur ei memoriæ erratum imputare, alienum & quidem integrius exemplar, quo Trojanum istum reperierit, eum lectitasse, probabiliter adfirmari potest. *De anſere, qui intra ſe capit cupedia* (ita l. pro *cupia* & *aucupia*) *randii*, i. e. olus, isiciatum, turdum, urturem, alias aves, Poëta anonymus :

Plura ſaginato concluſit fercula capsô
Cupedia & pulpas ducere docta manus. &
Vna capit totas anſeris arca dapes.

Vix serò animadverto Dn. Reinesium efficacissimè huic Fragmento patrocinari. In seqq. enim dicet: *verba noſtri ex Sarisberienſe eſſe ſubſtricta*. Ergo noster Sarisberiensem legit, verba & res inde mutuavit, ut suum interpolaret. Quî igitur fit, quòd Sarisberiense porcum nobis Troianum tot aliis animalibûs gravidum in cœna Trimalchionis promittente; hic duos quidem apponat porcos, sed priorî vivis tantisper turdis clausis usquedum voluptatis causâ erumperent & triclinium pervolitarent : altero botulîs solùm distento. Næ si noster Sarisberiensem legisset, aliter vel alterutrum farsisset porcum. Vnde mihi firmiter persuadeo, ei nunquam Nugas Cur. Sarisberiensis visas. Quidquid etiam sit. Et Raschius : *cautè* inquit *ſefellit*. Stolidi hoc esset non cauti, verba exscribere, & materiem sub qua tutissimè latere possis susque deque habere. Quò ex Gellio tendit, an fragmentum moribus ingenii atque linguæ Petronii consentiat, ad talia passim respondetur; nec non paulò infrà, vel ob summam æqualitatem styli, verba fragmenti ex Sarisberiense non esse sublecta.

3. *poſt hoc automatum*] Sic MS. *automatum*, non Patav. — *aton*. Scheffer: Optimè. Intelligendum autem est *automaton* de facto coci, quod ipse proprio instinctu, nemine petente, aut suggerente susceperat. Glossæ veteres eruditissimæ, *αὐτόματον*, *per ſe, injuſſus, ſponte*.

1. *Gajo feliciter*] Schefferus : Bene precantur Trimalchioni, hoc enim prænomen ejus fuit. Neque aliter habent pridem editi. Inscriptio postis triclinaris, suprà memorata. G. Pompeio. Item paulò pòst: G. Noster (ita habent libri veteres consensu maximo, non ut noster, CN.). Semper prænomen ejus per G. signatur, quod *Gajum* denotat. Vide Probum à Cl. Ernstio publicatum. Putat quidem Ianus Douza 1 Præc. 14, CN. utroblque oportere scribi, quia *Cneus* fuerit Pompei Prænomen. Sed non magis *Cnei*, quàm *Gai*, sive *Cai* dicti sunt Pompei, uti liquet ex Inscriptionibus apud Gruterum satis multis. Quare frustra hic de mutatione cogitatur. De *Feliciter*, Brissonius videri debet, & Phædrus noster v, cap. 2. *Gajo feliciter conclamavit*. Statilius in Apologia: Satis liquet, P. C. ex iis quæ hactenus disputavimus, quanti sit ad sententiam de hujus fragmenti statu ferendam, quòd mendis & barbarismis, & cæteris sermonis vitiis inquinatum ac deformatum est, cùm partim ea vitia de industria adhibita, partim fortuitò illapsa ostendimus. Age vicissim, quæ integra hîc videmus, quæ castigata, quæ urbanitatis, & elegantiæ plena, & ad Petroniani palati saporem perfecta, num à barbaro & inconcinno illorum seculorum excogitari ac fingi potuerunt, quorum si placet nonnulla insigniora in medium proferam. Omissis quæ doctissimus Schefferus (suprà) recensuit, addo *cænam liberam, pueros capillatos, canes laconicos, ferrum Noricum, titulum auctionis, ciſternam frigidariam; ſponſionis provocationem, ſi praſinus proximus Circenſi-*

[1] potione oneratus est, etiam [2] argentea corona, [3] poculumque in lanc accepi

bûs primam palmam; monumentum quod hæredem non sequeretur, in fronte pedes centum, in agrum ducentos pedes porrectum; adde *morem ultimo supplicio in servos animadvertendi*, & quòd *genio Domini, maledicere capitale fuerit.* Quid illæ notiones vocum ex intimo Latinitatis penu depromptæ? *familiæ* pro servis, *contubernalis* pro uxore servi, *malignè* pro parum, *pro reliqua sua insolentia*, non juxta rel. s. i. *duravi interrogare* pro sustinui cum Tacito (de Augusto, *in nullius unquam suorum necem durâsse*); *præconis artificium* pro re quæstuosa cum Martiale, *artes* enim, ait ille, *discere vult pecuniosas, præconem facito vel architectum; fortunæ filius* cum Horatio; *imperare* pro exercere cum Virgilio, ubi ille,

Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.

In signo Piscium natos obsonatores futuros, eruditionem non vulgarem sapit; obsonium pro piscibus quasi per antonomasiam. Iam *proscribere*, i.e. venum exponere; jam *castigare crebris potiunculis risum*, & non potiùs coërcere; & *interpellare* pro impedire; *subornatus* pro instructus; *supremum diem obire pro mori*, ad summum enim barbarus obire simpliciter dixisset; *offendere* pro displicere. Quid illa? *secundum literas, secundum statuam, ab hoc epigrammate poëtarum cœpit esse mentio; ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit*; nonne in medio Latio videntur nata? &, *odi pessime*, non potiùs odi maximè. Quid illæ aliæ formulæ minimè vulgares, *& facinus indignum, aliquis ovillam esset tunicam habet?* ubi notabilis est antiquorum lanæ frequentior, quàm lini usus, & ipse non admodum vulgò notus: Item, ubi Trimalchio in coquum excandescens *Obliviscereris*, inquit, *aliquis porcum exenterare*: in quibus ego formulis Maronianam musam elegantissimè hunc ipsum affectum exsequentem agnosco, cum ait,

Tunc pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad limina surgere vitæ.

Iam illæ transitiones lepidissimæ *Quid multa? ne multis vos morer.* it. ubi convivas oscitantiam coci damnantes inducit, quòd porcum non exenteraverit, ipseque dicit, *non mehercules illi ignoscerem, si piscem præterisset*, statim subjicit; At non Trimalchio, qui relaxato ad hilaritatem vultu, *Ergo, inquit, quia tam malæ memoriæ es, palam nobis illum exentera.* affine huic illud Virgilii,

Hæc Proteus, & se jactum dedit æquor in altum,
Quamque dedit spumantem undam sub vertice torsit.
At non Cyrene, namque ultro affata timentem:
Nate licet tristeis, &c.

Audite reliqua hujus narrationis, & nisi lepidissima sunt, & verè Petroniana, me licet impostorem, & planum, & hoc fragmentum suppositium, & adulterinum judicate. *Recepta coquus tunica cultrum arripuit, porcique ventrem timida manu secuit; nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum betulcis effusa sunt. Plausum post hoc automaton familia dedit, & Gajo feliciter conclamavit.* Quid elegantius, quid expressius, quid lepidissimo scriptori convenientius? sexcenta sunt hujusmodi, P. C. quæ si velim enumerare singula & laudare pro merito, nullum dicendi finem faciam, &c.

1. *potione oneratus*] mallem ego, *honoratus*, hoc enim quærebatur potione ista, non ut ebrius evaderet. Petronius in editis: *Apollo lyram modo nato flore honorabat.* Vereor, ne hoc vitium recurrat inferiùs, ubi legitur: *oneratusque aliquot coronis.* Quia sequitur *unguento fluente*, ceu illo ipso tempore. *Schefferus. oneratus.* Præstat de

servis

accepit Corinthia, quam cum Agamemnon propius consideraret, ait Trimalchio: † *Solus sum, qui vera Corinthia habeam.* ‡ *Exspectabam,* [1] *ut pro reliqua insolentia diceret, sibi vasa Corintho adferri. Sed ille melius: Et* † *forsitan, inquit, quæris quare solus Corinthia vera possideam? quia scilicet ærarius, à quo emo Corinthus vocatur; quid est autem Corinthium,* [2] *nisi quis Corinthum habeat? Et, ne me putetis* [3] *nesapium esse,* [4] *valde bene scio, unde primum Corin-*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.*

thia

servis *oneratus*, quàm honoratus; & hic non solùm potione, sed & aliis, ut sequitur, acceptus.

2. *argentea corona*] Quæ habebat folia ex argento. Plinius XXI, cap. 3. *Crassus dives primus argentô auróque folia imitatus, ludis suis coronas dedit.* Schefferus.

3. *poculumque*] potionem. Lamprid. in Heliog. *Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.* De masticato, pulejato, & similibus vinis loquitur. Est verè Petronianum. Sic enim in fragmentis editis: *ad libidinis incitamentum myrrhinum se poculum bibisse.* Idem.

1. *Exspectabam, ut*] Prorsus eleganter. Senec. Ep. 96. *Expectio jam, ut manducata ponantur.* Idem.

2. *nisi quis Corinthum*] Puto emendandum, *nisi quia Corinthum.* non aliam ob causam vas dicitur Corinthium, nisi ob eam, quia quid habet ex Corintho. Terent. Eunuch. V, sc. 5. *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum, nisi quia necesse fuit hoc facere.* Schefferus. *Quid est autem Corinthium, nisi quis Corinthum habeat.* lege. *quid est Corinthus, nisi qui Corinthium habeat.* Cæterùm cùm mecum ipse reputo hunc locum Petronii, atque cum his comparo, quæ Marcus Antonius Muretus enarrat de ære Corinthio, variar. Lectio. Libri tertii, capite quinto: libenter contenderem, hûc illum mentem & oculos advertisse, ac novum istud Fragmentum aliàs consuluisse. *Tilebomenus.* Cui suprà *in unius ostiarii cella plus repositum est argenti, quàm quisquam in fortunis habet*; qui *tot pedibus stat, tot terrâ marique possidet*; cui infrà, *superfui uno die in arcam infertur sestertium centies, boves domantur quingenti*; qui *Siciliam* (esto per jocum, ut Satyræ ratio non abnuit) *suis agellis conjungit, ut cùm Africam libuerit ire is per suos fines naviget*; & jam olim *plus habuit quàm tota patria.* Quidni, inquam, is quoque *Corinthum* se *habere* dicat, aut certe sic intelligi velit? Hæcque μεγαλοπρεπῶς, magnifico sensu, capienda. *Quid est habere Corinthium*, sive à fabro, sive ab urbe sic dictum, *nisi quis Corinthum*, Corinthosve ærarios, vel æquipollens *possideat, aut verò multò magis opes urbi Corintho pares.* Et hoc est illud *melius (Sed ille melius)* quod præmittitur. Dicerem quidem simpliciter intelligi Corinthum urbem; quòd hic haud dubiè sub nomine Trimalchionis de Principe agatur, Nerone, aut Claudio: id verò dramatica tractandi ratio scire, non sic efferre permittit. Nec tamen cui officiant quæ præcedunt, & sequuntur: *pro reliqua insolentia. à quo emo Corinthus vocatur*: quæque *de Annibale, & ære Corinthio* admiscentur. inter hæc enim Ille tegitur aut detegitur, estque aurum æri proximum.

3. *nesapium*] Insipientem: sicut dicitur, *nescius, nefarius*, & similia. Laudat Salmasius in Exercitationibus Plinianis hoc vocabulum, sed scribit, *nesapus.* Atque ita Scaurus: *Ne, pro non, positum est apud antiquos, ut*

thia nata sint. Cum Ilium captum est, Annibal homo vafer, & [1] magnus scelero omnes statuas æneas, & aureas, & argenteas in unum rogum congessit, & eas incendit; factæ sunt in unum æra miscellanea. Ita ex hac massa fabri sustulerunt, & fecerunt catilla, & paropsides, [2] statuncula. Sic Corinthia nata sunt ex omnibus [3] in unum, nec hoc, nec illud. Ignoscetis mihi [4] qui dixero: ego [5] malo mihi vitrea. certe nolunt. Quod si non frangerentur, mallem mihi quam aurum; nunc autem vilia sunt. † Faber fuit, qui [6] vitrea vasa fecit tena-

† *Historia Fabri vitri ductilis ex Ioanne Sarisberiense, à Iano Dousa Satyrico dudum edito inserta.*

ut nefrendes porcos, qui fabam frendere non possunt, nesapus, qui non sapit. Sed hoc puto minùs analogiæ convenire, imò *nesapius* legi oportere. *Io. Scheferus.*

3. *valde bene scio*] Cic. xv Ep. 20. *De ingenio ejus valde existimavi bene.* I. Scheffer.

1. *magnus scelero*] Pro MS. & Patav. *m. scelio.* Tilebomenus: *m. scelio.* Haud memini me unquam apud bonos auctores, quidquam simile huic voci visisse, sic ut arbitrer, vice *schelio*, scribendum esse, *ardelio.* Nam quod de voce *schetlius* somniabat quidam, minùs placet. Schefferus: *magnus scelio.* Magnus prædo. *Scelio* Græce σκυλῶν, à σκυλάω (*prædor*). Nisi mavis à σκύλος, *præda.* Quomodo ab αὐλὸς tibia, factus est *aulio*, tibîcen, quod in Glossis legitur. Reinesius: *Scelio*, leg. *scelero* quod *Ciceroni ad Atticum* restituerunt. Terent. in Eun. a. 4, sc. 7.

Hic nebulo magnus est.

2. *statuncula*] Scribe, *& statunculas.* Nam in feminino genere extulit & Cyprianus. Potuitque facilè deleri litera postrema, propter similem subsequentem. Video tamen citatum Vossio in Gloss. ex vita S. Concordii: *Venientes ad eum satellites cum statunculo Iovis.* Vt hîc fortè nil mutandum sit, nec rejiciendum id vocabulum; de nique in nominativo ejus non *statunculus*, in masculino genere, quod facit Vossius, sed *statunculum* in neutrali pronunciandum. *Schefferus.* Vt à statua est *staticulum*, Tertull. adv. Gn. *Comminuetis staticula eorum*: sic, & magis *statunculum.*

3. *in unum*] Puta, mixtis vel confusis: ut paulò antè, *facta sunt in unum.* Senec. Epist. 59. *Coguntur in unum sapores.* Schefferus.

4. *qui*] pro MS. & Patavin. *quid.* Schefferus: *ignoscetis mihi, quid dixero.* Vix dubito, scripsisse nostrum, *qui dixero.* Adhæsit litera postrema, ex proximo vocabulo.

5. *malo mihi*] Tertull. de Resurr. c. 8. *Malo mihi salutem peccatoris.* Scheffer.

6. *Faber fuit qui vitrea,* &c.] Hæc narratio eodem cum Satyrico charactere in editione Gabbemiana legebatur, at diverso in Schonwetteriana, & Frelloniana, omnibus tribûs absque titulo, unde fluxerit. Quo de conqueror in progressu. Hîc verò connexionis, ultra superiora, memìnisse iuvabit. Octava & penultima portio Fragmenti nostri incipiebat proximè post verba, *tenebras esse credet.* Post hæc, sublatis non-Petronianis, Sariberiensis illis tribus lineîs: *Cœnam Trimalchionis si potes ingredere*, &c. micantibus aliquot defectûs stellulîs, sequitur in editis: *Comprobamus factum, varioque sermone garrimus, & poëtarum cœpit esse mentio*, &c. Subjiciuntur versus, quorum primus: *Luxuriæ rictu Martis* & reliq. ultimus

tenacitatis tantæ, ut non magis, quam aurea vel argentea, frangerentur. Quum ergo phialam hujusmodi de vitro purissimo, & solo, ut putabat, dignam Cæsare fabricasset, cum munere suo, Cæsarem adiens admissus est. Laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata devotio donantis. Faber, ut admirationem intuentium verteret in stuporem, & sibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Cæsaris phialam recepit, eamque validius projecit in pavimentum tanto impetu, ut nec solidissima & constantissima æris materia maneret inlæsa. Cæsar autem ad hæc non magis stupuit, quam expavit. At ille de terra sustulit phialam; quæ quidem non fracta erat, sed conlisa, ac si æris substantia vitri speciem induisset. [1] *Deinde martiolum de sinu proferens, vitrum correxit aptissime, & tamquam conlisum vas æneum crebris ictib. reparavit. Quo facto* [2] *se cœlum Iovis tenere arbitratus est, eo quod fami-*

timus: *Palam prostare nebula linea.* Tuncque multis signatis asteriscis lacunarum notis, incipit: *Faber fuit qui* &c. Quæ verò sic in prioribus, à verbis: *Comprobamus factum*, &c. Historiam hanc ductilis vitri antecedunt, ea in codice Tragur. multis interjectis, eam sequuntur, ut mox lectio deteget. Gabbema: Plin. lib. xxxvi, cap. xxvi tradit, *Tiberio imperante excogitatum fuisse vitri temperamentum, ut flexibile esset, & totam officinam artificis ejus abolitam, ne aris, argenti, auri metallis, pretia detraherentur.* non officinam modò, sed & artificem sublatum ferunt alii: Inter illos Isidorus l. xvi, c. xv: Dion. lib. lvii, cujus vestigiis inhærens Xiphilinus, verba ejus in Epitomen suam iisdem ac totidem verbis transtulit in vita Tiberii. Fragmentum hoc Arbitri exstat apud Sarisberiensem in opere Polycratico.

1. *Deinde martiolum*] al. *marculum*; quo modo legend. est, vel *martellum*, quod in Gloss. Benedicti σφυρᾷ, vel, *malliolum*, pro, *malleolum*. Jungermannus. Probo, *martillum*. nam *martellus*, mediocris malleus exponitur à Papia. & in Gloss. Franco-Lat. *Martel, martellus*. Hinc & Karolo Karoli M. Augusti avo nomen *Martello* fuit, quod hostes suos in prælio, ut ferrum faber in incude: domaret. Goldast. Alamann. rer. tom. 1. in Glossario ad Burckhardi Sanctgallens. Casus c. 14. *Erhardus*: Confer quæ de his mox recurrent. Decepti tantumnon interpretes, exstimarunt se Petronium seu Petronian. vocem propugnare, etiam Karoli M. avum in subsidium accersientes.

2. *se cœlum Iovis tenere arbitratus*] Addenda est ista proverbialis locutio similibus ab Adagiographis jam congestis. *In cœlum abire, in cœlo esse*, &c. de homine supra modum felici usurpatis. Sic suprà ipse Petronius de uxore Trimalchionis, & infrà de Encolpio sive Polyæno: *ut me in cœlo positum ad inferos traheres.* idem contigit misero illi artifici, sed quidem immeritò. Sic principes Latini sermonis illo ævo loquebantur. inquit Seneca lib. 1 de Benef. c. xiii. De Alexandro: *Tamquam cœlum, quod mente vanissima complectebatur, teneret.* Ios. Ant. Gonsalius.

1. *Admis-*

familiaritatem Cæsaris & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quæsivit enim Cæsar, an alius scire[t] hanc condituram vitrorum? Quod quum negaret, eum decollari præcepit Imperator, dicens: quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilescerent quasi lutum. † *Fuit tamen faber qui fecit phialam vitream, quæ non frangebatur.* [1] *Admissus ergo Cæsarem est cum suo munere. deinde* [2] *fecit reporrigere Cæsarem, & illam in pavi-*

† *Eadem historia de Fabro, prout legitur in Fragmento hoc Tragurlensi, Patavii A. 1664 primùm in lucem edito.*

1. *Admissus ergo Cæsarem*] An scribendum *ergo ad Cæsarem est?* Non opinor. Ita enim solent veteres, omissa præpositione, quæ est in verbo. Vt Horatius II Sat. 3.

Abstinuit vim uxore & natâ —

Lucilius XXVI. *Suspendatne se, an gladium incumbat.* Plautus in Pseud. *Nunc adeo hanc edictionem nisi animum advortitis omnes.* Adde Schoppium suspect. Lect. III, Ep. 15. *Io. Schefferus.*

2. *fecit reporrigere Cæsarem*] Pro MS. & Patav. *Cæsari.* Schefferus: *fecit reporrigere Cæsari.* Emenda, *reporrigere Cæsarem.* Plautus Trucul. I, sc. 2. *corda amare facitis amantes.* Idem Epid. III, sc. 3. *Vt ille fidicinam fecit nescire prorsus, se esse emptam tibi.* Illud *reporrigere* dictum est, ut apud Ciceronem, *repromittere*, apud Iureconsultos veteres, *reconducere, redaportare*, & similia. Tilebom. *deinde fecit reporrigere Cæsari.* An civilius scribendum? *Deinde petiit ut reporrigeret Cæsar.* Ante hoc tempus, ductilis, & flecticerei Vitri istius Petronii historiam, studio & operæ Iani Dousæ, ex Sarisberiensis Policratico eam adducenti debebamus. Nunc (quod Majoribus imputare jure possumus) nobis ex ipso fonte licet haurire. Reinesius in præfatione: Ex eo, quòd historiam de fabro vitreorum metalli duritie & ductilium *Ioh. Saresb. Præsul. Carnot.* l. 4 *Polycrat.* c. 5 è Petronio repetit, non satisfirmiter colligitur, hoc ipsum Fragmentum visum Carnotensi fuisse: quin verba nostri ex istius effusis substricta contractáque non eodem tenore elegantiâque decurrere, sed archaismô barbarismôque inquinata & recentioris seculi auctoris que esse, cuivis comparanti innotescit. Non sollicitabo fidem relationis, etsi de ejus veritate dubitet ipse; nam & apud *Isidorum* l. 16 *Orig.* c. 15. *& Petrum Damiani* l. 4 *Ep. ult. pag.* 385, dissimulato tamen nomine Petroni (fortassis, quòd à quibusdam severæ frontis ob nudas nequitias & accuratam spurcitiem damnatum norant) legitur. Saresberiensem alio saltem exemplari usum deprehendo. Nam lib. 8, c. 7, eum qui de porco Trojano, &c. ut habetur paulò antè hîc in Notis. Quoque minùs concedam, φησιν hujus narratiunculæ ad Sarisberiensis effigiatam, ac nostra subtricta & contracta esse ex ipsius effusis, sed illum potiùs sentiam, luxuriasse, verbáque auctorum cum aliis (in quorum subinde manus nostri incidit) instar nummorum ex sui temporis usu æstimasse, ac pro prisca auctoritate novam non raro annumerasse, facit æquabilitas styli Fragmenti hujus per totum, ubi ubi Trimalchio, collibertive loquuntur, brevis, & trivialis. Concludit Reinesius: Sed de hoc sentiat quisque quod volet, ἀμφοτερόζει γὰρ ἡ λέξις τὸ Πολυκρατικὸ (*propendet enim dictio Polycratici in utramque partem*). Schefferus in Dissertatione: Sed nec quæ

avimentum projecit. Cæsar [1] *non pote validius, quam expaverit; t ille sustulit phialam de terra: conlisa erat, tamquam* [2] *vasum neum. Deinde* [3] *martulum de sinu protulit, & phialam* [4] *otio belle cor-*

uæ de vitreorum tenacissimorum ic artifice habentur, magnificè atollam. Quanquam ea Sarisberiensis onsuetudo sit, ut bonafide aliorum leráque, ipsis etiam retentis verbîs, ransferat in suos usus. Cujus rei si uis testimonium requirat, matronæ Ephesinæ factum ex hoc ipso desumtum apud eum legat, & cum Arbitri narratione conferat. Neque nùltum discrepat etiam Isidorus, andem memorans artificis prædicti istoriam, siquæ habet, ubi contra Sarisberiensem convenit cum nostro, ea ferè meliora sint, & à Sarisberiense malè immutata.

1. *non pote validius, quam expaverit*] *expaverit*, pro Patav. *expavit*, MS. est. Schefferus: *non pote validius, quam expavit*. Ellipsis elegantissima, pro: *non pote est validius quem expavescere, quam expavit*. Non pote est, i. e. impossibile est. Varro in Manius: *viget, veget, ut pote, plurimum*. Terent. Eunuch. v, sc. 8. *Non pote satis narrari*.

2. *vasum æneum*] Plautus Trucul. 1, sc. 1. *aut aliquod vasum argenteum, aut vasum aënum aliquod*. Sic Lucretius, Cato, alii. *I. Scheffer*.

3. *martulum*] pro MS. & Patav. *martiolum*. Cùm neminem contradicentem experiamur, historiam hanc ductilis vitri esse Petronianam; sed aliis atque aliis verbîs & stylo referentes utantur, hic *malleum*, iste *martiolum*, & *marculum*, alius *vasculum*, &c. habet: miror summo viro l. Dousæ redigenti in ordinem Satyrici absque titulo & præfatione, præmissam historiam fabri ex Sarisberiense, vocem prorsus dubiam, quæ apud nullum præter Sarisberiensem, aut vix ipso ante seculum ... adulto jam Hispanismô, præstantiorem occurrit, placuisse. mihi commutanda visa: qui talia seqq. temporum idiotismis, ac apographis tribuo. Audiamus, ultra superiora, sententias. Schefferus ad MS. & Patav. *martiolum*: Ita planè legitur in Sarisberiense, licèt ibi notent, in nonnullis aliis haberi, *marculum*. Quanquam verò ratio analogiæ postulare videatur, *marteolum*; cùm legatur, *martellus*: tamen ego nihil censeo mutandum. Reinesius: *martiolum de sinu protulit*. *Isid.* 16 *Orig. c.* 15, malleum vocat: martiolum *Saresb. l.* 4. *c.* 5. è cujus ῥήσει (*dictione*) effigiatam esse nostram prorsus adparet. Veteres marculum dixere: *Plin. l.* 7, *c.* 56: *Mart. l.* 12, *Ep.* 57 *ærariorum marculi*. *Isid.* 19 *Orig. c.* 7. *Marcus, malleus major: marcellus, mediocris: Marculus, malleus pusillus*. Martellorum vox seculo septimô recepta fuit; ad cujus formam fecerunt *martiolos*. *Petrus* tamen *Damiani* in eadem historia *vasculum* dixit, *l.* 4 *Ep. ult.* ubi *marculum* rectè reponemus. Vossius: *Martulus, malleus fabri ærarii*, quem uti & forcipem, vectem ac incudem, in insula Cypro, invenit Cinyras, Agriopæ filius: uti testatus Plinius lib. 7 N.H. c. 56. Quanquam apud eum in libris quibusd. est *marculum*. Sed rectè vetus Mediolanensis *martulum*: nec disconveniunt, in quibus est *martellum*. Sanè convenit lingua Gallica, in qua vocatur marteau, & propiùs etiam Hispanica quæ appellat *martillo*, & proximè Ital. ac Lusitana, ubi vocatur martello. Et verisimile est sic dici ab inventore. Nam & Caper extremo lib. de Orthogr. *Martulus*, inquit, à *Marte*. Io. Lud. de la Cerda in adornato suo Calepino: *Marculus*, diminut. à *Marco*, inquit Festus. Est etiam nomen instrumenti, quo

correxit; hoc facto putabat [1] *se cœlum Iovis tenere. Vtique, postquam illi dixit. Numquid alius scit hanc* [2] *condituram vitreorum* [3] *Vide modo. Postquam negavit, jussit illum Cæsar decollari;* [4] *qui enim*

quo fabri ærarii uti solent. Plinius lib. 7, &c. Et tamen Caper Grammaticus scribit *Martulus* a *Marte*, non *marculus*. Ergo illo auctore *martulus* dicendum pro malleo, quod vulgaris lingua retinet. Iam, si vel analogiam & significationem ab Isidoro, ac Papia suprà suppeditatam sequamur, ut *Marcus* dat *marcellus* malleum minorem, & hic *marculus* malleum minimum: Sic *Mars, martellus, martulus*. Vbi hîc martiolus? Nisi quis Erhardi *martillum* pro *martellum* forsan apprehendat, indèque quoquo modo *martiolum* formet: Sed quamdiu præter Hispan. *martillo*, neminem vett. Romanorum audimus, Erhardum hîc non audimus. versamur quippe contradicente Reinesio in terminis strictissimis, ac separamus nova, cavemus suspecta.

4. *otio*] pro *in otio, per otium*. quomodo versum Phædri nostri lib. 1, cap. 25 putabat emendandum Rigaltius, *quamlibet lambe otio*. Sed ignoro, annon & hîc rectiùs legatur, *ocyus*. Quale enim possumus hic intelligere *otium*, in præsentia Imperatoris, eventus expectatione suspensi; Potiùs festinavit ille, quisquis denique, monstrare artem suam. Et usurpat illud *ocyus* noster alibi, in editis: ut, *ocyùs foras exi*, &c. Nihil tamen apud nostrum muto. Pæne enim ad eundem modum Apulejus x Asi. *Non ulla tamen ego ratione conterritus, otiosè grandissimum illum calicem uno haustu perhausi:* Pricæus eo loco. *Otiosè*, ἡρέμα, *securè*, quod est rectissimum. *Schefferus.*

1. *se cœlum Iovis tenere*] MS. *celum*. Patav. editor *coleum*. huic Scheffer us: Corrige, *cœlum*; ita enim apud Saresberiensem legitur. Seneca 1 Benef. 13, *cœlum tenere, mente complecti* Cicero, *cœlum attingere*. ut in v Tusc. *Alia enim divina illa longè latèque spandunt, cœlumque attingunt*. & 11 Attic. Ep. 1. *Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si nulli barbati in piscinis sint*. Confer quæ suprà ad hoc idem Gonsalius.

2. *condituram vitreorum*] puta, vasorum. Ita suprà: *ego mihi malo vitrea*. Sed Isidorus, apud quem leguntur cætera, habet hîc, *vitrorum*. Verba ita sunt: *Hoc facto Cæsar dixit artifici: numquid alius scit hanc condituram vitrorum*. Etiam apud Saresberiensem ita legas: *Quæsivit enim Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorum*. Verùm utrobique forsan *vitreorum* est scribendum. Petronius in pridem editis: *an audirem sententias, id est, vitrea fracta, & somniorum interpretamenta?* Porrò *condituram* Isidorus in prædicti loci verbis præcedentibus vocat *temperamentum*, h. e. succum, sive aliud quodcunque denique, quo imbuebant vasa ista, ut lentescerent. Vox ex medica culinarive re desumpta. Columella. XII, c. 7. *Hæc omnia una conditurâ commodè servantur*. Schefferus.

3. *Vide modo*] Verba sunt Cæsaris comminantis, monentisque, ne quid dicat præter verum. Plaut. Merc. v, sc. 4. Ly. *at quæso hercle, etiam vide. Eu. Non mihi credis?* Cœlius VIII Ep. 2 ad Ciceronem. *Vide modo; inquis. Non mehercules*. Idem.

4. *quia enim*] Plautus in Amphitr. II, sc. 2. AM. *Qui tibi istuc in mentem venit? SO. quia enim serò advenimus*. Ita sæpe. *Idem.*

nim [1] si scitum esset, [2] aurum pro luto haberemus. [3] In argento lane studiosus sum. Habeo scyphos [4] urnales plus minus, quemadodum Cassandra occidit filios suos, & pueri mortui [5] jacent sic, uti ere putes. Habeo [6] capidem, [7] quam reliquit patronus meus, ubi Dædalus Nioben in equum Trojanum includit. [9] Nam Hermerotes

1. *si scitum esset*] si divulgatum iisset, & eandem artem didicissent lii. Terent. Adelph. 1, sc. 1. *Dum t rescitum iri credit, tantisper cavet.* Io. chefferus.

2. *aurum pro luto haberemus*] Siniliter Isidorus: *ne dum hoc cognitum eret, aurum pro luto haberetur.* Sic in uperioribus, ubi vide. Saresberienis interpolavit clariore, ut putabat, ententia: *aurum & argentum vilescent, quasi lutum.* I. Scheffer.

3. *In argento plane studiosus sum*] pro, *tudeo illi.* Bene. Quomodo Gellius: *i quis in ea re studebat.* Schefferus.

4. *urnales plus minus*] qui urnam irciter capiunt magnitudine sua. *Scheffer.*

5. *jacent sic, uti vere*] pro MS & Patav. *j. sicuti v.* Schefferus: *jacent, sicuti vere putes.* Corrige, *jacent sic, uti vere putes*, scilicet, jacere. Cornelius Nepos vita Dionis IX. *his dat negotium, ut ad Dionem eant inermes sic, ut conveniendi ejus gratiâ viderentur venire.*

6. *capidem*] Meminerunt hujus vasculi præter Festum, Plinius & Livius, quorum Livius quidem jungit lituo, & sic ad sacra pertinuisse demonstrat; Festus autem poculum appellat. Est autem omnino hæc *capis*, illa Neronis, de qua Plinius l. XXXVII, cap. 2. *Sed Nero, ut par erat principem, vicit omnes, CCC sestertiis capidem unam parando. Memoranda res, tanti imperatorem patremque patriæ bibisse.* Patet ex his verbis, poculum intelligi apud nostrum oportere. *Schefferus.*

7. *quam reliquit patronus meus*] Quis satis miretur strophas Dalmatæ nostri? pro *quam--patronus*, pinxit, *quas patronorum.* & paulò antè, *expavit* duplici suprà compendiò exornavit, ut ipso non contradicente possis legere, *expaverit*, expapaverit, vel experiaverit, aut si quid simile in mentem veniat; quale quidem vix rarissimè observo, compendiis consignificantibus. Hæc verò ad cognitionem nostri protographi faciunt.

8. *Dædalus Nioben*] Dixi antè, Trimalchionem hîc nugari, meráque commenta sua proferre, per & insolentiam, quod noster ipse notaverat, & ebrietatem. Itaque hic frustra quidquam exigas ad narrationes aliorum. *Schefferus. Dædalus Nioben in equum Trojanum includit.* Sine dubio Trimalchio hic nugator decumanus est, & fabulas ineptioribus fabulîs farcit. Scriptor respexit id quod heroum pateris & poculis varia antiqui operis insculpi consueverint. Herculei crateris quæ fuerint anaglypha enumerat *Papinius l. 6 Theb. v. 335, & seqq.* nim. figilla exstantia Centaurorum, & Lapitharum in nuptiis Pirithoi super mero pugnantium: In Adrasti phiala Perseus cum capite Gorgonis fictus erat: Nestoris poculum cum clavis aureis adactis & infixis quatuorque cum columbis describit *Homer.* Il. λ, explicantque Grammatici apud *Athen. l.* XI. nonnullorum aliis signis fuere charaxata. Aliorum etiam exemtilibus emblematibûs seu insertîs ornata. Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate Palladium surripientes; fecerat Pitheas: *Plin. l. 33, c. 12.* Neroni scyphi duo, in quibus cælata carmina Homeri: *Suet.* Reinesius. Id. in

rotes signa essent veritatis in poculis. Habeo omnia ponderosa; [1] *meum enim intelligere nulla pecunia vendo.* † *Hæc dum refert, puer calicem projecit; ad quem respiciens Trimalchio:* ‡ *Cito, inquit,* [2] *te ipsum cæde, quia* [3] *nugax es.* † *statim puer* [4] *demisso labro orare.*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.*

At

præfat. Facilè credidero Petronio, etsi minimè omnium nugaci, censori autem nugarum & vitiorum acriculo, excidere potuisse aliquot insulsos frigidosque jocos, petitos è trivio, nullâ eruditione conditos, ineptas recitationes & ἀνιστορησίας (*historiarum ignorationes*), *de Niobe equo Trojano inclusa à Dædalo, de origine æris Corinthii sub Annibale, Mathematicen Trimalchionis, Philosophiam ejus*, hysicen ejusdem περὶ πορδῆς (*de crepitu*), narrationes ridiculosas *de mensura sui ad candelabrum & unctione labri de lucerna* ad barbam celeriùs producendum, *de facto ex homine lupo, de strigarum maleficiis circa cunas infantiles, de Homeristarum argumento, de esu ursinæ carnis.* Inducere enim hominem insubidissimum, decumanum λαπιστὴν (*jactatorem*) Trimalchionem, nequam servos & mulierculas ejusdem farinæ, à quibus in vino & joco nihil serii, honesti, comti & docti expectari posset, proposuerat; at παροιμιωδῶν (*paræmiacorum*, aut *paræmialium*) in brevi scripto &c. (ut suprá.)

9. *Nam Hermerotes signa essent veritatis in poculis*] pro MSi, *nam hemerotis pugnasset petranctis in poculis*; Patav. N. *h. pugnassent petraitis.* Schefferus: *Nam hemerotes pugnassent petraitis in poculis.* Hæc verba desperatè sunt corrupta. Neque fatigabo me in suspicionibus, quales manebunt tamen, cujuscunque generis fuerint. Reinesius: Hæc prodigiosè corrupta sunt, fortassis insuper etiam mutila; extundam, quod verosimile videri possit & rem exhibeat. Legerim, *nam hermerotes signa essent veritatis in poculis.* De hermerósi ne tantillum quidem dubito; nim. simulacrum MercurI & Cupidinis ab artificibus jungi solebat: sic ut Mercurii cum Minervæ in dicto Hermathena Ciceronis. Hermerotas Taurisci Tralliani statuarii laudat *Plinius l. 36, c. 5.* In poculorum igitur ornatus & cælaturas adsumi potuisse mirum non est. Sed cùm ignoremus quid potissimùm illa MercurI & Cupidinis conjunctione spectârint veteres, neque enim licet hîc comminisci quicquid velis; neque ludatne scriptor hîc an seriò rem agat, divinare facile sit: istud *veritatis* quod literarum in scripto ductus & familiaris huic librario literarum trajectio suppeditat, tolerari interim potest, dum aptius aliud excogitetur. Fortassis in ista cælatura hermerotum sensus profunditas hæc, ut significaretur vulgare istud, *In vino veritas: Plin. l. 14, c. 22. Athen. lib. 2.* Hermerotes Reinesii ab Ἑρμῆς Mercurius, & ἔρως, ωτος, amor, Cupido. Apud Plinium, de Operibus loquentem artificum in marmore, vetustæ edit. Egidii de Gourmont sic lego: *Oceanus & juppiter Enthochi: Hippiades Hermorothes Taurisci Tralliani. Hippiades* sunt statuæ mulierum equestres.

1. *meum enim intelligere*] Sicut Persius: *scire tuum.* item: *velle suum cuique est.* Schefferus.

2. *te ipsum cade*] verbera; num potiùs, occide? Puro tamen alterum, quia sequitur, *suadeo, à te impetres, ne sis nugax.* Quis enim suadendi locus apud occisum? Noster in editis: *omniáque infra umbilicum cœpit lenta manu cædere.* Idem.

3. *nugax*] putris, putidus, ineptus. Glossæ Philoxeni: *nugax*, σαπρός.

Aliæ

t ille, † Quid me, inquit, rogas? [1] *tamquam ego tibi molestus sim: uadeo à te impetres, ne sis nugax.* ‡ *Tandem ergo exoratus à nobis missionem dedit puero. Ille dimissus circa mensam percucurrit, &, Aquam foras, vinum intro clamavit.* [4] *Excipimus urbanitatem ocantis, & ante omnes Agamemnon,* [5] *qui sciebat, quibus meritis evocaretur ad cœnam. Cæterum laudatus Trimalchio, hilarius bibit. Etiam ebrio proximus, † nemo, inquit, vestrum rogat Fortunatam meam, ut saltet? credite mihi,* [7] *cordacem nemo melius ucit.* ‡ *Atque ipse erectis supra frontem manibus Syrum histrionem exhibebat, concinente tota familia:* [8] ‡ *Ma Dia, perite! ma Dia*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Familia.*

Aliæ glossæ: σαπρὸς, *nugatorius, nugax, fœdus.* Io. Schefferus.

4. *demisso labro orare*] pro Patavin. *l. labrare.* In MS. est *labrore*, vel *labvore*, similisve menda. Schefferus: *demisso labrare.* Credo scripsisse, *demisso labro orare.* Nempe solent tristes & vultum, & oculos, & os dimittere. Porrò *labrum*, pro *labium*, sæpe apud nostrum, cùm est sermo de hominibus. Plinius XI, cap. 37, de ranis: *inferiore labro demissô ululatus ejicitur.* Tò *demisso* ita habes etiam apud Terentium Eunuch. II, sc. 3. *tremulus, labiis demissis, gemens.*

1. *tamquam ego tibi molestus sim*] Petronius in editis: *tanquam intersit, periturum corpus quæ ratio consumat. Tanquam meliùs ignis accipiat.* Etiam illud *molestus* alibi sic ei usurpatur, pro eo, qui malum aut damnum infert, ut, *junctis viribûs molestum contempsimus.* Schefferus.

2. *missionem dedit*] dimisit, impunitum videlicet. Iterum noster in editis: *jussit infelicibus dari missionem.* Scheffer.

3. *Aquam foras*] Hanc puto fuisse formulam solennem, cùm ad potiones meracas se mutuò invitarent. *Idem.*

4. *Excipimus*] auscultamus. Petronius in editis: *Conversus ad eum, ut plurima exciperem.* Idem.

5. *qui sciebat quibus meritis revocaretur ad cœnam*] *Revocari* est iterum vocari, altera vice invitari. *Exceperant*, i. e. laudaverant urbanitatem jocantis Trimalchionis convivæ, inprimis Agamemnon, qui adulatione gratiam hospitis obtineri & obsequiô noverat; exspectabatque sic alio quoque tempore invitari. Alio sensu *Phædrus fab.* 26, dixit *revocare* de eo, qui antè vocatus & hospes fuerat; quod Græce ἀντικαλεῖν, contravocare. *Th. Reinesius.*

6. *bibit. Etiam ebrio proximus, nemo*] pro MSi, & Patav. *b. e. e. proximus. Nemo,* Schefferus: *etiam ebrio proximus.* Non puto ista bene distingui, sic enim suspicor scribenda. *Trimalchio hilariùs bibit. Etiam ebrio proximus, nemo, inquit, vestrum,* &c. Illud *Etiam* sic usurpat quoque alibi, in superioribus: *Etiam tibi discipulus crescit. Etiam videte, quàm porcus ille comederit.*

7. *cordacem*] Saltationis genus lascivum, & ideo probrosum, nec ferè usurpatum, nisi ebriis. Vide Meursium in Orchestra. *Schefferus.*

8. *Ma Dia, perite! ma Dia*] pro MSi, & Patavin. *madeia, perimadeia.* Schefferus: *madeia, perimadeia.* Corrige, *ma deia, peritè, ma deia.* Græcum est, μὰ δία, h. e. per Iovem. Demosthenes: οὐ μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς

Dia. ‡ *& prodisset in medium, nisi Fortunata* [1] *ad aurem accessisset & , credo , dixerit non decere gravitatem ejus tam humiles ineptias. Nihil autem tam inæquale erat : nam modo Fortunatam* [2] *suam reverebatur , modo ad naturam. Et plane interpellavit* [3] *saltationis libidinem actuarius , qui tamquam Vrbis acta recitavit.* † VII *Kal. Sextiles in prædio Cumano, quod est Trimalchionis, nati sunt* [4] *pueri* XXX, *puellæ* XL : *sublata in horreum , ex area , tritici millia modium quingenta : boves domiti quingenti. Eodem die Mithridates servus in crucem actus est, quia Gai nostri genio maledixerat. Eodem die in arcam relatum est, quod* [5] *collocari non potuit, sestertium centies. Eodem die incendium factum est in hortis Pompejanis , ortum* [6] *ex ædibus nocte villici.* ‡ *Quid ? inquit Trimalchio : Quando mihi Pompejani horti empti sunt ?* [7] *Anno priore , inquit actuarius , & ideo in rationem nondum venerunt. Excanduit Trimalchio : & Quicumque , inquit , mihi fundi empti fuerint , nisi intra sextum mensem sciero , in rationes meas inferri veto.* † *Iam etiam edicta Aedilium recitabantur : & saltuariorum testamenta, quibus Trimalchio*

‡ *Encolpius.* † *Actuarius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.*

θεὰς (*non per Deos & Deos*). Illud , *peritè*, solenne verbum est applaudentium. Reinesius : *Madeia , peri , madeia.* leg. *ma Dia , perii ! ma Dia.*

1. *ad aurem accessisset: & credo, dixerit*] Similimum illi , in pridem editis : *ad aurem ejus Psyche ridens accessit , & quum dixisset , nescio quid.* Schefferus.

2. *suam reverebatur : modo ad naturam*] scil. *revertebatur.* pro MS. & Patav. *suam revertebatur , m. a. n.* Schefferus : *revertebatur , modo ad naturam.* Omissum aliquid hoc loco. Scribe : *Fortunatam reverebatur , revertebatur modo ad naturam.* Similitudo utriusque vocabuli effecit , ut alterum omitteretur. *Reverti ad naturam* , pro , ad indolem animumque suum , sicut Cicero x Epist. 28. *ad illum animum meum revorti pristinum.* Traducitur hoc loco mirum Neronis studium saltandi , de quo Dio , & Suetonius prolixè.

3. *saltationis libidinem actuarius*] Post *libidinem* poni debet asteriscus est enim hiatus hic versuum nonnullorum. *Schefferus.*

4. *pueri eo die* 30 , *puellæ* 40 *nati*] Verè Naturæ consultum egit Petronius , dum istud in Actis privatis hominis sui Trimalchionis perscriptum fuisse finxit. Perpetuum enim est, plures nasci femellas , quàm masculos *Th. Reinesius.*

5. *collocari non potuit*] impendi ad usus villæ necessarios. Tacit. VI Ann 45. *Millies sestertium ea munificentiâ conlocatum.* Scheffer.

6. *ex ædibus nocte villici*] Transpositio ingrata , mallem *villici nocte. Nocte* , pro , *de nocte*, i. e. nocturno tempore. Noster in editis : *fugere nocte in publicum voluistis.* Ita sæpe. *Idem.*

7. *Anno priore*] quàm nempe fuit illud incendium. Cicero I Epist. 9 *Quod de Q. Fratris negocio scribis , de priore æstate quòd morbô impeditus in Cilicia*

bio [1] *cum elogio exheredabatur : jam nomina villicorum : & repu-*
liata [2] *à circumitore liberta , in balneatoris contubernio deprehensa :*
atriensis Bajas relegatus : jam reus factus dispensator : & [3] *judicium*
nter cubicularios actum. Petauristarii autem tandem venerunt :
[4] *baro insulsissimus* [5] *cum scalis constitit , puerumque jussit per gra-*
dus , & in summa parte [6] *odaria saltare ;* [7] *circulos deinde ardentes*
ransire, & dentibus amphoram sustinere. Mirabatur hæc solus Tri-
malchio , dicebatque [8] *ingratum artificium esse. Cæterum duo esse in*
rebus humanis, quæ libentissime spectaret , petauristarios, & [9] *cotur-*
nices : [10] *reliqua animalia & oramata tricas meras esse.* † *Nam &*
comœ-

† *Trimalchio.*

liciam non transierit, conficere non potuisse. Io. Schefferus.

1. *cum elogio exheredabatur*] Quinctilianus VII, c. 4. *Nonnunquam etiam reus hic totius summam constituit, si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogiò.* Est autem *elogium* quæcunque denique exhæredationis caussa, scriptò significata, & hoc quidem loco ea, quæ ad laudem Trimalchionis pertinebat. Quales interdum proponi consuevisse ex eopse Fabio aliisque notum, pridemque observatum est. *I. Schefferus.*

2. *à circumitore*] Puto hìc intelligi custodem villæ, ad exemplum eorum, qui circuire urbem solebant. *Schefferus.*

3. *judicium inter cubicularios actum*] Ita Plin. IX, c. 35. *Postero die, quo judicium agebatur.* Scheffer.

4. *baro insulsissimus*] *Baronem*, pro stolido usurpavit Cicero & Persius. *Idem.*

5. *cum scalis constitit , puerumque jussit*] Conveniunt his versus Martialis lib. II Epigr. 85.

Quid si per graciles vias petauri
Invitum jubeat subire Ladam ? Idem.

6. *odaria saltare*] Quomodo Ovidius V Trist. 7.

Carmina quod pleno saltari nostra theatrò.

odarium, à Græco est. Glossæ : ὠδάριον, *cantilena.* Id.

7. *circulos deinde ardentes transire*] Convenit Manilius V.

Membráque per flammas , orbesque emissa flagrantes. Idem.

8. *ingratum artificium*] Quomodo ? cùm mox idem dicat, se hos artifices libentissimè spectare. Credo *ingratum* hic activè accipiendum, quod gratiam non referat auctori suo, tantam puta, quantam Trimalchio volebat promerere, qui transiliendo istos circulos, immittat se in discrimen vitæ manifestum. Sidon. IV Ep. 11. *Huic jam , ut est illud Maronianum , cineri ingrato, id est, gratiam non relaturo, naniam condidimus.* Id.

9. *coturnices*] pro MSi, & Patav. *cornices.* Schefferus: *cornices.* Num scribendum, *cornicines ?* non arbitror, quandoquidem præcedit, *spectaret.* At cornicines non spectantur. Quid, si *cernices ?* ut sint à *cernix*, pro quo vulgò *cernuus.* Ita suprà fuit, *mixcix*, vel ut ego putabam, *mttix.* Puto planè *coturnices* scribendum. De coturnicum certamine, sicut gallinaceorum, docet nos abunde Pollux, & nec Romanis ignotum fuisse testatur Herodianus. Ovid. II Amor. 6.

Ecce, coturnices inter sua prælia vivunt.

10. *reliqua animalia, & oramata, tricas meras esse*] vice MSi, & Patav. *r. a. & cromatariccas* (MS. *Cr.*) *m.e.* Ὁράματα, *res quæ videntur , spectacula.* Asperum

comœdos, inquit, emeram, & malui illos [1] *Atellanam facere, & choraulem meum jussi Latine cantare.* ‡ *Cum maxime hæc dicente* [2] *Gajo* * *puer Trimalchionis delapsus est. Conclamavit familia, nec minus convivæ, non propter hominem tam* [3] *putidum, cujus etiam cervices fractas libenter vidissent, sed propter malum exitum cœnæ, ne necesse haberent* [4] *alienum mortuum plorare. Ipse Trimalchio cum graviter ingemuisset,* [5] *superque brachium tamquam læsum incubuisset, concurrere medici, & inter primos Fortunata crinibus passis, cum scypho, miseramque se, atque infelicem proclamavit. Nam puer quidem, qui ceciderat circumibat jam dudum pedes nostros, &* [6] *missionem rogabat.* [7] *Pessime mihi erat, ne his precibus periculo aliquid* [8] *catastrophæ quæreretur. Nec enim adhuc exciderat cocus ille, qui oblitus fuerat porcum exenterare. Itaque totum circumspicere*

‡ *Encolpius.*

initiò spiritum non expressi, imitatus Æolas, incolasque magnæ Græciæ teste Quinctiliano, ubi ferè versamur ac convivimus. Schefferus: *cromatarium.* Hoc verò monstrum verbi quid sibi velit, egò non excogito. An scribendum: *animalia ac acroamata tricas meræ?* Tricæ, sunt res viles. Martialis XIV.

Sunt apinæ tricæque, & si quid vilius istis.

1. *Atellanam*] pro MSi, & Patav. *Attellam.* Schefferus: *Attellam.* Scribe, *Attellanam*, seu *Atellanam*, & intellige, fabulam. De *Attellanis* habes prolixè apud Vossium in Inst. Poët. Porrò *facere Atellanam*, sicut apud Lucretium *facere ludum*, h. e. ludere & agere. *Io. Schefferus.*

2. *Gajo* * *puer*] * defectûs. pro MS. & P. *Gajo*, *p.* Tilebom. *Cum maxime hæc dicente Gajo, puer. dicente Gajo.* scribe, *diceret Gajus.* Schefferus: Post *puer*, puto deesse aliqua, quæ significabant lapsum ejus pueri in brachium Trimalchionis. Est enim ille puer, qui suprà jussus est *in summa scalarum parte odaria saltare.* A quibus hic delabitur.

3. *putidum*] pro Patav. *perditum.* MS. *puditum.* ad marg. *putidum.*

4. *alienum mortuum plorare*] Lucilius Sat. 22 de Præficis eodem modo: *conductæ flent alieno in funere.* Statius quoque in Epicedio Patris: *non sua funera plorant.* Scheffer.

5. *super brachium tamquam læsum incubuisset*] Petronius in editis: *Non frueris hac præda, super quam solus incumbis.* Idem.

6. *missionem rogabat*] Vt suprà: *missionem dedit.* Sed cur *missionem* rogat is, qui delapsus erat? An, quòd isto casu suo læserat Trimalchionem? At de ea re præcedit nihil. Quare puto inter ista duo vocabula, *dicente Gajo*, aliquid abesse, uti dixi. *Idem.* Satis sequentia indicant occasione *pueri* Trimalchionem læsum. nec hujus causâ asteriscus antè positus, sed ipsa ibi constructio fatiscit.

7. *Pessime mihi erat, ne*] Metuebam. *Schefferus.*

8. *catastrophæ*] pro MS. & Patav. *catastropha.* Schefferus: *catastropha.* Lego, *aliquid catastrophæ.* Sensus est: timebam, ne ideo instituerentur hæ preces, ut earum occasione periculum imminens mutetur in haud opinatum gaudium, sicut antè acciderat.

1. *conchy-*

cere triclinium cœpi, ne per parietem automaton aliquod exiret; utique postquam servus verberari cœpit, qui brachium domini contusum alba potius, quam [1] *conchyliata involverat lana. Nec longe aberravit suspicio mea, in vicem enim* [2] *cœnæ venit decretum Trimalchionis, quo puerum jussit liberum esse, ne quis posset dicere, tantum virum esse* [3] *à servo læsum.* [4] Comprobamus *nos* factum, & *quam in præcipiti*

1. *conchyliata lana*] i. e. conchylio marinô, murice, purpurâ tincta. Noster sup. *culcitas habere tomentum conchyliatum*; scil. tanquam preciosius. *Cic. 4 Verr. nihil nisi conchyliô tinctum: Plin. lib. 12, c. 7, conchylio infectam lanam: & Suet. Iul. c. 23 conchyliatam vestem* dixit. Seculo quartô usurpavit id vocabulum *Plin. Valer. l. 1, c. 9*: factis infusionibus in auriculas dolentes, *mox*, inquit, *lanâ conchyliata obturandæ sunt*. Sequitur hunc *Marcellus Burdegal.* quem Empiricum vulgò adpellant, c. 9 jubens *aurem conchyliata lanâ claudere:* mox, *lana purpureâ:* item *purpurâ*; & *lana marino conchyliô infecta*. Quod *conchyliata tapetia* è Plauti Pseud. a. 1, scen. 2, v. 14 petere posse videntur, id verò nihil est. A *Camerarii* enim conjectura venerunt; veteres verò mscr. membranæ eò ducunt, ut potiùs legamus *consuta:* quod etiam *Sticho a. 4, scen. 3* de re eadem Editiones veteres servant, probatumque à *Grutero* & rectè receptum à *Taubmanno* amplectimur. Iam quòd conchyliatâ potiùs quàm albâ, nigra, vel pulla lana brachium læsum involvi Tryphon voluerit, eâ ratione factum, quod isti colori magnam adeò autoritatem in curandis morbis perhiberent; quæ vanitas nec dum exolevit. Audias enim medicastros, etiam in aulis, promittere credulis podagrarum solutiones, si textis è filo laneo lineove purpureo tibialibus crura obducantur: & putari majoris efficaciæ emplastra si corio purpureo vel rubro instrata adplicentur ægrotis: qui error è non intellecta ῥίζῃ *Scribonii Largi medic.* 267, etiam *Hier. Mercuriali* obrepsit, ut *l. 2. Varr. c. ult. Fœnicium* Interpretaretur de aluta coloris puniceî, cum *Fœnicium* eo loco sit φοινίκειον, φοινικίον δέρμα, (*Phœnicium corium*), quod à Phœnicibus seu Pœnis paratum erat. Pœnorum enim Libyum & Carthaginensium βυρσοδεψικῆς (*coriaria*) opera maximè probabantur: probavi de Græcis in *de Lingua Punica* cap. 11, n. 8, & 9. *Th. Reinesius.*

2. *cœnæ*] Sic & MSm (*cene*). Sed planè leg. puto *pœnæ*. Patet ex præcedentibus *missionem rogabat. pessime mihi erat.* nec *cœna*, sed *pœna*, & *libertas* opponuntur.

3. *à servo læsum*] pro MSi, & Patav. *liberatum*, summorumque virorum *vulneratum*, aut mutatione præcedentis *puerum* in *servum*. Placuit autem *læsum*, quod antecedit, ut & *contusum:* quæ quidem facilè in tam delicato patiente in vulnus coire poterant. *Servus* verò *unde dominum liberavit?* non à vulnere: nec saltem à contusione: quia hoc quidquid erat, servus non abstulit, sed obligando modò curare cœpit. atque id imperitè *lanam albam* pro *conchyliata* applicando, unde etiam vapulavit. Nec scio, an unquam turpe fuerit habitum, etiam ipsis Stoicis, dominum in discrimine constitutum à servo liberari; certè *ladi*, deseri, prodi, crimini semper datum, summumque fuit nefas. Et quorsum *concurrêre medici* nisi quantum pote ut liberarent, dominum non per modum beneficii, sed ministerii. Quamquam nec medici per se

præcipiti res humanæ essent vario sermone garrimus. † *Ita, inquit Trimalchio, non oportet hunc casum sine inscriptione transire;* ‡ *statimque codicillos poposcit, & non diu cogitatione distorta hæc recitavit:*

† *Quod non exspectes ex transverso fit,*
Et super nos fortuna negotia curat.
' *Quare da nobis vina falerna puer.*

‡ *Ab hoc epigrammate* cœpit [2] poëtarum esse mentio, diu-

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

que

à morbo liberent, sed per accidens; docente Aristotele, & usu. Schefferus: *à servo liberatum.* Quomodo, *liberatum?* Puto, *vulneratum* oportere scribi, nam de eo præcedit. Primam syllabam absumpsit ultima in vocabulo, *servo.* Idem video & N. Heinsio placere. Reinesius: *venit decretum Trimalchionis, quo puerum jußit,* &c. *esse à servo liberatum.* De *puero* ista non possunt intelligi; nec enim adparet. qui puer dominum liberaverit. Viri summi ut de puero exponere possent, legere maluerunt *vulneratum*; atqui nec hoc adparet: non enim, quod videntur putâsse, in dominum ex alto ceciderat puer, multò verò minùs vulneraverat; Sed Trimalchio pueri præcipitantis casu consternatus *super brachium tanquam lasum incubuerat.* Quid igitur? Fiat via; legamus, *servum jußit liberum esse*; nim. eum qui medicus domino fuerat, lanâque brachium ejus involverat. Quod autem ista manumissione tumultuaria cavere se existimavit, ne à servo beneficium accepisse dici posset, hoc à Stoa decerptum est; inter cujus placita etiam hoc, servum eo loco conditionem suam posuisse, ut nihil eorum, quæcunque præstat, superiori imputetur; ministeria esse servi, non beneficia, non officia; nisi cùm plus præstat quàm a servo exigi solet, & in adfectum amici transiit. Accuratè excutitur ista ξυνήθεια (*auctoritas*) à *L. Sen. lib.* 3 *de Benef. cap.* 18, *& seqq.* Reinesius.

4. *Comprobamus* nos] Hæc in antè editis, tum & fragmento Tragur. priori sic leguntur: *Comprobamus nos factum, varioque sermone garrimus, & poëtarum cœpit esse mentio, diuque summa carminis penes Mopsum Thracem memorata est: donec* & quæ sequuntur, coincidentia cum Tragurienſi fragmento posteriori usque ad verba: *--nudam in nebula.* diversæ lectiones notabuntur. Commentarium habebimus Variorum.

1. *Quare*] Heic loci inter *Quare*, & præcedens *curat.* Patavinus inseruerat: Distichon Trimalcionis est cum elego suo: *Quare,* &c. Quæ quidem verba etiam in MSo, sed tamen ut quale quale scholion intra parenthesin leguntur. Schefferus: *Distichon.* Hæc verba sunt delenda, irrepserunt enim è margine in textum. Reinesius in præfat. Stupor etiam ibidem notari potest descriptoris, qui gnomen allatam pro distycho, & pentametrum pro elego commendat; neque advertit ὄνον istam, *Distichon,* &c. in autographi margine jacuisse, ad orationis verò seriem nihil facere: Idemque alibi quoque patratum esse libere suspicari licet. *Distichon* tolerabile; dicitur enim στίχος vel στίχη de quolibet *ordine*, militari, plantarum, linearum seu versuum in libris, peculiariter metricorum. In suo *elego* involvit argumentum, *Quod non exspectes,* &c.

2. *poëtarum cœpit esse mentio*] Persius Sat. 1. -- *Ecce*

que ſumma carminis [1] penes Mopſum [2] Thracem [3] memorata eſt; donec Trimalchio: † Rogo, inquit, [4] magiſter, quid putas inter Ciceronem, & Publium intereſſe? Ego alterum puto diſertiorem [5] fuiſſe, alterum [6] honeſtiorem. Quid enim his melius dici poteſt?

‡ *Luxuriæ* [7] *rictu* [8] *Martis marcent mœnia.*

[9] *Tuo palato clauſus pavo paſcitur,*

† *Trimalchio.* ‡ *Verſus ex Publio Syro mimographo.*

[1] *Plu-*

-- *Ecce inter pocula quærunt*
Romulidæ ſaturi quid dia poëmata narrent.

Iuvenal. Satyr. 6.

-- *cùm diſcumbere cœpit,*
Laudat Virgilium. Ga. Barthius.

1. *penes Mopſum Thracem*] Al. *Morſum.* Sunt qui legant *Marſum*, & intelligunt Domitium Marſum, cujus Ovid. & Sueton. meminere, & de quo Martialis eſt verſus:

Quam levis in tota Marſus Amazonide.

Conrad. Geſnerus in Bibliothecæ Epitoma. *Ge. Erhardus.*

2. *Thracem*] MSSa fragmenta ambo *trachem.*

3. *memorata eſt*] Lege *immorata eſt.* Lipſius Epiſtol.quæſt.lib.3,ep.2.fort. *remorata eſt*, ut habet vetus codex, probo ſenſu. *G. Erhardus.*

4. *Rogo, inquit, magiſter*] Indubiè alloquitur Grammaticum criticum. Nam Grammaticos *Magiſtros* & *Profeſſores* appellari ſolitos docent veteres inſcriptiones, & illa apud Sueton. de Illuſtr. Gramm. in Palæm. *Vis tu magiſter, quoties, feſtinantem aliquem vides, abligurire?* Et in Probo: *Nunquam ita docuit, ut magiſtri perſonam ſuſtineret.* Wouweren. Polymath. cap. 4. *Idem.*

5. *fuiſſe*] ſic & Fragmentum poſterius, prius *eſſe.*

6. *honeſtiorem*] elegantiorem, meliorem, tertiorem. Columbanus *--- ſermonis honeſti.* ubi Goldaſtus in Notis. *Erhardus.*

7. *Luxuriæ rictu*] Sic ſuperiores. Tragur. *ritu.* Verſus Publii Syri Mimographi in luxum Romanorum. Scaliger in Catalect. Invehitur in Romæ luxus. H. Iunius Animadverſ. lib. 6, c. 15. Iuvenalis:

--- Quis ferat iſtas
Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum?
Pœna tamen præſens, &c.

Vnde Varro quoque Satyram περὶ ἐδεσμάτων *(de edulibus)* ſcripſit. Puteanus Genialium Sermonum librô. *Erhard.*

8. *Martis marcent mœnia*] Nemo ex interpretibus vidiſſe videtur *mœnia* veteri ſcriptura *munia* hoc loco ſignificare, ut queratur Publius *Martis munia* Romanis antehac, decus & gloriam facientia, luxuriæ viribûs prorutа torpere. Si ergo illud vulgare magis arridet *Martis mœnia*, nulli dubium quin *Romam* ſignificet. Sic & Iuvenalis Satyr. 6.

Paupertas Romana perit ---

Barth. ablegmin. Critic. l. 2, c. 18; cujus poſteriorem explicationem comprobamus. *Idem.*

9. *Tuo palato clauſus pavo paſcitur*] Tragur. cod. pro *paſcitur*, habet *naſcitur.* Erhardus: Leg. *lautus pavo naſcitur.* Scalig. in Catalect. vel, *Samius pavo paſcitur.* Cùm de iis ſermonem inſtituerit Publius, quæ procul allata, deque longinquis regionibus accerſita luxuriam Romanorum inſtruebant, convenienter *Samium pavonem* nominat; eos autem ab Samo petitos facilè fidem fecerit Varro de re

[1] *Plumato amictus aureo* [2] *Babylonico* :

[1] *Gallina*

Ruſt. lib. 3, c. 6. Barth. acutiùs, quàm probabiliùs; nam pavones olim caveis incluſi, ut hodie anſeres in Germania, paſcebantur, quos cùm Romani in deliciis quidem, ſed extra cibum, initió haberent, ut nos hodie pſittacos, primus menſæ inferre auſus eſt Hortenſius. Tertull. de Pallio : *Præcidam gulam, qua Hortenſius Orator, primus pavum cibi causâ potuit occidere.* Gabbema in 2. edit. *clauſus pavo paſcitur.* Malunt alii, *Lautus pavo naſcitur*; vel *oculoſus pavo*, vel *Samius pavo* : nempe quia è Samo (ubi in templo Junonis Samiæ aſebantur) in alias transferrentur terras; ut à Menodoto Samio apud Athenæum refertur. Malui nihilominus retinere lectionem editionis principis: puta Pariſinæ anni CIↃ IↃ XX [*clauſus pavo paſcitur*] quæ MSum fide optima expreſſit, ac ſui caſtigationem reliquit eruditis. Planéque cenſeo, reſpici à Publio ad ornithonas; in quibus aluere *pavones*, turtures, turdos : ut indicat Varro lib. III de R. R. cap. III. Voſſius.

1. *Plumato amictus aureo Babylonico*] In Tragur. eſt *auro*. Gabbema : Eo jam proceſſerat ſuperbiæ modus, ut ex plumis avium conficerent veſtes, quæ delicatioribus in uſu. Tertull. de Pall. *Pavo pluma veſtis, & quidem cataclitis, imò omni conchyliô depreſſior, qua colla fiorent, & omni patagiô inauratior, qua terga fulgent.* Prudent. in Hamartig.

— hunc videas laſcivas præpete curſu
Venantûm tunicas, avium quoque verſicolorum
Indumenta navis texentem plumea pennis.

Erhardus : *Plumatas* igitur veſtes innuit, quarum artifices *plumarios* vocant, qui ex *plumis* avium veſtimenta conficiunt, aut acu variegatim pingunt. Pancyrol. de Magiſtratibus municipal. c. ult. Weitzius Not. in Prudentii Hamartig. verſ. 294. *Aureum*, pro pulchro & ſplendido; unde χρυσῆ Ἀφροδίτη, *aurea Venus*. Sed & *plumæ* pavonis ejaculantur ſplendorem planè *aureum*. Et *aureum*, eſſe pavi epitheton, ex Officina Raviſii Textoris didicimus. Gabbema in ſecundò editis : Vide G. I. Voſſium lib. III cap. LXXX & cap. XCVII de origine & progreſſu Idololatriæ; Salmaſium in notis ad Vopiſci locum: *tunicæ micantes purpurâ, plumandi difficultate pernobiles.* ubi multa præclarè de hac arte. Porrò, *pavoni* inter volucres formæ palmam non ſolùm natura dedit, ſed & intellectum ejus, gloriamque : laudatus enim gemmantes pennas explicat, adverſo maximè ſole, quia ſic præcipuè radiant, ut graphice Ovidius :

Laudatas homini volucris junonia pennas
Explicat, & formâ multa ſuperbit avis.

Petronius Arbiter, hujus volucris verſicolorem pulcritudinem, paucis verbis eleganter exprimit. *Tuo palato pavo*, &c. Hanc alitem cùm apud Indos Alexander Magnus primùm vidiſſet, admonitione commotus, gravi pœna vetuit ne quis pavonem occideret, ut refert Ælianus lib. XIII de nat. Animal. Ex Barbaris ad Græcos venêre, in Samo autem primi fuerunt editi & educati; hinc in alias Europæ regiones deducti; qua de cauſſa Samios monetam ſignaſſe *pavone*, auctor eſt Athenæus, ut in Græcia mea nuper docui. Junoni autem ſacravit vetuſtas opulentiæ Deæ, aureum hoc alitum genus, unde in antiquis numiſmatis Junonis ſignum eſt *pavo*, cum lancea & patera. Ptimus Q. Hortenſius, *pavonem* Augurali Aditiali cœna poſuiſſe, auctor eſt Varro, quod protinus factum, tam luxurioſi, quàm ſeveri boni viri laudabant : quem citò ſequuti multi, extulerunt eorum pretia, ita ut ova

[1] *Gallina tibi* [2] *Numidica, tibi* [3] *gallus ſpado,*

Ciconia

ova denariis veneant quinîs, ipſi facile quinquagenis. Macrobius ad ingens hoc pretium exclamat lib. III Saturn. cap. XIII. *Ecce res non admiranda ſolùm, ſed pudenda, ut ova pavonum quinis denariis veneant, quæ hodie non dicam viliùs, ſed omnino nec veneunt.* Sed tunc temporis tanta gulæ erat inſania, ut refert idem Varro, *M. Aufidium Lurconem ſupra ſexagena millia nummûm, in anno ex pavonum grege cepiſſe.* Hoc eſt mille & quingentos aureos coronatos, ut Aldus Manutius ſupputat: nam qui ad Millionem refert, nimis extra oleas abit. nec nimis hoc mirandum in illo ſeculi luxu; primus etiam ille, ſaginam eorum inſtituit, circa Pyraticum bellum noviſſimum. Sed non caret admiratione: placuiſſe adeò Romanæ luxuriæ hanc avem, cùm ejus caro dura, & fibroſa ſit: quare ſcitiſſimè ab Horatio dictum:

Vix tamen eripiam poſito pavone, velis quin
Hoc potiùs, quàm Gallinâ tergere palatum,
Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara avis, & pictæ pandit ſpectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quicquam, num veſceris illa
Quam laudas plumâ? cocto num adeſt honor idem?

Galenus etiam III de Aliment. facult. gallinis duriorem eſſe *pavonis* carnem, fibroſam, & ad coquendam difficilem. Vnde Iuvenalis Satyr. I queritur, ex ſimilibus epulis repentinas mortes induci, quòd non concoquantur in ſtomacho.

Pœna tamen præſens; cum tu deponis amictum,
Turgidus & crudum pavonem in balnea portas;
Hinc ſubitæ mortes & inteſtata ſenectus,

Itaque natura quidem iis pennarum pulcritudinem tribuit; carnis bonitatem negavit. Simeon Sethi, difficilis concoctionis, & mali etiam ſucci eſſe aſſerit, jus tamen illorum peculiari proprietate pleuriticos ſanare, præſertim ſi pingue ſit. quare prudentiores æſtate triduò antè jugulari jubent, ut tenerior *pavonum* caro evadat, hyeme verò quatriduum, aut eò ampliùs, ſimulque pendentium pedibus, lapidum onus appendunt; eo pondere duritiem carnis tenereſcere; rarò noſtra tempeſtate menſas ſubeunt, niſi ſolennibus epulis, idque magis ad oculorum pompam, quàm ad placandum famem, rarò aſſi vel elixi (niſi fortè pullis quis veſcatur) plerumque aromatibûs conditi, artocreis includuntur, quòd ita teneriores evadant, & aromatum beneficiò, fibroſa illa caro tenerior reddatur. *Nonnius.* Vide Voſſium lib. III de Origine & progreſſu Idololatriæ, cap. XCII.

2. *Babylonico*] Plin. lib. VIII, cap. XLVIII. *Colores diverſos picturæ intexere Babylon maximè celebratur.* & maximè Babylonii hoc artificio nobiles. Hinc Tertull. de hab. mul. c. I. *Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges inſuerent, & Babylonii intexerent.* Lucret. lib. IV.

Tum Babylonica magnifico ſplendore rigantur.

i. ſtragulæ veſtes, vela, tapetia diverſi coloris filô texta. Eleganter varios colores in cauda pavonis *Babylonicum*, vocat elegantiarum Arbiter Petronius hoc loco. *S. A. Gabbema.*

1. *Gallina tibi Numidica*] Tria gallinarum genera enumerantur à Varrone de re Ruſt. lib. 3, c. 9. *villatica, ruſtica* ſive agreſtes, & *Africana. Numidia* autem eſt pars *Africæ*, inter Cæſarienſem Mauritaniam & Carthaginienſem regionem. *Gallina* igitur *Numidica*, eadem eſt, quam Varro prædictus

dictus *Africanam* vocat. Sic autem dictæ, quòd primùm in Italiam ex Africa sunt translatæ. Hæ, ut loco citatò ait Varro, grandes sunt, variæ, gibbosæ, & à Græcis *meleagrides* appellantur. Vulgus hodie vocat *gallinas* Indicas. Videndus Vlysses Aldrovandus Ornitholog. lib. 14, c. 4. *Anonymus.* Inter peregrinas volucres, annumerandæ sunt etiam *gallinæ Numidicæ* vel Africanæ, Gallis, *poulles de Guine* dicuntur, quarum olim Romæ magna gratia, hodierna die rarò inveniuntur. Varrone teste, erant grandes, variæ, & gibberæ; gallinas corpore vix excedunt, sed longiora illis crura, plumis variis, quasi guttis distinguuntur, quod Martialis breviter & eleganter expressit.

Et picta perdix, Numidicæque gutta.

Sunt enim pennæ ejus nigræ, albis guttis consperæ, tanta elegantiâ ut spectatores ad se rapiat. inter lautos cibos, nescio an ob novitatem, vel saporis gratiam referebantur, unde Plinius sui ævi gulam reprehendens, quod obviis & præsentibûs contenti non essent, aves ultra Phasidem amnem, & è Numidia petere dicit. hinc Martialis sub lemmate Numidicæ:

Ansere Romano quamvis satur Hannibal esset,
Ipse suas nunquam barbarus edit aves.

Multi easdem, meleagrides vocari credunt, quod ex Varrone colligunt: *Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci, hæ novissimæ in triclinium ganearium introierunt è culina, propter fastidium hominum, veneunt propter penuriam magno.* Columella tamen manifestò, meleagridas à gallinis Aphricanis distinguit lib. VIII, cap. II. Viri docti mendum esse in Varronis verbis credunt, atque interpunctione sola legitimum sensum eruunt: *Gallinæ Africanæ, sunt grandes, variæ, gibberæ: quas meleagrides appellant Græci, hæ novissimæ*, &c. Sed Plinius videtur mihi commodissimè totam litem componere; is enim statuit meleagrides genus esse Africanarum gallinarum, quæ nihil commune habent cum Numidicis; nam quo loco agit de meleagridibus, ne verbum de Numidicis. Ita enim lib. X, cap. XXVI. *Simili modò pugnant, meleagrides in Bœotia. Africæ hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis; quæ novissimæ sunt peregrinarum avium, in mensas receptæ, propter ingratum virus.* Itaque non agit Varro citato locò de *gallinis Numidicis*; non enim sunt grandes & gibberæ: sed solùm de Africanis, quas meleagrides Græci vocant, ut disertè monet Plinius. *Numidicæ* etiam non sunt grandes, vix enim majores sunt vulgaribus gallinîs. sed meleagrides grandes sunt, & gibberæ, &c. Vide Lud. Nonnium de Re Cibaria lib. II, cap. XXV. *Gabbema in demo editis.*

2. *Numidica*] Sic & Tragur. Fragment. posterius, prius *numida.*

3. *gallus spado*] Capus. H. Iunius in Nomencl. Hic nonnulli confundunt capum cum *gallo*, cùm tamen, teste Varrone, in gallinaceo genere villatico, *capi semimares* dicantur, quòd sint castrati. Vnde non simpliciter *gallus* à Petronio usurpatus, sed cum additione dictionis *spado*. Vlyss. Aldrovand. Ornitholog. lib. 14, c. 17. Posterius enim vocabulum tollit prius, sicut cùm dicimus, *virgo corrupta*, *nummus adulterinus.* Erhardus. Quia salacissimum animal [*gallus*] rarò pingue esceret, posteri castrare illud aggressi sunt, libidinis abolendæ caussa, & semimares capos effecerunt, qui maximam gloriam in mensis passim obtinuerunt. Martial. lib. XIII Ep. 63.

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes, nunc mihi Gallus erit.

Petronius Arbiter *spadones* vocat. Martialis lib. III Epigr.

Alius coactos non amare capones,
Et dona matrum vimineo ferunt textò.

Quia enim castrati sunt, usum veneris nesci-

[1] *Ciconia etiam grata,* [2] *peregrina, hoſpita,*
[3] *Pietaticultrix, gracilipes,* [4] *crotaliſtria,*

[1] *Avis*

neſciunt. Caſtratione enim, caro illa fibroſa & dura, humida & tenera efficitur, adeò ut exuta calida & ſicca temperie, acquirant temperamentum prorſus æquabile. Vide Ludov. Nonnium de Re Cib. lib. 11, cap. XXII. *Gabbema in recuſis.*

1. *Ciconia etiam grata*] Scaliger in Catalect. edidit, *Graca*; ad ſimplicitatem priſcam dictum, quæ omnia tranſmarina. *Græca* putabat: placet tamen vulgaris lectio. Barthius Ablegm. Critic. l. 2, c. 18. *Erhardus. Ciconiis* noſtro ævò nemo veſcitur, ob paſtum, quem ex ranis, lacertis & ſerpentibus capiunt. Theſſali etiam quondam illis abſtinebant, ſed alia de cauſſa, quam aperit Plinius lib. x, cap. XXIII. Honos iis ſerpentum exitiò tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eademque legibûs pœna, quæ in homicidam. Principatu Auguſti inceperunt Romani iis veſci, & gruibus prætulerunt, ut auctor eſt Cornelius Nepos apud Plin. citato locò, cujus rei auctorem, ferunt virum Prætorium fuiſſe, quem aliqui Sempronium vel Aſellium, alii Ruffum vocant. Horat. lib. 11 Sat. 11.

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nidò.
Donec vos auctor docuit Prætorius.

Porphyrion ſcholiaſtes, refert Ruffum Prætorium inſtituiſſe ut *ciconiarum* pulli manderentur, illumque, cùm repulſam in Prætura tuliſſet, tale epigramma meruiſſe:

Ciconiarum Ruffus iſte conditor.
Hic eſt duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum punctа non tulit ſeptem,
Ciconiarum populus ultus eſt mortem.

Sed brevi illarum gratia deflagravit; nam ætate Plinii, nemo illas in triclinium recepit; carnes enim concoctu ſunt difficiles malique ſucci, quidam & peſtilentes eſſe judicarunt. *Nonnius.* Idem.

2. *peregrina, hoſpita*] Sic & Phædrus vocat ciconiam *peregrinam volucrem* lib. 1 fab. 26; quam Varro advenam dicit de re Ruſt. l. 3, c. 5. Rittershuſ. in not. Barth. Ableg. crit. lib. 2, c. 18. leg. *grata peregrino, hoſpita.* Raviſ. Textor in Epithet. vel ſine diſtinctione, *grata peregrino hoſpita.* Crinitus de honeſt. Diſcipl. lib. 4, c. 13, Douſa hoc loco, Rob. Tit. Aſſert. l. 1, c. 5. Sed prorſus ineptè, ait *Erhardus.*

3. *Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria*] In componendis dictionibus nimiò plùs ſibi indulſerunt veteres. Hinc *incurvicervicum* pecus, & *rudentiſibilus* apud Pacuv. *repandiroſtrum* & *cortinipotens.* apud Lucil. Laber. de Ariete: *reciprocornem, lanicutem, veſtitrahum.* Nævius in Alceſti, *triſecliſenem, dulcioriloquum*, Neſtorem adpellat. *Camphippelephantocamelos* dixit Lucilius, tranſverſo ordine, ex *hippocampo*, elephanto, camelo. neque ab loco alienum eſt Hegelandri antiqui poëtæ Epigramm. in ſophiſtas.

Ὁ Φρυναπασιδας, ῥινογκωφοπηξογενειος,
Σακκογενειοτροφοι, καὶ λοπαδαιρπαγιδαι.
Γραμματιστὴς ἀλλοι, νηλιπτικμιδολεπαδοι,
Νυκλαθραιοφαγοι, νυκταπαιγωλαγοι.
Μειραξικιξαπάτεις, καὶ συλλαβοπυσιλαοῦται,
Δοξοματαιόστροι, ζηλαρετησιάδαι.

Quod hoc modo vertit Scaliger:

Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,
Manticobarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatquelucernitui, ſuffarcinamicti,
Noctilatentivori, Noctidoloſtudii,
Pullipremoplagii, ſutelocaptiorice,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepi.

Laurenb. *Pietaticultrix* dicitur, ſicut *nemoricultrix* Phædro, *ſylvicultrix* Catull.

Ritters-

[1] *Avis exsul hiemis,* [2] *titulus tepidi temporis,*
[3] *Nequitiæ* [4] *nidum in* [5] *cacabo fecit meo.*
Quo [6] *margarita cara* [7] *tribacca Indica?*

An

Rittershus. Not. in Phædr. De *pietate ciconiæ* S. Epiphan. Physiolog. c. 25: τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτο τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ εὐσεβείᾳ θαυμασίᾳ γηροβόσκει (*Hæc avis patrem & matrem admiranda pietate in senectute alit*). Barthius Ablegm. Crit. lib. 2, c. 18. Non desunt apud veteres, qui referant ipsam ciconiæ imaginem exsculpi olim tolitam super sceptris Regum, quò eorum pietas atque justitia indicaretur. Illud enim de ingenio atque pietate ciconiæ erga parentes vulgatum est; quod etiam D. Ambrosius confirmat lib. 5 Hexaëmer. *Romanorum usu pia avis vocatur, & quod vix uni Imperatori Senatus consultô delatum dicitur, hoc istæ aves in communi meruerunt.* Adde Cœlium Rhodiginum lib. 23, cap. 34. *Ge. Erhardus.*

4. *crotalistria*] A *crotalis* sic dicta, quorum strepitum imitatur, *crepitante ciconia rostro*, ut Ovid. 6 Metam. scribit, & Iuvenal. Satyr. 1.

Quæque salutato crepitat Concordia nidô.

Vbi *Concordiæ* nomine, *coconiam* inteltigit Satyricus poëta. Existimo autem ætate Iuvenalis, in fastigio templi Concordiæ nidum *Ciconiarum* fuisse: ut & hac ætate, in quibusdam templis aliquando Lutetiæ vidimus. *Erhardus.*

1. *Avis exsul hiemis*] Leg. *exulhiemis* in nominandi casu, ut ciconiam appellârit *exulhiemem* una dictione, sicut & *pietaticultricem.* Crinit. de honest. Disc. lib. 4, c. 14. *Idem.*

2. *titulus tepidi temporis*] Ita Iunius emendavit, cùm antea esset *trepidi temporis.* Animadvers. lib. 6, c. 15. Veris enim nuncia *ciconia* est. Ambros. Hexaëm. lib. 5, c. 14. Cassiodor. l. 2, c. 14. Claudius Mamercus de statu Animæ, lib. 1, c. 21. Sidon. l. 2 Ep. 14: ubi Savaro, *titulum* pro indicio posuit. *Id.*

3. *Nequitiæ*] Luxuriæ in epulis: aliàs in venere. *Erhard. Nequitiæ*, dandi casu positum videtur. *I. Dousa MS.*

4. *nidum in cacabo fecit tuo*] Satyrice dictum adversus luxum Romanorum; namque aliàs ciconiæ in altis turribus nidum ponere solent. Ovid.

Gloterat immenso de turre ciconia rostrô.

Et Cœlius Calanus Dalmata in Hist. de Attila Hunnorum Rege: *Ciconiæ, quarum natura est summis in urbium mœnibus nidificare*, &c. &; *Conspexit ciconias, quæ in altis urbis turribus nidificaverant ex more, reportantes pullos suos*, &c. Erhard. *De ciconiarum conditura*, vide quæ ad Horatium notavimus, *Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido Donec, &c.* Dousa. MS.

5. *cacabo tuo*] Tragur. *meo* Tertull. de Iejuniis: *Apud te agape in cacabis fervet.* Paul. L. 18 D. de Instructo vel instrum. leg. *Nec multùm refert, inter cacabos, & ahenum quod supra focum pendet: his aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.* Ex quibus verum ejus usum haurimus. *I. à Wouweren.*

6. *margarita cara*] Nam circa margaritas ardebat insana mulierum superbia, de qua re Rigaltius ad Phædr. lib. 3 fab. 51. *Erhard. Margarita* hîc in plurali accipio, à margaritum veteribus. *Dousa.*

7. *tibi bacca*] Sic juxta utramque edit. Gabbem. quæ tamen in Notis referunt *tribacca*, & Frellon. cum Lotich. Sed Wouwer. alii, codexque Tragur. *tribacca.* Et Tornæs. in-m. *tibi bacca.* idque versum meliùs expedit, quàm *trib.* Hadr. Iunius in Notis Gabbemæ: *tribacca. Tribaccam* dixisse videtur margaritam, quæ tribus *bac-*

cis

An ut matrona ornata [1] *phaleris* [2] *pelagiis*
[3] *Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo ?*
Smaragdum ad quam rem, viridem, pretioſum vitrum ?
Quo [4] *Carchedonios optas* [5] *ignes lapideos,*
Niſi ut [6] *ſcintillent ?* [7] *probitas eſt carbunculos.*
[8] *Æquum eſt induere nuptam ventum textilem,*

[1] *Palam*

dis unionibuſque inauri inſertis conſtabat: ſolebant enim binos ternoſque elenchos (ita vocant margaritas in longum faſtigiatas) aurea bracteâ conjunctos auribûs ſuſpendere. Quod non reticuit Plinius, quum lib. IX, c. XXXV ſic ait: *Hoc digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribûs fœminarum gloria eſt.* At *baccarum* appellatio pro unionibus, vel in illo Virgilii elucéſcit: *collôque monile baccatum.* Wouweren: *Diluit inſignem baccam.* -- Horat. l. 2 Sat. 3. Erhardus:

Nec tibi transfoſſis fixerunt auribûs aurum,
Quæ compenſârent pendentes vulnera baccæ.

Alcimus Avitus de laudibus Caſtitatis.

1. *phaleris pelagiis*] Hieron. *Vt taceam de inaurium preciis, candore margaritarum, rubri maris profunda teſtantium, ſmaragdorum virore, cerauniorum flammis, hiacynthorum pelago,* &c. *Barthius. Phalerapelagia*, ornamenta marina. *Gloſſ. Petron.*

2. *pelagiis*] Manil. l. 5.

Vix quiſquam eſt locuples, oneratur terra profundô.

Barthius. *Profundo*, id eſt, *mari.* Anonym.

3. *Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo*] Douſa P. *indomita*, i. necdum domita, vel ſatiata ſaltem tot ac tam aſſiduis libidinibûs; haud quidem in lecto maritali, ſed verò in ſtrato extraneo, id eſt, apud adulteros. Barthius: *Indomita*, id eſt, ob libidinem equæ indomitæ ſimilis. Horat. de eadem libidine:

Indomitam properat rabiem ſedare.

Iterum Douſa: *Pedes tollere*, idem quod Mart. lib. XI Ep. LXXII.

Protinus accedunt medici, medicaque recedunt,
Tolluntur que pedes: ô medicina gravis. Et:

-- Ille pedem ſuſtulit, hic tunicam.

Cic. Ep. 11 ad Atticum: *Noli, inquam, de uno pede ſororis queri, licet etiam alterum tollas.*

4. *Carchedonios*] Ex Africa, Carthaginienſes. Καρχηδών, όνος, Carthago.

5. *ignes lapideos*] Fulgores gemmarum. Claudian.

-- acies ſtupet igne metalli.

Martial.

Miratur Scythicas virentis auri.
Flammas Iupiter. Barthius.

Manil.

-- Phœbeis certantia lumina flammis.
Gemmarumque illi radiantes lucibûs ignes.

Claudian. in IV Hon. Conſ.

Quis junxit lapides oſtro ? quis miſcuit ignes ?
Sidonii rubrique maris ? --

Hieronym. ad Demetriadem. *Ardentes gemma redduntur ſcintiis.* Wouweren.

6. *ſcintillent*] Tragur. cod. *ſcintillet.*

7. *probitas eſt carbunculos*] *carbunculos.* Sic & Fragment. prius; poſterius--*us.* Theogonetus: σοφία δὲ κρυσταλλος (*Sapientia cryſtallus*). & ipſe Publius: *Frugalitas eſt inſerta fama bona. Inſerta*, ἐμβολιμος. Erhard.

8. *Æquum eſt induere nuptam ventum textilem*] Sic Gabbema, ſeu quem

[1] *Palam prostare nudam* [2] *in nebula linea?*

Quod autem, inquit, putamus secundum literas difficillimum esse artificium? Ego puto [3] *medicum, & nummularium. medicus, qui scit quid homunciones intra præcordia sua habeant, & quando* [4] *febris veniat.* [5] *Etiamsi illos odi pessime, qui mihi jubent sæpe* [6] *anatinam*

quem is quoad textum secutus Don Ios. Anton. Gonsalius de Salas, I. à Wouweren, & reliqui. Tornæs. legit, *Æ. e. enim ducem n. v. t.* in marg. *Æ. e. inducere n. v. t.* Pithœus. Sic ut Pith. c. etiam Fragment. Tragur. prius, alterum pro *ventum* habet *ventrem.* I. Sambucus: *induere nuptam.* Ita leg. suadet ratio carminis. vulg. *inducere.* Ergo *inducere* antiqua lectio; nec ratio carminis obstat, sunt enim jambici Comici. Vt prol. Andriæ:

Poëta cùm primum animum ad scribendum appulit. &c. in quibus -*vv*, *vv*-, pedes alii tralatitii. Wouweren: *Ventum textilem.* Pro *tenuissima veste.* Hieronym. ad Helvid. *Ingrediuntur expolitæ libidinum victimæ, & tenuitate vestium nudæ oculis ingeruntur.*

1. *Palam prostare nudam nebula linea*] En mulier cum veste nuda, adeò amicula olim fuere rara, adeò pellucida. Bellè Athenæus initiô lib. 14. Καὶ σαμβυκίστριαί τινες Ῥόδιαι, ἐμοὶ μὲν γυμναὶ δοκῶ, πλὴν ἔλεγόν τινες ἔχειν χιτῶνας. *Et Sambucam pulsantes Rhodiæ quædam mulieres, quæ mihi quidem videbantur nudæ: ajebant autem nonnulli, tunicis indutas fuisse. Vitream togam*, inquit Varro. Talis vestis antiquitus ἀραχνώδης dicebatur Græcis, id est, aranearum telas quæ imitaretur. Observa ad Eustachium lib. 11 de Amor. Ismen. ubi temperantiæ describit imaginem: Ἀραχνώδης ὁ χιτὼν τῇ παρθένῳ τὸ χρῶμα λευκός (*Tunica virgini aranea coloris albi*). & l. IV. Ait igitur nudas prostare vestibus illîs, quod & meretricum fuisse vulgò est. *I. A. Gonsalius.*

2. *in nebula linea*] Sic vet. lib. vulg. *lunæ.* I. Sambucus. *In neb. lunæ* habet & Fragm. Tragur. Sed hac regione quantitas forsan obest. Tornæs. & Lotich. *in n. linea.* Gabbem. seu Gonsal. Wouwer. alii absque *in.* Sequor hîc quod est fonti pròpius licèt non lîmpidius. *Nebula linea*, pro tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem, nec telæ densitatem, sed nebulæ raritatem æmulatur Turneb. Adv. 1, 15. *Erhard.* Fulgent. Myth. 1. *Astiterant itaque syrmate nebuloso lucidæ ternæ viragines.* Io. à Wouweren.

3. *medicum & nummularium*] puta, *artificium.* Io. Schefferus.

4. *febris veniat*] Celsus III, cap. 12. *Incertum est, quando febris ventura sit.* Plaut. Capt. III, sc. 4. *Illic isti, qui sputatur, morbus interdum venit.* Idem.

5. *Etiamsi illos* (medicos) *odi pessimè, qui jubent anatinam parari*] Lege, *anatinam parare*, id est, jusculis ex anatum carne conficiendis operam impendere. Plutarchus in Catone Majore, notat illum familiam suam, ubi ægrotaret, ex anatum, palumborum & leporum carne salubriter alere consuevisse, quàm ajebat κοῦφον εἶναι καὶ προσφέρον ἀσθενοῦσι (*levem, & convenientem infirmantibus*). In quo etiam Catoni cum Medicis male conveniebat, qui asserunt id genus cibi mali esse succi; durum ac stomacho alienum. Nisi reposueris: Ægrotantibus ideo prodesse, quia parum nutriat, nec per copiam naturæ negotium facessat. *Tilebom.* Abhorrent plerique medicos, quod tetri saporis medicamenta propinare ægrotis soleant, ex absinthio, centaurio,

tinam parari. nummularius, qui [1] *per argentum æs videt.* [2] *Nam mutæ bestiæ laboriosissimæ boves, & oves: boves, quorum beneficio panem manducamus: oves, quia* [3] *lana illæ* [4] *nos gloriosos* [5] *faciunt. Et facinus indignum! aliquis ovillam est, & tunicam habet.* [6] *Apes enim ego divinas bestias puto,* [7] *quæ mel vomunt, etiamsi* [8] *dicuntur*

rio, gentiana, aloë, colocynthide. Ex istis etiam Trimalchio adsuetus dulcibus mellitisque, osor amarorum, etsi salubrium, corrupto judicio. Velim igitur, quod ex edito commodissimè exit, legere *aloëtinam* vel *aloëticam*, & subintelligere *potionem*. Aloën enim in usu quotidiano habitam olim haberique conservandæ sanitati, roborando tono viscerum, humorum vitiis corrigendis, & putredinibus quibusvis prohibendis & expiandis notum est: V. *Gal. l. 6 de simpl. Med. fac. Paulus l. 7, c. 3, & 4; Minder. in aloëdario: Freit. l. 2 auroræ Med. c. 5.* Th. Reinesius.

6. *anatinam*] Hoc suspectum mihi. Scio quidem apud Plautum *anatinam fortunam*; verùm quid huc faciat, non video. Magis forsan est, ut accipiamus de medicamento ad tenendum anum, sive alvum. Nam de eo fuit quidpiam in præcedentibus. *Io. Schefferus.*

1. *per argentum æs videt*] Novit nummum probum discernere ab improbo & subærato. *Idem.*

2. *Nam*] lege, *Sunt*. Io. Caj. Tilebom.

3. *lana*] casus ultimus, cum lana, per lanam, i. e. vestes è lana. *Schefferus.*

4. *nos gloriosos faciunt*] faciunt gloriari nos illis atque superbire. Plautus Pseud. A. 11, sc. 3. *Atque ego nunc me ut gloriosum faciam.* Idem.

5. *faciunt. Et facinus indignum! aliquis ovillam est, & tunicam habet*] pro MSi, & Patav. *faciunt, & f. indignum a. q. esset t. h.* Schefferus: *ovillam esset tunicam.* Scribe totum locum isto modo: *Et, facinus indignum! aliquis ovillam est, & tunicam habet.* Dicit; rem indignam esse, quòd in cibum abutamur ovibûs, cùm illæ vestes nobis præbeant.

6. Apes *ego divinas bestias puto*, &c.] Hæc si compares cum verbis, quæ velut ex naufragio erepta & malè dispositа, infrà leguntur in Fragmento veteri & jamdudum vulgato Petronii. Vbi postquam dixit: *Quod non exspectas, ex transverso fit, & super nos Fortuna negotium curat.* subdit: *Apes ideo pungunt: Quia ubicunque dulce est, ibi & acidum invenies. Semper in hac re qui vincitur, vincit*, &c. Hæc inquam si conferas, non dubitabis profectò prædicare ilico, non alterius Scriptoris, quàm hujus ipsius hoc opusculum esse & haberi debere. Tilebom. Præter Aristotelem & scriptores de re rustica apum naturam diligentissimè executus *Plinius l. xj, capp. quindecim:* post hunc infiniti alii. *Quintilianus* Petronio φυσικόδοντι καὶ μελισσῶν *(de natura apum statuenti)* proximè accedit, *Declam. xiij. Cùm ingenia nostra, quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores proxima divinis credimus, ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur: quid credas aliud quàm divinæ partem mentis his inesse? & quid non divinum habent, nisi quòd moriuntur?* Reines.

7. *quæ mel vomunt*] Plinius xi, cap. 12 de Succo, unde mel conficitur. *In uterculos congestus apum (ore enim vomunt) ad hæc succò florum corruptus*, &c. *Schefferus.*

8. *dicuntur*] MS. *dicitur*. Quæ talia Patavinæ editioni plurima debemus. Vbi verò nihil interesse videtur, nec verbò moneo.

cuntur illud [1] *à Iove adferre* ; ideo *autem* pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi & acidum invenies. † *Iam etiam philosophos* [2] *de negotio dejiciebat, cum pittacia in scypho circumferri cœperunt. Puerque super hoc positus officium* [3] *apophoreta recitavit :* [4] *Argentum sceleratum : adlata est perna, supra quam acetabula erant posita, cervical,* [5] *offla, colaris. Adlata est* [6] *seriſapia, &* [7] *contumelia ærophagiæ, simul datæ sunt & cenchrides cum malo,*

† *Encolpius.*

1. *à Iove adferre*] Pertinet huc illud Virgilii initiô IV Geor.

Protinus aërii mellis cœlestia dona

Exequar. Columella IX, cap. 2. *Ecchemerus poëta dicit, crabronibus & sole genitas apes, quas Nymphæ Phryxonides educaverint, mox Dictæo Specu Iovis extitisse nutrices, easque pabula munere Dei sortitas.* Io. Schefferus.

2. *de negotio dejiciebat*] Non permittebat eis suum facere negocium, sed id sumebat sibi. Respicit quæstiones modò à Trimalchione allatas, de quibus Philosophi agere debebant potiùs, ut ad quos propiùs pertinerent. Dictum autem hoc, quomodo apud Ciceronem, *dejicere de sermone.* Schefferus.

3. *apophoreta*] MS. ad marg. *i. refutata.* Schefferus : *apoph.* munera, nominata in istis pittaciis, quæ non solùm in festo Saturnaliorum, sed & aliàs, quotiens magnum haberetur convivium dabantur. D. Ambrosius in Exhort. ad Virg. *Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum reportare consueverunt.* Idem.

4. *Argentum sceleratum*] sic fuit inscriptum uni ex pittaciis illis, titulus apophoreti, quo significabatur id, quod sequitur, perna scilicet, & cætera ; sed obscurè, ac ambiguè : ut solebat aliquando in talibus. Sueton. August. cap. 75. *Saturnalibus, & si quando aliàs libuisset, modo munera dividebat, vestem, & aurum, & argentum : modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios & peregrinos : interdum nihil, præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus, titulis obscuris & ambiguis.* Id.

5. *offla, colaris*] Sic Pat. edit. MS. absque(,). *Offla*, esto pro offula ab *offa* frustum carnis, jus, pultem, massam significante. *Colaris*, avis ululæ aliisque rapacibus inimica. Exsculpat quod quis valet. Cogitaveram alias *collariam* vinculi genus, à *collum*. Plaut. Captiv. *Hoc quidem haud molestu' st jam, quòd collus collariâ caret.* Schefferus : *offia.* Ita mox : *offlam & tabulas.* & aliquantò inferiùs, *crucis offla.* Num utroque loco corrigendum, *offula ? colasis κόλασις (castigatio).* Sic enim putet aliquis scribendum, quanquam in ipso codice sit *colaris*, non *colasis*. Vt valde dubitem ; cùm præsertim hi tituli sic sint formati obscurè, ut nil certi de iis dici queat. Κόλασις, castigatio, peculiariter refrænatio affectuum.

6. *seriſapia*] Conjecto vilem potum *seri lactis* innui : dictum, ut suprà *seriſapius* pro insipido. *Seriſapia* verò potus, respondet appositæ *contumeliæ arophagiæ, edulio* scilicet *ex lolio.* Sic pro Patav. *seri ſapia :* in MS. enim uno verbo potest legi. Schefferus : *seri ſapia.* Suspicor, scribendum, *seria ſapa.* Seria, vas est vinarium, cujus meminit Terentius, Columella, alii. De sapa Varro I de Vita P. R. *Sapam appellabant, quod de musto ad mediam partem decoxerant.*

7. *contumelia arophagiæ : simul datæ ſunt & cenchrides*] pro Patav. *aecrophagiæ, ſaledatæ ſunt, & cenſus.* & MSi, *aecrophagiæ ſaeldatæ ſunt, & centus.* Quid *arophagia*, proximè dictum. *Cenchrides*

lo, porri, & persica, flagellum, [1] *& cultrum.* [2] *accepit passeres, & scarium, uvàm passam, & mel Atticum,* [3] *cœnatoria &* [4] *forensi offlam, & tabulas: accepit canalem,* [5] *& pedale: lepus, & solea est*

genus accipitrum, aliàs *tinnuncu-* & *tristunculi*: nec his cum *flagel-* *litorali mure, rana*, &c. ut sequi- malè convenire existimo. Est aliquid ponendum pro nihilo, ic via fiat, & tristis desperato- vox deinceps non toties audia- Nec invideo gloriam, quibus lia, habituris juxta tot Interpre- sententias, nobile jam admini- m collationis MSi, & edit. Pa- plus mediorum, & temporis sup- . Schefferi, quod is suppedita- s, cerasum pro *census* vix serò in iensi editione, cùm ego Vpsa- si antè uterer, expressum ani- verti. Sed nec constructio favet, *simul data* legamus; sentioque o numeri multitudinis nomen ctum plurale fuisse, tantò ma- uod *cerasa* voluit dicere non ce- n, (quomodo si quis emenda- ideat, simulque *malis* per me) ac in MS post *malo* (.) sit. de- obscurum quid lateat sub *malo*, lis *porris*, & *persicis* seu Persa- angariis. Cenchrides verò antè st consimiles sibi paratas quasi rias inveniunt. Tilebom. *acro- iæ saledatæ sunt*. An non legen- *ærophagiæ simul datæ*, vel *acræpa-* Schefferus: *& contumelia*. Quid oco facit, contumelia? Num le- um, *centum melcæ?* Melca sanè s est lactarii operis, notissimum dam apud Romanos, ut ex Ga- , Paulo Ægineta, aliisque no- s. Sed nîl definio. *aecrophragiæ, tæ*. In his rursum latêre titulum apophoreti existimo. Ac pri- illud *datæ sunt*, distinctim à is videtur scribendum, ut re- leat superiori, *allata est*. Pro cæ- verò nescio, an legi possit, *acro- us hyle*, vel potiùs, *acrophagia*, seorsum, ut illud *sale* sit, nescio quid, quod titulus iste innuebat dandum. *& census*. Fortè legendum, *cerasum*.

1. *& cultrum*] Ergo *cultrum* quoque rectum est in neutro. Citant sanè Lexicographi hoc fine versum Propertii ex lib. IV El. 5.

Cùm fallenda meo pollice cultra forent.

Sed pro *cultra* apud Gryphium est *claustra*. Alii habent *clatra*, quod & Scaliger retinuit, qui in MS. suo legi ait *culta*. Denique vix cultris locus est in illo versu, ut hoc testimonium non multùm valeat. Observo tamen in antiquis glossis: titulô de Ferramentis: *Cultrum*, μάχαιρα. & in Glossis aliis: μαχαίρια κουρέως, *cultra (tonsoris)*. Habet quoque Glossarium Tyronis & Senecæ, ut appellant. Schefferus. *cultrum*. Id cohæret cum *accepit* in MS. absque distinctione. post accepit (.), & antè nihil usque ad (.) post *malo*: sed punctula in MS. & (:) & (,) significant. quorum vix ullum post *accepit* locum habet.

2. *cultrum. accepit passeres*] Non habet illud *accepit*, quo possit referri. Ergo mutilum & hunc, & sequentem alium huic similem existimo locum. *Schefferus*. Suffeci pro Patavin. (:), punctum. in MS. ut jam dixi, distinctio nulla est.

3. *cœnatoria*] sc. vestimenta. Petron. in editis: *cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus*. Adde Martial. Apoph. 135. *Schefferus*.

4. *forensia*] Et hîc vestimenta sunt intelligenda. Sueton. Aug. 73. *Et forensia autem, & calceos nunquam non intra cubiculum habuit*. Adde & Calig. 17. & Columell. XII, c. 3. *Idem*.

5. *& pedale*] MS. & Patav. *e. pedalem. Pedale* ποδεκμαγεῖον, πόδιον. Gloss. Philox. i.e. quo pedes exterguntur. In Gloss. Cyrilli: ποδεκμάγιον

est adlata : murænam , & [1] litoralem murem cum rana adligatum faſcemque betæ , diu riſimus : ſexcenta hujuſmodi fuerunt , quæ ja [2] ceciderunt memoria mea. Cæterum Aſcyltos intemperantis licentiæ,cum omnia ſublatis manibus eluderet , & uſque ad lacrumas deret , unus ex conlibertis Trimalchionis excanduit , is ipſe, qui ſup me diſcumbebat : &,† Quid rides,inquit, [3] berbex ? an tibi non p cent lautitiæ domini mei? tu enim [4] beatior es, & [5] convivare mel ſoles. Ita [6] tutelam hujus loci habeam propitiam , ut ego , ſi [7] ſecu dum illum diſcumberem, [8] jam illi alapam dum duxiſſem. [9] Bellu pomu

† *Conlibertus.*

pedale. Pedale eſt ſocculus qui pedi inducitur. Cornel. Fronto de Vocabul. differ. *Pedale* menſura eſt pedis. Pedule verò quod pedibus præſtat utilitatem, ut ſcabellum , pedules faſciæ. De la Cerda. Schefferus : *& pedalem.* Quid ? *pedalem.* An rectiùs , *pedulem*; eſt enim hoc inter tegumenta pedum. Cætera, quæ ſequuntur , plane mutilata ſunt.

1. *litoralem* , &c. *adligatum*] pro MS. & Patav. *litteram. — atam.* Reineſius : *literam murem cum rana alligatum.* leg. *litoralem :* hoc enim genus ranis vicinum eſt. Alludere autem ad βατραχομυομαχίαν *(ranarum & murium pugnam)* Homeri voluiſſe inſtitutò hujus apophoreti, nec ipſum incredibile eſt.

2. *ceciderunt memoria mea*] Hoc Patavinus finxit è MSi , *ceciderunt memorie mee.* An ut dicimus *cadere cauſa*, i. à cauſa , ſic *cecid. memoria* , pro è memoria ? vel potiùs legend. *excid. memoria mea , vel memoria meâ ?*

3. *berbex*] MS. in marg. *i. vervex.* Schefferus : *berbex* , hoc eſt , *vervex.* Gloſſæ : ϖρόβατον , *berbex.* Hinc habes *berbicem* , pro *vervecem* in libris optimis Vopiſci , vitâ Aurel. in fine , quod Salmaſius notavit.

4. *beatior*] opulentior , ditior. Vt apud Martialem x Ep. 73.

Sed ſi non fias , quadrante beatior uno.

Item ,

Certent muneribûs beatiores.

Seneca Ep. 45. *Beatum vulgus pellat , ad quem pecunia magna confluit.* Io. Schefferus.

5. *convivare melius*] Tilebom. *convivari.* Schefferus: *convivare mel* convivia lautiùs facere , & plus i pendere in ea ſoles. Ennius in *Malo Hercle ſuò magno convivat , modo.* Sic & alii. *Schefferus.*

6. *tutelam hujus loci*] Deum tu larem. Eſt autem *tutela loci* dicta, *tutela navigii* in editis. Inſcriptio tus apud Gruterum , pag. 105. Deo. tutel. Genio. lo Idem.

7. *ſecundum illum*] juxta , apu lum. Petronius in editis ; *deind remotis omnibûs ſecundum invita conſedi.* Id.

8. *jam illi alapam dum duxiſſem*] MSi , & Patav. *j. i. balatum d.* Sel ferus : *jam illi balatum duxiſſem.* C rige : *jam illi alapam tum duxiſſem dudum duxiſſem. Ducere alapam* , h apud Phædrum noſtrum v, cap. 4, teroſque , quos ibi notavimus.

9. *Bellum pomum*] Suſpicatur Heinſius, *promum.* placet ut ſit re ctus ad liberalitatem ampliorem qua ſuprá. *Schefferus. Bellum pom qui rideat alios* , φυτὸν , *plantam* minem dici : ut & dialecto n εἰς ψόγον *(vituperandi animô)* , ctum , *eine frucht :* ſed hîc præfe legere χλεύασικῶς *(ad ludibrii* prolatum , *Bellum Momum !* q. d

mum, qui rideat alios. [1] *larifuga nescio quis nocturnus, qui* [2] *non let lotium suum. ad summam, si* [3] *circumminxero illum, nesciet a fugiat. Non* [4] *me-Hercule soleo cito fervere,* [5] *sed in molli carne rmes nascuntur. Ridet. quid habet, quod rideat? Numquid* [6] *pater tum emit? Lamia, eques Romanus es.* [7] *& ego Regis filius. Quare go serviviſti? quia ipse me dedi in servitutem; & malui civis Roma- is esse, quam tributarius: & nunc spero me sic vivere, ut* [8] *nemini jocus*

ivum Momum, cui quoſvis car- re & ridere ſolens, *& quavis adſper- e cunctos.* Th. Reineſius.

1. *larifuga*] Mallem, *lucifuga*, ut *nſfuga*. Niſi quis exiſtimet, *larifu- m* accipiendum, pro deſertore la- domuſque ſuæ, vagabundo, er- ne. *Io. Schefferus*

2. *non valet lotium ſuum*] Optimè: omodo Varro IV de LL. *denarii, od denos æris valebant.* Eſt autem aſi proverbiali genere dictum de mine nullius precii. *Schefferus.*

3. *circumminxero*] Paulò pòſt: *at circumminxit veſtimenta ſua.* Sic e- m conjunctim lego ibi, ut hoc lo- . Nam & in pridem editis Petro- us ad hoc exemplum uſurpavit *cir- mamictus, circumtonſus, circumtumu- us*, &c. Scheffer.

4. *me-Hercule*] Occurrit in MSo *me- rcules*, & *mehercule*: quemadmo- um & ap. Cic. qui tamen poſterius æfert, de Oratore: *Libentius dixe- n Mehercule*, quàm--*les.*

5. *ſed in molli carne vermes naſcuntur*] e. ſi nimiùm ſumus remiſſi lan- idique, perdimur. *Mollis caro*, eſt ecida, & humoribûs abundans. uomodo *corpus molle* Celſo uſurpa- t. Vt lib. II, cap. 2. *ſubeunt lippitu- nes, tormina, febres, maximèque in ollioribus corporibus, ideoque præcipuè mulieribus.* Eodem modo *pecus mol- ſſimum*, oves appellavit Columella b. VII, cap. 2. *Idem.*

6. *pater fœtum emit. Lamia, eques Ro- anus es &*] Patav. edit. *p. f. e.? La- a eques R. es, &.* MS. ſupra *lana* habet, *vel lena.* Schefferus: *pater fœtum emit? lana.* Prava eſt hæc diſtinctio. quid enim, *lana eques es?* Itaque illud *lana* conjungendum antecedentibus. Porrò *fœtum lanâ emere* hîc ponitur pro, rem facere ineptam ac ridiculam, credo, quòd lanarum cauſsâ fœtus habeantur educenturque. hic enim fructus eſt ovilli pecoris, ut notum. Tilebom. *fœtum* leg. *fœnum.* Reineſius: *Lana Eques Romanus es.* leg. *Lamia*, & ſic infrà: ubi *deſero lana.* Lamia cognomen Æliorum, à Lamo rege, qui Formiis & Minturnis imperavit, deſcendentium: Horat. l. 3 Od. XVI. *Lamia.* Interlinearis MSi lectio *leva* (forſàn *lana*) ſuper *lana*, emendationem hanc non ſiſtit; nam infrà in ſimili, pro *lana*, nec *leva*, nec *lana* locum habet. videnturque non unius eſſe hæ tales notæ, quæ non ſemper ſibi conſtant, ut conferenti patebit.

7. *& ego*] Iſta mihi lectio non placet. Scribo: *At ego Regis filius.* Sententia: Tu gloriaris, eſſe te Romanum equitem, ego vero nihilô ſum minor, cùm ſim regis filius. Sed objicies fortaſſis, atque dices, ſi es regis filius, quare ergo ſerviviſti? Hoc factum eò, quia civis eſſe malui Romanus, quàm rex tributarius. *Schefferus.*

8. *nemini jocus ſim*] Horatius II Satyr. 5.

--- Hæc mea cura eſt
Ne quid tu perdas, neu ſis jocus --

Cicero Off. pro Flacco: *Num illos putatis, quibus jusjurandum jocus eſt.* Idem.

jocus sim. Homo [1] *inter homines suos* [2] *capite aperto ambulo :* [3] *a sem ærarium nemini debeo.* [4] *constitutum habui nunquam : nen mihi in foro dixit ,* [5] *Redde quod debes.* [6] *Glebulas emi ,* [7] *lamellul parav*

1. *inter homines suos*] Scribendum arbitror, *inter homines vos.* sensus est, non minùs homo sum, quàm vos estis Illud *homo* significanter de libero est positum ; ut suprà , *me hominem inter homines voluit esse.* Servos olim vix in hominum numero habitos, non uno loco Seneca conqueritur. & adde Macrob. 1 Sat. c. 11. *Schefferus*

2. *capite aperto*] liberè, ut me conspicere possint atque contueri omnes. Plaut. Captiv. III, sc. 1. *In tribu aperto capite fontes condemnant reos.* Vult, condemnare liberè , absque verecundia vel metu. Solebant nempe flagitiosi, præsertim verò servi, ob flagitia notati in fronte , velare se, quoquo possent modo. Ita Giton & Encolpius finguntur aluisse crines isto fine, in jam publicatis. Hinc Eumolpus : *Quia nocentes, horridosque habebant capillos , justi squalorem damnatis auferri , simul ut notæ quoque literarum, non adumbratæ comarum præsidiô , totæ ad oculos legentium accederent.* Advocati apud Plautum faciunt id veste , a. III sc. 4 Pœnuli : Ag. *Adeste quæso.* Ad. *quippini ? quin si volet Operire capita , ne nos leno noverit , Qui illi malæ rei tantæ fuimus illices.* Idem.

3. *assem ærarium*] MS. pro Patav. *a, æratium.* Schefferus : *assem æratium.* Hoc non intelligo. Suspicor scribendum , *assem , ceratium* , quasi diceret, non assem , imò ne ceratium quidem. De ceratio nummo habes apud Hottomannum Rei Num. p. 115. Imò potius , *assem ærarium* , arbitror legendum. *Assis ærarius* dicitur , (ut apud Ciceronem pro Quintio , *æraria ratio)* is , qui est æris alieni : unde *ærati & obærati* dicimur. Ciceronis verba hæc sunt : *Hoc eò per te agebatur, quòd propter æratiam rationem non satis erat in tabulis inscriptum , nisi ad Castoris quæsisses, quantum solveretur.* Sicut h *ratio æraria* illa est de alieno æ quantum solvendum : sic *assis æraris* qui de ære alieno , pecuniaque m tuò accepta.

4. *constitutum habui nunquam*] p ta , diem, quo cui litem intenderei Cic. in Ep. ad Marium : *Si quod c stitutum habes cum podagra , fac in alia diem differas.* Schefferus.

5. *Redde quod debes*] Reinesiu Formula est apud *Senecam* 3 *de Ben c.* 14. *Æquissima vox est , jus gentiu præ se ferens , Redde quod debes.* ite Ep. 18. Apud *eundem l.* 7, *c.* 21 , P thagoricus ad sutoris cui quatuor d narios debebat mortui tabernam r versus. *Ille tibi vivit* , inquit ad s psum, *tu illi redde quod debes* , inseru que per clostrum denarios , exige à se pœnas improbæ cupiditatis , alieno adsuescret. Vsus eadem se vus , reposco acerbior , apud *D. Ma thæum cap.* 18, 28. ἀπόδος μοι ὅ , ὀφείλεις *(redde mi quod debes).*

6. *Glebulas*] agellos. Iuvenalis S tyr. XIV.

--- Saturabat glebula talis Patrem psum ---

Apulejus IX Asi. *Iamque totum fr galitate spoliatum , ipsis etiam glebu exterminare gestiebat.* Schefferus. *G bulas.* i. e. terrulas , *l*, 6 *C. Th. de p trocin. Vic. & l*, 51 *C. Th. de Oper. pul* Gr. γηδία , possessiones , teneme ta : nobis *landerey.* Inde glebalis fu ctio , præstatio , pensio , munus gl bale , i. e. onus quod sequebatur gl bam in Legibus Codicum ; Vetus nim Ius Romanum ignorat hoc v cabuli eâ significatione. Græci etia mediorum seculorum βῶλον appe lunt ; unde in *Iuliani Ep. xj; & Syne Ep.* 38 πυλῶνα βῶλου i. e. prædiu seu casamentum paternum. Antiq

gleba

paravi : [1] *viginti ventres pasco ,* [2] *& canem : contubernalem meam redemi ,*

glebam dixerunt, terram ligatam seu cespitem cum herba. *Versificator lexicus manuscr. de Verbis raris : Isidorus glebam terram vocat ; inde glebones :* i. e. γηπόνοι, terricolæ, rustici, aratores. *Th. Reinesius.*

7. *lamellulas paravi*] Has ego lamellulas hic non intelligo. An scripsit, *etiam cellulas paravi ?* Num potius legendum, *famellulas ?* ut sit diminutivi *famella* diminutivum, quomodo mox *pedicellum* usurpat. *Schefferus. lamellulas paravi.* Dediminutivum *lamellula* à lamella, lamula ; hoc à denominativo *lama* ; lama verò lacus, fossa, aquarum conceptaculum, vel collectaculum. In fundorum censu etiam lacus, piscinæ, vivaria erant. In antiquis piarum Traditionum chartis simul exprimuntur *areæ vel ariales terræ, terræ araturiæ cum campis, jugeribus, huphis, de pratis carradæ cum cultis & incultis, viis & invviis, exitibus & reditibus, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus ; molinis ; cum domibus, ædificiis cum omnibus adjacentiis, tum mancipiis & omni eorum supellectile :* hæc enim sunt quæ villam fundumve perficiunt. Glebulis igitur vel terris emtis etiam lamas adjecit Trimalchio. More suo, quo frequenter Diminutivis utitur, de quo suprà. etiam hîc dicit *glebulas, lamellulas*, & mox *pedicellum.* Eum verò è Stoicorum schola accepisse videri potest, qui ut rerum mediarum contemtum aliis persuaderent, etiam ea quæ magna putarentur τοῖς πολλοῖς *(multitudini)* & expetibilia, adpellationibus minutivis extenuabant. Hinc illa apud *Epictetum, & in libris Marci Imp.* ψυχάριον, σωμάτιον, ἀνεμόπιον, σαρκίον, ἀγγελίδιον, οἰκίδιον, ἱπποκάριον, δηλάριον, δοξάριον *(animula, corpusculum, sanguiculus, carunculæ, agellus, domuncula, equuleus, servulus, gloriola).* Aliud spectavit *Aristoteles* jubens in talibus τὸ μέτριον παραπηρεῖσθαι *(medium servare)*, 3. *Rhet.* 2. nim. dum format Oratorem. *Reinesius.* De lama seu lamis unde Dn. Reinesius *lamellulas* deducit, & nescio quibus non promptis formularibûs ac Legendis fragmentum hoc passim in discrimen non necessariò adducit, sic Vossius in Etymol. *Lamæ πηλώδεις τόποι*, ut interpretantur Glossæ Philoxeni. Similiterque Festus : *Lacuna*, inquit, *aquæ collectio, quam alii lamam alii lustrum dicunt.* De ead. voce sic vetus interpres ad illud Horat. Epist. 13, l. 1.

Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.

Lamæ, inquit, *lacunæ majores continentes aquam, pluviam*, &c. Ennius :

Silvarum saltus, latebras, lamasque lutosas.

Sed mihi non videntur *lamellulæ* nostræ esse à lama, sed potiùs à *lamina*, unde *lamella*, hinc *lamellula* ; lamina autem quemvis metalli fructum bracteâ crassiùs in latitudinem ductum significat, possentque hîc *lamellulæ* pro argenteis, æreis, & id genus vasis ac supellectili accipi. Quintil. l. 4, cap. 2. *Tenuem laminam ducere quam calatura altior rumpat.* Vitruv. l. 3, c. 3. *Speculum argenteum tenui lamella ductum.* Sen. *Majorem diei partem in aruginosis lamellis consumit.* Neque hîc Trimalchio loquitur, ut Reinesius tradit, sed alius Sevir : quanquam par omnium ratio seu stylus.

1. *viginti ventres pasco*] Plautus Persâ A. 1, sc. 2. *Nunquam quisquam meorum fuit, quin parasitando paverint ventres suos.* Sen. Ep. 17. *Facile est, pascere paucos ventres.* Schefferus. *Viginti ventres pasco.* hoc de se jactitat, qui herè servus fuerat; aliquâ similis Demetrio Pompei Magni Liberto, qui τότε πάντων, ὡς ἐπ' εἰπεῖν, ἀνθρώπων εἰς Πομπήιον δουλεπόντων, ἐθεραπεύετο παρ' ἀξίαν, μεγα παρ' αὐτῷ

redemi, ne quis in illa manus tergeret : mille denarios pro capite solvi: [1] Sevir gratis factus sum:[2] spero sic moriar, ut mortuus non erubescam. tu autem tam laboriosus es, ut post te non respicias? in alio [3] pediculum vides, in te [4] ricinum non vides? tibi soli ridiculi videmur?

τῶ δυνάμβρῳ (*tunc unus, ut ita dicam, omnium hominum Pompeium sustinentium, immeritò eum colebat, magna sibi tribuens*). *Plut. Cat. min. de quo Seneca de Tranquill. an. c. 8. numerus illi quotidie servorum, velut Imperatori exercitus referebatur, cui jamdudum divitiæ esse debuerant duo vicarii, & cella laxior.* Id. Ep. XVII. *Turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda felicitas. Facile est pascere paucos ventres & bene institutos, & nihil aliud desiderantes quàm impleri.* Reinesius.

2. *& canem: contubernalem* &c. *ne quis in illa*--] *In illa*, seu *eo quod est corporis, juxtave corpus ejus.* MS. & P. *& canem contubernalem n. q. in illius.* Schefferus : *in illius manus tergeret.* Abest quidpiam. Quid? si legamus, *in villis illius manus tergeret?* Illud *villis* potuit omissum esse ob similitudinem sequentis vocabuli, *illius.* Et villos memorat in cane Columella VII, cap. 12, laudatque eum, qui est *amplo villosoque pectore.* Porrò crines vice mantilium fuisse constat vel ex alio nostri loco statim initio, ubi ait : *digitosque paululum adspersos in capite pueri tersit.* Reinesius : *canem contub.* &c. Mirum si *contubernalem* iste *canem* habuit, in cujus villis manus tergeri possent. A librario istud est; nos legamus, *Canim contubernalem* habuisse, eam redemisse, *ne quis in illius capite manus tergeret:* (hoc enim solebant domini, hoc Trimalchio in pueri capite fecerat supra), mille denarios pro ea solvisse: nim. τὸ *capite* loco suo exciderat, in eumque revocandum est. *Canis*, Κανὶς autem q. d. *Novella*, muliebre nomen ex historia sumtum. Fuit hoc nomine Liberta Antoniæ eique à manu, dilecta Vespasiano, *Suet. c.* 3, 21; *& Domit. c.* 12. παλλακὴν (*concubinam*) adpellat *Xiphilinus.* In lapidibus notavi Cænidas, *Æliam, Afiniam, Aureliam, Flaviam, Viniciam. Viginti ventres pasco & canem*, i. ultra 20 homines, etiam canem, seu tot canes: jactanter & Thrasonicè dictum. Quamquam in MS. *canem* cum *contubernalem* connectatur, sic (ut præposui): *canem contubernalem.* Distinctionum verò calamitas in hoc MS. est omnium maxima, ut iis non aliter quàm si id contextus jubeat fidendum. Sic antè, *lana. credrae. piper lacte gallinaceum.* & quis agmina dinumeret. Quod hìc denuo erat monendum.

1. *Sevir gratis factus sum*] Quo respexit Mamert in Paneg. *Refertur nuntius, Consulem me creatu sine impendio.* Anonym, in litt. Lucii Romà.

2. *spero sic moriar*] pro, *spero, quòd sic moriar*, per ellipsin. Terent. Heaut. III, sc. 2. *Non usum veniet spero.* Schefferus.

3. *pediculum*] pro MSi *pediclum*, & Patav. *pedicellum.* Schefferus: *pedicellum.* minimum pediculum. Sic à *catinus* est *catinulus*, contractè *catillus*, indèque *catinellus.*

4. *ricinum*] priori utraque correpta, pro MSi & Patav. *ricium.* Reinesius: *in alio pedicellum vides, in te ricium non vides.* Vt ratio oppositionis sibi constet leg. *ricinum*, quod insectum canibus eorumque plurimùm auriculis pertinaciter inhæret & sanguinem ligurit, tinea canis. *Oct. Horat. l. de Phys. sc.* ex emendatione nostra. Græcis κρότων : *Aristoteli 5 H. An. c. 26 κυνορραίστης*, (*ραίνεται γὰρ τὰς*

mur? Ecce magister tuus, homo major [1] *natu; placemus illi:* [2] *tu lacticulosus, nec mu nec ma argutas? vasus fictilis, imo* [3] *lorus in aqua, lentior non melior.* [4] *tu beatior es? bis prande, bis cœna. Ego fidem meam*

τὰς κύνας πίνοντες τὸ αἷμα αὐτῶν [*perfundunt enim canes sanguinem ipsorum bibentes*]. *Schol. Hom. ad Od.* 12). Infestat etiam pecus armenticium, majus fœdiusque pediculô; eóque significatio proverbii eadem, quæ illius apud Scriptores sacros *Matth.* 7, & *Luc.* 6 de festuca & trabe in oculo, ubi κάρφος (*festuca*) de minore, δοκὸς (*trabs*) de grandiore vitio dicitur. *Horatius* eodem sensu *verrucas* & *tubera* opposuit: *Seneca l. de Vita bea, papulas* & *ulcera.* Idem 2 *de Ira*, 8. *aliena vitia in oculis habemus*; *a tergo nostra nobis sunt*: quæ φιλαυτίαν (*æstimatio amorve sui*) hominum est.

1. *natu*] MS. *natus.*

2. *tu lacticulosus, nec mu nec ma, argutas? vasus fictilis*] pro MSi & Patav. *tu laticulosus, nec munecma arguta suasus fictilis.* Tilebom. An non legendum (pro *munecma*) *Menechma?* Schefferus: *laticulosus.* An ut à *metus*, *meticulosus*, ita & à *latus*, *laticulosus?* non existimo, nec est similis analogia, præterea sensus quoque inconveniens. Cur enim Ascyltos dicatur hîc libenter lætari? Puto planè *lacticulosus* esse scribendum. Glossæ veteres: λειποχάλακος· *lacticularius*, *lacticulosus.* Philoxenus: *lacticulosus*, λειποχάλακος: Est autem λειποχάλακος, sicut λειπόστερνος, quem recens nuperque lac destituit, qui ab uberibus cœpit submoveri, erratque Laurenbergius, quando exponit *subrumem* in glossario, cùm hoc contrarium denotet. Quanquam eum huc induxerit Philoxenus, apud quem *lactiguloſus*, pro *lacticulosus* legitur. Quod cùm fiat C in G mutatô, sicut sæpe solet, ipse vocabulum à *lacte* & *guloso* compositum putabat. Schefferus. *laticulosus.* Sensus quidem non esset inconveniens, si analogia responderet; nam hic Ascyltos *sublatis manibus illusit, ad lacrymas usque ridens.* & dum hæc aguntur, *Giton risum diu compressum*, tandem *effundit.* Vt patet ex antec. & seqq. Placet tamen *lacticulosus*, ob præcedens *magister*, & *major natu.* Pergit Schefferus: *nec munecma.* Scribo divisim, *nec mu, nec ma*, & expono de eo, qui nil possit, nil valeat: quasi diceret, tu qui puer es, & vix ablactatus, nec vales quidquam, audes hæc ridere. *Mu* & *ma* sunt syllabæ sic à sono formatæ, quas infantes primùm edunt. Hinc *mu facere*, quod Charisius exponit *mutire.* Lucilius; *non laudare hominem quenquam, neque mu facere unquam. arguta suasus fictilis.* Corrige: *argutas? vasus fictilis.* Illud *argutas*, hîc est ab *arguo*, pro, traducis & accusas. Nævius: *quando ad ludos venit, alii cùm tacent, totum diem argutatur, quasi cicada.* Plaut. Amph. III, sc. 2. *Stupri, dedecoris à vino argutam meo.* At *vasus*, habes in antiquis glossis *s* σεῦ. *vasus, vasum, vasa.*

3. *lorus in aqua, lentior non melior*] MS. *locus i. a. lentior, n. m.* Schefferus: *lorus i. a.* Petronius in editis: *lorum in aqua, non inguina habet.* Glossæ veteres: ἱμὰς, *habena, lorus, corrigia, hoc lorum.*

4. *tu beatior es? b. p. b. c.*] Sic præter (?), juxta MS. pro Patav. *t. b. es, bis prandebis c.* Schefferus: *bis prandebis cœna.* Perperam. Emenda: *tu beatior es? bis prande, bis cœna.* Si tu, ait, es beatior & opulentior, ergo bis prande, bis cœna; quod nempe fieri non potest. Videtur in animo habere illud Horatii 1 Sat. 1.

Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plùs, quàm meus. ---

meam malo, quam thesauros. ad summam ; [1] *quisquam me bis poposcit ? Annis quadraginta servivi, nemo* [2] *tamen sCIt, utrum servus essem, an liber ; & puer* [3] *capillatus in hanc coloniam veni : adhuc Basilica non erat facta. Dedi tamen operam, ut domino* [4] *satisfacerem,* [5] *homini malisto, & dignitoso,* [6] *cujus pluris erat unguis, quam tu totus es : & habebam in domo, qui mihi* [7] *pedem opponerent hac, illac*

1. *quisquam me bis poposcit*] Post, *poposcit*, punctum interrogationis est scribendum. *Quisquam* est, quisquamne ? an quisquam ? Virgilius lib. XI. *quisquam merito fœdissime pulsum Arguet ?* Illud *poscere* absolutum est, pro pecuniam, aut nummos poscere ; quod usurpavit Cicero in Verrinis : *Magistrum Sicyonum nummos poposcit.* Io. Schefferus.

2. *sCIt*] pro priori *scit*. Schefferus : *tamen scit.* mallem, *sCIt*, h. e. *sciit, scivit.*

3. *capillatus*] Videtur hic, quicunque denique, probare velle, domi quoque pro ingenuo se habitum. Nam vulgò servus nutrire comam nefas fuit, quod jam alii notârunt. Subest tamen id quoque, quod sic ejus erga Trimalchionem officium declaretur, quando *capillati* ferè, qui erant in deliciis. *Schefferus.*

4. *satisfacerem*] Latet nequitia, de qua antè. Petronius, in editis : *rogare cœpi, ut pateretur satisfieri sibi, & cætera, quæ libido distenta dictat.* Noster infrà : *ipsi meæ dominæ satisfaciebam.* Idem.

5. *homini malisto, & dignitoso*] pro MSi & Patav. *h. mali isto & dignitosso.* Tilebom. corrige, *magnifico & dignissimo.* Schefferus: *homini mali isto.* Hoc corruptum est. Suspicor, scripsisse, *malisto*, i. e. maximo, à μάλιστα. *dignitoso.* Philoxenus : *dignitosus*, ἀξιωματικὸς (*in dignitate constitutus*). Reinesius : *homini mali isto & dignitosso.* Ista servus de domino suo : intelligemus quid dicat, si legerimus *macaristo.* Μακαριστὸν vocat opulentum & Fortunæ bonis ornatum abundantemque, & ea re ab omnibus prædicandum beatum. Talis *Xenoph. in apol. Socr.* ἀξιωματικώτατος. *Dignitosus* est qui aliis *dignitarius axiomaticus*, ὁ σὺν τέλει, ἀνὴρ ἢ λογάδων. Vtitur *Aldhelmus de laude Virginit. c.* 28 pro eximio, singulari ; *dignitosa innocentiæ palma* ; ubi de Abele. Vt à vocabulo *dignitas dignitosus* sequioribus seculis ; ita à *dignus dignosus, à dignatio dignatiosus* formavere dixeréque pro æstimato, honorato, culto, τιμῆς μεστός. Dignatio verò pro precio, æstimatione, honore, gradu dignitatis, auctoritate, puræ latinitatis vocabulum est apud *Cicer. ad Att. Plin. lib.* 14, *c.* 7; *l.* 35, *c.* 10 : *Sen. Contr.* 2: *Tac.* 1 *Histor.* 53, 3, 81: *Sueton. Galbâ cap.* 7: *Symm. l.* 2 *Ep.* 62, 67: *l.* 9 *Ep.* 110. *Ennod. l.* 11, *Ep.* 18. *Pro dignitosso* bene reponi posset *dignissimo*. sed inducias facit Grammaticus Alexandrinus, laudatus Scheffero, Philoxenus.

6. *cujus pluris erat unguis quam*, &c.] Simile huic istud Rabbinorum priscos ad novos æstimantium *in l. Ioma*; *melior est unguis priorum, quàm venter posteriorum.* Th. Reinesius.

7. *pedem opponerent*] supplantare me studerent. Ovidius IV de Ponto, El. 6.

Perstat enim Fortuna tenax, votisque malignum
Opponit nostris insidiosa pedem.

lac, tamen (genio illius gratias) enatavi. [1] *Hæc est vera: athletam in ingenuum nasci tam facile est,* [2] *quam accede istoc. Quid nunc stupes,* [3] *tamquam hircus mercurialia?*

† *Post hoc dictum* [4] *Giton, qui ad pedes stabat, risum jam diu compressum etiam indecenter effudit; quod cum animadvertisset adversarius Ascylti, flexit convitium in puerum: &* ‡ *Tu autem, inquit, etiam* [5] *tu rides cæpa cirrata? O Saturnalia!* [6] *Rogo, mensis December*

† *Encolpius.* ‡ *Conlibertus.*

1. *Hæc est vera: athletam in ingenuum nasci*] pro Patav. *Hæc sunt vera, athlanam i. i. n.* & MSi, *hec est vera. a. i. i. n.* Schefferus: *Hæc sunt vera, athlanam.* Scribe: *Hæc sunt vera athla. Nam,* &c. ἄθλα, munera, quæ victoribus certaminum publicorum dabantur. Nam præcesserat, de supplantatione, *in ingenuum nasci.* Nescio, an prius *in* abundet. Nam & Tertull. de Carne Chr. c. 3. *Deus nasci in carnem erubescit?* Suetonius hac forma *subjici in servos* dixit, vitâ Titi cap. 8. *Hæc est vera* scilicet *sententia, ratio, narratio,* similéve quid. Vt suprà, *quibus pra mala sua* (sc. *sorte*) *cornua nascuntur.* &, *laborat hoc tempore patria; nec hoc sua (culpa).* Quæ hujusmodi vocum detentiones & intempestivæ ellipses idiotis propriæ, ut perbellè in Thrasone apud Terentium observare est, notante Farnabio. *Athleta*, hîc quilibet certator, homove gnavus. Suidas: ἀθλητὴς πολέμων, *qui bellô decertat.* Qui in aliquibus rebus, cæteris antecellit, ut probat Victorius l. 24, c. 9 ex Varronis 2, & 3.

2. *quam accede istoc*] Puto corrigendum, *quam accedere istoc.* Schefferus. *Tam facile est, quàm accede istoc*, i. dicere *accede istoc.*

3. *tamquam hircus mercurialia*] pro MSi, & Patav. *merculia.* Schefferus: *tamquam hircus merculia.* Quid hic est, *merculia?* Subdubito annon fuerit, *Mercurialia.* Invenio enim *Mercuriale*, pro eo, quod Græci vocant ἑρμεῖον, acervumque lapidum significat in via publica, vel saxum, quo indigitatur rectum iter. Sic proverbium erit de eo, qui ad rem ignotam stupet.

4. *Giton*] γείτων, *vicinus.* pro MS. & P. aliorumque *Gyton.*

5. *Tu autem i. etiam t. rides cæpa cirrata*] pro Patav. *T. a. i. e. t. r. cepa pirrata?* & MSi, *T. a. i. etiam turdes cepa, pirrata. Caparum* sunt capillamenta, seu cirri: *cæpa* mordaces: hinc duplex convitium. Tilebom. *pirrata*, leg. *pyrrhata.* Schefferus: *tu autem rides.* Apulejus IX. *tu autem, inquit, tam mollis ac tener, mulieres appetis? cepa pirrata.* Hoc est precii nullius. An scribendum, *cepa capitata?* Plinius 19, cap. 6, ubi loquitur de cepis: *Alterum genus capitatæ, quæ ab æquinoctio auctumni feritur.* Num potiùs *pirra*, à Græco πυρρὸς h. e. *rufa.* Mallem ego *cepa piperata.* Reinesius: *cepa pirrata.* Trajectus consonantium *c* & *p* in vocula dissyllaba factus à librario est; Petronius scripserat, *pica cirrata*, quòd est convicium geminum in puerum jactum ab irato; alterum à moribus, quòd esset garrulus & importunus blatero; alterum à cultu seu habitu, quòd cirros gestaret: utrumque adolescentibus scholasticis proprium. Ἀδολεσχεῖν (*loquaces*) enim & libenter nugas garriunt. *Martialis* hoc dicit de *matutini magistri cirrata caterva* lib. 9 Epigr. 30. Iidem φιλοκόμοι & φιλόκομοι, cirros amabant; & sic distinguebantur ab ignobilibus, vulgaribus: ideo *cirratos*, dixit *Persius Sat.* 1, *v.* 29. Sunt autem cirri crines plexi tortique in botryonem collecti & nodô invertice religati. Græci hoc ornatûs

cember est? [1] *Quando vicesimam numerasti?* [2] *Quid faciat crucis offla? corvorum cibaria. Curabo jam tibi* [3] *Iovis iratus sit, & isti, qui tibi non imperat. Ita satur pane fiam, ut ego istud* [4] *conliberto meo dono; alioquin jam* [5] *tibi depræsentiarum reddidissem.* [6] *Bene nos*

ornatûs capillitii genus μαλλὸν, in fœminis κόμμωτον, in viris κρώβυλον, in pueris σκόρπιον nominarunt.

6. *Rogo, December est*] Decembri Saturnalia agebantur, quæ nihil aliud erant quam privatæ publicæque epulæ, & continuæ inter omnem licentiam lasciviamque comessationes. *Sen. Epist.* 18. *December est mensis, quo maximè Civitas desudat. Ius luxuriæ publicæ datum est: ingenti adparatu sonant omnia.* Servi tum liberrimè agebant: V. eundem Ep. 47. *Th. Reinesius.*

1. *Quando vicesimam numerasti*] Quænam hæc vicesima? num mensis Decembris, de quo anteceſſit? Puto planè, quia illa die Saturnalia finiebantur. Vt sit sensus: quando tibi tandem desinunt esse Saturnalia? *Io. Schefferus.*

2. *Quid faciat crucis offla* &c.] Patav. edit. *Q. f.c. o.c. cibaria?* MS. citra (?). Schefferus: Nescio, an rescribi debeat: *quid facias crucis offla? corvorum cibaria? offla.* Id est, *offula.* Reinesius: *crucis offla, corvorum cibaria?* Convicia sunt in hominem perditum perdendumque: an à nostris accepta, qui talem patibulo victimam & corvis escam destinari dicunt? *Plautus* tamen ferè talibus usus est. Alioquin ista mastigiæ temulenti invectiva rustica, insulsa prorsus & illiberalis est, jocisque ad obscœnitatem usque petulans: spargit simul ænigmata, nim. cum rhetoricari incipit supra, quibus quærendus Oedipus, si tanti visa fuerint. Ad ea vero ulcera, quæ sanis librarius adfricuit, alius pelvim & spongiam poscceret, ne ita malè cohærentibus diffluxis & diffractis concinnandis operam ponere cogatur.

3. *Iovis*] MS. *jovis nominat. casus.* in margine. Schefferus: *Iovis*, ita Plautus, Apulejus, Martianus, alii. Vocabularium vetus, titulô, Deorum nomina. *Iovis, ζεύς.*

4. *conliberto*] pro MSi, & Patav. *cum liberto.* Schefferus: *cum liberto meo dono.* Scribe, *conliberto meo dono.* i. e. ipsius gratiâ te nunc non accuso, apud Iovem. i. e. Herum. Noster in jam editis: *quicquid ergo est, dono vobis.*

5. *tibi depræsentiarum*] pro MS. & Patav. *de præsentiarum.* Tilebom. *Voce unica & adverbialiter sumpta hoc intelligendum. Sic apud Æmil. Probum, seu Cornel. Nepotem, quem Muretus appellat mundissimum & castigatissimum Scriptorem, in Vita Hannibalis*, inpræsentiarum *fumitur.* Cùm hoc, inquit, exhaustis jam patriæ facultatibûs, cupiunt inpræsentiarum bellum componere, quò valentior postea congrederetur. *Et ita Cornelius Tacitus, Aul. Gellius, Alii.* Schefferus: Quid est, *de præsentiarum?* an formatur ita, ut, *impræsentiarum?* num scribendum, *tibi idem præsentarium reddidissem?* Plautus Mostell. III, scen. 3. *nunc ferat sex talenta magna argenti pro istis præsentaria.* Ita alibi. Sed *de præsentiarum* habes & inferiùs, ut nil temere sit mutandum.

6. *Bene nos non habemus, aut isti Getæ*] pro Patav. & MSi, *B. nos. h. a. i. genge* (MS. *geuge*). Schefferus: *bene nos habemus.* Suspicor abesse quippiam, & scribi oportere, *bene nos non habemus, aut.* Quomodo Martial. 11 Epigr. 4. *Ne valeam, si non,* &c. formula comminantis: aut male agetur nobiscum, aut hoc efficiemus. Seneca Epist. 24, de Scipione: *ferro se transverberavit, & quærentibus, ubi Imperator esset: Imperator, inquit, bene se habet. Bene nos non habe-*

nos non habemus, aut isti Getæ, qui tibi non imperant. plane, [1] *qualis dominus talis & servus. Vix me teneo; & sum natura* [2] *caldus: ciceræ jus cum cepi matrem meam dupondii non* [3] *facio. Recte; videbo*

habemus, hîc asseverantis est cum stomacho. Porrò Schefferus: *genge*. Hoc quid sit, haud excogito. convitium latere aliquod videtur. Priusquam de MSo constaret, post Schefferum: *genge*. Num *gangræna?* aut servile apud Athenienses nomen *Getæ?* an verò propter risum, unde hoc convitium procederet, quasi *gengibiæ?* Gloss. *Gengibiæ, γλαι οδόντων, extima pars dentium. γιγίδιον agreste oleris genus staphylino seu pastinacæ simile. γιγλεξ, mus agrestis. γίγρη tibia stridula, atque mœsta.* stridula cùm riderent, mœsti cum increpiti silerent. Conjectiunculæ sunt, ut aliis rimandi ansa præbeatur. Reinesius: *isti genge, qui tibi non imperant*. Minatur non puero corrixanti tantùm, sed & dominis ejus, quos ironicè vocat *gennæos*, γενναίους: nisi Pluralis jacet pro Singulari. Legendum enim, *aut isti gennæi, qui tibi non imperant*, i. e. qui non prohibent, qui indulgent tibi, ut te mihi opponas. Γενναῖος, Γεννάδευ, (*generosi*) dicuntur cum sale, ut Egregii: eademque figura qua θαυμάσιον (*admirandum*) *Synesius*, & θεαστέον (*divinum*) *Theophyl. Dimoc. in Epp.* καλὸν (*bonum*), & δαιμόνιον (*beatum*) alii, quem derisum, carptumque volebant, adpellarunt. *Getæ*, h.e. servilis ac stupidi ingenii. & subintellig. *sint*.

1. *qualis Dominus*] Vide Sidon. 11 Epist. 11, ibique Savaronem. *Schefferus*.

2. *caldus: ciceræ jus cum cepi*, &c.] pro Patavino, *cicer ejus cum cœpi*; MSi, *c. e. c. cepi*. Schefferus: *caldus*. iracundus. Horatius 1 Sat. 3.

Caldior est: acres inter numeretur. -- *cicer ejus cum capi*. De cicere sic Plinius lib. 18, cap. 12. *Ciceris natura est, gigni cum falsilagine, ideo solum urit*. An, quia hoc proprium ciceris, ut *solum urat*, ideo hîc, *cicer capere*, est materiam irarum habere? Vix persuadeo mihi, & de lectione ista vehementer dubito. *matrem meam dupondii non facio*. neminem respicio aut curo, ne ipsam quidem matrem meam. Ita Plautus Captiv. 3.1. *neque ridiculos jam teruncii faciunt*. Reinesius: *Vix me teneo; & sum natura caldus: cicer ejus cum cœpi matrem meam dupondii non facio*. Prædicat homuncio sui animi generositatem, τὸ ἀποτομον, strenuitatem & fervorem in omnibus, etiam τοῖς ἀνοήτοις (*stultis*), quem crescere sibi dicit à sumto jure ciceris; hoc enim sic incalescere, ut neminem timeat, respiciat neminem, ne matrem quidem suam. Sic igitur constituenda lectio est: *Ciceræ jus cùm cepi*. (accepi.) Cicer, cicera, διπλίσιον (*duplicis inflexionis*), πληθυντικῶς (*in plurali*) cicera, ciceres. Τῷ *cicera* ἑνικῶς (*in singulari*) utitur *Colum. lib. 22, c. 11*. & servarunt *Ruellius lib. 2 de nat. Stirp. 36: Bruyerin. 7 de re Cib. c. 5: L. Nonn. 1, c. 10*. Ejus facultates præter cætera, generare flatus, valde nutrire, esse ζημιωτικὸν τὸ σπέρμα, i. e. facere ut intumescant carnes, secundum Dioclem apud Athen. in 2; augere proventum genituræ, & Venerem stimulare. Ideoque perorigæ cicer solent objicere equis admissariis ἐν ὥρᾳ ὀχείας (*in æstu*), ut eo cibatu roborati operi sufficiant: notavit Galenus 1 de Alim. facultat. Satìs pellucet ex Arbitri genio hujus cœni nequitia: non opus est rimatu.

3. *facio. Recte; videbo te in publicum: mus, imo terra tuber*] pro Patav. *facio: recte videbo te stu .... publicum mus, imo terra t.* MS. *facio recte. videbo te in publicum mus ymo terre t. in publicum*. Pro, in publico. Plaut. Mostell. *in pectus consilia instituit*. i. *in pectore*. vel etiam

debo te in publicum : mus , imo terræ tuber. Nec sursum [1] *nec deorsum crescam , nisi dominum tuum in rutæ folium conjecero : nec tibi parsero, licet me-Hercules* [2] *Iovem Olympium clames : curabo,* [3] *longe*

etiam aliquid subintelligi potest, *prodeuntem*, &c. Tilebom. *rectè videbo te stu* * * *publicum Mus : Imo terræ tuber. nec.* Sic putârim id esse legendum. *rectè videbo te stupere , publicè mus , imo terræ tuber. Nec.* Schefferus : *terræ tuber.* fungus. Petronius alibi : *at nunc lævior are, vel rotundo horti tubere.* Martiali memorantur frequentissimé. Reinesius : *Rectè videbo te stu . . . publicum, mus, imo terræ tuber.* Lego. *Rectè ridebo te , stuprum publicum.* Culcitam vulgarem & muliebris patientiæ masculum scortum dicit ; tum *mus* , etiam hoc in contemtum: *mures* enim opici & curantur à nemine ; tantùm sunt ut obterantur ; liceat tamen etiam interpretari lutum , limum : *mus* enim terra : *Isid. Orig.* 20 , *c.* 3. *terræ tuber* , vel pro fungo , qui terræ ἔκτρωμα *(abortivum)* potiùs quoddam est, quàm verum ἀπογέννημα *(germen)* : vel pro vomica & absessu, qui corporis naturalem ὄγκον *(gravitatem)* & habitum deformat & vitiat, capipotest.

1. *nec deorsum crescam , nisi dominum tuum in rutæ folium conjecero : nec tibi parsero , licet*] pro Patav. & MSi , *nec deorsum non cresco , nisi d. t. in r. f. non conjecit : nec tibi par ero , licet.* Schefferus : *nec deorsum non cresco.* rursum formula , sub execratione sui communantis. Itaque negativè debet accipi. Vt in illo Virgilii Ecl. IV. *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus. non conjecit.* Sensus postulat, *conjeci. nec tibi par ero.* Interrogationis signum hic ponendum post *ero*. Quid, ait, ego, qui dominum tuum coërcui , & obsequentem mihi ad omnia feci, an te compellere ad officium nequeam ? Tilebom. *Rutæ folium non conjecit : nec tibi par.* scribas velim : *rutæ folium conjeceris. nec non tibi par.* Reinesius : *nec tibi par ero.* Lego *nec tibi parsero*; omnia enim ista minantis sunt.

2. *Iovem Olympium*] Sic MS. pro Patav. *Olympum.* Schefferus : *Olympum.* Olympum aliquando pro Iove poni notum est , sed hic lege , *Olympium.*

3. *longe tibi sit comula ista betalis*] Schefferus : *longe tibi sit.* abiit abs te, eâ careas , eâ priveris. Martialis l. 1 Epig. 87, de Novio :

Tam longè est mihi, quàm Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.

Ista betalis. hoc quid sibi velit , aliis cogitandum relinquo. *Betalis*, an denominativum à *beta ? betizare* apud Suetonium in August. c. 87. *languescere , effeminari* ; & *betæ* homines *molles* atque *cinædi* Diogeni. Vnde Catullus :

Languidior tenerâ cui pendens sicula beta.

Nam *betaceus* , quod hodie adjectivum , pro *parva beta* substantivè usurpatum. G. I. Voss. ex Charis. & Prisc. *De Dupondiario*, quod sequitur, habuimus suprà, & recurret in Fragm. fine. Reinesius : *curabo longè tibi sit comula ista betalis :* i. e. faciam, comatule calamistrate, ne ultrà tibi sic placeas vel superbias ob *comam* istam tuam similem *betæ* ; possumus intelligere vel crispam (confundit n. hic scriptor, quas medici accuratè distinguunt, *betam* & brassicam : hujus speciem quandam crispam vocant ob folium, *Plin. lib.* 19, *c.* 8. vel mollem, diffusam, & pendulam ; quo sensu *Tibullus* 2 *El.* 3, molles capillos : & *Mart. lib.* 4 *Ep.* 42 molles comas dixit. *Betæ* etiam virtus primaria mollire. Sin legamus *pedalis* , promissam illam & muliebrem interpretabimur.

ge tibi sit comula ista betalis,& dominus dupondiarius. [1] *Recte venires sub dentem ; aut ego non me novi, aut* [2] *non deridebis* [3] *licet barbam auream habeas.* [4] *Sagana tibi irata sit curabo,& qui te primus* [5] *condocefecit : non didici* [6] *geometricas, criticas,& alogus nanias,sed* [7] *lapidarias*

1. *Recte venies sub dentem*] Illud,*rectè*, est verè, omnino, penitus. Vt in illo Plauti Bachid. 2, scen. 2. *Ille est oneratus rectè, & plus justò vehit.* At *venire sub dentem* ille intelligitur,qui incidit in iratum,& mordentem. Penè illo modo, quo Augustus *esse sub maxillis* dixit apud Sueton. in Tiber. c. 21. *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Io. Schefferus.

2. *non deridebis*] absolutè. Terentius Adelph. v, scen. 3. Mic. *Derides fortunatus, qui istoc animo fies.* Schefferus.

3. *licet barbam auream habeas*] i. e. deus sis. Nam deorum simulacris barbas addere solebant aureas. Sic habes barbam auream Æsculapii apud Val.Maximum lib.1, cap. 2; Iovis, apud Sueton. Calig.cap.52. Persius communiter commemorat in omnibus, si quid feciſſent gratum & honore dignum Sat. 2, v. 58.

Præcipui, ait, *sunto, sitque illis aurea barba.* Idem.

4. *Sagana*] pro MS. & P. *Satana*, quod irrepsit quemadmodum pro *venabulis, venerabilis*, pro *ab asse, abbas*; aliáque forsan similia ecclesiastica. Schefferus: *Satana.* nomen mulieris. Reinesius: *Satana tibi irata sit curabo.* Stupor Librarius Satanam cogitavit, fortassis parum meminens DEI, & penè nobis, ut Petronium hunc inter Christianos numeraremus, persuaserat. Sed bene habet mala ejus scriptura ; satis intelligimus artes, quas ubique prodit. *Saganam* debuit dare. Minatur servus alteri iras & maleficia Saganæ, quæ venefica erat, potens nimirum *carminibus versare atque venenis humanos animos*, ipsis quoque corporibus inferre noxas : traxit hoc Petronius ab *Horatio*, qui Saganam Canidiæ sagæ non minùs famosæ & terribili sociam jungit 1. Sat. 8 ; & Epod. 5.

5. *condocefecit*] pro Patav. *decero defecit* ; & MSi *deuro d.* Schefferus : *& qui te primus decero defecit.* Hæc sunt pessimè corrupta,nec quid sibi velint, nunc excogito. Reinesius : *qui te primus decero defecit.* leg. *& ei qui te primus condocefecit.* Præcipuè enim, ut patet è seqq. magistro hujus discipuli indignatur, ut qui talem formasset cum inconcinnis moribus & petulante lingua.Est autem Verbum istud dignum Petroniô, quippe *Ciceroni in 4 Tusc. & 1 de nat. D.* usurpatum, relatumque *à Nonio M. c. 2.* quod librarius corrupit sic, ut tamen veræ lectionis manifesta vestigia in depravata observari possent. *& qui te primus condocefecit.* τῷ ei, ante *qui* non est usus, affectus irati absorpsit.

6. *geometricas, criticas, & alogus nanias*] pro Patav. *geometras, cretica, & alogias menias.* & MSi, *geometrias* (vel *geometricas* (compendio enim quodam τὸ *i* suprà sistitur) *c.e.a.m.* Schefferus : *geometras, cretica, & alogias menias.* Quid hoc est verborum ? An legendum, *geometricas, creticas, & alogus nanias.* De Geometrarum paradoxis res est nota. Cretensium fabulæ mendaciáque proverbiô circumferuntur. Tilebomenus:*Geometras,cretica,& alogias menias*,lege: *Geometriam,criticen,& alogias meras.* Vbique & veteris & novi hujusce Fragmenti,sui semper similis exiſtit Petronius, ætatis suæ barbariem seu ingenuarum disciplinarum contemptum, adeóque mores ab antiquis mutatos pessimè, persequendo

atque

pidarias scio, [1] *partes centum dico, ad æs, ad pondus, ad nummum.* [2] *ad summam:* [3] *si quid vis, ego & tu, sponsiunculam ecce defero, Lamia.*

Iam

atque deprimendo: Illic, postquam Eumolpus pulcherrimarum Artium vicem doluit, ita emovetur & quærit: *ubi est Dialectica? ubi Astronomia? ubi Sapientiæ consultissima via? Quis unquam venit in templum, & votum fecit, si ad Eloquentiam pervenisset? Quis si Philosophiæ fontem invenisset? Nec mirum: cùm iis omnibûs formosior massa auri videtur,* &c. Hîc verò, hoc est in Novo, easdem Artes subsannat puer seu servus, atque Geometriam & Criticen, ac gloriatur se *lapidarias tantùm scire literas*, partesque centum ad æs dicere, ad pondus, ad nummum. Ita scilicet & eo fine ni fallor, fiebat, uti Principis & Amicorum suorum vitia laterent, *Literæ enim* (quemadmodum referebat quidam vir doctus, Majorum temporibûs) *sunt quædam veluti specula, quibus Malorum vita obversa atque admota, cùm est turpis, flagitiosa, & scelerata; talis etiam conspiciatur. Hoc eos malè habet: atque hoc potissimùm nomine Literas & Literatos non modò dente rodunt; verùm etiam omnibus machinîs expugnant. Nam viri boni & abstinentes, & justi & innocentes, & integri & puri literas amant atque amplectuntur: Literatis favent ac suffragantur. Improbi, injusti, prædones, sicarii, avari, sacrilegi, impuri,*

Omnes hi metuunt versus, odere Poëtas,

inquit Horat. Omnes hi literis & doctis hominibus bellum inexpiabile semper indicunt. Quò magis, inquit *Tacit. Annal. 4 socordiam eorum irridere lubet, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam. Nam contrà punitis ingeniis gliscit auctoritas: neque ii, qui malè vixerunt, aliud nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere.* Porrò Critice, cujus hîc meminit Petronius, ad Grammaticam pertinet; cujus quidem tres sunt Partes: prima τεχνικὴ (*artificialis*) vocatur: ἱστορικὴ (*historica*) autem secunda: tertia ἰδιαιτέρα (*magis propria*). Et illa non omnium, sed pauciorum est. Neque in quibuslibet auctoribus versatur, sed in nobilissimis, ut alicubi disputat eruditorum ocellus Iustus Iosephus Scaliger.

7. *lapidarias literas*] Eas, puto, intelligit, quas lapidarii incidunt saxis ac lapidibus. *Schefferus.* Per *lapidarias literas* quid velit hîc Auctor si quærat aliquis. dicam, meo quidem judiciô; nihil aliud nempe, quàm Basilicas, Domos præclaras, Insulas, Villas rusticas, Nummos & similia id genus, illum innuere. *Io. Cai. Tilebomenus.*

1. *partes centum dico, ad æs, ad pondus*] Integra hæc esse vehementer dubito, sensum certè extrico nullum. *Schefferus.* Repete quæ suprà Reînesius ad verba, *jam 4 partes dicit.*

2. *ad summam*] Familiare hoc nostro, cùm claudere vult sermonem & præmissis cumulum addere, repetit *ad summam. Plin. l. 5 Ep. 6. In summa:* Marc. *Empir. cap. 9 ad summam:* itaque *Sen. Ep. 31.* τὸ ᾗ ὅλον *Theophr. 2 Hist. plant. c. 1:* ὅλως *Aristot. 2 Rhet. Lucian. in bis Accus.* item καθόλου, τὸ τελευταῖον· συνελόντι· ἐν ἐπιτομῇ. Th. Reinesius.

3. *si quid vis, ego & tu, sponsiunculam ecce defero, Lamia*] pro Patav. *si q. vis ego, & tu, sponsiunculam exi de fero lana.* Sic & MS. nisi quod *lanna*, vel *lamna* possit legi, compendio incumbente super *n.* Tilebom. *Ego & tu sponsiunculam exi defero lan.* Hîc neque pedem neque caput animadverto. Confusa omnia. Eritne aliquid lucis, si legas? *Exi tu & ego sponsiunculam defero, Lana.* Qui ἀγχινοίᾳ (*propinquitate mentis, & sollertia*) præpollent vegetiore atque præsentiore, summam adhibeant. Schefferus:

Iam scies patrem tuum mercedes perdidisse ; quamvis & Rhetoricam [1] *scio. Ecce quidem nobis longe nemo : late venio. Solve me, dicam tibi, qui de nobis currit, & de loco non movetur : qui de nobis crescit, & minor fit. Curris, stupes, satagis, tamquam mus in* [2] *matella. Ergo aut tace, aut* [3] *meliorem noli* [4] *molestare,* [5] *qui te natum non putat ;* [6] *nisi si me judicas* [7] *anulos buxeos curare,* [8] *quos amicæ tuæ invola-*

ferus : *si quid vis ego, & tu.* Corrige, ac distingue : *si quid vis, ego & tu, sponsiunculam ecce defero. Sanè, jam scies.* Si, ait, vis, certabimus ego & tu inter nos, defero sponsionem. *Deferre sponsionem* puto dici, ut *deferre optionem.* Alterum habet Plautus Aulul. II, sc. I. *impera, si quid vis.* Item *si quid vis, roga. Lamia* Reinesii est, & habuimus suprà.

1. *scio. Ecce quidem nobis longe nemo: late venio. Solve me, dicam*] juxta MS. pro Patav. *scio: e. q. vobis longe venio, l. venio, solve me : d.* Verba glorioſi & Thraſonicè ſua prædicantis,

An neſcis longas regibus eſſe manus ?

Horat. Schefferus ad Patav. *ecce quidem vobis.* Non placet illud *quidem.* Suſpicor ſcribendum, *Ecce, qui dem vobis, longe venio.* Illud, *qui dem vobis,* ponitur ambiguè, quoniam præceſſerat & de ſponſione, & de pœnis ; nam & pecunia, & malum dicitur cui dari. *longe venio.* ut *longè ſum*, apud Cæſarem, Virgilium, Ovidium, alios. Vide Muretum x Var. cap. 4. *Solve me : dicam tibi.* Etiam hæc valde ſunt obſcura. Puto autem ante illud *ſolve*, punctum oportere ſcribi, & mox comma. *Solve me, dicam*, pro, ſolve me, & dicam ; ſi tu me ſolves, dicam. *Solvi* dicitur hoc loco, ut opinor, qui cùm antè teneret ſe, nec loqueretur, provocatur quacunque de cauſſa ad ſermonem. Ita *ſolvere ora* dixit Ovid. I Met. v. 181.

Talibus inde modis ora indignantia ſolvit.

2. *matella*] Nonius in de generibus Vaſorum : *Matella, aquarium vas.* Io. Schefferus.

3. *meliorem*] fortiorem, valentiorem. Tac. Ger. 32. *Excipit filius, non ut cætera, maximus natu, ſed prout ferox bellò, & melior.* I. Schefferus.

4. *moleſtare*] Vſurpatur hoc in fragmento teſtamenti veteris, quod laudat Modeſtinus lib. x Reſponſorum. Vide l. 20 ff. de Liber. legat. Gloſſæ ὀχλῶ, *inquieto, moleſto.* Schefferus.

5. *qui te natum non putat*] i. e. qui te hominem non curat, non æſtimat. *Natum* pro homine poſuit & Plautus in Pſeud. I, ſc. 3. *qui ſuum repetunt, alienum reddunt nato nemini.* At *putare* pro æſtimare habet Cicer. pro Roſc. *Neminem præ ſe putat.* Noſter ipſe in jam editis : *nemo cælum putat.* Scheffer.

6. *niſi ſi*] Terentius Andr. ſc. 3. *Niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor,* Et ſic alibi. Tertull. de Fuga in Perſ. c. 5. *Niſi ſi vis confiteri, pati non vis.* Idem.

7. *anulos buxeos*] *anulos.* Sic veteres. i. *annulos.* Schefferus : Ita per contemptum, *annulos buxeos* puto nominare aureos, quia *buxei* ſint coloris. Quomodo Varro in Sexageſ. anates appellat, *buxeis roſtris pecudes.* & Martialis, putidos dentes, *buxeos.*

8. *quos amicæ tuæ involaſti*] eripuiſti, ſubduxiſti. Gloſſæ veteres : *Involo, κλέπτω, furor, involo.* Schefferus. *anulos quos amicæ tuæ involaſti.* Sic infrà, *Iam ſtrigæ puerum involaverant.* Catullianum eſt hoc verbi à vola manûs deductum furandi ſignificatione : extitit & apud Vitruvium proœm. l. VII ; ſed corruperunt in editionibus ; legamus poſthac : *qui*

involasti. [1] *Occuponem propitium ! eamus in forum, & pecunias mutuemur. jam scies* [2] *hoc ferrum fidem habere. Vah ! bella res est*

[1] *volpis*

invidis moribus aliena scripta involantes gloriantur; paulò antè *furantes* dixerat. *Reinesius.*

1. *Occuponem propitium*] Primo aspectu mihi visus est ἀνίατος (*immedicabilis*) hic locus: Sed cùm postea mente revolverem, quanta semper fuisset Petronio proclivitas ad nova verba cudenda, statim putavi distinctione tantùm levi opus esse. ita legendo: *ô Occuponem propitium! eamus.* Tilebom. *Occuponem propitium.* sc. *tibi opto.* quomodo cui optabant Iovem propitium. Porro *Occuponem* hîc accipio pro Deo eorum, qui quid occupant, forsitan & acquirunt furtô, videturque hoc cognomento celebratus Mercurius, furum deus, velut mitiore ac honestiore. Ac quia furtô alter annulum subduxerat, hic ei optat propitium Mercurium Occuponem, ut prodesse illi faciat, usumque ipsius prosperè succedere. *Scheferus. Occuponem propitium.* Certum est Mercurium, qui foro & mercimonio præesse, furum etiam artes fovere & provehere credebatur, hîc designari; sed *Occuponem.* dictum fictumque à Petronio vix credidero. Est enim hoc verbi perinde ut simplex *capere* honestius & de licitis plerumque intelligitur, eoque actum vitiosum & infamen furti non repræsentat. Existimem autem Petronium in cujus omni sermone πολλὴ χάρις καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ (*multa gratia & Venus efflorescit*), à Latino Verbo *clepere* venuste formato nomine *Cleponem* dixisse, quem Graeci Κλώπα & κλέπτην (*furem*). Mercurio enim Deo sive furatrinæ sive furatrino hanc adpellationem imposuisse Græcos, vel inde patet, quia Pana, quod Mercurio fatus haberetur, κλωποπάτορα (*furum patre fatum*) vocavit *Theocritus.* Et legam igitur, *ô cleponem propitium!* Certè exclamatio abesse non potest, & orationem mirè perficit & exornat. Si quis autem *cleponem* accusare velit tanquam vitiô creatum, ei alia ejusdem formæ à verbi Præsente ducta, propria, ornatissima & optima, bonis autoribus usurpata indicando, puto, satisfecero. Dixerunt *appetones, coambulones, celones, comedones, convivones, fabulones, incubones, lurcones, machinones, manducones, nugones, palpones, rapones, repostones, susurrones, verberones, vituperones.* Ipsum Verbale nomen *clepo* non ignorasse Latinos sive veteres sive medios è seculi undecimi Grammatico Gallo *Petro Helia* audire jucundum erit. Ejus in Lexico metrico manuscr. hic versus est: *Vult clepo furari: clepo, clepsis, clepsidra dici,* in quo Nomina à Verbo manantia tria; primum hoc ipsum Petronianum est; sed quod in vulgatis seculo decimo quarto Dictionariis malè, ultima vocali in sibilum corruptâ, in *cleps* mutarunt, fortassis habito ad τὸ κλαῖψ Græcum respectu. *Reinesius. Occuponem* hîc licèt non pro infamis & vitiosi actus præside, sed in b. partem accipiamus; qui utrique periculum facturo mutuò à monetario sumendæ pecuniæ, illi ad suum aureum annulum, huic ad fidem ferrei propitius optatur. Sic textus servatur, & analogia voci favet.

2. *hoc ferrum fidem habere*] Per *ferrum*, annulum intelligit ferreum, quem habebat in manu, eum comparat cum annulo alterius aureo. Plinius XXXIII, cap. 1. *memoriâ avorum multi, Prætură quoque functi, in ferro consenuerunt.* Et aliquantò antè: *similisque maximam auctoritatem conciliavere aurô, non quidem Romani, quorum more ferrum id erat.* Ita habent libri veteres. *Fidem habere* intelligit apud men-

[1] *volpis uda. ita lucrum faciam, & ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret, nisi* [2] *te toga ubique perversa fuero persecutus. Bella res & iste, qui te hæc docet,* [3] *mustum non magister.* [4] *didicimus;* [5] *dicebat enim* [6] *magister, sunt vestra: Salve, recta domum, cave*

mensarium, qui in foro expositos habebat nummos, ut daret mutuò, accepta syngraphâ, quæ subsignabatur annulô. *Schefferus.*

1. *volpis uda*] pro Patav. *volpisuda.* & MSi, *vol pisuda.* Tilebom. *volpis.* Scribes *volpes,* pro *vulpes.* Schefferus: *volpisuda.* Divide *volpis uda,* i.e. madida vulpes. Sic autem, velut proverbiô vocat eum, qui ab adversario malè est habitus, victusque erubescit, & quærit latebras. *Volpis,* pro *volpes* (seu *vulpes*) *e* transeunte in *i.* Forsan ut olim in singulari *canes,* non *canis,* docente Varrone 6 de L. L. & alia quæ congessit Vossius in Etymologico.

2. *te toga ubique perversa fuero persecutus*] Quænam hic est *toga perversa?* Mentio fit *vestis perversa* apud unum Senecam lib. 1 de Ira, cap. 16. Vbi de administratione suppliciorum: *Etsi perversa induenda Magistratui vestis, & convocanda classicô concio est; procedam in tribunal non furens.* Hoc loco variè exponunt vestem perversam; Muretus accipit de prætexta inversa, Lipsius, Faber, & alii, de veste plebeja, tunica, toga sordida & pulla. Quoquo autem modo accipias, non video, ut huc pertineat. Nam nec inversa, nec sordida pulláve vestis quicquam facit ad persecutionem. Adde, quòd hic Asclyti adversarius non videtur fuisse in Magistratu, & conlibertus dicitur, in præcedentibes Trimalchionis. *Schefferus.* Hic notandum Ascylti adversarium fuisse *Sevirum, gratis factum,* ut habetur in antecedd. Cætera facilè componuntur.

3. *mustum non magister*] pro MSi, & Patav. *mufrius* (sic, non *muftius*) *n. m.* Schefferus: *muftius.* Hoc quale sit, haud sanè dixerim. Reinesius: *muftius non magister.* Si editionem hic sibi relictam & uti optima maxima est sequamur, recipiamusque *muftium,* fieri aliter non potest, quàm ut pericopen hanc à Veneti vel Dalmatæ, unius ex illis, qui de Turcarum religione ritibusque undecunque aliquid cognoverant, manu esse adfirmemus. Verùm absit ea simplicitas, ut fucum luscitiosi Librarii non agnoscat. Vnius negativæ trajectu in suum locum rem composuero, nim. si legero, *qui te hæc docet, non musteus magister,* i. e. non novicius ὁ νεανιεύων, non imperitus, vulgaris, & pergulanus; sed veteranus, trebax, ἐμπείρημος. Valeat tantundem hæc conjectura, quantum mereri videbitur; mihi nec temere ea nata est, nec facilè dimittetur: Petronium enim mihi reddit, quem à Librarii illiberali facinore amiseram. *mustum n. m. Mustum,* non solùm vinum, verùm novellum quidquid est. Nonius. opponiturque hic magister (ipse f. Agamemnon) in seqq. ironicè intelligendis, quasi non ea dictasset discipulo quæ officii ratio exigebat, ceu recentior & ineptus ipséque tiro, veterano & subacto ac idoneo magistro.

4. *didicimus*] Puta, ex hoc facto tuo, te non habuisse idoneum magistrum. Sic accipere verbum istoc licet. Quanquam mihi locus iste totus valde sit suspectus. *Scheffer.*

5. *dicebat*] Suspicor, *docebat.* Idem.

6. *magister, sunt vestra: Salve,* &c.] pro Patav. *magister:* (MS. [.] habet) *sunt v. salva: recta* (MS. *s. recta:*) *domum: c. c-as: c.* Schefferus: *sunt vestra salva.* Puto verbis istis contineri

ve circumspicias, cave [1] *majorem maledicas*, [2] *aut numeres mapalia.* [3] *Nemo dupondium evadit. Ego, quod me* [4] *sic vides, propter artificium meum Diis gratias ago.* † *Cœperat Æschylos respondere convitio, sed Trimalchio delectatus conliberti eloquentia:* ‡ *Agite, inquit,* [5] *scordalias de medio;* [6] *suaviter sit potius, & tu Hermeros parce adulescentulo:* [7] *sanguen illi fervet, tu melior esto.* [8] Semper in hac re qui vincitur

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

præcepta Magistri, quæ dare quotidie discipulis solebat. Ergo scribo: *Sunt vestra, Salve*, h. e. vestrum officium est, occurrentibus dicere, Salve, nec stare ac nugari diu, verùm rectà contendere domum. *Salve*, &c. Non tam hæc præcepta Magister hujus opinione tradebat, quàm debebat, fuitque inidoneus, ut agnitum.

1. *majorem maledicas*] Petronius in editis: *maledic illam versibus, ut habeat pudorem.* Imitatus quoque est Tertullianus lib. adverſ. Praxeam: *Nos autem dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum.* Io. Schefferus.

2. *aut numeres mapalia*] pro Pat. & MSi *aut numera m.* Schefferus: *aut numera mapalia.* Suspicor scripsisse, *haut numera mapalia.* i. e. ne singulas pergulas in via inspice, velut numerum omnium deberes inire. Glossæ: *Mapalia, καλύβαι.* Alio loco: *καλύβη, casa, tugurium, pergula.*

3. *Nemo dupondium evadit*] pro Patav. & MSi *n. dupondum e.* Schefferus: Lego, *nemo dupondium evadit.* Postquam retulisset hactenus, quæ sint præcepta probi Magistri, & quomodo ad ea se componant discipuli idonei, subdit, neminem posse evadere puerum nullius precii, qualis nempe sit Giton, qui risu ac contumeliis omnes afficiat. Sic Plinius, *evadere sermonem malignorum*, usurpavit in Epist.

4. *sic vides*] Plautus Amph. II, sc. 1. *Sic sum, ut vides.* Terent. Heyr. III, sc. 5. *Qui sic sunt, haud multum haredem adjuvant.* Schefferus.

5. *scordalias*] rixas & contentiones fœdas, quales esse solent nautarum, est enim à *σκόροδον, allium*, quo frequenter nautæ utebantur. Petronius in editis sic usurpavit *scordali* voce: *redditaque scordalo vice.* Glossæ Petronianæ: *Scordalus, homo alliatus, & illuvie squaloréque fœdus, sordidus, impurus.* Bene *alliatus*, ut dixi, & vocabantur ita cùm alii, tum præsertim nautæ, qui cùm asperis essent moribus, hinc *scordali*, ferociores quicunque ac contentiosi. Isidori Glossæ: *Scordalus ferox.* Ad eundem modum aliud Glossarium, Turnebo laudatum. Cumprimis verò eos denotat, qui litigant inter pocula. Vide Senec. Epist. 56, & 83. itemque Senecam Rhetorem Suasoria ultimâ, & quæ ibi Lipsio, & Scriverio notantur. *Scheffer.*

6. *suaviter sit potius*] Sitis potiùs hilares. *Idem.*

7. *sanguen illi fervet*] Iracundus est. Cicero v Fin. *Quotusquisque est, cùm mors appropinquat, cui non fugiat timido sanguen.* Id.

8. *Semper* &c.] Quàm bene hîc quadret & aptè locata sit; atque ex diverso in Satyrico vetere, quàm malè aberret hæcce sententia Trimalchionis dum considero: mihi nullatenus in animum inducere queo, eruditos fore unquam, qui negent amœnissimam pariter & elegantissimam illam, quam excutimus, cœnæ Trimalchionis descriptionem, nostro Arbitro acceptam esse referendam. *I. C. Tilebomenus.*

citur, vincit. *Et tu,* [1] *cum esses capo, coco, coco. atque cor non* [2] *habeas. Simus ergo, quod melius est,* [3] *apprime hilares, &* [4] *Homeristas speremus.* † *Intravit* [5] *factio statim,* [6] *hastisque scuta concrepuit: ipse Trimalchio in pulvino consedit, & cum Homeristæ Græcis versibus* [7] *colloquerentur, ut* [8] *insolenter solent, ille canora voce Latine legebat librum. Mox silentio facto.* ‡ *Scitis, inquit, quam fabulam agant?* [9] *Diomedes, & Ganymedes duo fratres fuerunt: horum soror erat Helena. Agamemnon illam rapuit, & Dianæ cervam subjecit. Ita nunc Homerus dicit, quemadmodum inter se pugnent Trojani, &* [10] *Parenti-*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

1. *cum esses capo, coco, coco*] Lege, *capo, coco, cocio*, quam postremam vocem habes apud Sextum Pompeium *in Arilator.* Tilebom. *coco, coco.* Cùm esses alterius ætatis generisque, tuo isto tunc ingenió vivebas. *Capo* est, quem Petronius in editis appellat *gallum spadonem.* Is voce utitur non gallinacei sonó, sed gallinæ, quem refert illud *coco.* Subest porrò quid turpiculi his verbis; ostendunt enim licentiam ejusmodi concessam pueris, qualis Ascyltos hic fuit. *Io. Scheffer.*

2. *habeas*] scribe, *habebas.* Tilebom. Sed, *atque cor non habeas*, ellipticè dictum, pro, *& quasi cor n. h.*; hoc, *ac si tu vir non saperes supra adolescentulum. Cor* sapientiæ sedes existimatum.

3. *apprime hilares*] pro MSi, & Patav. *à primitis h.* Schefferus: *à primitis hilares.* Hoc *primitis* est nihil. Suspicor, *apti, mites, hilares.* Probè, *apti*, h. e. sociales, qui se jungere aliis, viverèque conjuncti possunt. Cic. in Cornif. *O hominem semper quidem mihi aptum, nunc verò etiam suavem.* Tilebom. *A primitis*, leg. *à primitus*, eodem modo ac suprà *de præsentiarum* & *in præsentiarum.*

4. *Homeristas speremus*] MS. pro Patav. *H. spectemus.* Schefferus: *Homeristas.* Hi sunt, qui carmina Homeri recitare voce canora solebant in conviviis, *Rhapsodi* etiam vocati, ut ex Athenæi lib. XIV, cap. 3 colligitur. Diomedes lib. III. *Rhapsodi, quod partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est virga pronunciabant, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ.*

5. *factio*] caterva, multitudo, bono sensu. Festus: *Factio, & factiosus, initiò honesta vocabula erant, unde adhuc factiones histrionum & quadrigariorum dicuntur.* Schefferus.

6. *hastisque scuta concrepuit*] Livius præpositionem addit lib. XXVIII, cap. 29. *Exercitus gladiis ad scuta concrepuit.* Schefferus. Sed Ovid, 5 Fast. planè ut hìc usurpat:

Rursus aquam tangit: Temesæaque concrepat æra:
Et rogat ut tectis exeat umbra suis.

7. *colloquerentur*] Frustra forsan hæc exigimus ad consuetudinem Homeristarum, quando hi alio fine fuerunt adducti, ut liquet facilè ex sequentibus. *Scheffer.*

8. *insolenter*] raro. Cic. de Inv. I. *Evenire vulgò soleat, tu insolenter & rarò.* Idem.

9. *Diomedes & Ganymedes*] Sunt hæc rursum superioribus similia, nec cum historia convenientia, eam ob causam, quam antè dixi. *Id.*

10. *Parentini*] Mallem, *Tarentini.* Schefferus. *Tarentum* magnæ Græciæ in Italia urbs. *Parentium* unde *Parentini*, Istriæ civitas. Ptol. lib. 3, cap. 1. Istria autem & ipsa Italiæ regio, Illyrico contermina.

rentini. [1] *Vicit scilicet, & Iphigeniam filiam suam Achilli dedit uxorem; ob eam rem Aiax insanit, & statim argumentum explicabit.* † *Hæc ut dixit Trimalchio, clamorem Homeristæ sustulerunt,* [2] *interque familiam discurrentem* [3] *vitulus in* [4] *lance decumana elixus adlatus est, & quidem galeatus. Secutus est Aiax, strictoque gladio, tamquam insaniret, concidit, ac modo* [5] *versa, modo supina, gesticulatus*

† *Encolpius.*

1, *Vicit scilicet*] Quis? An Agamemnon? Num deest vocabulum illius, qui victoriam obtinuit? *Io. Schefferus.*

2. *inter familiam discurrentem*] Sicut Phædrus noster: *inter manus sublatus.* Schefferus.

3. *vitulus*]. Quid? vitulus, & is elixus hîc apponitur? Atqui viri docti notant, apud veteres fuisse rariorem vitulinæ usum. Extitit profectò olim Constitutio Valentis, qua prohibebatur populis Orientis. Hieron. cont. Iov. 11, *Imperator Valens, nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibûs vesceretur, utilitati agricultura providens.* Sed hæc ipsa Constitutio subinnuit, non fuisse penitus ignotum, saltem per Orientem. Cicero quoque mentionem facit vitulinæ, licèt assæ. Ita enim lib. IX Ep. 20. *Itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur.* Et in veteri colloquio nominatur *vitulinum*, μόσχειον. Denique apud Plautum habes in macello, unde comparare sibi quærit Euclio ad filiæ suæ nuptias. Verba sunt in Aulularia 11, sc. 8.

Venio ad macellum, rogito pisces. indicant
Caros; agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam. ---

Idem.

4. *lance decumana*] *Decumanus* magnus; ut, *decumana ova, decumanus acipenser*, &c. Sic pro Patav. *clunaria*, & MSi, testante simul Varietate lectionum Româ missa *dunaria*, incumbente insuper ultimo *a* compendiolo q. dunariam legendum similive modo ampliandum, nec tamen super τοῦ *i* punctulo conspicuô. Tilebom. *In lance clunaria*, scribe: *in lance culinaria.* Schefferus: *lance clunaria.* Quænam est hæc *lanx clunaria?* num à *clunibus* sic dicitur? At quæ derivationis & denominationis hujus ratio? Suspicabar, *clumaria*, quasi qua cluma separari possit à frumento, vanni instar. Nam & apud Nonium est *cluma* locô *gluma*, ut à *cluma* sit *clumarius*, quemadmodum à *pluma*, *plumarius.* Quin imò apud Philoxenum reperio *clunar*, κριθῆς λέπυρον (*gluma hordei*), quod cum lectione prima quadrat optimé. Sed vereor, ne & hîc *clumar* scribi debeat. Denique apud ipsum Petronium in editis est *lanx argentea in qua purgatur pisum*, fortè non multùm dissimilis ab hac nostra. Reinesius: *vitulus in lance clunaria elixus allatus est.* Scriptuæ compendiô factum *Clunaria*, exprimendum lectione *Centenaria.* Nim. C librario hîc est nota numeri. Omnes aliæ ariolationes vanæ sunt præ lectione data. Ante bellum Syllanum lances è centenis libris argenti super quingentas fuisse in Vrbe auctor *Plinius l.* 33, *cap.* 11. Elagabalum vasa (coquinaria seu escaria) centenaria argentea habuisse, *Lampridius.*

5. *versa, modo supina, gesticulatus murone, frusta collegit*] pro Patav. *v. m. spuma gesticulatus, mucrone frusta c.* MSi, *versa modo spuma gest. mucrone frustra c.* Tilebom. *spuma.* leg. *palma.* Schefferus: *modo spuma.* Emenda, & distingue simul: *modo versa, modo supina,*

tus mucrone fruſta collegit, mirantibuſque vitulum partitus eſt. Nec diu mirari licuit tam [1] *elegantes ſtrophas, nam repente lacunaria ſonare cœperunt, totumque triclinium intremuit. Conſternatus ego exſurrexi, & timui ne per tectum petauriſtarius aliquis deſcenderet: nec minus reliqui convivæ mirantes erexere vultus, exſpectantes quid novi de cœlo nuntiaretur. Ecce autem* [2] *diductis lacunaribus ſubito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excuſſus demittitur, cujus per totum orbem coronæ aureæ, cum alabaſtris unguenti pendebant. Dum hæc apophoreta jubemur ſumere, reſpiciens ad menſam, jam illic repoſitorium cum placentis aliquot erat poſitum, quod medium Priapus à piſtore factus tenebat,* [3] *gremioque ſatis amplo omnis generis poma, & uvas ſuſtinebat, more vulgato. Avidius ad pompam manus porreximus, & repente nova ludorum remiſſio hilaritatem hic refecit. Omnes enim placentæ, omniaque poma, etiam minima vexatione contacta, cœperunt effundere crocum, & uſque ad nos moleſtus humor accedere. Rati ergo* [4] *ſacrum eſſe fericulum tam religioſo apparatu perfuſum, conſurreximus altius, & Auguſto patri patriæ Feliciter diximus: quibuſdam tamen, etiam poſt hanc venerationem, poma*

pina, geſticulatus mucrone, fruſta collegit. Collegit fruſta, quæ jacebant, alia verſa, alia ſupina, mucrone cultri, quem flectebat in gyros, atque huc illucque movebat. *Colligere*, opinor, hîc eſt *ſtruere*, i. e. congerere decenter partes, & cuique ſuas præbere, unde & *ſtructores*, quos in editis facere alios à ſciſſoribus Petronius videtur.

1. *elegantes ſtrophas*] quibus ſub perſona Ajacis introductus in triclinium Sciſſor eſt. *Schefferus.*

2. *diductis lacunaribus*] pro MSi & Patav. *deductis l.* Schefferus: *deductus lacunaribus.* Corrige, *diductus lacunaribus.* Tangi videtur illud, quod eſt apud Suetonium Neronis c. 31. *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, ut flores; fiſtulis ut unguenta deſuper ſpargerentur.* Tilebom. *lacunaria.* ſcribe. *laquearia.*

3. *gremioque ſatis amplo*] Meminit & Phurnutus Priapi, *geſtantis omnium fructuum miſcellaneam ſinu.* Et apud Piſonem in de Nummis antiquis Gallicè conſcripto commentario habes effigiem ipſius propriè ac peculiariter huc facientem. *Scheffer.*

4. *ſacrum eſſe fericulum*] pro MS. & Patav. *ſ. e. periculum. Fericulum*, pro *ferculum*, noſter etiam alibi uſurpat. Schefferus: *ſacrum eſſe periculum.* Hoc non aſſequor. Puto planè vocem *periculum*, præcedentis *ſacrum* gloſſema eſſe. Horatius 11 Sat. 3.

--- metuenſque velut contingere ſacrum. Schefferus.

Rati ergò ſacrum eſſe periculum tàm religioſo adparatu perfuſum. Petronio, quippe φιλαρχαίῳ (*antiquitatis amanti*) convenit ut ſcripſerit *fericulum*: ex hoc poſt fecerunt κ ξ συγκοπῇ (*per conciſionem*) *ferculum.* Sanè *placentæ & poma* quæ exhibebantur pro ferculo erant. *Sacrum* verò dicit ob

poma rapientibus, & [1] ipsas mappas implevimus. Ego præcipue, qui nullo satis amplo munere putabam me onerare [2] Gitonis sinum. Inter hæc, tres pueri [3] candidas succincti tunicas intraverunt: quorum duo [4] Lares bullatos [5] super mensam posuerunt: unus pateram vini circumferens, Dii propitii, clamabat. Ajebat autem unum [6] Cerdonem, alterum Felicionem, tertium Lucronem vocari. Nos etiam [7] veram imaginem ipsius Trimalchionis, cum jam omnes basiarent, erubuimus præterire.

Postquam ergo omnes, [8] bonam mentem, bonamque valetudinem

crocum, cujus usus in sacris & ad pulvinaria Deorum ob fragrantiæ excellentiam. *Th. Reinesius.*

1. *ipsas*] MS. *ipsius.*

2. *Gitonis sinum*] Sic Patav. ex MSi *Gytonis unum.*

3. *candidas succincti tunicas*] Ovid. x Met. 536.

Nuda genu, vestem ritu succincta Dianæ. Io. Schefferus.

4. *Lares bullatos*] Quasi *lares* ipsi culti bullîs fuerint. Sane bullas laribus suspendi solitas docet Persius v, ℣. 31.

Bullâque subcinctis laribus donata pependit. Idem.

5. *super*] MS. pro Patav. *supra.*

6. *Cerdonem*] A Græco κέρδος, arbitror, quod significat *lucrum.* At verò sequitur *Lucronem.* Quid igitur, si scribamus *Certonem*, à certando formatum, quia certavit velut Trimalchio cum aliis, quos deinde superavit felicitate, atque lucrô, unde facta nomina sequentia. Quæ cùm sint Latina, vix hoc Græcæ originis erit statuendum. *Schefferus. Cerdonem.* ἀπὸ κέρδους (ἀ κέρδος, *lucrum*). Mox alius hujus farinæ *Lucro* vel *Lucrio*, eadem significatione. Nihil impedit autem ejusdem domini servos alterum Græco, alterum Latino vocabulô fuisse; eóque nihil mutandum est. Quin etiam fratribus Græca & Latina cognomina imposita legimus eadem potestate, ut alter Eutyches esset, alter Felix. De cognominibus *Cerd.* & Lucr. est in *Eponymologico.* Reinesius.

7. *veram imaginem*] Cùm non nisi veri & ad vivum expressi effictique vultus dominorum in armariis disponi, tum promi, exhiberi & circumferri in conviviis solerent, inepta locutus fuerit *Petronius*, si lectionem editam sequamur. Necessum ergo eam corrigi; veriusque videtur, in vocabulo *veram* latere nomen materiæ, è qua formata imago; nim. scripsit, puto, *Petronius: Nos etiam ceream imaginem ipsius Trimalchionis, cùm eam omnes basiarent, erubuimus præterire.* Ejusmodi thoracæ, θωρακίδες, στηθάρια s. προτομαὶ thoracetenus effigiatæ è cera comitari solebant funera gentilitia, & semper defuncto aliquo totus familiæ ejus, qui unquam fuerat, cum celebri pompa populus aderat. *Reinesius.* Existimo tacitum convitium latere in τῷ *veram.* Neque enim de Trimalchione perinde honorificè noster loquitur; habuimus: *Nondum efflaverat omnia. pro reliqua insolentia.* habebimus: *diduxit usque ad cameram os ebrium. ebrietate turpissima gravis.* & erat deformis Trimalchio: suprà in dudum editis, *puer vetulus, lippus, dominô T. deformior.*

8. *bonam mentem*] Sic solebant veteres in fine convivii. Notavit strictim Vrsinus in Appendice ad Ciacconium

nem sibi optarunt, Trimalchio ad Nicerotem respexit : & † Solebas, inquit, [1] *suavis esse in convictu; nescio quid nunc taces, nec mutis. Oro te, sic felicem me videas, narra illud, quod tibi usu venit. ‡ Niceros delectatus affabilitate amici : † Omne me, inquit, lucrum transeat, nisi jam dudum* [2] *gaudimonio dissilio, quod te talem video. Itaque* [3] *hilaria mera sint,* [4] *etsi timeo istos scholasticos, ne rideant. Viderit.*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Niceros.*

conium de Triclinio p. m. 187, ed. Sanctandreanæ, quam iccirco vide. *Schefferus.*

1. *Solebas, inquit, suavis esse* &c. *nunc taces, nec mutis*] Pro MSi, & Patav. *S. i. suavius esse* &c. *nec taces, nec mutes.* Tilebom. *suavius esse.* Leg. *suaviorem esse.* Schefferus : *Solebas, inquit, suavius esse.* Istæc puto sic legenda : *Solebas, inquit, suavis esse in convictu. Nescio quid nunc taces, nec mutis.* Nescio, quæ sit causa, cur nunc sic taceas, ac ne mussites quidem. Infrà : *& solebas suavis esse, canturire.* Reinesius : *Solebat, inquit, suavius esse in convictu.* Non fastidiam hanc lectionem in scriptore archaismorum & rariorum quorumvis amante & curioso. Ejus enim formæ Adjectiva *δίκλιτα (duarum terminationum)* observamus esse ; hinc suavis, suavius (dixere etiam *suavionem,* sed substantivè, alioque sensu) industris, apud Dudonem in Norm. aliquoties, *Ælnotum de vita & pass. S. Canuti cap. 26. Mich. Scotum physiog. c.* 10. industrius: limis, *apud Amm. M. l.* 20, *limibus oculis,* limus : dapsilis, dapsilus : lepidis, lepidus : putris, putrus : opiparis *apud Apul.* opiparus : scelestis *apud Paulin. Aquil. l.* 2 *cont. Felicem Vrgel. Ep.* scelestus : austeris, *in Notis Tiron.* austerus.

2. *gaudimonio dissilio*] Illud *dissilio* accipio pro, hinc salio, ut *discedo,* velut durare nequeat in eo loco, sed cogatur exsilire. Apul. *vertibulô ossa dissilierant.* Sic nonnihil inferiùs: *Felicitate dissilio.* Etiam Isidorus posuisse pro mobili videtur lib. x, voce *gravis,* ubi ait : *Gravis pro consilio & constantia dictus, quia non levi motu dissilit, sed fida constantiæ gravitate consistit.* Nisi malis poni pro *rumpor,* quomodo Terentius dixit, *risu emorior. Gaudimonium* sic est dictum, ut *querimonium.* Hieron. in proëmio Proph. *Gaudimonium ejus erit in luctu.* Scheffer.

3. *hilaria mera sint*] Puto *mera* hîc valere *vina.* Schefferus. Ego *hilaria (orum,* plur. propriè festa Matris deûm) synecdochicè capio pro gaudiis ; sic & infrà : *interdiu severa, nunc hilaria. hilaria mera* intelligo gaudia pura, his adversatur quod sequitur *ne rideant.* Ἔστι γὰρ γελοῖον τοῦ αἰσχροῦ μόριον, καὶ ἁμάρτημά τι οὐ φθαρτικόν. *est enim ridiculum aliquo pacto peccatum, & turpitudo innoxia.* Aristot. Poët. 5. Ergo sic rideri est turbari, & *metuere* hîc *ne rideant,* idem valet quod ne mera gaudia turbent. Differuntque hoc pacto *rideri,* & *derideri* tanquam magis, & minus. Quibus nihil obest, quod Cl. Schefferus in seqq. notat. Nam quidni *favor* etiam ex turpitudine innoxia oriatur, & erratum voluptate compensetur.

4. *etsi timeo istos scholasticos, ne me rideant. Viderit*] MS. *& si t. i s. n. m. derideant. v.* edit. Patav. *& si t. i. scholasticos, ne derideant. Viderint.* Tilebom. *ne derid.* legend. *ne rideant.* Schefferus : *& si timeo.* Iunctim est scribendum, *etsi timeo.* Petronius : *nec minùs liber sum, quàm vos, etsi pauperem pater me reliquit. ne derideant.* Sequentia ostendere videntur, quòd hîc rectum simplex sit, *rideant. ne me rideant. Ridere aliquem,* communiter est, *deri-*

derit. Narrabo tamen, [1] *quid enim mihi aufert, qui ridet? Satius est* [2] *rideri, quam derideri.*

† *Hæc ubi dicta* [3] *dedit* ----

talem fabulam exorsus est.‡ *Cum adhuc servirem, habitabamus in vico angusto (nunc Gavillæ domus est) ibi,* [4] *quomodo Dii volunt, amare cœpi uxorem Terentii coponis: noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum* [5] *basiballum. Sed ego* [6] *non me-Hercules corporaliter,* [1] *aut propter*

† *Encolpius.* ‡ *Niceros.*

dere, aliquando tamen sensu medio capitur, ut idem sit quod *facete* alicujus *dicta arridendo excipere.* Plaut. Capt. sc. 1, a. 4. *Quasi muti sedent, neque me rident. Viderit*, id est, si vel unus eorum nequiore sensu rideat, caveat.

1. *quid enim mihi aufert*] nocet. Petron. *Nemo ausus est artem damnare, nihil auferentem.* Io. Schefferus.

2. *rideri, quam derideri*] Differunt hæc duo, quia prius fit ex voluptate, posterius ex aversatione eorum, quæ dicuntur, habetque alterum favorem, alterum contemptum ejus, ob quem ridemus. De voce *derideri* notum est, & docent veteres Grammatici. *Rideri* verbò ita usus est Quintilianus lib. 1, cap. 3, ubi agit de noscendo ingenio discipularum: *Non*, ait, *dabit mihi spem bona indolis, qui hoc imitandi studiò petet, ut rideatur.* I. Schefferus.

3. *Hæc ubi dicta dedit*] Est hemistichion Petronianum; sic enim edita:

Hæc ubi dicta dedit, dextræ conjungere dextram

Conatus. ---- Quanquam ante eum usurparit jam Lucilius, ut ex Nonio, voce *Pausa*, novimus. Ergo mallem sorsum, ad modum hemistichii scribi. Puto autem plane ex Virgilio desumptum, qui sic lib. 1 Æn. *Hæc ubi dicta*, &c. *Schefferus.*

4. *quomodo Dii volunt*] facete, ac cum risu quodam illa hic adhibita est formula. Supra: *quomodo dicunt.* inf. *quomodo nostri.* Idem.

5. *basiballum*] pro MSi *bacci ballum*, & Patav. *baci ballum.* Tilebom. *Baci ballum*, leg. *Bacellum.* Sed quid per *bacellum* intelligat, ut aliàs sæpe non exprimit, nec credo *bacelum* velle, quod passim habemus, explanatum. Schefferus: *baci ballum.* Hoc quid sibi velit, aliis relinquo cogitandum. Reinesius: *baciballum.* lego gemino *ll* in *di* mutatô *casalbadium* i. e. scortillum. Κάσα, κάσια, κασιρεῖς, κασωρὲς κασώρη, κασωρεῖς, apud *Aristoph.* in Ἐκκλησιαζ. κασελδᾶς, apud *Suidam*, scortum significat; ejus diminutivum κασελδάδιον ut τὸ λαμπὰς, λαμπάδιον (*parva lampas, facula*) τὸ παλλὰς, παλλάδιον (*palladium*) τὸ εἰκὼς, εἰκάδιον (q.d. *vicesimula*, à numero vicenario) *Icadium* in saxis mulieris proprium nomen, τὸ λοπὰς, λοπάδιον (*patella*, it. *ollula*). Fortassis etiam à μαχλὰς, δρομὰς, τερδὰς, κυκλὰς formata fuêre μαχλάδιον (*mulier lascivula*), δρομάδιον (*cursitor*, it. *etroneum scortillum*), τερδάδιον (*fricatrices*, indomitæ libidinis mulierculæ), κυκλάδιον (*rotundulum, orbiculus*): Puto veram lectionem dedisse, nec ut ad istud in *Not. Tir. fascinabulum, faseinabellum*, quamvis nec ineptum huic loco, transeamus necessarium esse. *Basiballum*, vel *basibolum. Basibolum* dictum est, ut κραβόλον locus unde, aut quò trajicitur, λαχωβόλον lignum quo lepores feriuntur, δρομοβόλον rorem spargens seu fundens, & similia. Βασιβόλον à βάσις fulcimentum, & βάλλω

ropter res venerias curavi; sed magis, quod bene morata fuit. Si quid b illa petii, nunquam mihi negatum fuit : [1] *assem, semissem, habui, in illius sinum demandavi; nec unquam* [3] *feffellit usum. Hujus contubernalis*

ω figo, jacio, pono, immitto, condo. Pulcherrimum basibolum, idonea subjici. Eandem verò & propiùs *asiballum* dicere liceat, etsi analogia non perinde favet; in hoc tamen qui *scholasticos forsan risuros* præfatus, talia ferenda. Quamquam *caballus* à Gr. καβάλλης, hoc à καταβάλλω, seu Dorico καββάλλω descendat. Vossius.

6. *non me-Hercules corporaliter, aut propt. res venerias curavi; sed magis quod b. morata fuit. Si*] pro MS. *non meh. c. autem, aut p. r. venerarias c. s. m. q. b. moriar fuit, si.* & Patav. *n. mehercule c. aut p. r. venerar. c. s. m. q. b. moriar f. Si.* Schefferus: *corporaliter.* Vsurpavit hoc Vlpianus, licèt sensu nonnihil diverso. Etiam Arnobius lib. v. *Corporaliter prohibet universa nos exsequi.* & Tertullianus de Carne Chr. 11. *nisi corporaliter exhiberetur. res venerarias.* Scribendum, *res venerias*, ut liquet. *quod bene moriar fuit.* Totus hic locus pessimè distinguitur. Sic autem emendari debet: *sed magis, quod, bene moriar, si quid ab illa petii, nunquam mihi negatum fuit.* Illud *bene moriar*, formula jurantis est. Sic paulò antè: *ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret.* Reinesius: *propter res venerarias.* Res venerariæ, ἡδέα Κύπριδος ἔργα, in ἀδεσπότῳ, *(incerti auctoris) lib.* 3 *Anthol. t.* 11. de Patrophila: jucundæ Veneris res, *Luc. lib.* 4. Non sollicitanda est scriptura ista *venerarias*, nec eximenda syllaba *ra.* Est enim cadentis Latinitatis verbum *venerare*, pro eo quod verecundè *cognoscere* dicunt ut Latini, sic Græci & Orientales. Est apud *Higynum*, quem glossematîs magistrorum seculis inferioribûs fœdatum esse scimus, *Fab.* 75 Tiresiam pastorem dracones venerantes baculô percussisse; eos *Apollodor. lib.* 3 ὄφεις συνουσιάζοντας, *Phlegon* θαυμασ. *cap.* 4 ὄφεις ὀχεύοντας *(serpentes coëuntes)* dixit. *Sixtus* 11 *Pont. R. serm. de Divitiis: Avaritia eò ab his* (amatoribus suis) *magis diligitur, quò magis augetur, & cum suis amatoribus venerata fuerit. Gl. Latino-G.* Haganoënse, *Puber est puer, qui jam habet pubem, vel qui jam venerare potest.* Sublectum tamen hoc è *Balbi Catholico*, in quo meliore sensu *generare* legitur. *venerarias.* Si hæc, similisque scriptura non est sollicitanda, jam Fragmentum hoc iis in partibus deseritur, & fenestra tantumnon ad rejiciendum totum aperitur. Quandoquidem verò Dn. Consul, narrationem ipsam totque alia in præcedentibus enumerata, Petroniana esse credit; tum suprà ex *martiolo*, pro martulo, aut marculo posito constet, talia salva historiæ substantiâ in Arbitrum, haud forsan absimili multùm ratione, atque glossemata magistrorum in fœdatum Hyginum irrepsisse: quid causæ cur hîc, alibive ruentis Latinitatis charactere, facili ratione eluendo, clienti, reique communi tam graviter præjudicemus? quum utique Arbitrum non tam ex singulis verbis, (nimium quantum lubricitati libraniorum, ut vel ex hac ipsa notatione videre est, sciolisque obnoxiis) quàm integris periodis, aut saltem phrasibus, sicubi hæ illo, loquentibûsque indignæ, ac librarii vitio imputari, aliterve fraus detegi, & sana à læsis discerni nequirent, à pluribus justo temporis spatiô judicari, h. e. supposititia, siquæ talia, à genuinis hac ratione separari cupiamus.

1. *assem, semissem habui*] pro, *si assem, si semissem habui.* Bene. *Schefferus.*

2. *in illius sinum demandavi*] Rarum genus locutionis, de quo ampliùs deliberandum. *Schefferus.* Placet, deliberan-

bernalis, [1] *ad villam supremum diem obiit. Itaque* [2] *per scutum, per ocream ego agitavi quemadmodum ad illam pervenirem :* [3] *in angustiis autem amici adparent. Forte Dominus* [4] *Capuam exierat ad* [5] *scruta scite expedienda. Nactus ego occasionem, persuadeo hospitem*

berandum. *In sinum alicujus confugere,* Ciceronianum est. Valesius in dissertat. sua illud *ad se fecerunt*, suprà, explicat, *in sinum suum coniecerunt.* similesque forsan alibi analogæ phrases reperientur. *Demandare,* est *committere.*

3. *fefellit usum. Hujus contubernalis ad villam*] pro Patav. *fefellitus sum hujus contubernalis. Ad villam.* & MS. *fefellitus* (in marg. *fefelitus*) *sum, h.c. A.v.* Schefferus : *feffellitus sum hujus.* Scribendum, ac distinguendum est: *fefellitus sum. Hujus contubernalis.* Verùm illud *fefellitus* haud mihi quidem placet. Quid, si legatur, *fefellit usum?* puta ejus assis, vel semissis, i. e. fecit dolô, ut, cùm necesse esset, uti eô non possem. *Fallere usum*, ut *fallere spem, fallere judicium*, & similia. *fefellit usum.* Huic emendationi obstare videtur, qui in margine adscripsit, *fefelitus.* Sed si is ut putamus, qui infrà pro *assentem.* seu *assentemur*, in margine alios *absentem* legere testatus, nobisque idem, ut facere solet, saltem verisimiliter persuasum it, ne is oppidò fallitur, ut suo locô liquebit. Sic in textu *perveneris*, item ad m. *perveneris*, nisi quod utrobique diversis compendiis. in textu, *pittratia. jovis.* in m. *pittracia. yovis.* aliáque, ut etiam in *lana leva* suprà tactum.

1. *ad villam*] in villa. Cic. Philipp. 2. *Pecunia utinam ad ædem Opis maneret.* Idem Or. pro Roscio : *An amandarat hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam.* Varro 2 R. R. 11. *Ad casas instrumentum servare possunt.* Asconius ad Cicer. Divin. *Ad urbem, in urbe.* Schefferus.

2. *per scutum, per ocream ego agitavi*] pro MSi & Patav. *egraginavi.* Tilebom. *egraginavi.* Lego, *egraminavi* *Plaut. Varro.* idest, à mensura & recta via discessi, uti interpretatur Georgius Alexandrinus. *per ocream.* scribe, *per ocreas.* Schefferus : *per scutum, per ocream egraginavi.* Quid sit illud *egraginavi*, non excogito. An scribendum: *ego agitavi?* Curtius lib. VIII, cap. 5. *Quonam modo cœlestes honores usurparet, cœpit agitare.* Reinesius : *Itaque per scutum per ocream egraginavi, quemadmodum ad illam* (amicam) *pervenirem. Scutum* & *ocrea* non minùs quàm peræ, baculus, ampulla & zona, *Plaut. Mercat. a.* 5, *scen.* 2, *v.* 84, 85 sunt vasa & in apparatu itinerantium. Tum lego, *ego aginavi*, i. e. properavi quàm potui maximé. *Gl. Latino-G. Aginare, festinare.* Idem, *Agenator ille est qui rem suam celeriter peragit.* Formarunt è Græcis ἀγίνειν, ἀγινεῖν, ἀγινέσκειν, quæ sunt παρεκτατικὰ vel paragogica τοῦ ἄγειν (*agere*).

3. *in angustiis*] rebus angustis. Cic. in Læl. *Amicus certus in re incerta cernitur.* Scheffer.

4. *Capuam*] pro MS. & Patav. *Capuæ.* Schefferus : *Capuæ exierat.* Mallem, *Capuam exierat*; nam loquitur de suo domino. Is autem eopse commorabatur in oppido, ubi tum sermones habebantur. Quod liquet, quoniam præcedit, *habitabamus in vico angusto.* Posset hîc *exierat* absolutè intelligi; ita ut non *Capuam* dominus exierit, sed ut *Capuæ* aliquid fieret.

5. *scruta scite*] pro MS. & Patav. *s. scita.* Schefferus : *scruta scita expedienda.* Scribe *scruta scitè expedienda* Porrò *expedire scruta*, est, venalia proponere. Ovid. 1 Am. 421.

Institor ad dominam veniet discinctus emacem,

Empe-

bitem noſtrum, ut mecum [1] ad quintum milliarium veniat : erat autem miles fortis, tamquam [2] Orcus. Apocalemus nos circa gallicinia, (lunâ lucebat tamquam meridie) venimus inter monumenta. Homo

Expediet merces teque ſedente ſuas,
Quas illa inſpicias, ſapere ut videare, rogabit. Schefferus.

1. *ad quintum milliarium*] Suet. Fl. Veſp. cap. 1. *ad ſextum milliarium à Nurſia Spoletum euntibus.* Idem.

2. *Orcus. Apocalemus nos circa gallicinia, (lunâ lucebat tamquam meridie)* venimus] pro MSi. *orchus apoculanius, nos circha gallicinia (luna l. t. m.) venimus.* & Patav. *orcus apocul. Nos circa gallicinia, Luna l. t. meridie, venimus.* Tilebom. *apoculanius.* Per antiphraſin hoc dictum exiſtimo ; aut certè demenda eſt particula *a.* Sic ut legendum ſit *orcus poculanius.* quod non malè à Gallis noſtris verteretur *un ſac à vin.* Niſi velis hîc ſcribi : *Orcus epulonus, Feſtus in Epolonos.* Schefferus : *apoculanius.* Hoc quid ſit, non aſſequor ſatis. Suſpicor nihilominus, locum totum ita oportere ſcribi, *tamquam Orcus. Apoculamus non circa gallicinia (Luna lucebat tamquam meridie) venimus inter monumenta.* Illud, *apoculamus nos*, ſic dicitur, ut paulò poſt : *ego me apoculo. Apoculo*, eſt Græcum ἀπακυλίω, *avolvo, amoveo, removeo.* Livius ſic latinè uſurpavit lib. 1, c. 47. *faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum : devolve te retro ad ſtirpem.* Ita cenſeo legendum, non *devolvere*, quod parum convenit cum præcedentibus. Horatius pro eo poſuit, *removeo*, l. 2, Sat. 6, iſto verſu :

Ergo ubi me in montes, & in arcem ex urbe removi.

Removi, eſt ἀπεκύλισα, *apoculavi.* Adde eundem 2 Sat. 1. *luna lucebat tanquam meridie.* Hæc verba parentheſi includenda. Senſus eſt, lunæ lumen feciſſe tam clara omnia, tanquam meridie eſſet dies. De phraſi tamen cogitandum, quando luna utique meridie non lucet. Puto *luna* eſſe ablativum cauſſæ, ac *lucebat* poni abſolutè. Reineſius : *fortis, tanquam Orcus apoculanius.* Comparat conviatorem ſuum militem Orco : & cùm Orcus, qui & Plutus, fingi ſoleat cæcus, vocat *apoculanium* i. e. oculis captum ; talem *Petrus Bleſſ. Serm.* 18, & 43 *abocellum* dixit, ἀνόμματον, quem imitatus noſter non hoc ſolùm, ſed & verbum, uti videri poteſt, *apoculo* infrà finxit : quanquam in phraſi, *ego me apoculo*, quam adhibet pro *abeo* ; *ſemoveo me, è conſpectu me ſurripio*, ellipſis verbi intelligi poſſit. *Ego me ab oculo* ſc. moveo : ut *amici de medio*, ſcil. fugerant. Infimæ barbariei iſta ſunt & ſuaviludium Petroniaſtrum ſapiunt. Idem poſt in Addendis : *apoculanius. Nos.* Satius videtur iſta ſic diſtinguere : *Apoculamus nos* i. e. diſcedimus, iter inimus. Quod enim de Orco cæco putabam, nunc diſplicet. Interim iſta *abocellus* & *aboculare* ejuſdem ſeculi, ſed non Neroniani, verba eſſe conſtanter teneo. *Apocalemus nos*, ἀποκαλῶ ἡμᾶς avocamus, incitamus, movemus nos ; idque ideo poſui, quod in ſeqq. habituri ſimus, *ego me apocalo*, i. ἀποκαλῶ, non *apoculo*, ut ibi notabitur. Diſtinctionibus noſtri Dalmatæ, vix tantillum fidendum. Quod non intellexit, aut nunquam audivit, retro locavit, à voce cognita in cepturus, *nos circha.* Sic paulò antè : *diſſileo* pro *diſſilio*, *ſcrophas* pro *ſtrophas*, *efigeniam* pro *Iphigeniam*, &c. perditio hæc literarum ! egregium verò ſuaviludiorum Petroniaſtrûm, barbarorum, τῶντε ἀκαταλλήλως τεθραμμένων, *ordine vacillantium*, *ſolœciſmorum*, notatorem.

Homo meus cœpit ad stellas facere, [1] *sed ego cantabundus; & stellas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exsuit se, omnia vestimenta* [2] *secundum viam posuit. Mihi in animo, in naso esse: stabam tamquam mortuus. at ille* [3] *circumminxit vestimenta sua, & subito lupus factus est. Nolite me jocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio; sed, quod cœperam dicere, postquam lupus factus est, ululare cœpit, & in silvas fugit. Ego primitus nesciebam* [4] *ubi essem: deinde accessi, ut vestimenta ejus tollerem, illa autem lapidea facta sunt. Qui mori timore, nisi ego? Gladium tamen strinxi, &* [5] *matavita tau umbras cæcidi, donec ad villam amicæ meæ*

1. *sed ego cantabundus*] Suspicor scribendum, *sedeo ego contabundus*, i.e. expecto ipsum. *Schefferus*. Patavinus post *cantabundus*, incisum (,) omiserat, potestque jam intelligi *sedeo*, *sto*, vel *incedo*. Sed vix sedebat; sequitur enim *stabam*. Reinesius: *ego cantabundus & stellas numero*. Proverbii vim habet & capitur de hominis otiosi labore inutili, & in quo nihil proficiant; suprà dixerat hoc, *numerare mapalia*, quod *Persius* corvos, aves, sectari. Græcè τὸ πετώμενον διώκειν (*volantem persequi.*) Corœbus quòd fluctus maris numeraret, traductus inter stultissimos: *Serv. ex Euphorione.*

2. *secundum viam posuit. Mihi in animo in naso esse: stabam*] pro MSi & Patav. *secundum jam posuit mihi i. a. in n. esse. Stabam.* Tilebom. *secundum jam posuit mihi in animo in naso esse.* Sensus nullus. Vnde sic libenter legerem. *Secundum jam posuit. Is mihi in animo, in naso esse videbatur.* Schefferus: *secundum jam posuit.* An, *secundum viam posuit? mihi in animo.* Ante hæc verba censeo abesse quædam, quæ ostendebant mutationem ejus. *stabam.* Virg. in Ætna

Et Mavors sævus, & cætera turba deorum
Stant utrinque metu. --- Reinesius: *mihi in animo in naso esse.* Perfecta oratio est, nec cogitandum de supplemento. Hoc vult, *Mihi in animo* erat (ἐν θυμῷ εἶχον, ἐνεθυμύθην, ἐλόγιζον, ὑπήρχετό μοι, putabam) *insanum esse*; nim. colligebat hoc ex absurdis ejus actionibus. *Mihi in animo, in naso* (scilicet *ægrè*) *esse cœpit*, vel *M. i. a. i. naso ægrè* (sc. *esse cœpit*), etiamsi sic τὸ *esse cœpit* planè abforet; proverbii habet speciem: à quo non multùm abludit Germanorum: *Es wurdt mir gar kalt zur nasen*, &c. Quæ absurdæ actiones? una modò; quòd se clam comite noctu sub dio exsuerit. terror verò Panicus hunc nostrum occupabat ex insolito hoc uno facto, ut is rigeret, mortuoque similis fieret. *Ægrè est mihi*, pro dolet mihi, aut malè me habet, frequens ap. Plautum. Si quis malit absque *in*, potest dici τὸ *in* vacare, ut sæpe. Gellius l. 1, c. 21. *In memoria nostra doctissimus.* Id. lib. 15, c. 4. *In eo tempore.* Sueton. Caligul. c. 52. *in crepidis* (pro *crepidis*) *calceatus.*

3. *circumminxit*] pro MS. & Patav. *circum m.* Schefferus: Mallem junctim scribere, *circumminxit.* Sic est, *circumamicire*, *circumtondere*, apud eund. Petronium.

4. *ubi essem*] Terent. Heaut. 2, sc. 2. *Vbi sim nescio.* Schefferus.

5. *matavita tau umbras cæcidi*] Sic planè MS. edit. Patav. *mataritata u. c.* Tilebom. *mataritata.* Sua tulit etiam Latina

neæ pervenirem. [1] *Ibi januam intravi; pene animam ebullivi: sudor mihi* [2] *per bifurcum colabat: oculi mortui:* [3] *vix unquam reiectus sum. Melissa mea mirari cœpit, quod tam sero ambularem: &, Si* [4] *ante, inquit, venisses, saltem* [5] *nobis adjutasses; lupus enim villam*

Latina lingua, quamvis gravis, fictitia effutitiáque verba: Quæ aliquando quidem lætitiam & animi exhilarationem significabant, ut duobus in locis expressè noster Petronius per voces *madia, perimadia*, & suam infrà *gingilipho* geminatam: Non secus ac Plautus, per suum *lyrælyræ*. Aliquando verò, referunt sonum, aut imaginem rei quam gerimus; & actûs quem agimus: ut cùm tubæ clangorem Ennius suo *taratantara:* & hîc noster nudum ensem motitando, voce *mataritata*. Schefferus: *mataritata*. Vocabulum pessimè corruptum. An scribendum, *male vitatas umbras?* num potiùs, *male irritatas umbras*. Reinesius: *Mataritata umbras cæcidi*, resolutâ *m* exit præpositio *in*; & lego igitur, *in alacritate:* excogitavi, puto, quod in rem erat, neque fallor. Habet autem Præpositio h. l. periphrasin Adverbii qualitatis; ut apud Ebr. τὸ ב & τὸ ἐν apud Græcos. *In alacritate*, i. e. alacrè, alacriter; ut ἐν δυνάμει, potenter: ἐν δόξῃ, gloriosè: ἐν ἀγαλλιάσει, exultanter. *matavitatau* sonat quasi μὰ, τὰ, βῆτα, ταῦ, intellectu Latino: *Profecto tua (res agitur,) vita tau*, scil. litera τ in militia vitalis, ut θ mortis index. Quæ simul congruerent sententiæ Tilebomeni, & magìs si μὰ per aphæresin pro ἐμὰ accipias; intelligeretur enim: *mea, tua (res* scilicet *periclitatur,) vita τ*.

1. *Ibi januam intravi*] pro MSi, & Patav. *In larvam i.* Cic. ad Qu. Fr. *qui in tuam familiaritatem penitus intravit.* Noster mox, *lupus villam intravit.* Schefferus: *In larvam intravi.* Scribo, *januam intravi.* Petronius in editis: *hesterno die mulier quædam haud inculta januam intravit.* Adde Phædrum nostrum. Reinesius: *in larvam intravi*, leg. *Ibi januam intravi.*

2. *per bifurcum colabat*] pro MS. & Patav. *p. b. volabat.* Schefferus: *Bifurcum* est, quicquid in partes duas, velut furcam est divisum. Quomodo Columella lib. 3, cap. 18. *pastinum* appellat *ferramentum bifurcum.* At hoc nescio quid faciat isto loco. Ideoque censeo deesse quidpiam, præsertim cùm nec verbum *volare* conveniat sudori. Reinesius: *sudor mihi per bifurcum volabat.* A concepto terrore subitaneo, à labore etiam, sudor manare solet. *Bifurcum* verò adpellat utráque femora & crura, quæ in homine furcam adsimulant. Tum lego *colabat*, i. e. stillabat, defluebat ex habitu tanquam per colum transmissus. Est enim hoc Verbi liquidorum proprium, ut cribrari aridorum. Colabat autem pro colabatur, Activo pro passionis significationem habente Verbo: de quo elegantiæ genere *Gellius lib. 18, c. 12: Schopp. 2 Verosim. 2: Iuretus ad Symm. lib. 8 Ep. 42: Ego Variar. lib. 3, c. 11, p. 516, 526.*

3. *vix unquam*] vix tandem. Illud *unquam* ita usurpari apud alios non recordor. Noster infrà rursum: *vix oculo mortuô unquam illum emi.* Schefferus. *Vnquam*, ullo seu aliquo tempore.

4. *ante*] priùs, citiùs. Terent. Andr. 1, scen. 5. *Nonne oportuit præscisse me anté.* Schefferus.

5. *nobis adjutasses*] Pacuvius in Chrise, citante Donato ad Terentii Adelph. Prolog. *Adjuta mihi.* Schefferus. *nobis adjutasses.* Archaismo isto, à Pacuvio indè, usum fuisse Petronium, præsertim ludentem, facilè adducor ut credam. Observans enim veteris

villam intravit, [1] *& omnia pecora : tamquam lanius sangu nem illis misit. nec tamen derisit, etiamsi fugit ; servus enim nosti lancea collum ejus trajecit. Hæc ut audivi,* [2] *operire oculos ampli non potui, sed luce clara* [3] *huc nostri domum fugi, tamquam* [4] *co compilatus :* * *& postquam veni in illum locum, in quo lapidea vesti menta erant facta, nihil inveni, nisi sanguinem. Vt vero domu veni, jacebat miles meus in lecto, tamquam* [5] *bovis, & collum illi medicus curabat. Intellexi illum* [6] *versipellem esse, nec postea cu illo panem gustare potui;* [7] *non si me occidisses. Viderint,* [8] *qui hoc . alii*

veteris Romæ cum Ennio, Catone, & Comicis istius seculi libenter loquitur. Eundem amârunt seculis incomtis malè-Latinîs ; sic *Alcuinus lib.* 2 *adv. Eliphanti epistolam f.* 949. *edit. Paris. In tantam ignorantiæ caliginem errabundus devolveris, ut ea quæ tuis sine dubio sensibus contraria sunt, tuis etiam partibus adjuvare æstimaveris.* nisi vernaculæ suæ Latinam attemperasse in talibus potiùs dicendi sunt ; nam & in nostrâ puriore tertium casum adsciscit Verbum *helffen.* Th. Reinesius.

1. *& omnia pecora : tamquam --- illis misisset*] pro MS, & Patav. *e. o. pecora, tanquam* (sæpissime etiam *tamquam*, ut proximè *t. Orcus*) *— illis misit.* Tilebom. *& omnia pecora tanquam lanius.* scribe. *& omnia pecora turbavit, ac tanquam lanius.* Schefferus : *omnia pecora, tanquam lanius.* Post *pecora* scribendam stellulam puto, desunt enim aliqua. nisi mavis illa, tanquam minus auspicata, reticeri, quod mihi rectius videtur, atque ideo mox, *missset,* scribi oportere. Porrò *sanguinem misisse* dicitur, quia non necavit sed vulneravit morsu : sicut solent lupi, cùm in gregem veniunt, neminem invulneratam relinquunt. Facilè ignoscet noster notator ; paulò enim antè pro *sed, quod cæperam.* habet, *sed quod quod cep.* & pro *ebullivi, ebulivi.*

2. *operire oculos*] claudere, contrarium τῷ *aperire.* Petronius in editis : *oculis apertis bona sua computant.* Io. Schefferus.

3. *huc nostri*] pro MS. & Patav. *h n.* Schefferus: *hac nostri domum.* Suspicor scribendum, *huc.*

4. *copo compilatus*] *copo*, est *caupo*, que ita etiam apud Ciceronem h bent veteres membranæ non uno l co. Philoxenus : *Copo & caupo, κάπ λων.* At *compilatus* dicitur, qui fur læsus est. Nonius in voce, Suppilar *Suppilare est involare, vel rapere, à pi rum raptu, unde & furtum passi, comp lati dicuntur.* Solent autem hi cur studioque persequi summô, quos hospitibus manè cognoverunt fu tum fecisse. Quò respicitur hoc d &c. *Schefferus.*

5. *bovis*] MS. ad m. *Nominat. casu* Schefferus : Scaliger ad Festum voc Asseres. *Axis, Axeris, ut suis, sueris; I vis, Ioveris; bovis, boveris.* Adde Varr nem lib. 7 de L.L. unde sua Scalig desumsit.

6. *versipellem*] Propriè sic appella qui ex homine fieri solet lupus. Pl nius 8, cap. 22. *Homines in lupos veri rursumque restitui sibi falsum esse, conv denter existimare debemus. Vnde tam ista vulgo infixa sit fama in tantum, ut maledictis versipelles habeat, indicabitu* Philoxenus, *versipellio, χαμαιλέων κ λυκάνθρωπος (chamæleon & hom lupus).* Scheffer.

7. *non si*] Terent. And. 4. *Non capiundos mihi sciam esse inimicos omn homines.* Id.

8. *qui hoc de aliter in opinione sunt ego*

aliter in opinione sunt: ego si mentior, Genios vestros iratos habeam.

† *Attonitis admiratione universis:* ‡ *Salvo, inquit, tuo sermone, Trimalchio, siqua fides est, ut mihi pili inhorruerunt; quia scio* [1] *Nicerotem nihil nugarum narrare. imo certus est, & minime* [2] *linguosus; nam & ipse vobis rem horribilem narrabo.* [3] *Asinus in tegulis: Cum adhuc capillatus essem, (nam à puero vitam chiam gessi) ipsus nostri delicatus decessit, me-Hercules margaritum,* [4] *eccritus, & omni-*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

ego] pro MSi & Patav. *q. h. de alibi exopinissent: e.* Tilebom. *alibi exopinissent.* Libenter ex Festo, *in postliminio*, scriberem: *aliter in opinione sunt.* Schefferus: *qui hoc de alibi exopinissent.* Hæc corrupta sunt, nec quid sibi velint, satis dispicio. Reinesius. *Viderint qui hoc de alibi exopinissent.* leg. *Viderint, qui hoc de alio esse opiniscent.* Latino-Barbarum est *opiniscere, opinissere, (& opinissare* paragogicum τοῦ *opinari:)* è quibus illud Desiderativis, hoc Meditativis adscribendum. Bene tamen Latina hujus formæ & antiqua sunt, *petisso, expetisso, incipisso.*

1. *Nicerotem*] pro MSi, & Patav. *Niceronem.* Sic Tilebomenus. favetque etymologia à νικὴ victoria, & ἔρως, ωτος, amor; nisi hic malis à ν. & εἴρων, ωνος, dissimulator, qui aliter loquitur ac sentit: *Nicerotem* habuimus in præcedentibus.

2. *linguosus*] garrulus, λάλος. Vsurpavit hoc vocabulum Hieronymus tali sensu sæpe, ut docet Casaubonus in Characteribus Theophrasti. *Io. Schefferus.*

3. *Asinus in tegulis: Cum adhuc* &c.] pro MSi, & Patav. *A. i. tegulis, cum adhuc capillatus essem, nam à puero vitam chiam gessi i p i m mostri delicatus.* Tilebom. *Asinus in tegulis,* &c. Sic distinguendum atque legendum esse arbitror huncce locum, *Asinus in tegulis. Cùm adhuc capillatus essem. (Nam à puero vitam Chiam gessi) ipse noster delicatus decessit, mehercules, margaritum.* Schefferus: *vitam chiam*, delicatam intelligo, mollem, jucundam; quomodo & *risus chius* dictus est proverbiô, de quo, qui Adagia compilârunt. *gessi.* Puto scribendum: *gessi ipsimi.* To *ipsimi* usurpat etiam in sequentibus: *femina ipsimi domino fui,* ubi vide. *Gessi,* est *egi.* Quomodo B. Cyprianus in orat. sub Martyrii horam: *Tibi gratias & laudem gero Deus.* Livius 39, c. 54. *Neque illos rectè gessisse, quum in Italiam veniret.* Ita Optimus Gronovius lib. 4 Obs. c. 14, ubi vide plura. Plautus Pseud. 1, scen. 2. *Sed tace, atque hanc rem gere. mostri delicatus.* Scribo, *nostri delicatus.* Quomodo apud Spartianum in Adria. c. 4, *delicati Trajani,* hoc est, οἱ ἐρώμενοι (*amasii*). Vide Casaubonum eo loco. Reinesius: *Asinus in tegulis.* Ita præscribit proverbio fabulam, quam narraturus est; nim. rem novam, insolitam, simul horribilem de strigibus παιδοπνικτρίαις (*puerorum suffocatricibus*). Videri tamen etiam scholion marginale potest: quale etiam hoc, *Ecce, alius ludus,* infrá.

4. *eccritus*] pro Patav. *cacritus*, & MSi *caccitus* vel *carritus*, *cc* vel *rr* ultra alias literas æquali ductu in sublime procurrentibûs. posteriores tamen Dn. Lucii, & collatio cum protographo Romæ iterata confirmant *cc.* Schefferus: *cacritus, & omnium numerum.* An legendum, *cæritus, & omnium numerum?* Posset *cæritus* accipi pro eo, qui ex cera est formatus, ut sic notaretur pulchritudo ejus. Num potiùs *cirratus,* quod inversè positæ fuerint litteræ? ut intelligatur cincinnatus, comptulus. Tales enim amabant.

& omnium numerûm. Cum ergo illum mater miſella plangeret, & nos tum plures in [1] *triſtimonia eſſemus, ſubito ſtriges cœperunt, putares canem leporem perſequi. Habebamus tunc hominem Cappadocem, longum,* [2] *valde audaculum, & qui* [3] *valebat Iovem iratum tollere. Hic audacter ſtricto gladio extra oſtium* [4] *percucurrit involuta manu ſiniſtra* [5] *curioſe, & mulierem, tamquam hoc loco,* [6] *(ſalvum ſit quod tango) mediam trajecit. Audimus gemitum;* [7] *at plane (non mentiar) ipſas non vidimus: baro autem noſter* [8] *intro verſus*

Vide Senec. Epiſt. 95. *Numerûm*, eſt *numerorum*. Omnium numerorum eſſe dicitur, qui habet omnes numeros, i. e. perfectus atque abſolutus eſt: ſicut eſſe bonæ indolis, & habere bonam indolem uſurpamus. Cicero de Offic. 1. *Illud autem officium, quod rectum appellant, perfectum atque abſolutum eſt, &, ut iidem dicunt, omnes numeros habet.* Noſter infrà: *Duo tamen vitia habet, quæ ſi non haberet, eſſet omnium numerorum.* Sic enim legendum ibi, non *nummorum*. Reineſius: *cacritus*. leg. *eccritus*. ἐκκλῆτος, pro ſelecto, eximio, egregio. *Philo* aquilarum pullos eos qui contra ſolem tuentur vocat φιλάετες καὶ ἐκκλήτες (*cariſſimos & ſelectos*). *Schol. Rhet. Ariſt. l.* 1. οἱ ἐκκλητοι τῶν Ἀιτωλῶν ſunt proceres, ſelecti Ætolorum. *Heliod. lib* 9 *Æthiop. c.* 3 dixit ἄνδρα ἐκκλητον καὶ τὸ σῶμα ἰσχὺν ἐπιλεκτον (*virum ſelectum, & robore corporis eximium*).

1. *triſtimonia*] In vicem MS. & Patav. *triſtimonio*. Schefferus: *in triſtimonio*. Scribe, *triſtimonia*. Nævius apud Feſtum in Colace: *Triſtimoniam deturbat ex animo.*

2. *valde audaculum*] repono, *valde audacem*. Io. Ca. Tilebomenus.

3. *valebat Iovem iratum tollere*] MS. *valebat, poterat jovem i. t.* Quod eſt manifeſtum ſcholion in textu deprehendiſſe. Sic etiam actum cum aliis. ſi quæ purioris latinitatis difficiliora iis viſa, ſimpliciúſve ſonuere, ſubſtituta in margine, obvia, barbara, quæ deinde textum nivaſerunt. Scimus quid in hac ipſa editione, quam cætera ſequimur, Arbitro quà hiſtoriam Fabri verbis Sarisberienſis introductam affictum fuerit. Schefferus: *Iovem tollere*. ſicut *taurum tollere*, Petronius in editis.

4. *percucurrit*] *Percurro*, occurro, &c. nunquam aut raro prim. præteriti ſimpl. ap. alios geminant. Voſſius in Grammat.

5. *curioſe*] diligenter. Petronius in editis: *deterſiſque curioſè manibus inclinavit ſe in lectum*. Loquitur autem de manu involvit veſte, clypei locô. De qua conſuetudine Petron. *Intorto circa brachium pallio, compoſui ad præliandum gradum*. Io. Schefferus.

6. *ſalvum ſit, quod tango*] Formula eſt ejus, qui avertit omen, quod in ſe ex narratione mali alieni valere poſſe pertimeſcit. Itaque hîc parentheſi debet includi. Nam præcedens *hoc loco* demonſtrativè debet intelligi, quia ſimul cum his verbis intenderat digitum in ſui propriique corporis eum locum, in quo corpus mulieris fuerat vulneratum. *Idem.*

7. *at plane (non mentiar) ipſas*] pro Patav. *& pl. n. mentiar, i.* MS. *& pl. n. mentiar) i.* Schefferus: *& plane non mentiar*. Mallem ſcribere ac diſtinguere, *at plane, non mentiar, ipſas non vidimus.*

8. *intro verſus*] Ita MS. Patav. e. *introverſus*. Schefferus: *introverſus*. Divide, *intro verſus*, nempe intra oſtium, extra

fus se projecit in lectum, & corpus totum lividum habebat, quasi flagellis cæsus, quia scilicet illum tetigerat [1] mala manus. Nos clauso ostio redimus iterum ad officium; sed dum mater [2] amplexat corpus filii sui, tangit, & videt [3] manuciolum de stramentis factum: non cor habebat: non intestina: non quicquam: [4] scilicet jam striges puerum involaverant, & supposuerant stramentitium [5] vacuum. Rogo vos, oportet credatis, sunt mulieres plus [6] sciæ, sunt [7] nocturnæ, &

[1] *quod*

extra quod cucurrerat anté. quomodo *retro versam aciem* dixit Horatius.

1. *mala manus*] venefica, magicáque arte armata. Sic *malum carmen* habemus apud Plinium & alios isto sensu. Inscriptio vetus apud Gruter. pag. 586. Quo. tempore. vivere. debuimus. a. mala manu. disparati. sumus. Plaut. Amphitr. II, sc. 1. *Huic homini nescio quid est mali mala objectum manu.* I. Scheffer.

2. *amplexat* &c.] pro MS. & Pat. *amplexaret.* Cætera bene habent; primùm inopinatò *tangit*, deinde *videt manicillium.* Schefferus: *amplexaret.* Puto meliùs sic scribi: *dum mater amplexat, & corpus filii sui tangit, & videt* &c. Illud *amplexare* activè sic posuerunt alii quoque, interque illos ipse Cicero.

3. *manuciolum*] puto fasciculum detorari, nec esse multùm *à manicillio* diversum, quod in Glossis legitur, præcéque χειριδιον redditur, hoc est escio quid, repurgandis pavimenti arietumque sordibus accommodatum, uti à Polluce docemur. *Schefferus.*

4. *scilicet jam striges*] Sic & paulò antè lego *subito striges*, pro MS. & Pat. *s. j. strigæ.* & *s. striga.* MS. utrobique *strige.* Tilebom. *strigæ.* Lege, *striges.* Discrimen enim luculentum est referente Scaligero, inter striges & strigas, licèt plerique illa confundant & promiscuè usurpent. Schefferus: *scilicet jam strigæ.* Meminit Petronius in editis: *Quæ striges commederunt nervos tuos?* Porrò ex hoc loco suspicor, scribendum esse *striges.* Quanquam & Philoxenus: *Striga, γυνη φαρμακις (mulier venefica).* De strigibus hisce habes aliàs non pauca huc spectantia apud Apulejum lib. II Asini. cui potest addi Plautus Pseud. II, sc. 2.

5. *vacuum*] pro MSi *vacuatonem*, & Patav. *vaccatonem.* Schefferus: *vaccatonem.* Sic fortassis à vacando dictum, quod esset vacuus inanisque, ac destitutus intestinis. Licet vocabulum hoc aliàs non lectum nobis sit. Reinesius: *Vaccatonem*; leg. *vacantonem.* Vacanto fascis, manipulus, cento, volucrum corpore alio vacuum: vacantivus, βακαντιος, vacans. Fortassis rectiùs dixerimus *Vacantionem* à Partic. act. ut *Crescentionem, Servantionem, Valentionem. vaccationem.* βακκαντιος. Hìc plenis velis in Barbariam navigatur; sed dixi, suprà, propter singula verba Fragmentum hoc non posse destitui, qui hoc agit integras sententias & narrationes proscribat, me minùs pugnaturo quàm pro singulis verborum. Video MSm: deprehendi fabricatorem, & promotores Hisp. *martilli* seu *martioli* (dolus autem vel q. quo subtilior verique magis speciem præbet, eò odiosior) pro *marculo* aut *martulo*, quid ni ead. vìâ *vaccatonem* productum statuam? Quæ mea mens de singulis.

6. *sciæ*] scientes, doctæ. Pacuvius, citante Prisciano: *neque quemquam invenit sciam.* Glossæ veteres: εἰδὸς, *scius.* Nempe sicut dicuntur *sagæ*, à sagiendo, quod multa sentiant in-

[1] *quod sursum est deorsum faciunt. Cæterum baro ille longus, post hoc factum, nunquam coloris sui fuit; imo post paucos dies phreneticus periit.* † *Miramur nos, & pariter credimus;* [2] *osculatique mensam rogamus nocturnas, ut* [3] *suis se teneant, dum redimus à cœna. Et sane jam* [4] *lucernæ mihi plures videbantur ardere, totumque triclinium esse mutatum, cum Trimalchio:* ‡ *Tibi dico, inquit,* [5] *Plocrime nihil narras?* [6] *nihil nos delectaris?* [7] *& solebas suavis esse,* [8] *canturire, belle* [9] *deverbia adIcere, melica. Heu, heu, abistis dulcis ca-*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

telligantque, ita *sciæ*, quòd multa sciant. A *scio* est dîminutivum *sciolus*. Io. Schefferus.

7. *nocturnæ*] Sic appellat, propter sacra magica, quæ noctu solent celebrare, artemque ipsam, quam exercent noctu. *Scheffer.*

1. *quod sursum est deorsum faciunt*] Græcismô dixit. *Mnesimachus in Hippotropho apud Athen. l. 9.* πάντες δὲ ἔνδον τὰ κάθωτεν ἄνω, scilic. ποιοῦσι (*omnes domestici, quæ sursum, deorsum faciunt*). de familia discursante in domo & satagente. *Seneca* ex parte Ep. 44. *Omnia ista longa vetustas miscuit, & sursum deorsum Fortuna versavit.* Th. Reinesius.

2. *osculatique mensam*] velut rem sacram. Sic enim habitas fuisse docent passim veteres. *Schefferus.*

3. *suis se teneant*] puta, *finibûs*. Cicero III Fin. 3. *Quare illam quidem dimittamus, & suis se finibus tenere jubeamus.* Idem.

4. *lucernæ mihi plures videbantur ardere*] hoc est, ebrius eram. Ita enim fit in ebrietate. Horat. II Sat. I.

--- saltat Milonius, ut semel icto
Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.

Habes similia apud Lucretium atque Iuvenalem. *Id.*

5. *tibi dico Plocrime*] *tibi dico.* Formula excitantis. Terent. Hecyr. IV, scen. I.

Quid ais, Myrrhina? heus, tibi dico.

Schefferus. *Plocrime.* leg. *Plocame* adpellatio servi hæc est verè Romana, nota è lapidibus: doceo *in Epon.* Reinesius.

6. *nihil nos delectaris*] *Delector* nonnulli deponens crediderunt, quia non admittat ablativum cum præpos. à, vel ab, omnibus passivis communem. *Nos delectaris*, ego tolerabile judicem constructione & ellipsi Græca. Nîl *nos delectaris?* i. πρὸς ἡμᾶς, *propter nos*, vel causâ nostri, nobîs, qui & ipse *solebas suavis esse*, ut sequitur, *canturire*, &c. ἥδεσθαι πρός τι, *delectari aliqua re.*

7. *& solebas*] Mallem: *at solebas.* Schefferus. *&*. Id est, *nam, quia.* Vîrgil. in Bucol.

Audieras, & fama fuit. ---

8. *canturire*] facilis esse ad cantus, Philoxenus: *canturit*, ψυθυρίζει. Schefferus.

9. *deverbia adIcere, melica. Heu,* &c.] pro MSi, & Patav. *d. adicere, melicam heu heu! ab istis. adIcere* est adjicere, abIstis, abjistis, *partis*, parteis, vel partes. Schefferus: *deverbia.* Hunc totum locum sic conjicio legendum: *belle deverbia dicere, melicave. Heu, heu! abistis dulcis caricæ?* Quærit: *an abivistis caricæ dulces? Caricæ*, pro re quavis grata & suavi, quia *caricarum* apud veteres longè maxima æstimatio. *Dulcis*, est pro *dulces*, sic ut solet locis aliîs. *Abistis* pro *abivistis*, desistis, cessastis esse. Cicero in Epistol. *Illa mea, quæ solebas antea laudare, abierunt. Deverbia* sunt Comœdiarum partes, quales recitare consueverunt in convivio. Diomede lib

caricæ. † *Iam, inquit ille, quadrigæ meæ* [1] *decucurrerunt, ex quo podagricus factus sum, alioquin cum essem adulescentulus cantando pene phthisicus factus sum. quid saltare? quid deverbia? quid* [2] *tonstrinam? quem parem habui, nisi unum* [3] *Apelletem?* ‡ *oppositaque ad os manu* [4] *nescio quid tetrum exsibilavit, quod postea Græcum esse adfirmabat: nec non Trimalchio ipse, cum tubicines esset imitatus ad delicias suas respexit, quem Crœsum adpellabat. Puer autem lippus,* [1] *sordi-*

† *Ploerimus.* ‡ *Encolpius.*

lib. III. *Diverbia sunt partes comœdiarum, in quibus diversorum personæ versantur.* De Comœdiis per partes recitari solitis in convivio, res nota est. *Melica*, Lyrica sunt carmina. Reinesius: *solebas canturire, belle deverbia adjicere, melicam, heu! ab istis dulcis carica.* Legam, *melitari: heu, heu! ab istis dulces carycæ! Melitari* factum è Græco μελετᾶν (*meditari*): μελέται verò sunt exercitationes rhetorum, declamationes; Inde *melitari* idem quod perorare, declamare, recitare. *Diomedes l.* 1 *è Plinio* (eundem laudat *Charisius in primo:* ejus librum tertium Artis Gramm. *Gregor. Turon. præf. l.* 1 *Vit. Patr.* & *Salamon Ep. Constantiensis* in *Lexico* passim) docet *meditantem esse secum cogitantem; melitantem voce dicentem.* In reliquis deplorat se jucundis ejus narrationibûs nunc carere: q. d. ἔῤῥετε, ὀλώλατε ἀστεῖσμοι συμποτικοὶ καὶ διηγήματα παιγνιώδη γελοῖα; periistis, quæ nos exhilarare solebatis. Vocat autem id genus per metaphoram *carycas*, i. e. scitamenta conditanea. Propriè Καρύκη, καρυκεία, καρύκευμα. *Hippocrati* & *Galeno* est edulium, intritum, seu mistella è variis condimentis delicatis adparata, ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον ὑποτρίμματος εἶδος. *Erot.* Lydorum inventum esse è Timonis Sillis refert *Athen. l.* 4, & 12, & scriptoribus τῶν ὀψαρτυτικῶν (*artis coquinariæ*) celebrari: nominat *Lucianus in Conv.* χυμοὺς καὶ πέμματα καὶ καρυκείας (*sapores & missus & caryceas*): *Maxim. Tyrius diss.* 11, ἡδύσματα, τροφὴν ποικίλην, καρυκείαν (*condimenta suavia, nutrimentum varium, caryceam*): *Basilius Cæsariensis* apud *Theodor* 4, *hist. Eccl.* 19, præpositum culinæ: Σόν ἐστι τῶν τῶν ζωμῶν καρυκίας φροντίζειν. *tuum est jusculorum condituras curare:* & *Nilus Constantinop.* mensam ἄκαπνον, simplicem, ἀδαπάνητον, solis oleribûs radiculîs & horariis fructibûs constantem dixit ἀκαρύκευτον καὶ ἄτεχνον (*conditurâ & arte carentem*). Poteram etiam de *caricis*, quæ sunt siccatæ ficus, ἰσχάδες, dulci sapore commendabiles maximè, & inter mitiores cibos primæ omnium receptæ à mortalibus, exponere: sed quod dixi videtur elegantius & Petronio φιλελληνικωτάτῳ (*Græci sermonis amantissimô*) dignius.

1. *decucurrerunt*] *Decurro*, procurro, præc. excurro, *decucurri*, & decurri, &c.

2. *tonstrinam*] commemorem scilicet, aut tale quid subintelligendo. In locum Patav. *tonstrinum*, quomodo & MS. nisi sit *tonstinum*. Schefferus: *Tonstrinum*, in quo garruli ac loquaces solebant convenire. Docuit pridem Casaubonus ad Theophrasti Characteres p. m. 243. Nos quoque olim ea de re egimus ad Æliani nostri lib. VI Var. Hist. c. 12.

3. *Apelletem*] Lege *Apellem*, si velis. *I. C. Tilebom.*

4. *nescio quid tetrum exsibilavit*] Viden' Arbitrum in oratore suo tetrum sibilum notare, alios risum Agamemnonis ægrè ferentem, scholasti-

[1] *sordidissimis dentibus catellam nigram, atque indecenter pinguem* [2] *prasina involvebat fascia, panemque semissem ponebat supra torum, atque* [3] *hoc, nausea recusantem saginabat; quo admonitus officio Trimalchio* [4] *Scylacem jussit adduci, præsidium domus, familiæque. Nec mora, ingentis formæ adductus est canis catena vinctus, admonitusque ostiarii calce ut cubaret, ante mensam se posuit. Tum Trimalchio* [5] *jactans candidum panem: Nemo, inquit, in domo mea me plus amat. Indignatus puer, quod Scylacem tam effuse laudaret, catellam* [6] *in terra deposuit, hortatusque ut ad rixam properaret: Scylax,* [7] *canino scilicet usus ingenio teterrimo latratu triclinium implevit,* [8] *Margaritamque Crœsi pene laceravit. Nec intra rixam tumultus*

lasticorum præcaventem introducere, &c. Nunc attendesîs, ipse ad nos verba faciet, desideraturusne quid facilè, utut sic fractus & luxatus, vernulam ejus eloquentiam?

1. *sordidissimis dentibus*] pro MSi, & Patav. *sordidissimus d.* Schefferus: Scribe, *sordidissimis dentibus*, & depuero intellige.

2. *prasina*] MS. in m. *i. viridi.*

3. *hoc*] sc. *pane*, vel *hanc* nimirum *catulam*, pro MSi & Patav. *hac.* Schefferus quid hîc velit, non satis assequor: Ratio, inquit, requirit, ut (pro, *hac nausea*) scribatur, *hæc nausea*, panem nempe istum. Puto autem hic deesse ea, quibus saginaverit catellam, & iccirco post *recusantem* asteriscum oportere scribi. *Sagina Margaritæ* (hoc catellæ nomen) erat panis, sed forsan autopyros, poteratque accedere jus; qua ratione invitatus Trimalchio, mox *Scylacem* siligineo excepit pane.

4. *Scylacem jubet adduci, præsidium domus familiæque*] Et mox de eodem, *nemo me plus in domo mea amat. Theoph. in Charact.* hominem rusticum describit, quòd vocato cane & rostro ejus prehensô, οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον (*hic locum, domum, & domesticos custodit*), dicat. Expressit istam adversus canem, comitem domini & socium in venatu, humanitatem *Nonnus l.* 16 *Dion.* ubi Liber suum prædicans:

Εἰσὶ, inquit, καὶ ἐν σκυλάκεσσιν ἐχέφρονες, οἷσι Κρονίων
Ἀνδρομέην φρένα δῶκε, καὶ οὐ βροτέην πόρε φωνήν.
(*Est quoque mens catulis animum queis Iupiter ipse*
Humanum dedit, humana sed voce negata). Th. Reinesius.

5. *jactans candidum panem*] Phædrus noster lib. III, c. 8. *frusta jactat familia.* Dicam ibi ampliùs in curis secundis. *Io. Schefferus.*

6. *in terra*] Patavina edit. MS. *in terram.*

7. *canino scilicet*] MS. pro Patav. *c. subiret.* Schefferus: *canino subiret usus ingenio.* Lego *Scylax canino subirate usus ingenio*, i. e. nonnihil fuit iratus pro ingenio canino, sicut solent canes præsertim tales faciles irasci. *Vsus ingeniô*, ut apud Petronium vulgatum, *usus beneficiô, consiliô, viribûs.* Curtius VIII, cap. 8. *Qui mihi permittunt uti ingenio meô.* Reinesius: *subiret.* Emendo conversa syllaba *ret*, & leg. *subiter*, i. e. subitò. Adverbium enim istud sub eadem significatione terminationis geminæ, uti alia plura.

8. *Margaritamque*] catellam pueri. *Schefferus.*

1. *Non*

tumultus constitit, sed candelabrum etiam supra mensam eversum, & vasa omnia crystallina comminuit, & oleo ferventi aliquot convivas respersit. Trimalchio, ne videretur jactura motus, basiavit puerum, ac jussit supra dorsum adscendere suum. [1] *Non moratus ille, usus equo, manuque plena scapulas ejus subinde* [2] *verberavit, & inter risum proclamavit: bucca, bucca, quot sunt hic? Repressus* [3] *ergo aliquamdiu Trimalchio* [4] *camellam grandem jussit misceri, potiones dividi omnibus servis, qui ad pedes sedebant, adjecta exceptione:* † *Si quis, inquit, noluerit accipere caput illi perfunde. interdiu severa,* [5] *nunc hilaria.*

‡ *Hanc humanitatem insecutæ sunt* [6] *mattæ, quarum etiam recordatio me, si qua est dicenti fides, offendit. Singulæ enim gallinæ al-*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.*

tiles

1. *Non moratus ille, usus*] Sic MS. & Patav. *N. m. i. u.* Schefferus: *non moratus ille usus equo.* An scribendum, *non moratus ille, & usus equo?* equum intelligo Trimalchionem, quia jusserat puerum supra dorsum suum ascendere.

2. *verberavit, & inter risum proclamavit: bucca, b.*] pro Patav. *verberavit, interque r. p. Bucca b.* & MSi, *v. inter quem, r. preclamavit. b. b.* Tilebom. *Bucca, bucca:* arridet mihi: *Buco, buco.* Schefferus: Puto innui genus ludicri, quod hodieque passim frequentatur pueris. Clauduntur uni oculi, cæteri palmis feriunt scapulas, mox digitum imponunt, jubentque divinare, quis sit, pollexne, an index, num alius quispiam. Sed pro eo, quod hic digitus imponitur, veteres micando usi videntur, id est, sic protensis digitis, ut nunc hunc, nunc alium referrent numerum, quem cogebatur divinare is, qui oculos habebat tectos. Cæterùm illud *bucca* quid sit, non definio. Potest vox formata jocò esse, ut in talibus consuevit. Potest & scurram denotare. Quomodo apud Iuvenalem Sat. XI. *Curtius & Metho bucca* leguntur. Nisi putes *bucco* scribi oportere, accipique pro stulto. Quomodo apud Plautum in Bacchid. V, scen. 1. sunt *stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.* Existimo auctorem verecunde id dicere; puerum non solùm scapulas Trimalchionis plena manu pulsâsse, sed & buccam tetigisse, simulque interrogâsse: *bucca* (quia in buccis lingua) *quot sunt hic?* Vnde & (?) post *hic* appositi.

3. *ergo aliquamdiu Trimalchio*] MS. pro Patav. *ergo Trimalcio.*

4. *camellam grandem jussis misceri*] Tilebom. Consentaneum magis: *jussit afferri.* Schefferus: *jussit misceri.* Compleri vinô. Virgil. I, Georg. 9.

Poculáque inventis Acheloia miscuit uvis.

Martialis lib. XI Ep. 6.

Misce dimidios puer trientes.

Et lib. VI Ep. 54.

Misceri sibi protinus deunces
Sed crebros jubet deunces ----

5. *nunc hilaria*] MS. ad marg. *al. nunc ilaria.*

6. *mattæ*] bellaria. Meminit & Suetonius in Cajo cap. 38. Nam cùm vulgò ibi legant *mactæ*, Memmianus aliique libri rectiùs habent *mattæ.* Schefferus.

tiles pro turdis [1] *circumlatæ sunt, & [2] ova anserina pileata, quæ ut comessemus [3] ambitiosissime à nobis Trimalchio petiit, dicens [4] exossatas esse gallinas. Inter hæc triclinii valvas lictor [5] percussit, [6] amictusque veste alba, cum ingenti frequentia comissator intravit. Ego majestate conterritus Prætorem putabam venisse. Itaque [7] tentavi assurgere, & nudos pedes in terram deferre. Risit hanc trepidationem. Agamemnon, † & Contine [8] te, inquit, homo stultissime. [9] Habinnas*

‡ *Agamemnon.*

1. *circumlatæ*] MS. pro Patav. *circulatæ*. Schefferus: Scribe, *circumlatæ sunt*. Quanquam isto modo & infrà.

2. *ova anserina pileata*] Quomodo, *pileata*; An, ut suprà *aper pileatus* est appositus? At hoc vix convenit in ova. Suspicor hîc mendam latere, aut etiam abesse quidpiam. Sed sic habes quoque infrà, ut sit ampliùs cogitandum. *Schefferus. Ova pileata*, explicabit Reinesius pulcrè de albumine, vitello, & farina in modum *pileoli* coagulatis, inferiùs.

3. *ambitiosissime à nobis*] pro MS. & Pat. *ambitiosissime n.* Schefferus: *ambitiosissime nobis Trimalchio petiit*. Suspicor, abesse præpositionem, scribique oportere, *ambitiosissime à nobis*. Ellipsin profectò talem observare non recordor.

4. *exossatas*] Lucretius lib. IV.

Atque exossato ciet omni pectore fluctus. Io. Schefferus.

5. *percussit*] virgâ, ex more, ad significandum magistratus publici adventum. Habes latius apud Lipsium I Elect. 23. *I. Schefferus.*

6. *amictusque veste alba*] Comissator Habinnas, Sevir ejus Coloniæ, ut mox audiemus, veste alba amictus, propter festum, cui interfuit, convivium. Horatius:

Ille repotia, natales, aliosque dierum
Festos albatus celebret. ---

Cicero Or. in Vatinium. *Quum ipse epuli Dominus Q. Arius albatus esset*, &c. Est autem *alba vestis*, recens, nova, nec sordibûs maculata. Vide Lipsium I Elect. cap. 13, & quæ nos olim ad Pacati cap. 37. *Schefferus.*

7. *tentavi assurgere*] Alibi: *tentavit muliercula dare cibum. Assurgere*, est, locô cedere honoris gratiâ. Quod sic absolutè usurpavit quoque Cicero de Senect. *Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia; salutari, appeti, decedi, assurgi.* Scheffer.

8. *& Contine te*] i. e. mane. Bene autem *contine*, quia volebat surgere, & sic contra priorem voluntatem illam manebat. Terent. Phorm. II, sc. I. *Ruri ferè se continebat.* ubi Donatus: *Continere se dicitur, qui contra voluntatem se continet.* Idem.

9. *Habinnas Sevir*] MS. pro Patav. *Habinna S.* Schefferus: *Sevir.* Qualis fuit & Trimalchio, ut inscriptio ipsius triclinii postibus affixa docet in jam editis. Fuerunt porrò *Seviri*, magistratus colonici, sacris in honorem Augustorum faciendis præfecti, atque ob id *Augustalium* elogiô ornati, creati à Decurionibus, sicut docent veteres apud Gruterum inscriptiones. Et quia magistratus erant, habent lictores suos, sicut hic Hannibas, & in præcedentibus Trimalchio. Ad lictores enim referendi fasces illi cum securibus in postibus prædictis. Quanquam hoc ab ipsis arroganter magis, quàm ex jure factum fuerit, ut in ante indicato Electorum loco Lipsius testatur. *Idem.*

1. *idem-*

innas Sevir est [1] *idemque lapidarius*, [2] *qui videretur monumenta optime facere.*

‡ *Recreatus hoc sermone reposui cubitum, Habinnamque intrantem cum admiratione ingenti spectabam.* [3] *Ille autem jam ebrius uxoris suæ humeris imposuerat manus, oneratusque aliquot coronis, & unguento per frontem in oculos fluente,* [4] *Prætorio loco se posuit, continuoque vinum, & caldam poposcit. Delectatus hac Trimalchio hilaritate, & ipse capaciorem poposcit scyphum, quæsivitque quomodo acceptus esset?* † *Omnia, inquit, habuimus, præter te, oculi enim mei*

‡ *Encolpius.* † *Habinnas.*

1. *idemque lapidarius*] Erant enim *Seviri*, & *Decurioner* à quibus illi creabantur, in Coloniis & municipiis infra *Duumviros*, hi demum quod Romæ Consules seu summi magistratus, Decuriones idem quod in urbe Senatores. Anonym. in litt. Io. Lucii Româ: Honores quandoque cum artis professione fuisse conjunctos, habemus in lapidum memoriis ap. Grut. 1067, 8. ubi pariter de Augustali, qui *vestiarius* tenuiarius fuerat. Vide tamen ibi seriem, in Atellano lapide.

2. *qui videretur*] Puto, *videtur*, scribendum. *Io. Schefferus.*

3. *Ille autem jam ebrius uxoris suæ humeris imposuerat manus*] Thesmopolin philosophum convivio interfuturum, ἐπερειδόμενον καὶ τοῖς οἰκέταις (*suffultum à famulis*) fingit *Lucianus.* id verò è senio & νοσηλείᾳ (*ratione valetudinis*). In fœminarum rei lautæ famulitio erant ἐπωμίδες, *Athen. lib. 6.* vel quod verius videtur ἐπωμίσελίδες, ἐπωμίσελμα, quæ dominabus terga humerosve supponerent; succollatrices. *Eustath. l.* 10 *de amor. Ism. Softrati filiam Ismenes* ancillæ *manibus innixam venisse narrat.* Th. Reinesius.

4. *Prætorio loco*] Schefferus: Summo, quem occupare Prætor in Colonia solebat, si quando esset præsens, qua de re suprà quoque dixi; quanquam nihil tale observârim apud alios, quod recorder. Gronovius per epistolam, *locum prætorium* inepta imitatione *loci consularis* ap. Plutarch. arbitratur dictum. *Prætorio loco.* Agitur de inepta fictione *loci prætorii*, quo concesso plura forsan ruerent. Videndum igitur, an non locus prætorius saltem in Coloniis idem qui summus, seu in urbe sic strictè dictus consularis. Initiò, *Prætores* omnes magistratus dicti à præeundo: sic jam synecdochè generis pro specie *locus prætorius* pro consulari subsisteret. Deinde coloniæ ex urbe à Magistratu traducebantur; qui magistratus sive unus, sive plures, sive collegæ, sive diversi, non alio aptiùs nomine memoriam Coloniæ relinquere poterant quàm *Prætorum*, quòd capita & Duces Coloniæ fuerint: unde *Prætores* sæpe pro Ducibus, & Imperatoribus: indeque cohors *prætoria*, i. Principis exercitûs, seu Imperatoris. Ita Græcis *Prætores*, Ἄρχοντες, & Στρατηγοί. Porrò fuit tempus, cùm post captam primo bellô Pun. Sardiniam tot Romæ essent *Prætores* quot provinciæ, qui in locum Consulum rebus partim urbanis, partim provincialibus superessent, jus dicentes. Hi *Prætores* si in Coloniam aut provinciam venirent, quid ni *locum* habuerint suo quod. jure summum, indeque *prætorium* dictum.

mei hic erant : & me-Hercules [1] *bene fuit.* [2] *Scissa sacrum novendiale servo suo misello faciebat,* [3] *quem mortuum manumiserat &* [4] *puto cum vicesimariis magnam mantissam habet.* [5] *quinquaginta*

1. *bene fuit*] scil. *nobis*, quomodo apud Plautum Merc. 11, sc. 2. *bene sit tibi*, quanquam ibi formula sit abeuntis & valedicentis. *Schefferus.*

2. *Scissa sacrum novendiale servo suo misello f.*] pro MSi, *sciſſa laucum novendialem* --- & Patavin. *S. lacuum* --*lem.* --- Tilebom. scribes, *Sciſſa*, seu potiùs, *Sylla sacrum novendiale servo suo.* Schefferus : Censeo scribendum, *Sciſſa sacrum novendiale servo suo faciebat.* De sacro novendiali in honorem defuncti habes abunde apud Kirchmannum. *misello.* Hoc credo servi nomen fuisse. Existimem subesse ironiam ; quia sequitur, *quinquaginta millibus existimant mortuum.* Cic. ad Attic. *Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter invidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris.* Sed Reinesius : *Sciſſa lacum noven-dialem servo suo misello fecerat.* leg. *Scilla*, vel *Sylla* ; sacrum novendiale cum *Mystillo* : hoc apud *Mart. l.* 1 *Ep.* 51.

3. *quem mortuum manumiserat*] Cui autem fini hoc, cùm nec dominus Patroni nomen adipisci sic posset, nisi quadam fictione, nec servus sentire beneficium ? an censendum cum reliquis quæ magno numerò nugantur isti convivatores moribus Romanis insolentia ? Cùm suum à manu Demetrium moribundum manumisit *Martialis lib.* 1 *Ep.* 102, inde & è domino Patronus factus est alter, alter è servo Libertus mori potuit. *Reinesius.* Videor mihi ingenium Arbitri nostri, hic videre ; lusum. *Manumisit* ; quia mortuus. *vicesimarias accepit* ; quia peculium tot millium ad dominum devolutum. *Mantissa*, ad reliqua affingitur ; vultque dicere, peculium hoc planè liberum ad dominum rediisse, nullis Actionibus gravatum. Certe manumissio mortui ne quidem fictionis, nisi fictio inter vivos retraheretur ; nec tamen sic aliis ullum jus pareret, priusquam dominus per epistolam inter amicos, similive modò id si fecisse & facere ratumque habiturum testaretur. Id verò Arbitri non erat, sic nudè proponere. Bene autem *manumiserat* plusquamp. quia à domino hoc non perfectum. Nisi sensus sit quem *manumiserat* manumittendo in articulo mortis, nunc *mortuum.* nam si planè ad jocum hæc spectarent, puto dixisset *mortuum manumisit* ; si vera & propriè loqui voluisset, dicendum fuisset *moribundum* vel *moriturum manumisit*, vix manumiserat. Hæc sic in utramque partem ; quia videc Dn. Reinesium tantùm de altera cogitasse.

4. *puto cum vicesimariis*] pro MSi, & Patav. *p. c. vicensimariis.* Schefferus Ista lego ad hunc modum, *& puto cum vicesimariis.* Intelligo de Sciſſa, eum ait habere vicesimarias, & una cum illis mantissam magnam, puta ex bonis manumissi Misselli. *Vicesimarias* expono pecunias, quæ dependebantur patronis ab illis, qui erant manumissi. Quomodo & apud Livium occurrit *aurum vicesimarium.* At *mantissa* est, quidquid additur rei principali, ut hoc loco alia quærvis, præter debitas illas pecunias.

5. *quinquaginta millibus existimant.*] putant defunctum tot millia possedisse. *Existimant*, est *æstimant, censent.* Cicero de Orat. *Nonnulli dum operam suam magnam existimari volunt.* Schefferus. *quinquaginta millia* scil. sestertiûm, efficiunt Philippéos 1250. Hoc circiter fuit peculium servi, cujus intuitu ceu sui juris contrahebat, remque Domini augebat.

1. *Tamen*

ginta enim millibus, existimant mortuum. Sed [1] *tamen suaviter fuit, etiamsi coacti sumus dimidias potiones* [2] *super ossicula ejus effundere.* † *Tamen, inquit, Trimalchio, quid habuistis* [3] *in cœna?* ‡ *Dicam, inquit,* [4] *si potero: non tam bonæ memoriæ sum: ut frequenter nomen meum obliviscar. Habuimus tamen* [5] *in primo ferculo porcum coronatum, & circa* [6] *lucanicam,&* [7] *gigeria optime facta,* [8] *& certe betam, &* [9] *panem autopyrum de suo sibi, quem ego malo, quam*

† *Encolpius..* ‡ *Habinnas.*

1. *tamen*] optimé. Senec. Ep. 96, initiò. *Tamen tu indignaris aliquid.* Schefferus.

2. *super ossicula*] MS. vice Patav. *supra o.* Legeram antè in MS. *ossuncula*, putabamque ab antiquo *ossum*; sed secunda collatio Rom. dedit *ossicula*.

3. *in cœna*] MS. *in cœnam.*

4. *si potero*] pro MSi, & Patav. *si potuero.* Video enim in hac ipsa pagina *scribilita* pro *scriblita*, *frustrum* pro *frustum* &c. scripsisse; quidni *potuero*, pro *potero?* Tilebom. *si potuero: non.* Lege *si potero: Nam.*

5. *in primo ferculo porcum coronatum*] pro MS. & Patav. *i. primo porcum poculo c.* Schefferus: *in primo porcum poculo.* Scribe: *in primo porcum ferculo.* nam sequitur mox: *Sequens ferculum fuit.*

6. *lucanicam*] pro MSi, & Patav. *saucunculum.* Hoc quid sit, ægrè divinavero. *Scheffer. Saucunculum.* Diphthongus jacet pro simplice: *au* pro *u* vel *o*: imò in pronunciando sic confundebant; indè *Claudius*, *Clodius*: *Aulus*, *Olus*. Leg. *laucunculum*, *lucunculum*, i.e. lucanicam. Alias lucunculus est γλυκαντὶς (*dulciarius*) scilicet ἄρτος (*panis*) vel πλακοῦς (*placenta*). *Apul.* 10 *Metam.* pones crustula, lucunculos. *Reinesius. Lucuntem* (edulii id genus erat) ita dixere, λδυκᾶντα, vel λδυκαντῆρα, quia farina, quæ *alba* est, adspergeretur. Meminit ejus Varro apud Nonium. Indéque *lucunculus*. Afranius Fratriis apud Nonium:

Pistori non: at cur non scriblitario,
Vt mittat fratris filio lucunculos?

Legas & apud Tertullian. de Spectacul. *Vossius.* Si cui non placet *lucanica*, quam Dn. Reinesius suggessit, is aliquando aliud, modò in legitima sua significatione substituat, *lucunculum* verò opus pistorium huc vix facere video, cogitaveram aliàs ex Catonis c. 84 de *saviolo* seu *savillo*.

7. *gigeria*] pro MSi, & Patav. *gizeria.* Schefferus: *gizeria.* Mallem, *gigeria.* Nonius: *Gigeria, intestina gallinarum, cum ipsitiis cocta.* Festus: *Gigeria, ex multis opsoniis decerpta.* Quod non puto repugnare, falsumve esse, propter ipsitia, ceu putabat Scaliger.

8. *& certe betam*] Sub isto *certè* latet vox alterius cibi. *Scheffer.* Post enarrata tria præstantiora primi missus obsonia, pergit ad ultimum, ipsumque tandem panem, qualis is fuerit, tradit; atque ait: *& certè betam, & panem autopyrum.* q. d. *& quidni habuerimus betam?* cibum non minùs communem, quàm suavem, præsertim juxta assaturam (*porci*), languidum, & tenerum? ac tandem his respondentem mandimus panem, ex tritico sibi relicto, furfure non adempto. Reinesius: *& certe betam.* Sub isto *certe* latere vocem alterius cibi rectè vidit Notator doctissimus. Imò verò latet, sed sub utroque, *certe betam*: è quibus junctis & à librarii corruptela, vindicatis exit mihi *cicerbitam*. Ita adpellant sonchum quem inter ἐδώδιμα (*esculenta*) reponit *Gal.* 8 *de simpl. Med. fac.* χλωρὸν ἐπὶ τοῦ ἁπαλὸν (*viridem adhuc & tenerum*); & *Plin. l.* 22, *c.* 22

Theseo

quam candidum, & vires facit, & cum mea re causa facio non ploro.

Sequens

Theseo peregrino ab Hercale hospita Attica adpositum fuisse scribit. Est autem σόγχος veterum, quæ hodie lactucella, à succo quo scatet, inter cichoracea *Gu. Rivus ad Dioscor. lib.* 2, *c.* 130 de endivia Officinarum exponit. *Ruellius l.* 8 *de nat. Stirp. cap.* 20; & *l.* 2, *c.* 63, sonchum adpellatione *cicerbitæ* in Hetruria hodieque notum, *neque à Latinis eam usurpari, nec legitima moneta percussam, nec è prisco Latinitatis penu depromptam esse* scribit: quæ fortassis non scribere melius erat. Extat enim in *Nothis Dioscoridæ*, quæ vocant, id est Synonymis herbarum Dioscoridis libro ante aliquot secula adjectis, Romanos sonchum asperum nominare κικέρβιταν ἄσπεραν: & recepta fuit à nobilissimis Botanices scriptoribus Cordo, Manardo, Cornario, Matthiolo, Amato Lusitano, Lobelio, Bauhino, Bodæo, Marcellus quoque Virgilius Florentinus, *Comm. ad Dioscor. l.* 2, *c.* 118, à suis *cicerbitam* vocari scribit; sed non esse id ejus antiquum nomen: in quo sine dubio fallitur. Seculo enim quartô cognitam habuit *cicerbitæ* nomenclaturam *Marcellus* d, *Empir. c.* 8; qui ad dentium dolorem leniendum commendat masticatum radicis *cicerbitæ* (malè in Edit. legitur *cucurbitæ*) *quam Græci sonchon adpellant:* præstaréque id potest vi, quæ ipsi tribuitur subadstringente. Etsi vero *Notha* illa ἀδέσποτα sint & incerta ætate scriptoris Græci cum genuinis Dioscorideis præpostero hominum studiô confusa fuerint olim, qua de re queruntur *Marc. Verg. & Dion Corronius præf. in Dioscor.* non prorsus tamen, postquam separata hodie ea legimus, reprobanda sunt, quod in iis multa serventur, quæ ipsis verbis apud *Plinium*, *Appulejum herbarium* & *Oribasium* reperiuntur; agnosci quoque potest, ea subinde ab Arabibus *Serapione*, *Rhase*; *Sim. Ianuense* etiam & *M. Silvatico* laudari, ut ante hosce elaborata fuisse necesse sit, esseque vetustiora quàm vulgò putantur, & cognitu digna, etsi fastidiosa & gregaria ingenia in summo natantium οὐκ εἰς βάθος ὁράντων, οὐδὲ φιλοκρινούντων τὰ τοιαῦτα (*non in profundum intuentium, neque è sua tribu talia dijudicantium*) fere negligant.

9. *panem autopyrum* &c.] Locus hic perobscurus. Vt igitur lucem aliquam illi commodem, sic legendum puto. *& panem autopyrum quem ego malo, quàm candidum: Hic & vires facit, & cum mea rem causa, facio, non ploro.* Fallitur porrò hic Habinnas dum putat, viribus comparandis autopyrum panem candido, seu siligineus ille sit, seu similaceus, præferendum esse: contra communem Medicorum omnium sententiam, qui mordicus tenent non tantæ firmitudinis alimentariæ autopyrum esse quàm sit siligineus aut similiaceus. Confirmat hoc Cornel. Celsus de re Medica. *lib.* 2, *c.* 17. *Ex tritico firmissima siligo, deinde similia; deinde cui nihil ademptum est, (quod αὐτόπυρον Græci vocant) infirmior est ex polline, infirmissimus cibarius panis.* Ita enim qui laborat in editis, Celsi locus, sanandus est. *Tilebomen. Panem autopyrum*, factum ex farina, cui nil furfuris est detractum. Meminit Plinius, & quandoque fermentatum fuisse ostendit lib. XXII, cap. 25. *Ad omnia autem hæc fermentatus, qui vocatur autopyros, utilior. de suo sibi.* Sic Apicius L. 5. *Suffundis jus de suo sibi.* Item: *suo sibi jure pertangis.* & sic alibi. *Schefferus.* Poterat videri scholion τοῦ *autopyrum.* Provehitur Schefferus: *cum mea re causa facio.* Suprà: *si quis vestrum voluerit sua re causa facere*; ubi nihil corrigendum liquet ex hoc præsenti loco. *Mea re causa*, est *è mea re, velut causa.*

1. *cal-*

Sequens ferculum fuit scriblita frigida, & supra mel [1] *caldum infusum excellens & Hispanum. Itaque de scriblita quidem non minimum* [2] *edi. De melle melius. Quæ tetigi circa, cicer, & lupinum, Calvæ arbitratu, & mala singula; ego tamen duo sustuli, & ecce* [3] *in mappa adligata habeo: nam si aliquid muneris meo vernulæ non tulero,* [4] *habebo convitium. Bene* [5] *me admonet domina mea:* [6] *inprospectum habuimus ursinæ frustum, de quo cum imprudens Scintilla gustasset, pene intestina sua vomuit. Ego contra plus libram comedi, nam ipsum aprum sapiebat. Et si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse?* [7] *In summa: habuimus*

1. *caldum infusum excellens & Hispanum*] Sic & MS. absque incisione; lectio verò Patavina: *caldum, infusum excellente* (cum MS.), *Hispanum.* Schefferus: *excellente Hispanum.* Ratio postulat, ut scribatur, *excellens & Hispanum.*

2. *edi. De melle melius. Quæ tetigi circa, cicer, & lupinum, Calvæ arbitratu, & mala singula; ego tamen*] pro MSi, & Patav. *edi, de melle me usque tetigi circa cicer, & lupinum, c. a. & m. singula: e. t.* Hujus loci eluminationem, otio majore fruentibus, & literarum flumine ampliori inundatis, relinquo. *Tilebomen.* Forsan hæc tam corrupta, sic restituenda sunt. *De melle melius. Quæ tetigi circa, cicer & lupinum, Calvæ arbitratu, & mala singula.* De melle, ait, melius aliquantò edi, quàm de scriblita; nempe quia excellens fuit: quæ tetigi ex cibis circa positis, cicere videlicet ac lupino, feci arbitratu Calvæ, quæ me orabat, non quòd mihi placerent. Nempe inter viliores erant cibos. Vide Martialem lib. v Ep. ad Turanium. Ne ergo videretur dedignari, Calva sic oravit. *Schefferus. mala singula.* Id est, singulatim, unum non plura simul.

3. *in mappa*] Martialis lib. 11 Epigr. 30.

Hæc cum condita sunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda.
Schefferus.

4. *habebo convitium*] conviciô me prosequetur. Petronius: *Propter morum differentiam odium habet.* Livius 1, c. 50. *Ni pareat patri, habiturum infortunium esse.* Plaut. Amph. 11, scen. 2. *Tu magnum malum habebis.* Scheffer.

5. *me admonet*] Mallem, *admonuit*, ut referatur ad Scintillam, quæ jusserit eum ista capere hoc fine. Nam Scintilla *domina* Habinnæ, id est, uxor, uti liquet ex sequentibus. Vxores enim appellasse dominas, eruditi pridem docuere. Quanquam & servata scriptione veteri possit intelligi de præsenti admonitione, qua rogabat Habinnam Scintilla narrare, quæ sequuntur de carne ursina. *Schefferus.* Iuvi distinctione (:) ante *in.*

6. *inprospectum*] pro MS. & Patav. *in prospectu.* Schefferus: *inprospectu habuimus.* Suspicor, *inprospectum* conjunctim scribi oportere, ut sit, *improvisum.*

7. *In summa: habuimus caseum mollem -- & sapam, & cochleas singulas, & chordæ frusta, & epatia -- & ova pileata -- & sinapi, & catillum congiarium, pax Palamedes! & in alveo circumlata sunt oxygonia, unde quidam -- nos pugno sustulerunt: nam pernæ missionem*] pro Patav. & MSi: *In summo h. c. m. -- & sapa, & cocleas s. & corde f. & e. -- & o. p. -- & senape, & c. concagatum* (MS. *congagatum*) *p. p. & in a. circulata* (MS. *circum-*

habuimus caseum mollem, & sapam, & cochleas singulas, & corda frusta, & epatia in catillis, & ova pileata, & rapam, & sinapi, & catillum

circumlata) s. oxicomina. Vnde quidem (MS. *unde quidam*) -- *n. p. sustulerunt, nam perna emissionem.* Quæ meæ de his conjecturæ fuerint, priusquam MS. fortirer, ostendent sequentia. Nunc inter cætera pro *congagatam* elegi *congiarium*, ne à notis literarum longiùs recederem. Exiftimo autem *catillum* hîc minimè talem, sed vastum catinum signari. Quum & aliàs Petronio deminutîs pro primis uti familiare, ut infrà *cerebellum* pro *cerebro*, & plura alia, quæ pleraque congessit suprà Reinesius. Quippe alveo imposita *circumlata* fuere, pluráque plures inde ceperunt; & novimus ostreacea majus ferè spatium occupare. *unde quidam. Quidam*, i. e. ex oxygoniis illis *murices, echini*, &c. (per Synthesin generis, non ad vocem, sed sensum respiciendo) utque q. intento digitò hos monstret. Potuisset etiam manere *quidem*. Salva semper meliore sententia, in his omnibusque aliis. *sapa*. Scribe, *sapam. pax, Palamedes*. lucem nullam hîc video: sed ne adhibeo, ampliandum. *perna emissionem*. mendum typographi sic tolles, *perna missionem*. Tilebom. *sapa*. Plinius lib. 23, cap. 3. *Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit*. Sed quomodo hîc sapa inter cibos? Mallem legere, *rapa*, nisi & de his mox sequeretur. Fortè fuit sapa inter imbammata quoque, non sola poculenta. *corde frusta*. lego, *cordis frusta. epatia*. Horum meminit Lucilius lib. 8. *Gigeria sunt, sive adeò hepatia*. Puto ita dicta, quòd ex hepate fierent. *concagatum, pax palamedes*. Ex his nil idonei exculpo, nisi quòd id *pax Palamedes*, referam inter exclamationes, putemque hîc adhibitum propter artem & ingeniosam cibi præparationem. Palamedem inventorum raritate celebrem fuisse apud veteres vel ex proverbio est notum. Hinc ergo *pax palamedes* fuerit, pro *pax sit Palamedes*, hoc est, pace tua fiat, pace tua dixerim. Cicero in Somnio: *Ne me è somno excitetis, & pax sit rebus*. Schefferus. *Catillum concagatum* tantisper intelligo *congiarium*. Neque quem terreat deminutivum *catillum*. Nam si *catinum* Glossæ est vas escarium immensum, quidni catillus congiarius? Tres verò *congios* uno haustu siccavit Novellius Torquatus, spectante Tiberio. Plin. lib. 4, c. 22. Aut *conchatum*. potuit enim fieri, ut saltem in margine varia arte esset incurvatum: quemadmodum videmus, vasa, à proposita forma, quoad exteriora, miris flexibûs sæpe recedere: sicque unà via ad conjecturam. Cl. Schefferi, quod sequitur *oxygonia* pro *oxycomina* legentis muniretur, quippe τῷ *conchatum* alluderetur simul ad formam, & ad cibum. Novimus enim tot ludentis in conchis naturæ figuras orbiculatas, mucronatas, cuniculatas, reticulatas, de quibus Plin. lib. 9, c. 33. vel simplicius *concharum*, quarum delicias describit Athenæus lib. 3. In quibus omnibus locus ingenio Palamedis, is adeò & mensurarum repertor creditur. Hæc sic in rapido transcursu ab occupatissimo. Expecto verò novos Machaonas, Dousas, Wouwerios, Erhardos, &c. qui post præclaram Cl. Schefferi operam idem in tergendo hoc Fragmento præstituri, quod illi in parte Satyrici dudum edita. Hîc enim plurima laureola reposita. Reinesius: *caseum mollem, & corde frusta*. Cas. mollem, i. e. χλωρὸν *Aristophani: Gal.* 10 *de Alim. fac.* νεόπηγος καὶ μαλακὸς, item πρόσφατος lib. 1: recens, viridis, qualem maxime probabant. Tum leg. *chorda*. Χορδὴ inter cibos apud *Athen. l.* 3, *ex Antiphane*;

tillum congiarium, pax Palamedes! & in alveo circumlata sunt xygonia, unde quidam etiam improbiter nos pugno sustulerunt: nam

phanes; *& l. 9, ex Epicharmo. Chorda* proie *intestinum*, ut χορδαὶ ἐξ ἐλίφων, ilia œdorum, eund. ap. eund. Athen. l. 7. einde *fides* ex intestino illo contor- & arefacto. Pergit Reinesius: *ova leata*; quæ & suprà, interpretor de vis pertusis sic ut vitellus unà cum bumine effusus, insperso farinæ omentò, circa putaminis globum tteriùs coctura cogatur & concre- at, ipsique putamini uti pileolus sideat, idque contegat ambiatve. lio sensu *aprum pileatum* dixit suprà. *tillum concagatum pax Palamedes.* ma- m legere *congelatum per pelamidas*. elatinæ culinariæ artis nostris quo- ie mensis notæ sunt, tàm è carni- is & trunculis, quàm è piscibus fa- æ. Πηλαμὶς è thynnorum genere ynnis, è qua delicatissimi cibi para- solebant, *Athen. l. 7. 8. oxicomi-*. Schefferus: *oxicomina*. Suspicor, *igonia*, & de nescio quo aculeato enere cibi, quale est, quod *tribulus* ocatur, accipio. *Tribulus*, herba culeata duplicis generis; de altera vid. lib. 5 Metam.

--- lolium tribulique fatigant Triticeas messes.

t Virg. 2 Georg.

- Lappæ tribulique interque nitentia culta, Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

lterum nonnisi in amnibus nagens, & aculeos condens. Nec credo nter lautitias quæ hoc catillo ostenuntur, habere locum. Consuli Plin. b. 21, c. 16; & Dioscorid. lib. 4, c. 15. isi per *tribulos murices* intelligamus, urices non eos quos Græci à trinis ispidibus τριόδλας nuncupant, mainulas videlicet ferreas quaqua sui arte prorectas tres aculeos protentes, sed *murices concharum genus*, ui & buccina. Vossius in Etymol. Plin. lib. 9, c. 36, & c. 33. Reinesius: *oxycomina*. legendum, *sycamina*; ea verò mora sunt. de iis *Theophr. 6 hist. Pl. 7*; *& Athen. lib. 3. pugno nos sustulerunt*. Schefferus: *pugno n. s.* Puto innuere, tactu prædicti cibi quosdam fuisse læsos. Verba quomodo emendem haud invenio. *Murices*, conchæ aculeatæ; à quibus prædictæ machi nulæ ferreæ sic nominatæ. Innuunt id verba Plinii de conchis loquentis lib. 9, c. 33. *Quibusdam vertex* muricatim *intortus, margine in mucronem emisso.* Idem de pernæ concharum genere lib. 32, c. ult. *Cibum venantur, dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos.* Et notum quid de Lacone Ælianus lib. 3 echinum unà cum aculeis deglutiente, & conquerente referat: *O scelestum*, exclamabat, *edulium, neque ego nunc te ceu mollis animi dimittam, nec posthac iterum sumam.* Non igitur frustra concharum ostreorumve species unguium, pectinum, pinnarum, muricum, erinaceorum, & id genus nominibus insignitæ; nimirum, quòd quasi pugnò imperitè aut avidè vescentes *tollant* & repellant. *Cochleæ* quæ præcedunt ex genere sunt concharum, domicilio sese jam exserentium, duobus corniculis protensis, jam condentium. Plin. lib. 9, c. 32, 33. *Limaces* dicuntur Varroni lib. 5 de L. L. & Colum. lib. 1. Aliis limaces nudæ sunt, non conchis inclusæ. Etiam infrà in antè editis earum mentio *fiet*; quin & in hoc Fragmento in epidipnide Trimalchionis: *Ingeniosus cocus in craticula argentea cochleas attulit. Ostrea* (in quibus forsan *echinus* seu erinaceus), & *concha*, differunt tantùm testis asperis, & glabris, utraque dura, & generaliter idem. Ovid.

Ostreáque in conchis tuta fuere suis.

Glossæ: *Ostreum, conchylium* (à *concha*) murex,

nam pernæ missionem dedimus. Sed narra mihi Gai, rogo, Fortunata quare non recumbit? ‡ *Quomodo nosti, inquit, illam Trimalchio, nisi argentum composuerit, nisi reliquias pueris diviserit, aquam in os suum non conjiciet. Atqui, respondit Habinnas, nisi illa discumbit, ego me* [1] *apocalo: & cœperat surgere, nisi signo dato Fortunata quater amplius à tota familia esset vocata. Venit ergo* [2] *galbino succincta* [3] *cingillo, ita ut infra* [4] *cerasina adpareret tunica, & perisclides tortæ,* [5] *phœcasiaque inaurata. Tunc* [6] *sudario manus tergens,*

‡ *Encolpius.*

murex, purpura. Reinesius: *Vnde quidem etiam improbiter nos pugno sustulerunt.* leg. *unde quædam* nim. de moris, *etiam improbiter nos pugno sustulimus. Improbiter*, i. e. avidiùs & rapidiùs, quàm modestos convivas decebat. *Pugno* i. e. πυγμῇ: quantum pugnó, δακτύλων συγκλείσει (*conflictu digitis*), comprehendere poteramus. *perna emissionem.* Schefferus: *perna em.* lege, *pernæ missionem.*

1. *apocalo*] de quo suprà; sic juxta MS. pro Patav. *apoculo.* Tilebom. *me apoculo.* Verbum hoc novum est, juxta cum multis, quæ habentur apud Petronium. Quo quidem significatur, recedo à mensis & à poculis. Cæterùm quid mirum, si Romano maximè vigente sermone ausus sit, *Signatum præsente nota producere nomen?* Sed obaudio quosdam hîc aliter sentire, & de una voce duas facere, cum Ellipsi, ut loquar cum Grammaticis, nempe figura, Arbitro nostro perfamiliari.

2. *galbino*] viridi, luteo, χλώρῳ. Hinc apud Iuvenalem, *aut galbina rasa.* Salmasius prolixè de colore hoc in magno opere. *Io. Schefferus.*

3. *cingillo*] Philoxenus. *Cingillus*, τρόφιον, ζώνιον. Aliud Lexicon vetus. *Cingillum*, ζωνάριον. Legitur & in Glossis Tullii Tyronis p. 158. Habes ad hoc exemplum *vascillum*, apud Macrobium, pro parvo vase. *I. Schefferus.*

4. *cerasina*] Sic in editis est *cingulum cerasinum* ostiarii. *Cerasinus* autem color à ceraso, ut à cera cerinus: à praso, prasinus. est verò dilutè ruber. *Schefferus.*

5. *phœcasiaque inaurata*] pro MS. & Patav. -- *iaq* -- *ata.* Schefferus: *phœcasiaque aurata.* Mallem, *phœcasiáque aurata.* Græcum enim genus calciamenti est. At his est φαικάσιον, ut ex Hesychio, Polluce, etiam Plutarcho novimus. Qui postremus facilè ostendit, non modò rusticum, quod Hesychius volebat, sed & civicum urbanumve fuisse, quando tribuit Antonio per Gymnasia unà cum pallio ambulanti. Seneca commemorat in philosopho, eoque Pythagorico 7 Benef. cap. 21. Appianus in Sacerdotibus Alexandrinis, ut virile magis, quàm muliebre fuisse appareat. Quo cum convenit, quod in Petronii excusis legitur.

6. *sudario*] Quæ hîc de *perisclidibus*, & *sudario* contra hoc Fragmentum objiciuntur, quasi ex his impostura, & ignorantia moris Rom. eluceret, eis sic obvio. *Perisclides* illæ amplitudine sua utique poterant esse fasciæ, & nihilominus crispulæ & tortæ; quæ talia, credo, Italici, Gallicanive ingenii inventiones, in mundo muliebri hodienum facilè conciliarent. Sed, non est opus eò recurrere. Quidquid latum est, & cedit, id si forsan sub manibus plùs minúsve torqueas, & sic adhibeas, eatenus est *tortum.* Tales fuerint hæ perisclides, longitudine compensante latitudinem,

ergens, quod in collo habebat, adplicat se illi toro, in quo Scintilla Habinnæ discumbebat uxor, osculataque plaudentem, Est te, inquit, videre? Eo deinde perventum est, ut Fortunata armillas suas [1] crassissimis detraheret lacertis, Scintillæque miranti ostenderet. Vltimo etiam periscelides resolvit, & reticulum aureum, [2] quem ex obrusso esse dicebat. [3] Notavit hæc Trimalchio, jussitque adferri omnia: &, [4] Videtis, inquit, mulieris compedes? Sic nos baceli despoliamur.

† *Trimalchio.* *Sex*

nem, ut sic crura tam commodè, quàm ornatè more Rom. & Græco involvi tegique potuerint. Refert enim Dn. Valesius, cujus hæc est objectio, Græcorum Romanorumque periscelides non ut hodie Gallicanarum matronarum tortas fuisse, quibus hæ poplites subligant, sed fascias quibus crura involvebantur ac tegebantur. Quòd verò eadem Fortunata libertate usa matrisfamilias, lautitiasque ipso aditu suas ostensura sociæ Scintillæ, *fudario* è collo pendente manus lotas dignata sit, quasi dicere vellet, eodem pretio manus suas & collum haberi, hocque facto procul dubio mantile id pedissequæ reddiderit, aut alia fini circa mensam habuerit, nihil est absoni. Sed tamen recolendum, Arbitrum hæc, aliáque nulla non tacturum fuisse, si more communi contigissent, nec specialem luxus observationem extorsissent.

1. *crassissimis*] Suspicor scribendum, *crassissimas*, ut respiciat, *armillas*, maximè cùm mox sequatur de pondere. *Schefferus. crassissimis lacertis.* Quid ni talibus? ambubaja, quam de mastra depsentem Trimalchio consortem assumpsit. Vt in fine Fragmenti iquebit.

2. *quem ex obrusso*] pro Patav. *q. e. sobrissa.* & MSi, *sobrussa. reticulum quem*, quia antiquis dicebatur *retis* tam m. quàm f. genere. Vossius. Vtut verò suprà habuerimus *retia picta*, non potest tamen scriptor stringi ut eadem semper chordâ oberret, quod quidam suis objectionibus velle videntur. Sic Plautus dixit *rete*, & *retis*, alia alibi. *Reticulum*, est operimentum capitis muliebre textum. Schefferus: *ex sobrissa.* Lego, *ex obrusso*, id est, *obryzo.* Auri obryzi, velut optimi purissimique mentio frequens apud idoneos auctores.

3. *Notavit hæc Trimalchio*] Prorsus Petronianum hoc significatione spectandi, observandi, animadvertendi. Sic infrà, & in editis, *non notavi mihi Ascylti fugam.* Ita *Valer. Fl. 2 Argon. v.* 312.

-- procul validis Lemnon tendentia remis
Arma notant.--- *Cic. 3. de Orat. lib. 9 Ep. ad Patum* 16. *de Devinat. Gell. l.* 18, *cap.* 14. Reinesius.

4. *mulieris compedes? Sic nos baceli despoliamur*] pro MSi & Patav. *mulieres c. s. n. barcalade spoliamur.* Corrige, *mulieris compedes. Sic nos baceli despoliamur.* De voce *baccli* alias dixi. *Despoliari* quoque notum Petronio. Sic enim in editis: *despoliatus ergo retro ad diversorium tendo.* Per *compedes* indignabunda ironiâ intelligit annulos dictos. Manilius:

Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla. Schefferus. *Baceli*, magnæ quidem staturæ, sed stulti & mulierosi. it. impotentes, aut castrati. Suid. & Hesych. Reinesius: *Sic nos barcalade spoliamur.* Trajectionem syllabæ *be* commisit librarius, ut frequenter, & è venusto eruditoque monstruosum effecit. Vera scriptura *berbeculi*: q. d. Trimalchio: Sic nos simplices & mulierarii à domina-

Sex pondo, & selibram [1] *debet habere, & ipse nihilominus habeo decem pondo armillam, ex* [2] *millesimis Mercurii factam.* † *Vltimo etiam, ne mentiri videretur, stateram jussit adferri, &* [3] *circulatum adprobari pondus. Nec melior Scintilla, quæ de cervice sua* [4] *capsellam detraxit aureolam, quam Felicionem adpellabat, inde duo* [5] *crotalia protulit, & Fortunatæ invicem considerandæ dedit: &, Domini,*

† *Encolpius.*

minabus nostris, immodicorum semper affectuum, superbis & sumtuosis illudimur & emungimur: adi *Phædrum Fab.* 33. Quin ad augendam turpitudinem nomine fœminini generis *berbeculæ* usus videri potest; prorsus ut Poëta Ἀχαΐδας ὥσπ ἐπ Ἀχαιὰς (*Achaïdas, seu Achæas aut Græcas mulieres, non jam Achivos*); Sossius Antigonum regem ignavum victum & supplicem Ἀνιγόνιν (*Antigonam*), & *Horat.* 1 *Sat.* 8 Pedatium Equitem mollitie infamem *Pedatiam* adpellavit. *Vervex, berbex, verveculus berbeculus*, suprà, εἰς ϑῆνιν μὸν (*extenuandi, & in contemptum*) denominatio est, ut & *pecus*, oblivioni, stupidi & stolidi. Talis apud *Plautum* in *Persa a.* 2, *scen.* 2. *verveceum caput.* Adhæc habet etiam significationem mulierosi, exoleti tamen & inefficioli, quo sensu *Plautus in Casina a.* 3, *scen.* 2 *verveces vetulos* dixit; *Arnob. lib.* 5 Iovem verveceum, cùm libidinosum & stuprorum adulteriorumque flagitiis intentum vellet, notavit. *mulieris compedes. Philostr. ep. ad uxorem:* Ὁ γὰρ κάλλωπισμὸς ἐπιζήμιον (*cultus in amorem trahit*). & αἱ ἀχρυσοῖ πέδαι Θαΐδ⊙, καὶ Ἀγλαϊσχρ⊙, καὶ Λαΐδ⊙ φάρμακα (*aureæ pedicæ Thaïdis, Aristagoræ, & Laïdis venena*).

1. *debet habere*] Superiora requirunt, ut legamus, *debent*. Schefferus. Loquitur *de armilla* in singulari, utut forsan collectivè. docent sequentia.

2. *millesimis Mercurii*] Hæ an alibi millesimæ occurrant, ego me nescire fateor. Deliberent hîc eruditi. *Schefferus. ex millesimis Mercurii.* Mercurio inprimis devotus erat Trimalchio; patet ex superioribus, ubi Cleponem propitium sive invocat, sive optat. Exercebat enim mercaturam & fœneratoriam, infrà. Illæ igitur millesimæ Mercurii rectè exponentur de usuris infra unciarias, seu minimo fœnoris modô, eo nim. quo millesima sortis pars quot mensibûs solvitur, ut in centesima pars capitis centesima die menstrua præstatur à δανειζομένῳ (*usuras pendente*), i. e. duodeni annui pro centenis. *Seneca* 3 *de Ira, c.* 33 *usuram haud millesimam* dixit, quæ millesimam non attigisset. esset que ideo omnium leviissima. Quia verò armillam, & quidem decem pondo è millesima parte sortis confectam esse jactat, eo ipso summa capitalis pecuniarum aliis creditarum immanis dominum se ostentat. Cui enim è millesima usuræ, quæ in mille mensibus sortem æquat, decem pondo exierunt, ei è centesima quæ in *centum mensibus* par sit sorti mille pondo auri provenient. Hoc de millesimis Mercurii apud me certum est, de eo existimet tamen quisque ut lubet, licet. *Reinesius.*

3. *circulatum*] Hîc egregiè falsum, aut vice *circulatum* poni debet, *singulorum.* Tilebom. *Circulatum*, rotundum, circuli in modum formatum vix puto hîc *circumlatum* legendum.

4. *capsellam*] capsulam, sic dictam ut apud Plautum *cistella*, unde nomen *Cistellariæ* est factum. *Capsellas* habet apud Vlpianum lib. 12 ff. de Inst. ve Instr. leg. *Schefferus.*

5. *crotalia*] Ornamenta margaritarum

Domini, inquit, mei beneficio nemo habet meliora. † *Quid? inquit Habinnas,*[1] *excatarrizasti me, ut tibi emerem*[2] *fabam vitream. Plane,*[3] *si filiam haberem, auriculas illi præciderem. Mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus. nunc hoc est caldum mejere, & frigidum potare.* ‡ *Interim mulieres*[4] *sauciæ inter se riserunt, ebriæque junxerunt oscula: dum altera diligentiam*[5] *matrisfamiliæ jactat: altera delicias, & indulgentiam viri. dumque sic*[6] *cohærent, Habinnas furtim consurrexit, pedesque Fortunatæ*[7] *correctos super lectum immisit.*[8] *Au, au! illa proclamavit,*[9] *aberrante tunica super genua*

† *Habinnas.* ‡ *Encolpius.*

rum, quæ collisu sonum generant. vid. Plin. lib. 9, c. 35.

1. *excatarrizasti*] pro MSi *excatarissasti* ad m. *excatarizasti*. & Patav. *excattarissasti*. à καταῤῥιζόω radicibûs firmo, vel, à κατάῤῥους defluxio, καταῤῥοΐζομαι catarrhô laboro. Potest verò utrumque habere locum & excatarriss. & excatarriz. illud origini propius, hoc fit mutatione τοῦ ζ in ss, ut à πατρώζω (patrem imitor seu) patrisso, ab ἀττικίζω Atticisso, & alia. Tilebom. *excattarissasti*. Verbum Petronii. *i*. Obtudisti, catarrhum induxisti importunis tuis petitionibûs. Quidam fortasse vellent, *excarnificasti*, Comicis poëtis verbum familiare: Aut, *exanimasti*, tuis scilicet querelîs. Schefferus: *excattarissasti me*. verbum hoc, ut suspicor, formatum est à καταῤῥιζόω, id est, radices ago, ut *excatarrissare* sit, radices extrahere, hocque velit locus, tu hoc impendio, quod faciendum mihi fuit in ista crotalia, omnes pecuniarum vires absumsisti mihi. Nisi malis derivare à καταῤῥέω (*defluo*), quasi diceret, omnem succum & humorem irriguum abstulisse. Reinesius: *excattarissasti me*. Familiare hoc habet scriba Dalmata x pro c, cc, s, ss, pingere: sic sup. *mixcix*, &c. Hîc igitur legam, *Ecce battarisasti me*. Βατταρίζειν est impeditè loqui, garrire, effutire, quæ tegere oportebat: utitur *Cic.* 6 *Attic.* 5. quod antè dixerat ἀλογευόμενον παραφθέγγεσθαι, inconsideratè eloqui: significat etiam fraudulenter agere. Βάσσαρος, βασσαρὶς, vulpes. Hoc autem dicit Habinnas; importunis tuis flagitationibûs extorsisti, Plautino verbô, exterebrasti, vel etiam lingua assentatrice, adulatoria tua arte eò me perpulisti, ut emerem tibi ista κοροκόσμια (*puellarum ornamenta*) nugalia, preciosum vitrum, superiùs; margaritas, quas à pertuso auriculæ lobo suspenderes. Vid. *Sen.* 7 *de Benef. c.* 9.

2. *fabam vitream*] Sic per indignationem quasi vocat *crotalia* priùs dicta, nimirum margaritas, quæ collisu sonum edebant. *Io. Schefferus.*

3. *si filiam haberem, auriculas illi præciderem*] nim. onerosæ sumtu futuræ, si auriculis utrinque bina vel terna patrimonia, secundum mores publicos volet dependêre. *Th. Reinesius.*

4. *sauciæ*] vinô, an, quòd magis credo, his Habinnæ dicteriîs tactæ læsæque. *Schefferus.* Aut etiam *sauciæ* amore.

5. *matrisfamiliæ*] pro MSi, & Pat. *matri famil.* Tilebom. & Schefferus.

6. *cohærent*] Petronius in editis: *ne sic cohærentes malignior fluctus distraheret, utrumque zona circumvenienti cinxit.*

7. *correctos*] Scribe, *correptos*. Schefferus. *collectos*. Io. Cai. Tilebom.

8. *Au, au! illa proclamavit*] MS. pro Patav. *An, an.* Schefferus: Corrige, *Ah, ah!* Habes sæpe apud Comicos.

genua compositâ. Ergo in gremio Scintillæ indecens [1] *imam rubor faciem sudario abscondit. Interposito deinde spatio, cum secunda mensas Trimalchio jussisset adferri, sustulerunt servi omnes mensas, & alias attulerunt,* [2] *scrobemque croco, & minio tinctam sparserunt, & quod nunquam ante videram, ex lapide speculari pulverem tritum Statim Trimalchio:* † *Poteram, inquit, hoc ferculo esse contentus secundas enim* [3] *habetis mensas; si quid belli habes, adfer.* ‡ *Interim puer Alexandrinus, qui caldam ministrabat luscinias cœpit imitari* [4] *clamante Trimalchione subinde: Muta. Ecce alius ludus: Servus, qui ad pedes Habinnæ* [5] *sedebat, jussus, credo, à domino suo proclamavit subito, canora voce:*

† *Interea medium Aeneas jam classe tenebat.*

† *Trimalchio.* ‡ *Eucolpius.* † *Servus.* ‡ *Nullu*

micos. *An* interjectio est exclamandi, & silentium imponendi. Terentius usurpat in Andr. & Eunuch.

9. *aberrante tunica*, &c.] Tilebom. *aberrante tunica.* Leg. *aberratne tunica* &c.

1. *imam rubore faciem*] Tò *imam* pravum est. *Schefferus.* Forsan *imè* i. intimè *rubentem.* Possetque etiam sic per Enallagen intelligi. Procederet verò magis sensus, si legeretur: *Ergo in gremio Scintillæ indecens imè rubentem faciem sudariò* aut *sudans abstergit.* vel etiam *abscondit.* Reinesius: *indecens imam.* leg. indecentissimam, i. e. deformem, aliamà nativa ob intensum ruborem ἀπρεπῆ (*inconvenientem*). Quid si incensissimam vel intentissimam?

2. *scrobemque*] Legendum, *scobemque.* Lampridius in Heliogab. cap. 31. *Scobe auri porticum stravit & argenti, dolens quòd non posset & electri: idque frequenter, quacunque fecit iter pedibus.* Io. Schefferus.

3. *habetis mensas; si quid*] Post, *mensas*, pingendus est asteriscus. Desunt hic enim aliqua. *Schefferus.* Possunt hæc satis intelligi, ut patebit infrà.

4. *clamante*] Puero imitanti luscinias adclamat ut hortator simul & correptor, ut canat melius φιλομελέστερον muta, i. e. emenda fac melius. Sic *Horat.* 1 *Sat.* 10.

Nil comis Tragici mutat Lucilius Acti?

ubi *Porphyrion: Mutat pro emendat.* Th. Reinesius.

5. *sedebat*] At servorum propriu fuit, *stare.* Sen. 3 de Benef. *Servus, qu cænanti ad pedes steterat.* Sed nimirun inter ebrios hic omnia confusa, servi que liberorum morem induunt, d quo Ciacconius prolixè. *Schefferus* Anonymus Italici soli in litt. Lucii *ad pedes sedebat.* Quod retro & pon convivantes dominos sive *ad pluteum* ut loquitur Sueton. Cal. c. 26, aut po sticam lecti partem præstò essent, id eo *ad pedes* vocari. Subjiciam hic e jusdem judicium de hoc Fragmento Esto nasutiorum de h. fr. judicium quod non pauci minantur: ego in terim ajo, pleraque illic auctoren prodere, suumque referre genito rem Petronium. Talia ipsi linea menta, tales ductus in Satyrico reli quo. sed multa quoque fateor dissi milia, quæ à mala forsan manu, &c Italicum spirantia genium sermonis Sed recordemur, &c. pauciss ima qu addit. *Italica.* Forsan, *unus servus Aga memno*

† *Nullus sonus umquam* [1] *acidior percussit aures meas. nam, præter errantis barbariem, aut abjectum, aut diminutum clamorem, miscebat* [2] *Atellanicos versus;* [3] *ut tunc primum me* [4] *etiam Virgilius offenderit. Lassus tamen cum* [5] *aliquando desisset, adjecit Habinnas:* † *Et numquid didicit?* [6] *Sed* † *ego: ad circulatores eum mittendum audiebatur. Itaque parem non habet, sive mulliones volet, sive circulatores* [7] *imitari.* * *desperatus valde ingeniosus est.*

‡ *Encolpius.* † *Habinnas.* ‡ *Encolpius.*

memnonis. medici se non inveniunt. Verùm ad talia suis locis respondetur. Neque tamen omnia Petronii ori tribuimus, utut forsan calamo, alterius subinde depravata. Porrò, *ad pedes sedebant.* Valesius: Sueton. Claud. *Ad fulcra lectorum liberos suos cum pueris puellisque nobilibus vescentes habebat.* Romachaturque nimis in dissertatione, quod hìc *servus sedeat.* Sed non am referre videtur, subsederintne liquando servi, præsertim in Coniis, ac municipiis, adeo etiam rebuerint, aversa lecti parte humi, n erecti plerumque steterint, quàm uòd sic ponè excubantes ad nutum ominorum præstò semper fuerint, t Anonym. proximè innuebat. Quin tiam non interruptæ ac legis vim btinenti Consuetudini hæ tales cirmstantiæ derogarent: *dominus erius, servus domini amasius, quem paost basiat, & caligis donat.* Sic infrà, rvi Trimalchionis, *omnes in casum mors domini testamentò ejus statuliberi, jure uasi liberæ cœnæ confruuntur, domino præ licitate ac gaudio dissiliente, ipsumque ylacem (canem) invitante.* imò, si Reesio stando, servorum manumisonis gratiâ hæc *cœna libera* dicta, &c. *ui initiò cœnæ convivis ab æstu servorum vens singulis suam mensam assignari jut, nunc servos non solum sedentes, sed cumbentes fert*, movet Valesius. uid stupendi? cum ebrietas, & gaum homines sic immutet, ut vel hoc quidam nuperrimè, dum hæc mstelodami scribo, Bruxellis obnta causa judiciali subita morte sit abreptus. Miror hujusmodi dubia Doctos fatigare.

1. *acidior.*] Petronius in editis: *paratissimus puer non minus me acido cantico excepit.* Schefferus.

2. *Atellanici versus*] fabularum propriè Atellanicarum, res serias in exodiis in risum vertentium, sic dictarum ab *Atella* Oscorum civitate, in qua primùm cœptæ. *Corn. Scevelius* ad Iuvenal. ex Lubino, aliis.

3. *ut tunc primum*] Petronius iterum: *Itaque tunc primùm Dorida vetus amator contempsi.* Alibi: *tunc primùm bonâ fide puero basium dedit.* Scheffer.

4. *etiam*] MS. *&.*

5. *aliquando desisset*] pro MS. & Patav. *a. dedisset.* Schefferus: *aliquando dedisset.* Corrige, *desisset*, vel *desisset.*

6. *Sed ego: ad circulatores eum mittendum audiebatur*] pro Pat. & MS. *Sed ego ad c. e. mittendo audiebant* (MS. *audiebatur*). *eum mittendo.* Hæc corrupta sunt. Quid? si: *Sed ego, ad circulatores eum mitte.* Cætera non eluo & sequentia testantur, esse mutila. *Circulatores* sunt, qui clamore magno in circulis multitudinis carmina recitant, aut res venditant. Glossæ: *circulator, ὀχλαγωγὸς, ἀγύρτης.* Schefferus. *ὀχλαγ.* turbæ concitator, agyrta. Existimem sic distinguendum, & legendum. *Sed ego: ad circulatores eum mittendum audiebam. Itaque*, &c. Quæ est responsio Encolpii. Sic ego antequàm MSm Româ afferetur.

7. *imitari.* * (defectûs) *desperatus*] pro MSi *imitari d.* & Patav. *imitari. d.* Puto, *Desperatus* servi esse nomen.

est. † *idem sutor est, idem cocus, idem pistor,* [1] *omnis Musæ mancipium. Duo tamen vitia habet, quæ si non haberet, esset* [2] *omnium numerorum:* [3] *recutitus est, & stertit;* [4] *nam quod strabo est, non curo.* [5] *sicut Venus spectat, ideo nihil tacet: vix* [6] *oculo mortuo unquam*

† *Habinnas.*

men. *Schefferus.* Est abusio vocis *desperatus*, pro *immoderatè* aut effusè, hujus rursus pro *vehementer*; *vehementer* verò *valde* est pleonasmus. Subest tamen ironia licèt ex mente Habinnæ qui hîc loqui denuo incipit, vel pergit, non tam sit nequam quod reliqui dicunt, quàm ingenioso propior & domino carus. Nomen hujus servi *Massa*, ut infrà advertit Cl. Schefferus.

1. *omnis Musæ mancipium*] Sicut suprà, *omnis Minervæ homo*, de eo, qui facilè artes discit quasvis. *Scheffer.*

2. *omnium numerorum*] *o. nummorum* MS. & Patav. Schefferus: Scribendum est *numerorum*, ut jam monui superiùs.

3. *recutitus*] Cui glande resecta cutis; quales Iudæi. Dicuntur quoque sic *rupti* & *exulcerati*. Martial. lib. 9. *nec ruptæ recutita colla mulæ. Intercutiti* verò, sunt valde cutiti seu vehementer *stuprati*: mares stuprum passi, Festus. Reinesius: *recutitus*. Non habet locum inter morbos mancipii esse recutitum; quod gentile Iudæorum nationi; nec de *intercutito* cogitandum est. Legerim *& cerritus est & stertit*: quo posteriori alludit jocô vitium prius. Cereriti, Cerriti, à Cerere irata percussi, fanatici, & commotæ mentis. Ceres autem eadem quæ Ἐρινὺς, Furia. *Nonius: Cerriti & larvati, malè sani & aut Cereris irâ aut Larvarum incursatione animô vexati.* Vtitur *Plautus Amph. a. 2, scen. 2, v.144*; in *Men. a. 5, scen. 4*, inter morbos recenset, larvatum, cerritum esse, veternum, aquam intercutem: item *Cic. 8 ad Att. 5: Horat. 2 Sat. 3.*

4. *nam quod strabo est*] pro MSi, *n.q. strabonus e.* & Patav. *namque strabonus e.* Quî enim agnoscerem hui[illegible] straboni strabonus? cujus tot alia ead. p. deprehendo *mus emancipium* pro *musæ m. vina* pro *vitia: preter errantis barbarie: indiligentiam mariti*, pro *indulgentiam m.* &c. Schefferus: *namque strabonus est.* Lego, *nam quod strabo bonus est, non curo.* Strabo est, cuju[illegible] oculi sunt distorti, ut notum. Reinesius: *namque strabonus.* Leg. *nam quo[illegible] strabonus est.* Non habet pro morbo[illegible]so, & qui ideo redhiberi possit ser[illegible]vum strabonem, sed comparat eun[illegible] Veneri, scil. quæ pæta fingitur. Iden[illegible] verò de isto oculorum vitio respon[illegible]derat ICtus Trebatius, referente *Vl[illegible]piano in l. qui clavum D. de Ædil. ec[illegible] Strabus*, & *strabo*, inter δίκλιτα (*e[illegible] quæ 2 declinationum*); Strabax Comi[illegible]ca licentiâ fictum; & κατ' ἐπέκτασι[illegible] (*per extensionem*) *strabonus*. Seculo Ca[illegible]rolinô solebant nomina in *o* purur[illegible] masculina augere syllabâ; hinc qu[illegible] antè *strabus* & *strabo*, factus *strabonus* Sic *Othlonus, Ebbonus, Babonus, Drug[illegible]uus, Walonus*, qui concisiùs *Odilo, El[illegible]bo, Babo, Druogo, Walo*; ad eandem que formam similia propria nomin[illegible] plurima. Tamen antiquos etiam i[illegible] consuevisse in quibusdam arguen[illegible]dum indè, quòd *Centurionus, Curionu[illegible] Decurionus* antea dictus fuìt, ut test[illegible]tur *Festus*, qui nunc *Centurio, Curio, D[illegible]curio.*

5. *sicut Venus spectat*] Habet oculo[illegible] Veneri similes. Nempe Venus qu[illegible]que putabatur straba, quam tame[illegible] honoris gratiâ dicere malebant p[illegible]tam. Ovidius Artis amat. v.659, u[illegible] agit de vitiis oculorum:

Siqua straba est, Veneri similis; si rav[illegible]
Minervæ.

Sic enim versum eruditè corrig[illegible]

N. Hei[illegible]

quam illum [1] *emit trecentis denariis. Interpellavit loquentem Scintilla, & :* † *Plane, inquit,* [2] *non omnia artificia servi nequam narras.* [3] *agaga est ; at curabo* [4] *stigma habeat. Risit Trimalchio,* ‡ *&* [5] *Adcognosco, inquit,* [6] *Cappadocem :* [7] *nihil sibi defraudat : & me-Hercules laudo illum ,* [8] *hoc enim nemo parentat : tu autem Scintilla*

† *Scintilla.* ‡ *Trimalchio.*

N. Heinsius, quem & de straba Venere agentem pluribûs ibi vide. Varro apud Prisc. lib. 6. *Non hac res de Venere pæta, strabam facit* ἑτερόφθαλμον *(varie oculos torquentem, & quasi una tantùm feneſtellâ lumen excipientem).* Io. Schefferus.

6. *oculo mortuo*] cæco, nil vidente. Sic, *lacerti senis athletæ mortui*, apud Ciceronem in de Senect. *Schefferus.*

1. *emit trecentis*] pro MS. & Patav. *e. retentis.* Idem.

2. *Plane non omnia artificia servi nequam narras*] Servum qui ad magistrum mittebatur *Paulus* 3 *Sentent.* 7, imò *L.* 78 *D. de Legat.* 3, dicit studendi gratiâ aliò transferri, deque artificio ejus, uti & peculio, ut pluris venderetur, non licebat venaliciario mentiri : id. lib. 2, t. 17, Quicquid dominus præstare servo debet, non est beneficium ; sed cùm indulsit, liberaliter educavit, artes, quibûs eruduntur juvenes, tradidit. Sen. 3 de Beneficiis, c. 21. *Th. Reinesius.*

3. *agaga*] An potiùs, *harpaga.* Tilebom. Suspicor scribendum, *apaga est*, ab ἁπάγειν, pro, fur est, aufert, abducit secum, quod potest. Nisi malis *agapa*, ἀγάπη *(amor)*, quia sequitur statim apud nostrum, *Scintilla noli zelotypa esse.* Porrò sic innueretur domino suo fuisse in deliciis subinde. *Schefferus.* Invenio in Glossario Plantin. ἀγάγης, *sua sponte subjectus, adducens.* ἀγάγεσθ (Attica reduplicatione pro ἄγεσθ) *conducere.* Quæ huc quadrant, ut ex seqq. liquet. Reinesius : *agaga est.* intelligit κανθάρῳον *(callidum)* & veteranum mancipium, omniumque numerorum, & consummatæ malitiæ. *Isidoro agagola, agagula* est lenocinator, pantomimus. *Sweertio* 1 *Analect.* 8, placuit esse Germanicum *gauckeler* ; sed verius est formasse hoc è Latino *joculator* majores nostros. In Constitut. Caroli M. *cocloarii*, item *caucolatores* cum maleficis & incantatoribus nominantur.

4. *stigma*] MS. *stigmam.*

5. *Adcognosco*] Philoxenus : *Adcognoscit*, ἐπιγινώσκει. Schefferus.

6. *Cappadocem*] Synecdochicè pro *venali mancipio.* Cicero post reditum in Senat. *Cappadocem aliquem abreptum de grege diceres.* Horat.

Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex.

Cappadocum rex i. mango mancipiorum. Plaut. Curcul. *Cappadocem* pro *lenone* dixit. *Cappadoces* item perjuriis & infidelitate infames. Vnde tria pessima *K, Kres, Kappadox, Kilix.* C. Schrevel.

7. *nihil sibi defraudat*] *nihil*, i. e. *non*, adverbialiter. Terent. in Andr. *nil me fallis. Sibi*, dativ. est personæ nulli non Verbo aptus. Posueram antè, *se defr.* sed nulla necessitas cogit, nimirum pro MSi, & Patav. *nihil sibi defraudit.* Schefferus : *nihil sibi defraudit.* Hoc verò est nullius precii. An scribendum, *nihil sibi detrahi audit?* Audit laudes suas sine fuco plenè integrèque celebrari. Sic jocò potuit dictum esse.

8. *hoc enim nemo parentat*] *Hoc*, scribe *huic.* Tilebom. Quid hîc est *parentat?* Legerem divisim, *par exstat*, hoc est, hac re nemo est par, illi nempe Cappadoci. Schefferus. *hoc e. n. parentat. Hôc* est ablat. causæ, valetque *propterea.* Nimirum, *ei qui se de-*

tilla noli zelotypa esse. Crede mihi, & vos novimus. Sic me salvum habeatis, ut ego sic solebam ipsum Ammeam [1] *debatuere, ut etiam dominus suspicaretur, & ideo me in villicationem relegavit. Sed* [2] *tace lingua, dabo panem.* † *Tamquam laudatus esset nequissimus servus lucernam de sinu fictilem protulit, & amplius semihora tubicines imitatus est, succinente Habinna, & inferius labrum manu deprimente. Vltimo,* [3] *etiam in medium processit, & modo arundinibus quassis choraulas imitatus est, modo lacernatus cum flagello* [4] *mulionum fata egit; donec vocatum ad se Habbinas basiavit, potionemque illi porrexit,* ‡ *&,* [5] *Tanto melior, inquit,* [6] *Massa dono tibi caligas.* † *Nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi* [7] *epidipnis esset adlata,*

† *Encolpius.* ‡ *Habinnas.* † *Encolpius.*

se defraudat inopsque decedit, non est qui justa persolvat. aut: *non se solet defraudare, qui alteri parentat.*

1. *debatuere*] pro MS. & Pat. *debatuere.* Schefferus: Gladiatorium est *batuere*, fitque baculis per imaginarium certamen. Sueton. Calig. 32. *Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem,* Hinc ergo *debatuere*, ut *depugnare, debellare*, ac similia.

2. *tace lingua*] pro MSi, & Patav. 1. *linguam.* Tilebom. *Tace linguam,* lego, *sed tene linguam.* Schefferus: Ratio postulat, *tace lingua.*

3. *etiam*] MS. *&.*

4. *mulionum fata egit*] i. *fortunam vitaque genus ceu fabulam repræsentavit.* Sic pro MSi, & Patav. *molionum fata* (Patav. *fato*) *egit.* Schefferus: *molionum fato egit.* Suspicor, *mulionem fato egit.* Illud *fato* explico, sermone, loquelâ, clamore, nisi malis, *fatu.* Mulas voce agi notum est, & docet eleganter istos mulionum clamores vel unicus Claudianus, in Epigr. de mulabus Gallicis:

Absentis longinqua valent præcepta magistri,
Hæc sistit rapidas, hæc properare facit.
Læva jubet; lævo deducunt limite gressum:
Mutavit strepitum, dexteriora petunt.

5. *Tanto melior*] Terent. Heaut. III, sc. 2. *Tanto hercle melior.* Schefferus. *Tanto melior, inquit.* Laudandi formulam hanc primus apud Ovid. 14 Metam. v. 657, observavit exactissimus *Gronovius*, & simul inepto distichô, quod nullus manuscriptorum agnoscebat, Poëtam exoneravit *l.* 2 *Observ. c.* 21. Adhibuit eandem *Seneca l. de Tranq. an. c.* 15. *Laudemus toties dignum laudibus, & dicamus, Tanto fortior, tanto felicior! effugisti casus humanos, livorem, morbum.* Idem *Ep.* 31. *admirabor & clamabo, Tanto melior: surge & respira.* Reinesius.

6. *Massa*] pro MS. & Pat. *massa.* Schefferus: *Massa.* servi nomen.

7. *epidipnis*] ultima pars cœnæ. Martialis XI Ep. 52.

Hinc seras epidipnidas parabit.

Schefferus. Reinesius in præfat. Perpensiùs cogitandum propono Doctis, quod observare videor in oeconomia sive dispositu Cœnæ hujus; esse in ea alia quædam, quæ Arbiter ne quidem somniare potuit. Post recensita à vetere Petronio fercula, tanquam soluta cœnâ, *aper primæ magnitudinis* adponitur, mox *sus ingens tomaculis & botulis fartus*, tùm *apophoreta*, ad hæc *vitulus elixus*, & *mattea*, & *secundæ mensæ.* Cùm autem matteæ ultimum cœnæ conficerent, post tertium missum,

ata, [1] *turdis ſiligine, uvis paſſis, nucibuſque* [2] *fartis. Inſecuta ſunt Cydonia etiam mala ſpinis confixa, ut echinos efficerent; & hæc quidem*

ùm, ὕστατον ἐπὶ πᾶσιν εἰσφερόμεναι & *poſtremæ omnium inferrentur*) ut ex *Athen. lib.* 14 notum eſt; indéque Iolpis Lacedæmonius ματτύας exponit ἐπιδειπνίδας; quî factum ut hîc) *epidipnis è turdis fartis ſiligine, uvis paſſis, & nucibûs; è cydoniis confixis ſpinîs, anſere altili, circáque piſces & omnium avium genera* demùm adferatur? Non cadit in Petronium ea inſcitia (niſi ſi eam ſimulare dicere iubeat, cùm omnia hîc ſub fictione gantur) ut tres παραθέσεις ſeu miſſus cujuſque cœnæ, & præter hos epidipnida, quod patet è *Mart. lib.* 8 *Ep.* 32, mattyas autem & epidipnida eaſdem eſſe ignoraret; ſunt iſta ab interpolatore, vel ſemidocto vel φιλοπαίγμονι (*ludos amante*) &c. Respondeo. Quamquam apud Ælianum Iolp. Lacedæmonium ματτύας, ἐπαΐκτον bis l. 4, c. 8 exponentem leam. l. 14 μετὰ τὸ δειπνῆσαι, τράπεζαι δεύτεραι, ἐπιφορήματα, τρωγαλία, &c. ſynonymicè pro *menſa ſecunda*, vix ἐπιδειπνὶς, occurrunt. Quidquid tamen ejus ſit, eſt diſcrimen *mattyarum*, & *epidipnidis* ſaltem conceptûs; illîs materies, hac tempus indigitatur. Res verò ita ſe habet. Accedente de cœna ſacri novenialis magna cum frequentiâ novo hoſpite Seviro Habinna collega & familiari Trimalchionis, habita ſecum scintillâ, cùm jam cœna libera ad apophoreta, & mattyas ſeu menſas ſecundas, imò ipſum diſceſſum & maledictionem oſculumque imaginis Trimalchionis eſſet perducta: invitatur, poſt pauca, in horum gratiam Fortunata conjux Trimalchionis quæ hactenus non accubuerat, datur non exiguum tempus mutuis colloquiis, oſtentandis lautitiis, & poculis, uſquedum Trimalchio *menſas ſecundas* (non alias, novas) i. mattyas ſeu bellaria juberet adferri. Sic apud Virgil. 1 Georg.

Non ego te Diis & menſis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia.

Horat. 2 Serm. Sat. 2.

-- tum penſilis uva ſecundas
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.

Cic. ad Attic. l. 14. *Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſâ.* Plin. l. 9, c. 35. *inferri menſam ſecundam juſſit.* Et ap. Ælian. *matteæ* & *menſæ ſecundæ* ſemper æquipollent. Docta familia, quia mattyæ jam antè obtinuerant, & pars forſan in repoſitoriis ante oculos adhuc ſtabant, *altilium nimirum gallinarum pro turdis*, & *ovorum anſerinorum pileatorum, menſas ſecundas* hoc eſt novas menſas ſublatis prioribus omnibûs adfert, & inſuper *ſcrobem miniô ac crocô tinctam humi ſpargit.* Ibi Trimalchio: *Poteram*, inquit, *hoc ferculo* (altilium gallinarum, & ovorum pileatûm) *eſſe contentus, ſecundas enim* (revera in jam mutatis, & antè appoſitis bellariis) *habetis menſas:* attamen coque) *ſi quid belli habes adfer.* Sicque in ſecundis menſis, nova quaſi, eſto in uno miſſu, in honorem maximè novi hoſpitis inſtruitur cœna. Tandem ſequitur *epidipnis*, quæ quòd reapſe ultima pars cœnæ, ac renovatæ conſectarium eſſet, inque multam noctem protracta, ac longè prioribus tragematîs magnificentior, id nominis meritò præ illis meruit. Sic ego, ubi Dn. Reineſius inſcitiam fodicat, tantumnon ſummam artem ipſiſſimumque Petronium invenio.

1. *turdis ſiligine*] pro MSi, & Patavin. *t. iligine.* Tilebom. Schefferus, & N. Heinſius.

2. *fartis*] MS. *farſis* antiquè, unde *farſura*; niſi potiùs pætulo libra-

dem tolerabilia erant, si non [1] *ferculum longe* [2] *monstruosius effecisset, ut vel fame perire* [3] *maluissemus. Nam cum positus esset, ut nos putabamus, anser altilis circaque pisces, & omnium genera avium, inquit* Trimalchio : † *Quicquid videtis hic positum, de uno corpore est factum.* ‡ *Ego, scilicet homo prudentissimus, statim intellexi quid esset, & respiciens Agamemnonem :* [4] *Mirabor, inquam, nisi omnia ista defricta sunt, aut certe de luto : vidi Romæ Saturnalibus ejusmodi cœnarum imaginem fieri. Nec dum finieram sermonem, cum* Trimalchio *ait :* † *Ita crescam patrimonio, non corpore, ut ista cocus meus de porco fecit. Non potest esse pretiosior homo. Volueris,* [5] *de vulva faciet piscem, de lardo palumbum, de perna turturem,* [6] *de colo suis gallinam ; & ideo, ingenio meo, impositum est illi nomen bellissimum, nam Dædalus vocatur : & quia bonam mentem habet :*

† *Trimalchio.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.*

rio nostro debeatur, cujus *calligas, basiavit, zelotipa* nunc viso.

1. *ferculum*] MS. *fericulum.*

2. *monstruosius*] Varro apud Gellium III, cap. 16 dicit, *non recepisse hujusmodi quasi monstruosas raritates.* Sic enim ibi habent, teste Vossio, libri veteres, & confirmat meus in membrana. Glossæ τερατώδης, *monstruosius, portentuosius.* Tertull. de Resurr. c. 9. *de posteritate monstruosum.* Apulejus *mirati monstruosas asini delicias.* Schefferus.

3. *maluissemus*] pro MS. & Patav. *malemus.* compendium modò suprà in MS. deficit.

4. *Mirabor i. nisi,* &c.] MS. pro Patav. *Mirabar.* Schefferus : *mirabar, inquam.* Hæc sic lego : *mirabor, inquam, nisi omnia ista de fricta sunt.* Plaut. Amphit. 1, scen. 1. *Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum.* Petronius similiter, quanquam sensu contrario : *non miror, si te populus lapidibus prosequitur.* De *fricta*, puta re, quanquam mallem *fricto.* Glossæ: παγανιστόν, *frictum.* Philoxenus: *Fricta,* παγανητέ. *defricta.* Vno verbo à *defrico* fricando purgo, ἀπόψηχω. At MS. in m. *al. defuncta.* i. *de cadavere,* pars pro toto : nam *defunctum,* more Græcorum, substantivè *cadaver.* Sen. *defuncta nullis planctibus revocantur.*

5. *de vulva*] pro MSi, & Patav *bulla.* Schefferus : *de bulla.* Quomodo, *de bulla?* Puto fuisse, *de bulba* hoc est, *de vulva.* Ita suprà fuit *berbex*, seu *bervex*, pro *vervex.* Nempe vulva porcæ in precio apud veteres & hic omnia de porca in sequentibus, lardum, perna, &c.

6. *de colo suis*] i. *intestino crasso s.* pro MSi, & Patav. *d. colapio.* scribe, *coliphio.* Tilebom. *de colapio.* Hoc corruptum est. Num scribendum, *de coliphio.* Coliphium est genus panis cujus meminerunt Plautus & Iuvenalis, sicut quidem vulgò putant. At quid hic panis? Rectius Salmasius, qui appellat partem animali aridam maximè ac siccam, ut est femur, atque Græcis non κωλύφιον solummodo & κωλῆνος, sed & κωλήπια dici, quod cum nostro convenit proximè. *Schefferus.* Sed cùm *perna* ex qua *turtur*, coxam utramque posteriorem & priorem, partesque suis maximè aridas & siccas complectatur, non video hic denuo *colepium* posse repeti.

1. *attu*

habet, [1] *attulit illi Roma unus cultros* [2] *Norico ferro ;* ‡ *quos statim jussit adferri, inspectosque miratus est,* [3] *& nobis potestatem fecit, ut* [4] *mucronem ad buccam probaremus. Subito intraverunt duo servi, tamquam* [5] *qui rixam ad lacum fecissent ; certe in loco adhuc amphoras habebant. Cum ergo Trimalchio jus inter litigantes diceret, neuter* [6] *sententiam tulit decernentis, sed* [7] *alterius amphoram fuste percussit. Consternati nos insolentia ebriorum, intentavimus oculos in præliantes, notavimusque ostrea, pectinesque* [8] *è castris labentia, quæ*

‡ *Encolpius.*

1. *attulit illi Roma unus*] *Vnus* absolutè, pro quidam, aliquis. ut suprà, *unus servus.* pro MS. & Patavin. *attulit illi Romam unus.* Quamquam in MS. *m* finale τῦ *Romam* non expressè, sed tenuis compendii rectæ virgulæ notulâ superne visatur, non ut aliàs indubiè *m*, aut *s* in fine flexuosè solet appingi. Tetigi autem suprà, & deinceps pluries quàm speraveram observavi, etiam compendia MSi non semper significare sed inania esse; docebit editio utriusque Fragmenti, procul dubio cum compendiis. Schefferus : *attulit illi Romam unus.* Corrige, ut volebat Nob. Heinsius : *attuli illi Roma munus.*

2. *Norico ferro*] quod effoditur ex alpibus Noricis, in quibus venæ ferri optimæ. Plinius XXXIV, c. 14. *Alicubi vena bonitatem hanc præstat, ut in Noricis.* Adde Martialem IV Ep. ad Lucium. *Io. Schefferus.*

3. *&*] MS. *etiam.*

4. *mucronem ad buccam probaremus*] Quomodo apud Suetonium in de Cl. Rhetor. cap. 6. Sextum Clodium jocatum legimus, *Fulviam Antonii uxorem, cui altera bucca inflatior erat, acumen stili tentare.* Schefferus.

5. *qui rixam ad lacum*] MS. pro Patav. *locum.* Schefferus : *rixam ad locum.* Suspicor, scribendum esse, *rixam ob lorum*, putoque *lorum* illud intelligi, quo revinctam quisque ad collum fortè habebat amphoram. Nam lorîs suspensa gestasse istæc onerosiora, & res docet ipsa, & exemplum lecticarum, de quibus videat Electa Lipsii, qui volet, nos quoque aliquando in de re Vehicularia monstrabimus.

6. *sententiam tulit*] sic videlicet, ut eâ se contentum redderet. Sic *ferre consilium* apud Martianum lib. 1.

Consilium vis ferre meum.--- Scheffer.

7. *alterius amphoram fuste percussit*] Crates auditori novitio Zenoni ollam lenticula coctâ plenam ferendam per Ceramicum tradiderat; cujus ministerii cùm eum pudere animadverteret παίσας τῇ βακτηρίᾳ καταῤῥήγνυσι τὴν χύτραν (*baculô percutiens confregit ollam*), *Laërt. lib. 7. Arsen. in apophth.* Th. Reinesius.

8. *è castris labentia*] Illud *castris* hîc ineptum est. Puto *testis* scribendum. Et fuere fictiles amphoræ, ut notum. Nisi malis, *crustis.* Interpres vetus Horatii à Cruquio editus : *Crustas quando in feminino dicimus, fragmenta significamus.* Schefferus. Quæ hic de rixantibus primùm, & rejecta sententiâ Trimalchionis mox præliantibus servis narrantur, destinato sic consiliô acciderunt, ut è *castris* i. loco prælii, pro missilibus lapidum, *ostrea*, & *pectines* volitarent; potuitque fieri, ut vel instar castrorum aliquid subitò emicaret servis pugnantibûs, vel socii utrinque accurrerint. Aut si neutrum horum, nihilominus *è castris* rectè positum autumo ad significandum, sic ferociter

quæ collecta puer lance circumtulit. Has lauticias æquavit ingeniosus cocus; in craticula enim argentea cochleas attulit, & tremula, teterrimaque voce cantavit. Pudet referre quæ sequuntur: [1] *inaudito enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelvi, pedesque recumbentium unxerunt, cum ante crura, pedesque, talosque* [2] *corollis vinxissent. Hinc ex eodem unguento in vinarium, atque lucernam liquatum est infusum.* [3] *Iam cœperat Fortunata velle saltare: jam Scintilla frequentius plaudebat, quam loquebatur. cum Trimalchio:* † *Permitto, inquit, Philargyre, & Carrio, &* [4] *si prasianus*

† *Trimalchio.*

ter variaque arte pugnasse duos, quasi essent plures, *intentatosque* spectatorum *oculos* meruisse. Recte etiam locus pugnæ *castra* dicuntur, quandoquidem hoc quidquid erat per speciem rebellionis contigit, quæ non alibi frequentior quàm in castris, aut stativis. Nec refert si duo solùm fuerint; *castra* hæc innotuere per conflictum, eratque in conspectu Trimalchio imperator, qui tunc partem exercitûs secum habebat, pars officium faciebat. *Fustibûs* denique & saxîs pugnare, antiquus bellandi modus.

1. *inaudito more* &c.] Quomodo *inaudito?* Athenis quidem mos fuit, ἀχρὶ τῶν ποδῶν τὸ τερψώνιον ἐναλείφειν μύροις (*etiam pedes in deliciis viventium unguentis illinere*), probatque è Cephisodoro, Eubulo, Antiphane & Anaxandride *Athen. l.* 13 *extr.* de Arabibus, Syris, & Babyloniis alii. At etiam Romæ usitatum id: *Vidimus* inquit *Plinius l.* 13 *c.*3, *etiam vestigia pedum tingi* (unguentis), *quod Othonem monstrasse Principi Neroni ferebant. Inauditum* igitur dixerit pro eo quod novum eo tempore & primùm receptum. *Th. Reinesius.*

2. *corollis vinxissent*] MS. *corolnis v.* Patav. edit. *coronis junxissent.* Scheffer us: *coronis junxissent.* Scribe, etiam Nob. Heinsii sententiâ, *vinxissent.* Horatius 1 Carm. 7.

Tempora populea fertur vinxisse coronâ.

3. *Iam cœperat Fortunata velle saltare*] i. e. jam saltare cœperat. Peculiaris Verbi *velle* ratio, ut adjunctum alteri verbo faciat pleonasmum, & sit superfluum. *Lucretio* familiaris iste usus ejus: ut l. 2.

---- indicium mort alibus edunt
Infidi maris insidias viresque dolumque
Ut vitare velint.

Et mox:

--- --- prædicere ut armis
Et virtute velint patriam defendere terram.

Tibullo l. 1 *El.* 2. *Vidi ego.... manibûs canas fingere velle comas. Macrob.* 5 *Sat.* 17, *locus dignus est, ut eum velimus altiùs intueri.* & *Iacobus Benevent. c.* 75, *Deus credita cum repetit, nemo dolere velit:* nim. ut bonæ fidei debitor, reddere non doleat, aut gravetur. *Reinesius.*

4. *si prasianus*] MS. & Patav. *si prasimanus.* Scheffer us: *& si prasimanus.* Corrige: *&, si prasinianus es.* Docent sequentia abunde, ubi de prasinæ factionis victoria. *Prasinianus*, qui prasinæ favet factioni. quanquam fortè rectius sit, *prasianus.* Antonius vita suâ: Τὸ μήτε πρασσιανὸς, μήτε βενετιανὸς (*neque prasianus, neque venetianus*). Neronem mirum quantum faviſſe factioni prasinæ res est notissima vel ex Suetonio. *Io. Schefferus.*

1. *die*

ſianus es famoſus, [1] *dic & Minophile contubernali tuæ diſcumbat.* † *Quid multa? pene de lectis dejecti ſumus, adeo totum triclinium familia occupaverat. Certe ego notavi ſuper me poſitum cocum, qui de porco anſerem fecerat, muria, condimentiſque fœtentem. Nec contentus fuit recumbere, ſed* [2] *continuo Epheſum Tragœdum cœpit imitari, & ſubinde dominum ſuum ſponſione provocare,* [3] *Si praſinus proximis Circenſibus primam palmam.* [4] *Diffuſus hac contentione Trimalchio:* ‡ *Amici, inquit,* [5] *& ſervi homines ſunt, & æque* [6] *unum*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

1. *dic M. tuæ*] MS. pro Patav. *d. M. tuo.* Schefferus: *dic & Minophile* Suſpicor ſcribendum, *Minophilo.*

2. *cocus continuo Epheſum Tragœdum cœpit imitari*] Librarius more ſuo tranſponens literas dedit *Epheſum:* quem ſine omni dubio Petronius omnis antiquitatis; ſi quiſquam peritus, *Theſpim* dixerat tribu Icarienſem, æqualem Soloni:

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ
Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora,

inquit *Horatius art. Poët. v.* 275. Imitatus autem Theſpim cocus eò quòd eſſet perſonatus vel quovis modo velata facie: cujus rei inventor Theſpis. Perſonatus autem ideo, ut liberiùs agere poſſet cum domino, cum quo diſcubuerat. *Th. Reineſius.*

3. *Si praſinus — primam palmam*] ſc. *obtenturus*, vel *retulerit.* Tilebomenus: In his procul dubio quidpiam deeſt. Sufficiet-ne ſi legas: *ſi Praſinus ſis, ajebat, nonne proximis Circenſibûs primam palmam habebis?*

4. *Diffuſus*] An liberior, effuſior factus, ut ad animum referatur? Sic *diffuſionem animi* dixit Seneca de Vita beata cap. 5. Inclino eò potiùs, ut accipiam pro *confuſus*, quod habet infrà in re non abſimili: *qua voce confuſus Trimalchio.* Io. Schefferus:

5. *& ſervi homines ſunt*] Si ab uno homine, quem Deus finxit, orimur, certè conſanguinei ſumus, inquit *Lact.* 6 *div. Inſt.* 10; *eadem omnibus principia, eademque origo, L. Sen.* 3 *de Benef.* 28: *Quintil. Decl. xiij:* & *Iulian. in Ep.* ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἑκὼν καὶ ἀκὼν πᾶς ἐστι συγγενής (*homo omnis volens nolens alteri eſt cognatus*). Hinc illæ de ſervis humanè habendis præceptiones Sapientum, *Philemonis, Catonis l.* 4 *Diſt.* 44: *S. Barnabæ in Epiſt. Sen. Ep.* 47. & Leges Poteſtatum. Aureus in hoc *M. Seneca Contr. l.* 7, *Declam.* 6: *L. l.* 1 *de Clem. c.* 18. & *Iſidorus Peluſiota l.* 1 *Ep.* 471, Τοῖς οἰκέταις χρηστέον ὡς ἑαυτοῖς. ἄνθρωποι γάρ εἰσι καθ' ἡμᾶς· ἡ γὰρ πρόληψις, ἢ τύχη πολέμου, ἡ τυραννὶς ὅπλων τούτους ἐποιήσατο κτήματα. ἀλλ' οἱ πάντες ἓν ἐσμὲν καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει (*Servis cupiendum ut nobis ipſis; homines enim ſunt, ut nos. quos quidem occupatio, alea belli, tyrannis armorum inter poſſeſſiones deputavit: ſed, & naturâ unum ſumus, & fide, & futuræ cauſæ dictione*). nim. *cùm ad exitum ventum eſt, omnes in æquo ſumus.* Philoſophaſter Trimalchion, qui Philoſophum ſe nunquam audiviſſe gloriatur infrà, è ſchola Stoicâ iſtud ſublegit, uti & alia quædam, inprimis iſtud περὶ πορδῆς (*de crepitu*) ſuprà, quod optimè intelligi poteſt è *Ciceronis ad Pætum Ep.* 22 *lib. ix.* Reineſius.

6. *unum lactem*] Plaut. Bacch. v, ſcen. 2. *nec lactem, nec lanam ullam habent.* Schefferus.

1. *aquam*

num lactem biberunt, etiamsi illos malus fatus oppresserit : tamen me salvo cito [1] *aquam liberam gustabunt. Ad summam,* [2] *omnes illos in testamento meo manumitto. Philargyro & fundum lego, & contubernalem suam. Carrioni quoque insulam, & vicesimam, & lectum stratum. Nam Fortunatam meam heredem facio, & commendo illam omnibus amicis meis : & hæc omnia publico ideo, ut familia mea jam nunc sic me amet, tamquam mortuum.* † *Gratias agere omnes indulgentiæ cœperant domini, cum ille oblitus nugarum exemplar testamenti jussit adferri, & totum à primo ad ultimum, ingemiscente familia, recitavit. Respiciens deinde Habinnam :* ‡ *Quid dicis, inquit, amice carissime? ædificas monumentum meum, quemadmodum te jussi? Valde te rogo, ut secundum pedes statuæ meæ catellam* [3] *pingas, & coronas, & unguenta, &* [4] *peractas omnes pugnas, ut mihi contingat tuo beneficio post mortem vivere. Prætereà, ut sint* [5] *in fronte pedes centum : in agrum pedes ducenti.*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

[1] *Omne*

1. *aquam liberam gustabunt*] liberabuntur ex servitute. Ovid. 1 Amor. El. 6.

--- Sic unquam longa relevere catenâ,
Nec ibi perpetuò serva bibatur aqua.
Schefferus.

2. *omnes illos in testamento meo manumitto*] Hæc plena libertas erat non minùs quàm illa quæ apud Consilium, aut apud Consulem, ProCos. Prætorem, Præsidem provinciæ, Legatumve Cæsaris, vel alium magistratum, cui hujusmodi jus esset, manumissione conferebatur, *l.* 5, 7 *D. de Manum. vind. l.* 4 *C. de Vind. lib. & apud Conc. manum.* Eadem vocabatur *justa*, vindictæ impositione munita, *l.* 2 *C. Si adversus libert.* & quidem pro tribunali; à qua differebat *data inter amicos* : quam nominat *Cajus Inst. l.* 1. & *Sen. l. de Vita beata c.* 24. & altera *per mensam* dicta, quando libertatis capiendæ gratiâ servus convivio domini adhibebatur; & de hac explicanda sunt verba autoris initiô hujus fragmenti : *Venerat jam tertius dies, id est, expectatio liberæ cœnæ :* nim. qua dominus liberam aquam gustaturos esse hîc promittit. *Reinesius.*

3. *pingas*] Hoc suspectum est. Fuit nempe lapidarius Habinnas, uti liquet ex superioribus. at lapidarii non pingunt. An legendum, *fingas?* nil definio. *Schefferus. pingas.* Elegantiæ causâ dictum. Et sunt valde cognatæ hæ artes, fine, & forma. materiâ differunt.

4. *peractas*] pro MSi *petraitis*, & Patav. *petractis.* Schefferus : *petractas omnes pugnas.* Mallem pro, *petractas*, quod est nihili, *peractas omnes pugnas.* Quomodo apud Virgilium sunt *peractæ cædes*, apud Ovidium, *peracta bella.*

5. *in fronte*] Putes rectiùs, *in frontem*, quia sequitur, *in agrum.* Sed sic & Inscriptio vetus apud Gruterum p. 851. & Horat. 1 Sat. 8.

Mille pedes in fronte; trecentos cippus in agrum.

Schefferus. Sensus verborum: Locus sepulturæ ubi tu Habinna mihi monumentum es statuturus, habeat in *front*

[1] *Omne genus etiam pomorum volo sit circa cineres meos, & vinearum largiter. Valde enim* [2] *falsum est, vivo quidem domos cultas esse: non curari eas, ubi diutius nobis habitandum est; & ideo ante omnia adjici volo:* HOC. MONUMENTUM. HEREDEM NON. SEQUATUR.

Cæterum erit mihi curæ, ut testamento caveam, ne mortuus injuriam

fronte i. ea parte quæ viam publicam spectat *centum*, *in agrum* i. quæ agros conjunctos habet *ducentos pedes*. Sic ferè Dionys. Lambinus ad adlata verba Horatii l. 1 Sat. 8.

1. *Omne genus etiam pomorum*] pro MSi, & Patav. *o. g. enim pomæ*, MS. *pomorum*. Reinesius: *Omne genus enim pomæ*. leg. *omne genus etiam*: quod respondet præmisso modò *præterea*, ut sit loco συνδέσεως (*conjunctionis*): nim. istud volo, & hoc quoque. Solet aliàs τὸ *enim abundare* cum singulari gratia sermonis; ut in istis *Plauti Persâ a. 2, sc. 2, v. 46. P. Malè operam locas. S. qui? P. Quia enim nihil amas, cùm ingratam amas.* & *Terentii Andr. a. 5, sc. 2, v. 4. Imò enim nunc quàm maximè abs te postulo atque oro.* Sed hîc locum non habet ea figura παρέλκοντος (*vocis vacantis, abundantis*); sequitur enim proximo membrô orationis: *Valde enim falsum est.* Pro *pomæ* verò legendum *pomonæ*. Pomona est quod Græcè ὀπώρα, id est omnis generis fructus edules, qui autumnô maturescunt, *Solinus c. 22 de Thule: larga & diutina pomona copiosa est*: quod *Dicæarchus* de Bœotia esse ἐχόπωρον καὶ θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονον dixit. Vult igitur arboretum vel pomarium circa monumentum suum instrui, esséque ibi *vinearum largiter*. Maceriis, muris, septis, sepulcra claudi, ornari etiam ædificiis pertritum est; hortos iisdem adjacere & addici adparet ex Inscr. Gratianensi 12, DCXXX. in qua Hermes quidam, *hi horti*, inquit, *uti optimi maximique sunt cineribus serviant meis: ex horum reditu Curatores vescantur natali meô, & rosam præbeant in perpetuum.* De vineis testatur lapis Sanct-Andreanus, quem V. C. *Carolus Sponius* Med. Collegiatus Lugdun. in Sequanis mihi descripsit; in eo profitetur Rufius quidam Satyrus, quòd suæ suorumque memoriæ ædificium cum vinea & muris, & ad tutelam ejus & ad cœnam omnibus incolis ponendam KL. Febr. sicuti & rudecam in opus, sc. vineæ, addiderit. Nim. fiebant ista tam in tutelam, custodiam cultumque monumenti, ut id integrum præstaretur, per sumtus refectioni necessarios, quàm ut è proventibus annuis constitutæ profusiones, erogationes, & sparsiones missilium exhiberi possent; ut pluribûs doceo *Comm. ad* 112 *Classis vj.* Schefferus: *pomæ*. Suspicatur Nob. Heinsius, *pompæ*. Quid? si *pomi*. Sanè arbores ad ornatum sepulchrorum adhibuisse, docent veteres. Vide Meursium in Funere c. 41, ubi de buxo & palmite. Augusti Mausoleum circà alnos habuit, ut Strabo auctor est lib. v. Postremò Vlpianus l. æde sacra ff. de Contr. Empt. nominatim *intra maceriam sepulchrorum loca plura hortis, vel cæteris culturis servata* commemorat.

2. *falsum est*] Non concoquo! mallem, *salsum*. Cicero 11 de Orat. *Valde hæc ridentur: & hercle omnia, quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè salséque dicuntur.* Schefferus. *falsum est.* Id est *vanum*, quodque veram humanitatis considerationem, & prudentiam agendi *mentitur*.

1. *anulis*

juriam accipiam : præponam enim unum ex libertis ſepulcro meo, cuſtodiæ cauſa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. Te rogo, ut naves etiam monumenti mei facias plenis velis euntes: & me in tribunali ſedentem prætextatum, cum [1] *anulis aureis quinque, & nummos in publico de ſacculo effundentem; ſcis enim, quod epulum* [2] *dedi, et binos denarios:* [3] *facias, ſi tibi videtur, & triclinia: facies & totum populum ſibi ſuaviter facientem. Ad dexteram meam* [4] *ponas ſtatuam Fortunatæ meæ columbam tenentem: & catellam cingulo adligatam ducat: & Cicaronem meum: &* [5] *amphoras copioſas, gypſatas, ne effluat vinum: & unam licet fractam ſculpas, & ſuper eam puerum plorantem: horologium in medio, ut quiſquis horas inſpiciet,* [6] *velit, nolit, nomen meum legat. Inſcriptio quoque vide diligenter ſi hæc ſatis idonea tibi videtur.* [7] C. POMPEJUS. TRIMALCHIO. MAECENATIANUS HIC. REQUIESCIT. [8] HUIC. SEVIRATUS AB-

1. *anulis*] Antiquè pro *annulis*. Veteres enim conſonantes non geminabant.

2. *dedi, & binos*] pro MS. & Pat. *d. b.* Schefferus: *epulum dedi binos denarios.* Conjuctio hîc omiſſa videtur.

3. *facias*] MS. *faciatis*; ſi non *faciatur*, quod quidem confirmat ſecunda collatio Romæ inſtituta: ſed nihil opus tantum hujus compendiis tribuere: cui ead. p. *ingemeſcente, gipſadas*, aliáque clarè ſcripta objiciam.

4. *ponas*] MS. Patav. *pones.*

5. *amphoras copioſas*] vinô refertas. Quomodo Petronius in editis: *Fortunam copioſam cornu abundanti* dixit. *Schefferus.*

6. *velit, nolit*] Seneca in Apol. *Velit, nolit, neceſſe eſt illi omnia videre.* Idem.

7. C.] *Cajus*, vel *Gajus*; ut patet ex ſuperioribus.

8. HUIC. S. ABSENTI] Reineſius: Titulus, quem ſepulcro ſuo imponi voluit glorioſus iſte verbero Mæcenatianus prorſus ad formam priſci ritus factus eſt, accuratus & venuſtus; at clauſula VALE ET TU teſtatur de ſeculo non optimo, ut ἐπείσακτος (*ſubintroductus*) videri poſſit; priora enim interim ipſius Arbitri ſunto; qui conſonant cum antecedentibus quibus hunc hominem deſcripſerat. Dixi quæ debebant plura *Comm. ad Inſcr.* 14 *Cl. IV.* Cæterùm τὸ PLUS (in ſeqq.) pravum eſt: leg. PIUS. FORTIS. FIDELIS. *Pietatis* laudem ſibi rapit ſcelero, cujus ne micam quidem habebat, nec enim uſquam dicitur Deos ſacra, templa curaſſe; *fortitudinis*, nimirum ejus in tricliniis & cubiculis: *in præteritos annos ſe retro agens & validus in voluptatibus quaſi juvenis exultabat* fidelitatis, quam in cuſtodiendis quæ domini incuriâ & ſtupore clepſerat, adhibebat, quippe παλαίτριν (*olim ſervus*). Et hæc quidem poſſunt ſub ſchemate dicta capi; iſtud autem è vero quod NUNQUAM PHILOSOPHUM AUDIVERIT: quippe oſor erat omnis liberalis doctrinæ *literis* pueros *inquinari & fatuos redi*delirabat, prorſus non *Mæcenatianus*

HUI

ABSENTI. DECRETUS. EST. CUM. POSSET. [2] IN. OMNIBUS. DECURIIS. ESSE. TAMEN. [2] NOLUIT. PIUS. FORTIS. FIDELIS. EX. PARVO. CREVIT. [3] SESTERTIUM. RELIQUIT. TRECENTIES. NEC UNQUAM. PHILOSOPHUM. AUDIVIT. VALE. ET. TU. † *Hæc ut dixit Trimalchio, flere cœpit ubertim;*

† *Encolpius.*

HUIC SEVIRATUS. Auget splendorem hominis, absenti decretum fuisse honorem, tanquam fugienti arrogassent. Eadem verò ratio Seviratûs sic collati, qui GRATUITI, .. e. gratiæ pro meritis referendæ, in apidibus frequentissimi: ad 99 Cl. I.

1. IN. O. DECURIIS.] Intelligendæ sunt Decuriæ Quinque, in quas digesti erant, quos Prætores Vrbani è Civium potioribus, ut essent Iudices causarum planarum mixtarumque legebant. Earum unam fuisse Senatoriam è *Cicer.* 1 *Verr.* observamus. Vocabantur illi ita lecti, missique in peculiare album *Selecti*, *Selecti Iudices*, *Iudices de Selectis*, *Iudices Selecti* ex v Decuriis; ut ostendo d *Inscr.* 113 *Cl. vj.* In saxis multa eorum mentio est; in libris, nisi si apud Ciceronem & Senecam non ferè peperiuntur. In Coloniis & Municiiis legisse tales videntur Duumviri onsensu Populi; vel etiam argunento 3 CCCCLXXV; & 2 MXCIX pud *Gruterum*, Ordo Decurionum, Augustalium, & Plebs universa. *Th. Reinesius.*

2. NOLUIT. PIUS. FORTIS] ic nimirum Dn. Reinesius, pro riori: NOLUIT. PLUS. FORTIS. FIDELIS. EX. Nec MS. erore hic caret, ubi sic legitur: *esse, amen voluit plus fortis fidelis ex.*

3. SESTERTIUM. R. TREC.] Divitiarum famam aucupabantur etiam vilia capita. Sup. de servo, *quinquaginta millibus existimant mortuum.* Solidum autem maximè, quòd summam patrimonii titulis sepulcralibus inseri curarent. Fecerat nostro similis Staberius, qui testamentô id caviisse, constituta in hæredes pœnâ ni parerent, & quantum quisque accepisset in marmore faterentur, dicitur. Præstat de eo audire *Horatium* 2, *Sat.* 3 ita philosophantem:

--- --- *quid ergò*
Sensit, cùm summam patrimonI insculpere saxo
Heredes voluit: quo ad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium & cavit nil acriùs, ut si
Fortè minùs locuples uno quadrante periret
Ipse videretur sibi nequior. ---

nim. solum divitem clarum, fortem, justum, sapientem & regem, & quicquid volet, futurum; in pauperem ista nequaquam cadere existimaverat. *Reinesius. Trecenties Sestertium*, i. e. trecenties centena millia sestertiûm, seu Philippicorum 750000. I. Lipsi. Hæc verò summa nequaquam respondet schemati ejus eorumve quos in Satyrico Arbiter principaliter exagitat, ut tot locis animadvertere fuit, quorum aliquot tetigi ad verba, *nisi quis Corinthum habeat.* Et *sestertiûm trecenties* trullam myrrhinam Arbiter moriturus fregit, quò mensam Neronis exheredaret, ut prima p. habuimus; sestertiûm trecenties etiam Titus, suprà in Fragmento hoc, filio suo reliquit; sestertiûm trecenties, infrà, commune ditescere cupientium votum fuisse, totidemque Eumolpum

tim; flebat & Fortunata: flebat & Habinnas. tota denique familia, tamquam in funus rogata, lamentatione triclinium implevit. Imo jam cœperam etiam ego plorare, cum Trimalchio: ‡ Ergo, inquit, cum sciamus nos morituros esse, [1] *quare non vivamus? Sic vos felices videam,* [2] *conjiciamus nos in balneum, meo periculo non pœnitebit. Sic calet tamquam furnus. † Vero,* [3] *vero, inquit Habinnas, de una die duas facere nihil malo: ‡ nudisque consurrexit pedibus, & Trimalchionem* [4] *gaudentem subsequi. Ego respiciens ad Ascylton: Quid cogitas? inquam; ego enim, si videro balneum, statim exspirabo.* [5] *Assentemur, † ait ille, & dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus. ‡ Cum hæc placuissent, ducente per porticum Gitone ad januam venimus: ubi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, ut Ascyltos etiam in piscinam ceciderit: nec non ego quoque ebrius*

‡ *Trimalchio.* † *Habinnas.* ‡ *Encolpius.* † *Ascyltos.* ‡ *Encolpius.*

pum in Africa fundîs habuisse, quin Trimalchionem uno naufragio trecenties HS. amisisse, nec sensisse deprehendemus, ut taceam Senecæ mensas. Sic verò exacta arte hæc celantur. Dicemus tamen *Sestertiûm Trecenties reliquisse,* poni pro perfectissimis divitiis quales votis Trimalchionis mortalium ditissimi respondebant, ut patet ex jam dictis.

1. *quare non vivamus*] Petronius in editis:

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus:
Ergo vivamus, dum licet esse bene.

Schefferus. Vibius Gallus Rhetor apud *Senec. Contr.* 14. *Conviva certè tui dicunt, Bibamus: moriendum est.* Th. Reinesius.

2. *conjiciamus*] Petron. in editis: *in eundem locum me conjeci.* Schefferus. A cœna Trimalchion ad convivas dicit; *conjiciamus nos in balneum.* Est contra morem Romanorum hoc, qui loti cœnitarunt: Suprà. Sed meminerimus à Petronio hîc describi hominem ἐξάνθρωπον, παράνομον, ἀντίνομον, αὐθάδη, ἄμικτον (*non-hominem, præter & contra communem morem agentem, sibi placentem, aliis misceri nolentem*) & prorsus sui sensus. *Reinesius.*

3. *vero* &c. *nihil malo*] Scio, apud Ciceronem in de *L L.* 1; *& Terent. Adelph.* III, *sc.* 2, illud *vero* poni etiam ab initio periodi; sed hîc vel repetitio demonstrat, esse legendum, *vere, vere.* Respondetque hoc superiori, *non pœnitebit. nihil malo.* Suspicio est, scripsisse nostrum, *nihil metuo,* i. e. non metuo, non adversum mihi est. Sic Terentius, *nihil audio ipsum.* Schefferus. *Verò,* hîc est verè. Gellius: *Veróne an falsò, incertum.* & refertur ad præcedens, *quare non vivamus?* hoc sensu: *Verè, verè: cùm sciamus n. m. q. n. vivamus?* ego certè meo locô *nihil malo* quàm tecum, ô Trimalchio! *de una die duos facere.*

4. *gaud. subsequi*] *gaudentem* L. leg. *gradientem,* gradus moventem ad balneas. *Reinesius. Subsequi,* puto rectè se habere, ponique pro *subsequi cœpit,* vel *subseqnebatur,* notissima narrantium figurâ. *Io. Schefferus.*

5. *Assentemur*] MS. in marg. *assentem. al. absentem.* Id verò est quod in præcedentibus monui, notas hujus

rius, qui [1] *etiam pictum timueram canem, dum natanti opem fe-*
, in eundem gurgitem tractus sum. Servavit nos tamen atrienſis,
ui interventu ſuo, & canem placavit, & nos trementes extraxit in
cum. Et Giton quidem, jam dudum [2] *ſe ratione acutiſſima rede-*
erat à cane; quicquid enim à nobis acceperat de cœna [3] *latranti*
arſerat, at ille [4] *avocatus cibo furorem ſuppreſſerat. Cæterum cum*
gentes utique petiſſemus ab atrienſe, ut nos extra januam emitte-
: † Erras, inquit, ſi putas te exire hac poſſe, qua veniſti. [5] *Nemo*
quam convivarum per eandem januam emiſſus eſt. alia intrant,
a exeunt. ‡ *Quid faciamus? homines miſerrimi, & novi gene-*
labyrintho incluſi, quibus lavari jam [6] *cœperat notum eſſe. Vltro*
o [7] *rogamus, ut nos ad balneum duceret. projectiſque veſtimen-*
, quæ Giton in aditu ſiccare cœpit, balneum intravimus, anguſtum
licet, & ciſternæ frigidariæ ſimile, in qua [8] *Trimalchio rectus ſta-*
bat;

† *Atrienſis.* ‡ *Encolpius.*

non perinde magni faciendas.
1. *etiam*] MS. pro Patav. *&.*
2. *ſe ratione*] pro MS. & Patav. *ſervatione.* Schefferus: *ſervatione acutiſſima*. Puto hîc, *ſe ratione acutiſſima*, bendum eſſe. Sane *ſe* requirit ſe-ens *redemerat*, quod cum altero vo-ulo malè junctum peperit præſen-a lectionem.
3. *latranti ſparſerat*] cani objecerat. rat. III Carm. 15: *Deſine.*
---ſtellis nebulam ſpargere candidis.
le *latrante* diximus ad Phædrum trum. *Io. Schefferus.*
4. *avocatus*] MS. pro Patav. *evo-us.* Schefferus: *evocatus cibo*, in-tus, allectus. Ita Silius lib. VII.
Evocat è liquidis piſcem penetralibus eſcâ.
ineſius: *Evocatus*, leg. *revocatus* à atu, demulſus offarum jactu.
5. *Nemo convivarum per*] Reine-: Veteribus Sapientibus eſt tra-m, *Portam ingredi nefas qua exieris*; d *Cæl. l.* 4 *Ant. c.* 7. alio verò ſen-Neque in balneo licebat exire i ingreſſi fuiſſent. *Luc. in Hippia* *παιδίω ἔνεστί σοι μὴ τῶν ἀφ' οἰ-τῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι (loto tibi non licet eadem domûs parte egredi).*
6. *cœperat notum eſſe*] Credo quia in piſcinam ceciderant. Sed non diſſimulabo, videri legendum, *votum eſſe*, propter algorem nempe, ut ſe balneò calfacerent. *Schefferus. Quibus lavari jam cœperat notum eſſe.* Mens eſt: Quid faceremus, labyrintho incluſi, caſu paulò ante lavati & adhucdum algentes, balneum ultro intramus ſic jubente neceſſitate. Hoc nondum eſt *votum*: obſtat enim vel dimidia parte *miſerrimos* dici, quòd non potuerint emitti.
7. *rogamus*] MS. *rogavimus.*
8. *Trim. rectus ſtabat, ac ne ſic quidem* &c.] Locus ſanè obſcurus; quem tamen diſtinctione juvi, cætera ſine mutatione ſic capiam: *Trimalchio rectus* nimirum nudus *ſtabat*, ac *ne ſic quidem* inſuper (vel juxta, æquè, &c.) *put. e. a. l. effugere* i. evitare. *Actionem* hic licet generaliſſimè accipiamus prout etiam verba complectitur, ut in *gratiarum actio.* Cic. pro Planco: *Quamquam à te nullam gratiarum actionem exſpectabam.* & ipſum *agere*, eſt

bat ; ac ne sic quidem putidissimam ei actionem licuit effugere : Na nihil melius esse dicebat , quam [1] sine turba lavari. & eo loco [2] i aliquando pistrinum fuisse. Deinde , ut lassatus consedit , invitat balnei sono diduxit [3] usque ad cameram os ebrium , & cœpit Men eratis cantica lacerare , sicut illi dicebant , qui linguam ejus intel gebant. Cæteri convivæ circa labrum manibus nexis curreban & [4] gingilismo ingenti clamore exsonabant : alii autem, aut restric manibus anulos de pavimento conabantur tollere : aut posito ge cervices post terga flectere , & pedum extremos pollices tangere. N dum alii [5] sibi ludos faciunt , [6] in solio , quod Trimalchioni parab

gerere. Reinesius : *ac ne sic quidem.* Sensus poscit ut deleamus negativam & legamus : *ac sic quidem put. ei act. licuit effingere :* nim. quòd nudus in turba staret & lavaret. Habebatur hoc autem inter Romanos flagitium , *Cicer. 9 Ep. 22 ad Pætum.*

1. *sine turba l.*] Nimirum quasi *erectus* & nudus *stans* , tamen in turba lavari erubesceret. Hæc est illa *put. actio.* Reinesius : Sensus postulat etiam hîc, ipsáque ratio fabulæ , ut legamus , *in turba*; vocaverat enim convivas suos ad balneum , habebatque inde συλλουτροῦντας (*simul lavantes*) plures.

2. *ipsi*] MS. & Pat. *ipso.* Schefferus : *eo loco ipso.* Mallet Nob. Heinsius , *ipsi.*

3. *usque ad cameram. & cœpit Menecratis*] Camaram sup. dixit pro tecto , laqueari , seu tabulato supero triclinii : hîc oris pars superior θολωτὴ convexa seu fornicata intelligenda est , quam Græci οὐρανὸν , *Poll. l. 2* , & ὑπερῷον , Latini palatum vocant. Cæterùm inter characteres rustici habet *Theophrastus c. 5* τὸ ἐν βαλανείῳ ἆσαι (*in balneo canere*). Vidimus nos , qui sub novacula modò caneret modò sibilaret , asso scil. ore ; erat autem quinquaginta annorum puer. De Menecrate citharœdo , caro Neroni Aug. *Suet. cap.* 30 nihil curandum est ; Mæcenatis, qui mollitiem vestitu , incessu , victu cæ rîsque etiam in stilum admiser carmina intelligenda sunt ; quor aliquot libros conscripsisse feru qui fragmenta ejus cùm solutæ t ligatæ orationis collegerunt ; ext multa apud *Senecam* , qui in ho nem ambiguus est : Ep. 19, 101, 1 120. Benè , *Mæcenatis cantica blat vit* ἀπόνου (*rejecti*) & interfecti doris nebulo , qui Mæcenatianun quoque præscripsit in tabula , c suprema ejus contineret , cùm tan Mæcenati literatorum fautori e dissimilimus. *Reinesius. Menecra* poëta Comicus. Suidas.

4. *gingilismo*] pro MSi , & Pa *gingilipho.* Schefferus : *gingilipho.* spicor *gingilismo* scribi oportere. sych : γιγγιλισμὸς , γαργαλισμὸς χειρῶν , γέλως (*gingilismus , titil ex manibus , risus*).

5. *sibi ludos faciunt*] Versus v apud Varronem , citante Noni Cernuus. *Sibi pastores ludos faciunt nui.* Io. Schefferus.

6. *in solio quod T. parabatur*] M Patav. edit. *i. solo q. T. periiapatur* MS. in m. *al. parabatur. Solium* vel thronus , vel vas balneare ; d troque inferiùs, priore quidem si ficatu hîc in Fragm. de posterio editis ad verba , *circa solium sedent.* Possis in utravis accipere significa ne , propendeo tamen ad prior

De

ur descendimus. [1] *Ergo ebrietate discussa in aliud triclinium de-*
ucti sumus, ubi Fortunata disposuerat lauticias; ita ut supra, lucer-
as, [2] *æneolosque piscatores notaverim: & mensas totas argenteas,*
cali-

escendimus in solio, i. in loco h. e. lo-
um qui solium continebat, ut Vir-
l. *vina coronant* i. crateres: metony-
iâ contenti pro continente. Schef-
rus: *in solo, quod Trimalchioni periia-*
tur. Videtur corrigendum: *in solio,*
uod Trimalchioni per duos aptatur, de-
ndimus. Illud *in solio descendimus*, si-
ile est *in balneo sequi*, quod initiô
abuimus. *Per duos* autem censeo,
uia post *per* in voce *periiapatur* se-
uuntur duo *i*, quæ puto esse nume-
lia. *Solium aptatur*, ut *convivium*
tatur apud Pomponium Nonio te-
e. *Naves aptantur* apud Sueton.
ib. 94. Reinesius: *In solio quod Tri-*
alchioni periiapatur. Vera scriptura,
riabatur, i. e. calefiebat, accendeba-
ur pro Trimalchione. Πυριᾶν &
υριάζειν, ἀπὸ πυρὸς (*à πῦρ ignis*)
Græci dixere pro eo, quod Latini
overe, fomentare, calorem exte-
us inducere. Πυρόειν suffire, suffo-
υρίασις fomentum sive siccum, sive
ire. Πυρία & humidum, una θερα-
ειῶν medicarum & multi usûs. Ve-
is & bonum istud Græcum Latino-
arbari suum fecerunt, dixeruntque
ro sumta licentia *pyriare.* Sylvat.
and. c. 578. *Pyriare, fomentare, eva-*
orare, (in edit. *pyriase* fortè è πυ-
ιάσαι) *pyriasis fomentatio, evapora-*
o. Vocarunt etiam *stuffam* cùm
nembra suffumigantur vel fumum
c calorem per embolum excipiunt:
st apud *Guain. tr. de ægr. matr. cap.* 5,
7, 22. *& l. de baln. c.*4. indéque ver-
um *stufare*, id est, vaporare. *Gilber-*
*us Pract. P.*7. *de hydr. matr. Stuphetur*
um decocto diversarum herbarum: quod
Græcis θυμιᾶν & ὀποθυμιᾶν. Per *so-*
um autem vel *solium*, quod pyriaba-
ur Trimalchioni, intelligenda est
ella sudationis assæ, in quam loti
e conferebant, ut vaporis calidi ad-
pulsu corpora exsuctîs humoribus o-
tiosis deplerentur & ad convenien-
tem siccitatis temperiem redirent;
eadem *vaporarium, æstuarium*; vete-
ribus *Celso* & *Vitruvio Laconicum*,
etiam *caldarium*; *Luciano* in *Hippia*,
ubi de partibus balnearum, ἠρέ-
μα θερμὸν οἴκημα (*cella leviter ca-*
lida).

1. *Ergo ebrietate discussa*] Hiant ista,
quia desunt quæ in pyriaterio, in
quod descenderant, contigerint &
quomodo exierint. Ea verò ipsa quo-
que supplere debuit ille, qui inte-
grum cum suis fabulis, ludis, & la-
vationibus convivium nobis dare
posse existimavit, & Petroniano tex-
to suos subinde pannos non quidem
vetustate commendabiles illos, sed
novitate barbara solùm spectabiles
adsuit. *Reinesius.* Fallitur subinde,
quod pace venerandi senis dixerim,
ut vel ex præcedente Nota liquet.

2. *æneolosque piscatores*] Quid hîc
faciunt piscatores? num & illi inter
lautitias muliebres? Fateor me hæc
non expedire. *Schefferus. Lautitiæ* sunt
mundities, aut magnificentia in ve-
stitu, ac epulis. Festus, Vossius, alii.
Notavit hîc Encolpius *suprà, lucernas,*
& æneolos piscatores, & vinum in con-
spectu saccô defluens. Videtur igitur sac-
cus aut colum hoc, ceu canalis pro-
tensus è lacu superne vinifluo, in
quo *piscatores.* Tale quid suprà, ultra
4 *Marsyas garum piperatum fundentes*,
habuimus etiam in *circulo cupæ*, de
quo apophoreta pendebant, lacuna-
rî tanquam cœlô demisso. Et noti
sunt pensiles veterum horti, totæ-
que ferè Ægyptiæ Thebæ. Reine-
sius: *æneolosque piscatores.* Quid *pisca-*
tores faciant inter utensilia mulie-
bria, reposita in cubiculo, nemo fa-
cilè dixerit. Legendum putabam *na-*

calicesque circa fictiles inauratos : & vinum in conspectu sacco defluens. Tum Trimalchio : † Amici, inquit, hodie servus meus [1] barbatoriam

† *Trimalchio.*

scatores. Medici Latini ex Italicismo *nascalia*, *nastalia* vocant. *Silvat. Pand. c.* 562. *Guilb. Varign. l.* 16, *c.* 4. *Anton. Guainer. tr. de ægrit. matr. cap.* 13, 17, 34. quæ *Hippocrates* προσθετὰ, προσθέματα τὰ πρὸς τὴν μήτρην, *Paulus* κάθετα : alii πεσσοὺς, *pessos, pessaria.* Sunt autem pessi in coni seu cunei formam è speciebus medicamentosis coactis, effigiati, teretes, certæ longitudinis & crassitiei magdaleones qui serico, *petiave* lineâ obducti loculis mulierum uterô laborantium intruduntur; differunt autem pro ratione morbi, ut sint alii emollientes, alii adstringentes, alii aperientes, *Paulus l.* 3, *cap.* 62; alii abstergentes, alii anodyni : *V. Nicol. Alex. antidotar. sect.* 83. Etiam πεσσὸν φθόριον qui fœtum corrumpere & abortum accersere potest, nominat *Hippocrates* ἐν Ὅρκῳ (*in Iuramento*). Eos à similitudine & usu duciculorum seu ducillorum, qui cunei sunt lignei æneive doliorum foraminibus obdi soliti, οἱ κοινολεκτοῦντες (*vulgari nostrô*) adpellant *Mutter-Zapffen.* Pudeat efferre clariùs, cui fini inter scruta & mundum scil. suum habuerit Hippia ἀνδρομανὴς (*viros insanè appetens*) & pruriens ejusmodi pessulos; nefanda nequissimarum τριβάδων (*frictricum*) chirurgia è spurcalibus Gentilium nota est Eruditis. Superest tamen de isto loco aliud quoque suspicari, sed tendens eódem; fortassis τὸ *piscatores* è Græco *priapiscatos* corrupisse descriptorem. Inter μοτῶν linamentorum, tentarum seu turundarum quæ vulnerum ulcerumque cavis induntur à chirurgis, species est etiam μοτὸς ὁ πριαπισκωτὸς *Galeno in Isagog. c. ult.* i. e. in formam fascini virilis fastigiatus, & indè τὸ *æneolos*, subintellecto substantivô, referetur ad materiam; τὸ *priapiscotos* formam indicabit; tale qui fuit id quod Fortunata inter lautitia suas habuisse h. l. dicitur, i. e. *æneo priapisci.* Et hoc probabilius est prio re illo de *nascatoribus*; quod non e set Petronianum, quippe seculis na tum proximîs; *priapiscotum* autem ve tus & Petronio summo Græcanic doctrinæ cupitore & felicissimo imi tatore dignum.

1. *barbatoriam*] pro MSi, & Pa tav. *babatoriam.* Etiam hoc aliis ex plicandum relinquo. Puto tamen *barbatoriam* scribendum. Glossæ Phi loxeni : *Barbatoria*, πωγονοκουρία. In telligo hoc autem, de solenni *barb rasura*, cùm primùm ponitur, & con secratur deo, quod verosimile est fa ctum cum pompa & convivio. Im docet apertè Iuvenalis Satyr. III v. 186.

Ille metit barbam, crinem hic depon amati
Plena domus libis venalibûs. ---

Adde ibi interpretes, & quæ de rit hoc notavit Hottomannus in de Ba ba, cap. 6. *Schefferus. Servus meus ba batoriam facit.* In optimarum vocu censum *barbatoriæ* dictionem rep nunt Glossæ veteres bonæ notæ quam aliubi præterea frustra quæsi ris. Hanc porrò, declinante tande cum Imperio, linguæ Romanæ pr prietate atque nitore, sequioris æ scriptores *barbitondiô* expresserun Porrò barbatoriam facere idem s nat ac barbam facere. Ita Plautus u guentariam, ita Tullius navicul riam facere, pro unguenta & nav facere dixerunt. Barbatoriam exe cendi seu faciendi munus servi ta tùm implebant apud Romanos. V enim apud eos personæ splendidæ tebantur servîs ad omne genus off cii, Pignorio, & T. Popma refere tibûs ex professo : Sic etiam ad ba

ban

batoriam facit, homo, præfiscini, frugi, [1] *& mi carus. Itaque* [2] *tangomenas faciamus, & usque in lucem cœnemus.* † *Hæc dicente eo gallus gallinaceus cantavit, qua voce confusus Trimalchio vinum* [3] *sub mensam jussit effundi, lucernamque etiam mero spargi; imo anulum* [4] *trajecit in dexteram manum, &,* ‡ *Non sine causa, inquit,* [5] *hic buc-*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

bam, ex quo Mena venit in urbem, annô CCCCLIIII Vrbis conditæ, velut in fine libri 3 R. R. Varro author est. Nec debet vox ista intelligi tantùm de prima barbæ rasura, quæ fiebat quidem ritu exquisitiore; sed & de cæteris, quas quoties luberet (lubebat autem sæpissime) instituebant: Præcipuè verò, cùm apud suos hospitari, aut cum illis aliisve recumbere, convivari atque gaudere volebant. *I. C. Tilebom.*

1. *& mi carus*] pro MSi, & Patav. *micarius.* Suprà in editis: *Nec victoria mi placet parata.* Schefferus: Suspicor scribendum, *& mi carus. Mi* pro *mihi.* Reinesius: *micarius.* Lego, *amicarius,* & interpretor προαγωγὸν, προαγωγέα, cui studium & artificium est amicas amatoribus conciliare & veterarum conventionum internuncium agere: ille ipse scilicet quem suprà *agagam* vocavit, i. e. lenocinatorem, lenatorem. Exercebant enim lenoniam præ reliquis servi; & lenones ipsi quid aliud quàm fæx servilis? testis vetus tàm Græca quàm Latina Comœdia. *Diomedes l.* 1 *Grammat.* ἐρωμενοπάροχος ἐρωμενοπώλης, ἐρωμεναγραστὴς, *amicarius:* possis πορνοκάπηλον, πορνοτρίβην, πορνοκόπον, ut *Menander*, dicere. Verbo *Amicare* pro placare, amicum reddere utitur Papinius 3 Theb. v. 470. *M. Alanus Insul. in de planctu Nat.* sæpissime; *summæ de arte prædic. c.* 28. *quos honestis sermonibûs amicare debebas, venenô detractionis eis inimicare studes: lib.* 4 *anti-Claud. c.* 8. *inimicum sidus amicat.* Versificator Lexicus manuscr.

Cautus amicat eum, quem munere reddit amicum
Si quis amicatur nobis, fit noster amicus.

Contrarium *inimicare* legimus apud *Horat. l.* 4 *C. ult. Augustin.* 1 *Confess. c.* 18. *Sidon. l.* 5. *Ep.* 19. *P. Blesensem serm.* 51. *qui fideli animæ inimicantur: & M. Alanum l. d. frequenter, inprimis f.* 319, a, *edit. Antv. Ex opposito, veritati falsitas inimicans stabat attentior.*

2. *tangomenas f.*) Tilebom. opinatur, hîc, & suprà leg. *tingomenas f.* à tinguendo terram, seu pavimentum merô, ut Horatiana, *ait*, pulsat canitque lyra, *Od.* 14, *lib.* 2 Carminum: — — *& mero*
Tinget pavimentum superbô
Pontificum potiore cœnîs.

3. *sub mensam*] Pro MS. & Patav. *s. mensa.* Facilis lapsus, emendatio justa.

4. *trajecit in dexteram manum*] transtulit. Cornel. Nep. vitâ Att. c.3. *Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari,* (Athenas) *magnam partem fortunarum trajecit.* Io. Schefferus.

5. *hic buccino*] ablativ. à *bucinus*, vel *buccinus* (canor buccinæ) quod Patav. dederat. in MS. est *bucinuus*, postremum tamen *us* in tenui compendio, ut vel plus, vel minus forsan indè possis elicere; sed proximè sic conjicio, *bucinuus.* Schefferus: *hic buccinus.* Adscribam, quod habet Barthius lib. 39 Adver. 6 ex Isidori libro MS. Differentiarum: *Mirum,* ait, *unde habeat, quòd buccinum, clangorem dicat.* Subdit deinde verba Isidori. *Buccina, est tuba, qua signum datur in hostem; buccinus est ipse clangor.* Cogitent hîc eruditi. Nam apud nostrum *buccinus* non

buccino signum dedit; nam aut incendium oportet fiat: aut aliquis in vicinia [1] animam abijciet. Longe à nobis; itaque quisquis hunc indicem attulerit corollarium accipiet. † *Dicto citius de vicinia gallus adlatus est, quem Trimalchio jussit, ut* [2] *æno coctus fieret.* [3] *Laceratus igitur ab illo doctissimo coco, qui paulo ante de porco aves, piscesque fecerat in cacabum est conjectus; dumque Dædalus potionem ferventissimam haurit, Fortunata mola buxea piper trivit. Sumptis igitur* [4] *matteis respiciens ad familiam Trimalchio:* ‡ *Quid vos, inquit, adhuc non cœnastis? abite, ut alii veniant ad officium.* † *Subit igitur alia classis, & illi quidem exclamavere,* ‡ *Vale Gai: hi autem, Ave Gai.* † *Hinc* [5] *primum hilaritas nostra turbata est; nam cum* [6] *puer non inspecioſus inter novos intrasset ministros, invasit eum Trimalchio, & osculari diutius cœpit. Itaque Fortunata, ut* [7] *ex æquo jus firmum*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.* ‡ *Familia.* † *Encolpius.*

est canor, verùm cantor, sive is, qui canit. Sanè cum legatur *buccina*, & *buccinum*, usurpeturque de re, non videtur repugnare *buccinus*, de persona. Nisi planè putemus, scripsisse nostrum, *hic buccinò signum dedit*, quod videtur rectius.

1. *animam abjiciet*] se ipsum spoliabit vitâ. Ita *vitam expellere* dixit Tacitus 16 Ann. c. 19. *Schefferus.*

2. *æno coctus fieret*] Et suprà, *mei coci etiam vitulos aheno coctos solent facere.* Valesius in dissertat. *coctum facere*, pro *coquere* barbarum est. Quid verò? *facere gratum*, pro *gratificari*. Terent. *facere scriptum*, pro *scribere, scribamve esse.* Gell. *facere fortunatum*, pro *fortunare, augere*, &c. Plaut. Cogitandum.

3. *Laceratus*] Scissus in partes. Suprà: *Cæterum ad scindendum aprum non ille Carpus accessit, qui altilia laceraverat.* Et sic Petronius in editis: *Processit statim scissor, & ad symphoniam ita geticulatus laceravit obsonium.* Scheffer.

4. *matteis*] vel potiùs *mattyis* ex Græco ματτύη, omnis cibus pretiosus. *matteas* tamen usurpat Seneca, ac procul dubio Sueton. & Arnob. adducente corruptam lectionem, *mactea* Vossio. Sic verò *matteis* pro MS. & *P. matheis.* Schefferus: Suprà, *matteis.* mattyæ, ut jam dixi, pretiosa quævis epula, Suidæ, & Athenæo tragemata, mensæ secundæ, &c.

5. *Hinc pr.*] Scribo, *Hic primum.* Schefferus. Quidni *hinc*, complectens simul causam, & tempus. Nec proin *primùm* abundat, hoc enim totum antecedens cœnæ tempus respicit.

6. *puer non inspecioſus*] Nove, sed invenustè & infabrè formavit: (*Papinius*, indecorem: *Tacitus* indecorum dixisset τὸ δυσειδὲς, δυσμορφον) prorsus, ut incupidum *Afranius*, instudiosum pro ἀμαθεῖ, καὶ ἀμελεῖ *Appul.* insincerum *Cyprianus*, inactuosum *Augustinus*, inpromtum *Cæl. Aurel.* & illa semi-Latinorum, *ineloquens, indeficus, incurialis, infinibilis, infertilis, irruinabilis*, ejusque monetæ alia. *Reinesius. Inspecioſus*, mihi speciosius videtur quàm *inspeciatus* Tertulliani, cujus tamen emuncta Latinitas scimus quanti fiat.

7. *ex æquo*] Sic quidem nunc juxta MSm, & tertiam Romæ collationem, in litt. Dn. Lucii, pro Patav. *ex quo*, quod mihi tunc multò melius placebat, & jam placet, ut apparebit ex notula

firmum adprobaret, maledicere Trimalchionem cœpit, & purgamentum, dedecusque [1] prædicare, qui non contineret libidinem suam. Vltimo etiam † adjecit, [2] canis. ‡ Trimalchio contra [3] confusus, offensus convitio calicem [4] in faciem Fortunatæ immisit. Illa tamquam oculum perdidisset exclamavit, manusque trementes ad faciem suam admovit. Consternata est etiam Scintilla, trepidantemque sinu suo texit: imo puer quoque officiosus [5] urceolum frigidum ad malam ejus admovit, super quem incumbens Fortunata gemere, ac flere cœpit. Contra Trimalchio: † Quid enim, inquit, [6] ambubaja [7] non me misit, si de mactra illam sustuli, hominem inter homines feci?

† *Fortunata.* ‡ *Encolpius.* † *Trimalchio.*

at

notula post Schefferianam; præsertim cùm videam quàm exiguo literulæ mutatio, trajectio, defectus, abundantia in hoc MS. constent: sic mox habebimus, *urceolum frigidum*, MS. *in cœlum f. dipondiarius*, MS. *depund. immo. efundi*, &c. *Ex quo jus firmum. ex æquo jus firmum* legit Heinsius, i. e. ut probaret, id demum firmum esse jus, quod sit æquum. *Schefferus.* Non video quid hîc sit difficultatis. Fortunata ex subitaneo complexu & oculis pueri, firmiter sua opinione probavit, i. *approbavit*, jus consuetudinis inter Trimalchionem & cinædum. Vel, immota statuit *firmum jus* durare inter pathicum hunc & maritum. *ut*, hic est *quippe*; similesque prorsus modi loquendi, apud Quintil. *Nec ignoro quos transeo, nec utique damno*, ut *qui dixerim in omnibus esse utilitatis quid.* Cic. *Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet* approbari.

1. *prædicare*] compellare, vocare, dicere. Plaut. Pseud. 1, scen. 2.

Vt civitas nomen mihi commutet, meque ut prædicet.
Lenone ex Ballione, regem Iovem.

Io. Schefferus.

2. *canis*] i. e. impudens. Terent. Eunuch. IV, scen. 7. *Ain vero, canis? siccine agis?* I. Schefferus.

3. *confusus, offensus*] Hoc *offensus* glossam puto esse τῦ *confusus.* Schefferus.

4. *in faciem Fortunatæ immisit*] conjecit. Petronius in de Reip. statu turbato:

In medias immittite lampadas urbes.

Scheffer.

5. *urceolum frigidum*] Suspicabar primò, *urceolo frigidam.* Nunc nil muto. Admovet frigidum urceolum ad malam, ut tumorem deprimat, quem immissus faciebat calix. Nos hoc fine cultrum frigidum imponere solemus. *Idem.*

6. *ambubaja*] *Ambubajæ*, mulieres fuisse impudicas & infames, suspicari licet: & ita putat Porphyrio, quem plerique secuti sunt. Sic dictæ, vel ab *am* seu *an* circum significante, & *Bajarum* loco amœnissimo voluptatumque pleno: vel à Syriaco *ambub, tibicen.* Sueton. in Nerone: *Cœnitabat nonnunquam & in publico, naumachia præclusa, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius urbis, ambubajarumque ministeria.* Lambinus. Acron.

7. *non me misit, si de mactra illam sustuli*] pro MSi, & Patav. *n. m. m. se de machillam illam s.* Tilebom. sic restituo hunc locum sanè corruptissimum. *sede maxillam illi sustuli. hominem inter homines feci.* Schefferus: *non me misit.* Scribo pro his valde corruptis: *Quid enim, inquit, Ambubaja, non me misit, si de mactra illam sustuli; hominem inter homines feci.* Dicit, sustulisse

at inflat se tamquam rana, & [1] in sinum suum conspuit; [2] codex, non mulier. Sed hic, qui in pergula natus est ædes non [3] somniat. Ita Genium meum propitium habeam, [4] curabo domata sit [5] Cassandra caligaria. Et ego, homo [6] dipondiarius, sestertium

illam *de mactra*, quòd paupercula fuisset antè, ipséque eam feciſſet divitem. Nam mulieres plebejæ ipsæ conficiebant panem. Plin. lib. 18, c. 10. *Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat sicut etiam nunc in pluribus gentibus.* Imò erant inter servitia, *mulieres, quæ panem coquunt*, uti novimus ex Vlpiano lib. 12 ff. de Inst. vel instrum. leg. Qualis erat fortè hæc ipsa Fortunata. *Misit*, est, *omisit, missum fecit*, ut sæpe. *Si*, eleganter, pro *siquidem*. Virg. 1 Georg.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

Servius ibi: *Si, siquidem.* Adde cætera. Reinesius in suis addendis post illa superiùs, ad verba, *sed hæc cupatria providet omnia.* adducta: *si de mactrilla illam sustuli.* De *mactrilla* satis, puto, liquidum feci; sed nec premendum videtur quod interea cogitanti & recogitanti occurrit. Fortassis Petronius Græcum ματρυλλεῖον adhibuit, legendumque *de matrylleo.* Ματρυλλεῖον autem locus ἐν ᾧ γράες ἀμφιβάλλουσι ἐδίσχουθ τὰς βλωμύρας καὶ μεθυόντων, *Suidas*: i.e. ganea, taberna, ubi estur & potatur. Specialiùs *Hesychio* ματρυλλεῖον τόπος τῶν πορνευόντων, τυτθὶ πορνεῖον, ὅπου μάστροποι, ἢ οἱ μαυλισταὶ διατρίβουσιν (*matrylleum locus scortantium, i. e. lupanar, ubi lenones commorabantur*). & utroque prior *Pollux. lib. 7.* πορνεῖα, οἰκήματα, ματρυλλεῖα (*lupanaria, cellulæ, matryllea*). Vtramvis significationem, utramvis lectionem recipiamus, conditio infelicis istius Fortunatæ nimfuisse alumnam fornicis, extractamque è lupanari, notabitur.

1. *in sinum suum conspuit*] maledicendo marito. Dicitur de eo, qui se ipsum lædit in aliis, qui sibi ipsi nocet. *Io. Schefferus.*

2. *codex*] stipes, stulta. Terentius Heaut. *Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.* Schefferus.

3. *somniat*] pro MSi, & Patav. *somniatur.* Si enim prævaricatori nostri calamo standum, etiam *vinus*, & *faciatur* Patavinus debuisset imprimere. Schefferus: *somniatur.* Deponenter, pro *somniat.* Sed hoc nusquam est observatum. Quare suspicor, postremam Syllabam malè adglutinatam esse, & fortasse fuisse: *somniat. Ac ita.* Reinesius: *hic qui in pergula natus est, ædes non somniatur.* à contrario sensu, *neminem excelsi ingenii virum humilia delectant & sordida: Sen. Epist.* 39.

4. *curabo*] *domata sit.* Hoc anomalon, ut & præcedens *somniatur*, non absolvi possent barbarismò, nisi Florus *domaverunt*, & Tertullianus *edomator* dixisset. Habere tamen utrumque intra calcata & obsoleta rectum est. *Th. Reinesius.*

5. *Cassandra caligaria*] Cassandra ob proteriam notata apud veteres, & est Triphiodorus, poëta, cui propterea κυνομυῖα (*impudens ut canis & musca*) dicitur in Excidio Trojano, ut alicubi notavit Iunius. Itaque sic vocat Fortunatam per convitium Trimalchio. *Caligariam* autem dicit, locò *militaris*, quasi quæ ornata sit caligis, proprio militum calciamentò. *Caligarius* aliàs est apud Plinium lib. 34, cap. 14. *Schefferus. Cassandra caligaria.* Convitium à stomachante marito jaci in uxorem intelligimus; at quid significet, & unde tractum, minùs: neque enim antonomasia hic locum habet, ut Cassan-

tium centies accipere potui. Scis tu me non mentiri. [1] *Agatho unguentarius* [2] *here* [3] *proximè seduxit me, &, Suadeo, inquit, non patiaris*

Cassandræ, quæ fuerat filia Priami, virgo, συνδύνω ἄδενος, παρθένω ἀγνὴ (*nulli concumbens, virgo intacta*), ut est in Characteribus Trojanorum *Is. Porphyrog.* nomine eam adpellaverit. Quod autem Cassandram pater Priamus apud *Tryphiodorum* in Il. ἀλώσι (*excidio*) vocat κακὸν μόνιν ἠεσσαλέων κυνοιζήσιν, *vatem malam, audacem, impudentem*), ob vaticinii ingrati, & quod falsum vellet, libertatem eam corripit, & ἐπιγράζει (*sic depingit*), nec inde sequitur ipsum Cassandræ proprium nomen ea figurâ, qua Vlysem pro vafro, Nestorem pro prudente, Catonem pro serio, Tanaquilem pro imperiosa fœmina, Ædonem pro παιδοφόντι (*liberorum interfectore*) dixerunt, ad improbis moribûs mulierem torquere voluisse Petronium. Librarii inscii est, qui pro eo, quod non intelligebat scripsit aliud notum sibi, & autoris elegantiam hac sordicula suâ fœdavit. Primæva scriptura, *casauras alicaria.* Καυσάρας, καυσαύρας, καυσαύλης prosedam lupam significat, dixi suprà. Alicaria, quòd vel pistrino obnoxia fuisset, ut modò; vel eo sensu quo apud *Festum alicariæ mulieres* exponuntur prostibulæ. Data jam vera lectione non opus ultrà habemus fingere, *caligariam* dici, quod *caligis*, habitu militari, *fuerit ornata* Fortunata. Imò suprà ejus venientis in triclinium phæcasias in auratas fuisse dixerat Petronius; qui ipse *in Editis olim p.* 33 Lugd. militibus removet *phæcasiatos esse*; & à Fortunata igitur etiam removendum caligatam fuisse. Simul è Petronio corrigendus error *Dousæ*, qui *l.* 1. *Præcidan. cap.* 20 phæcasia muliebris calceamenti genus fuisse negat. *Reinesius. Cassandra caligaria. Cassandræ*, quantum mihi constat, binæ celebrantur; *altera* Priami & Hecubæ filia, quæ capto Iliô, occisoque sponsô, vitiata est ab Ajace Oileo in templo Minervæ: in prædæ verò divisione Agamemnoni cessit, cumque eo Clytemnæstræ & Ægisthi insidiis occisa: *altera* Iobate nata, Bellerophontis conjux. Possuntque hæc variè torqueri. Nam, utræque fuerint castæ & extra animi maculam, tunc sensus foret: *tu Cassandra vis videri debereque esse, sed quæ illis caligæ gregariorum in bello i. mores culpandi minimè adhæserunt, tibi oppido hærent, ut vel ex hoc caligario tuo ausu, & invectiva in me videre fuit.* Collineo autem in *Cassandra* ad antiphrasin (q. parum aut minimè talis), non ad antonomasiam. In MSo sic legitur: *curabo domata si Cassandra caligaria.*

6. *dipondiarius*] à *dipondio*, id est, assibus duobus, quod in veteribus Petronianis legitur. Sic *sestertiarius*, sic *centenarius* in superioribus. *Schefferus. Dupondiarius*, vel *dipond.* hîc est duorum assium possessor: nam æris pondo antiquitus as erat, ferebaturque æs & crumena non zonâ, sed in humeris, ut hodienum in Suecia fit. Hoc igitur Trimalchio vult dicere: ego cùm vix ultra duos asses adscenderem, poteram tamen nanciscì uxorem *centies sestertium*, i. 250000 Philippeorum.

1. *Agatho unguentarius*] MS. *agato u.* Patav. editio: *Agato, unguentaria.* Schefferus: *unguentaria.* Vnguentariam memorat Plinius 8, c. 5. Reinesius: *Agato.* leg. *Agatha* vel *Agathosa*, Agathusa: dixi de tali nominum forma *in Eponymol.* lit. A.

2. *here*] heri. Ita Plautus locis pluribûs, Iuvenalis, alii. *Schefferus.*

3. *proxime seduxit*] abduxit seorsum in proximum. Petroniana edita: *seduxit me paululum à turba.* Idem.

tiaris genus tuum interire. [1] *At ego, dum bona huic ago, & nolo videri levis, ipse mihi asciam in crus impegi. Recte curabo* [2] *me unguibus quæras: &, ut depræsentiarum intelligas quid tibi feceris: Habinna, nolo statuam ejus in monumento meo ponas, ne* [3] *mortuus quidem lites habeam. Imo, ut sciat me posse* [4] *malum dare, nolo, me* [5] *mortuum basiet.* † *Post hoc fulmen Habinnas rogare cœpit, ut jam desineret irasci:* ‡ *&,* [6] Nemo, *inquit*, nostrum non peccat; homi-

† *Encolpius.* ‡ *Habinnas.*

1. *At ego, dum bona huic ago, & nolo videri levis*] MS. *a. e. d. bonatus a. & n. v. l.* Patav. editio pro *levis, lenis. dum bonatus ago.* Hoc desperatè corruptum est. *nolo videri lenis.* Haud dubie corrigendum: *& volo videri lenis.* Schefferus Ergo: *At ego dum bene huic ago, & volo videri lenis. Ago* pro *facio* apud Plaut. sæpe, & alios. Id est, dum e re quod hujus est facio, & lenitati studeo, asciam mihi, &c. An etiam *at ego dum blandus ago, & nolo videri levis, ipse mihi*, &c. *quemadmodum dicimus nudus ago*, &c. Reinesius: *bonatus. asciam.* Queritur de infelici matrimonio & incommoda uxore. Velim legere: *At ego dum aporiatus ago* i. e. dum in angore animi & tristitia vivo. Ἀπορία est in re difficili inopia consilii & περὶ πόρου, de evasione, dubitatio, sollicitudo, perplexitas & ad hanc proxima desperatio. Ἀπορεῖν, ἐξαπορεῖν, est ambigere, nescire quî se malo circumstante quis expediat. Verbô *aporiari* hoc sensu usus est vulgaris interpres Esa. 59, v. 16: & 2 ad Cor. 4, 8. *Order. Vital. l.* 10 *hist. Eccl. Isti nimiam egestatem in itinere pertulerunt & pœnè usque ad mortem aporiati sunt: & lib.* 13. *nimia penuriâ & fame antequam proprios lares contigissent, aporiati sunt.* Verbo *aporiare* significatione depauperandi (pauper n. Latinis, qui Græcis βάπορος, ἄπορος, πανήπορος) usus est *Petrus Bles. serm.* 22. *Vernaculos & domesticos tuos aporiabis*; & *Philippus rex Franciæ in testamento an.* 1190, *apud Rigordum: qui per tallias nostras aporiati sunt.* Proverbiô verò dicit se suo sibi jumentô malum accersivisse, & unde commoda sperabat ex eo contra animi sententiam accepisse damnum. *M. Seneca* 3 *Contr.* 5. *in securim incurris, & carnificem ultro vocas.* Illud tractum ex fabula de Lycurgo Rege Edonorum in Thracia, qui cùm odiô Bacchi vineta exscinderet immisso furore à Libero *unum sibi pedem amputavit, Hyg. fab.* 132. Variant, ut in talibus amat fieri; nam sunt qui filio Dryanti crura obtruncasse, etiam qui interfecisse narrant: *Apollod. l.* 3 *Comm. mythol. lib.* 5, *c.* 13, *p.* 485, 503. De hoc ipso Lycurgo proverbium aliud Petronii, *Lycurgo crudelior*, exponendum est. Sævitiæ enim ejus modum, quod viatores hospitesque comprehensos εἰς μόρον ἕλκειν, mactare, eorumque capita manus pedesque portis suis præfigere soleret, graphicè depingit *Nonnus Dionys. lib.* 20. Sed hæc sunto locô παριστορήματος (*delibatæ vix obiter historiæ*).

2. *me unguibus quæras*] omissa est conjunctio *ut*, sicut solet sæpe in talibus, *unguibus* porrò *quærit*, qui unguibûs studet eruere ac effodere sepultum è terra. *Schefferus.*

3. *mortuus quidem*] etiam post mortem. *Scheffer.*

4. *malum dare*] Ita Plautus, Terentius, alii. *Idem.*

5. *mortuum basiet*] Quod aliàs faciebant conjuges, cognati proximi, amici in signum pristini amoris. Confer Kirchmann. 1 Funer. c. 5.

6. *Nemo nostrum non peccat*] MS. *nemo*

homines ſumus non Dii. † *Idem & Scintilla flens dixit, ac per Genium ejus,* [1] *Gajum adpellando, rogare cœpit,* [2] *ut effrangeretur. Non tenuit ultra lacrymas Trimalchio, &* ‡ *Rogo, inquit, Habinna ſic peculium tuum* [3] *fruniſcaris, ſi quid perperam feci in faciem meam inſpue. Puerum baſiavi frugaliſſimum, non propter* [4] *formam, ſed quia frugi eſt.* [5] *decem partes dicit : librum* [6] *ab oculo legit :* [7] *pretium ſibi de diariis fecit :* [8] *arciſellium de ſuo paravit, & duas trullas.*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.*

mo non n. p. Schefferus : Hæc ſententia pridem ponitur in editis.

1. *Gajum*] Sic & ſuprà familia & actuarius, non *Cn.* aut aliter.

2. *ut effrangeretur*] MS. *ut effrangeret.* Schefferus : *effrangeretur.* Mitigaretur, & pateretur ſe per tot preces ſuperari. Ovidius ſimplici ſic uſus eſt 8 Met. v. 508.

Nunc animum pietas, maternáque nomina frangunt.

Pariter Lucanus 1, v. 364.

--- pietas patriique penates
Quanquam cade feras mentes animaſque tumentes
Frangunt. Io. Schefferus.

3. *fruniſcaris*] pro *fruaris*, antiquè, & cum accuſat. Fuit & ſuprà.

4. *formam, ſed*] MS. pro Patav. *f. ejus, s.*

5. *decem partes*] Suprà, *partes centum. partes* 4. ubi vide.

6. *ab oculo*] à primo aſpectu. *Schefferus.*

7. *pretium*] locò MSi, & Patavini *thretium.* Schefferus : *thretium ſibi de diariis fecit.* Lego, *pretium ſibi de diariis fecit.* Littera initialis in voce *thretium* malè ex fine præcedentis vocabuli adglutinata eſt. ſequens vero eſt inverſa illa, quam ſubſtituimus. *Pretium facere de diariis*, pro *pretium diariorum facere*, quod dicitur, ut *pretium facere laboris*, *operæ* ac ſimilium. Ovid. 1 Amor. 10.

Et pretium, quanti gaudeat, ipſa facit.

Diaria, ſunt unius diei alimenta tenuia ſervorum, ut Petronius uſurpavit in pridem editis. Horum fiunt pretia, cùm venduntur. Quod ſolebant ſervi frugi, genium defraudando ſuum. Vide Terent. Phorm. 1, ſc. 1.

8. *arciſellium de ſuo par. & 2 trullas*] *Arciſellium* exigua eſt ſella arcuata, ab *arcus*, & *ſella*, arcus, ûs, &, i Varroni. dictum ut *biſellium*, *ſubſellium.* Quod *arciſellium* in honorem dómini ſervus fabricâſſe exiſtimandus : eſt enim ſella arcuata, thronus, h. e. ſolium, ſella auguſta (Gloſſæ.), qualis Trimalchionem decebat, & habuimus paulò antè aliquid *de ſolio*, *quod Tr. parabatur.* Sic pro MS. & P. *artiſſelium.* Schefferus: *artiſſelium.* Prodigioſa vox, de qua quid faciam, ignoro. Suſpicabar, *arciſolium*, intelligebamque inſtrumentum, ſolis radiis arcendis, quod eſt aliàs *umbraculum.* Nunc relinquo aliis cogitandum. Reineſius: *artiſſelium.* Laudat artificium ſervi, quòd in opere lignario excellat. leg. *arciſellium*; arcuata ſella eſt. *Arnob. lib. 2, arquata ſellula, acus, ſtrigil, pollubrum, ſiliquaſtrum, trulla, lancicula.* De enallage literarum *c* & *t* modò dictum. Formârunt autem ut *bicellium*, quod pro domo duas habente cellas dixere, & ut *biſellium*; quod pro ſella duplice vel duobus ſedilibûs, prorſus ut Græci δίφρον, currum, q. δίφορον, quòd in eo duo veherentur; extatque *in Notis Tir. & Sen. Comm.* 4, *t.* 3, procul dubiò acceptum ex Inſcriptionibus. Ex his enim didicimus HONOREM BISELLII proprium fuiſſe Coloniarum & Municipiorum, virisque bene meritis ab Ordine & Populo conferri conſueviſſe. Hinc in Sueſſa-

trullas. Non est dignus, quem in oculis feram? sed Fortunata vetat. ita

Suessana 3, CCCCLXXV, C. Titio Chresimo Aug. Liberto Ordo Decurionum & Augustalium & Plebs universa honorem Bisellii quo quis optimo exemplô in Colonia habuit, decrevit, quòd pro salute Imperatoris munus gladiatoriæ familiæ de pecunia sua secundum dignitatem Coloniæ ediderit: & in Abellana 2, MXCIX, Cn. Prætorius Sevir Augustalis adpellatur BISELLIARIUS; quòd in publico vel bigîs vehi, ut volunt quidam, vel sella duorum capace, vel duabus sellis uti, i. e. duobus locis ipsi, beneficiô Ordinis, spectare liceret. Ab isto more Laberius jocum in M. Tullium, quòd duabus sellîs sedere soleret, traxit: est in *M. Sen. Contr. declam.* 3. *Macrob. lib.* 2 *Saturn.* 3; *& lib.* 7, *cap.* 3. *& duas trullas.* nim. è ligno tũticulas, quarum agitatu in ollis cibi conteruntur, & commiscentur, Græcis τυρύναι sunt κινητήρια τῶν χυτρῶν. Alias significationes, quæ plures sunt & relatæ *à Dalech. ad Plin. lib.* 34, *cap.* 2, nihil huc faciunt; uti nec illa è gemma pergrandi excavata cum manubrio aureo Antiochi regis Syriæ potoria apud *Cicer.* 4 *Verr.* Anonymus in litt. Dn. Lucii ex Italia: *artisselium de suo paravit, & duas trullas.* Loquitur de servo frugi, qui genium suum defraudans, ac de quotidiano demenso comparcens, paupertinam sibi paraverat supellectilem. Inaudita vox *artisselii*, ut multæ aliæ in hoc scripto. Quodsi *artisselium* rescribamus, pronum mox erit pro *arta sella*, & angusta, atque humili, qualis servum non dedecebat, interpretari. Nisi aliud ulcus hîc subest, & ἀπὸ τῦ ἄρτυ, à pane, deducta sit vox. Cùm enim jungat mox *duas trullas*, vasa scilicet vinaria, id primùm curæ esse debuit servo non improvido, servandi panis, vinique instrumenta parare: ac *artisselium* hîc idem sit quod panarium, vel arca, aut repositorium panis, ἀπὸ τῦ ἄρτυ (*à pane*) & συλάω (*prædari*), *artisylium*, *artisselium*, quia illic colligatur panis veluti furtivus ac diariis detractus. *Artophorum* reperio ap. Athen. 4, i. e. genus instrumenti aut repositorii in quo panem gestabant, plexis constans viminibûs aut virgis; nobis esset *gerla*, quam ita pariter dictam autumo, sicuti artophorum à gerendo pane, quasi *gerulam*. V. de veterum sellis, Marmor Pisanum de honore Bisellii Val. Chimentelli, nuperr. Bononiæ edit. Non displiceret *artisselium* pro artisylium si vel ap. Latinos, vel Græcos (quorum Æoles ferè *υ* in *ω*, *η*, *ι* mutant) exempla facilè transeuntis y in e supppeterent. nisi forsan apud Latinos *mattea*, ex ματτύη, pro quo tamen ap. Suetonium, alios, corruptè mactea, & juxta Græcum, *mattyas* legas. Trullas hîc capio pro affabrè factis vasis ligneis, latis & profundis, ex quibus utut parum aptis potabant. Iuvenal. Satyr. 3.

Si trullæ inverso crepitum dedit aureus fundô. & Horat. l. 2 Sat. 3.

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trullâ vappamque profestis.

Vbi Dionys. Lambin. *trulla* genus est vasis, seu poculi vinarii, ut declarat hic locus ap. M. Tullium 4 de Accus. *Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata cum manubrio aureo.* Adi Varron. l. 4 de L. L. Nec video, cur non huc magis quadret, ac laudi detur, juxta *thronum*, quem. H. Grotius ad Macrob. arcuatam sellam ex Glossis (sic quidem interpretamenta vocant, & Lexica) exponit, *vas* mensæ *potorium* ex arte fecisse, quàm culinarium tudiculæ instrumentum, *cochlear.*

1. *ful-*

ita tibi videtur [1] *fulcipedia? Suadeo* [2] *bonum tuum concoquas mil-va, & me non* [3] *facies ringentem, amasiuncula;* [4] *aliquando experieris cerebrum meum. Nosti me, quod semel destinavi* [5] *clavo trabali fixum est. Sed* [6] *vivorum meminerimus. Vos rogo amici, ut vobis suaviter sit; nam ego quoque tam fui, quam vos estis, sed virtute mea ad hoc perveni.* [7] *corcillum est quod homines facit, cætera* [8] *quisquilia omnia.* [9] *bene emo, bene vendo. alius alia vobis dicet.*

felicitate

1. *fulcipedia*] Etiam, quid hoc sit, non dubito. Pars posterior convenit cum Græco παιδεία (*institutio, disciplina*). Num scribendum, *dulcis pedia*. Schefferus. *Fulcipedia*, credo quasi *pedibus fulcienda*, propter vitium continuum, vel temporaneum. Erat vero paulò antè Fortunata unà cum Scintilla ebria, & vix nunc ebrietatem discusserant, ut ex superioribus constat. *Fulcipedia*, ut stapes, — pia, à sto & pes. Reinesius: *fulcipedia*. Lego, *fulcipedia*. Trimalchion iratus invehit in uxorem à pedum vitio captata occasione, nominatque falcipediam, δρεπανύποδα, ἁρπύποδα, h.e. cui essent *crura simulent quæ cornua Lunæ*, ut vocatur *Mart.* 2 *Ep.* 35; vel quòd crura in orbem panderet, ut loquitur *Petronius*, poplites habens divaricatos infrà coëuntibus talis: adpellant tales valgos, βλαισὸς, *krumbein*. Analogia excusabit τὸ *falcipedia*, etsi nusquam præterea legeretur. Est enim apud *Festum acupedius, acutipedius, aquipedius, acipedius, cui præcipuum in currendo acumen, & acupes*, è Græco ὠκύπους. Item *quadrupedius*, quod est *in Glos. Latino-Germ. Haganoënsi*. Et *tripedia*, τρίποδες, τρίπους, scabellum tripedaneum: sellulam rusticanam adpellat *Sulp. Severus Dial.* 2, quam Galli *tripediam*. Fortassis *Falco* apud Romanos cognomen etiam à crudum falcatorum forma, q. Falcipes, Falcipedius.

2. *bonum tuum concoquas*] felicitate tua utaris, eaque vivas contenta; illam satiaris. Ita Cicero τὸ *concoquere* utitur. *I. Schefferus.*

3. *facies*] Lege, *facias*. Tilebom.

4. *aliquando*] MS. pro Patav. *aliquin.*

5. *clavo trabali*] pro MSi, & Patav. *c. tabulari*. Schefferus: *clavo tabulari*. magno, firmo, quo in conjungendis tabulis ligneis utimur. *Tabulare* namque, quod ad ligneas spectat tabulas, habesque hoc vocabulum apud Plinium lib. 34, c. 9. Videtur in animo habuisse, quod legitur in Cicerone Verr. 5. *Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* Quanquam cùm hîc sit *trabalis clavus*, non *tabularis*, cogitandum fuerit, an se rectè habeant nostra. Nam & Horatius 1 Carm. de Fortuna:

Te semper anteit sæva Necessitas
Clavos trabales, & cuneos manu
Gestans aëna. ---

6. *vivorum meminerimus*] Cicero de Fin. 5. *Veteris proverbii admonitu, vivorum memini*. Schefferus.

7. *corcillum*] pro MSi, & Patav. *coricillum*. Tilebom. *coricillum*. scribe, *corycillum*. Schefferus: *coricillum*. Hoc non assequor: mallem, *corculum*. Plinius 7, cap. 31. *Cato corculos apud Romanos nominatos refert, qui sapientiâ præpollebant.* Nisi vis, *corcillum*, ut sit, *cor, corculum, corcillum*, sicut *os, osculum, oscillum*. Tilebomeni *corycillum* est à corycus. Hesych. κωρύκῳ, ϑυλάκῳ, i. e. sacculus. Diminutivum κωρίκιον, parva bulga. Quid jam innuat T. intelligere pronum.

8. *quisquilia*] Glossæ Philoxeni: *Quisquilia, σκύβαλα, (reijcula, purgamenta)*. Scheffer.

1. *bene*

felicitate diffilio. Tu autem [1] *ſtertera, etiamnum ploras? jam curabo fatum tuum plores. Sed, ut cœperam dicere, ad hanc me fortunam* [2] *frugalitas mea perduxit. Tam magnus ex Aſia veni, quam hic* [3] *candelabrus* [4] *eſt. Ad ſummam, quotidie me ſolebam* [5] *ad illum metiri, & ut celerius* [6] *roſtrum barbatum haberem, labra de lucer-*

na

9. *bene emo*] peritè, doctè. Sic, *aſſimulare bene*, apud Terent. in Andria. *Schefferus.*

1. *ſtertera*] Hoc quid ſit verbi planè ignoro. Probarem potiùs: *Tu autem ſtercoraria.* ſeu mavis, *quercera*: quomodo vocatur febris quartana. *Iactas me*, inquit Lucilius, *ut febris quercera* ſive *querquera.* Tilebomen. *ſtertera.* Convitium eſt, extempore per iram formatum, ut ſolet in talibus, & apud Plautum frequens eſt, à *ſtertendo*, quaſi quæ ignava ſit, & ſomnolenta. *Schefferus.* Non video Fortunatam ignaviæ poſſe inſimulari. In antè editis Encolpius: *Capi ſciſcitari, quæ eſſet mulier, quæ huc atque illuc diſcurreret.* quæque ibi, & in Fragmento ſequuntur. Paulò ſuprà Trimalchio: *Niſi argentum compoſuerit, niſi reliquias pueris diviſerit, aquam in os non conjiciet.* Ejus tamen mox *Habinnas furtim conſurgens ebriæ pedes corrigit, & ſuper lectum immittit.* A balneo ipſa *mola piper trivit*, ut non diſpiciam *ſterteram* aliò quàm ad ſomnolentiam ex potu trahi poſſe. Reineſius: *ſtertera.* Huic nec analogia favet, nec autoritas. *Arbiter*, puto, dixiſſet *ſtertoram* vel *ſtertoroſam*, i. e. vel ſomniculoſam & ignavam, vel cum ingrato & crepero pectoris ſtridore ſonitu & roncho ſive dormientem ſive reſpirantem, ſive loquentem. Κερχνοι & κερχνασμοὶ apud *Hipp.* & *Galenum* ſunt ſoni in thorace ac ſtridores reddentes reſpirationem difficiliorem; quæ inde κερχνώδης ἀναπνοὴ: ipſi, qui ita laborant, κερχνώδεες & ῥεγχώδεες. Ejus formæ bene Latina plura laudari poſſent; ſed hæc nunc malui exhibere: canoroſus, clamoroſus, coloroſus, doloroſus, fœtoroſus, fragoroſus, livoroſus, nidoroſus, pudoroſus, rigoroſus, ſaporoſus, ſonoroſus, ſqualoroſus, timoroſus, valoroſus, vaporoſus, vigoroſus. *ſtertera.* Multa ſunt in L. L. quorum terminatio vix exacta analogiâ ſubſiſtit; ut, *mulciber* à *mulceo*, non ſic *tuber* à *tumeo*; *faber* à *facio*, non ſic *ſartor* à *ſarcio*, &c. In ſubitaneis igitur ſuffecerit evidens ſignificatio, & qualisqualis analoga terminatio, ut *gibbera, crepera, armigera*, ſic *ſtertera.* Eſtque aliud originatio, aliud derivatio.

2. *frugalitas*] probitas, innocentia.

3. *candelabrus*] Cæcilius apud Nonium. *Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.* Scheffer.

4. *eſt. Ad ſummam*] pro MSi, & Patav. *eſt ad ſumma. q.* Tilebom. lege, *ad ſummam.* Schefferus: *ad ſumma.* Lege: *Ad ſummam*, & à præcedentibus ſepara per punctum. Non eſt alia frequentior formula in Petronio, etiam olim divulgato. Cæterùm hoc vitium paulò poſt recurrit.

5. *ad illum metiri*] MS. & Patav. *a. i. me uri.* Schefferus: *ad illum me uri.* Corrige: *ad illum metiri*, candelabrum ſcilicet, ac ſic explorare incrementa meæ ſtaturæ.

6. *roſtrum*] os. Plautus Menæch. 1, ſcen. 1. *Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.* Varro Peripl. 2. *Itaque videas barbato roſtro illum commentari.* Similiter Lucilius Sat. 9. vide Nonium in *Roſtrum.* Schefferus. *roſtrum barbatum. lucernam.* Ex antiqua Coſmetice hoc eſt, dignumque *Arbitro*, qui de Medicinæ peritia ſubinde tàm jocò quàm ſeriò oſtentata nobis cognitus

ungebam. tamen ad delicias femina [1] *ipsimi domino annos qua-*
ordecim fui; [2] *nec turpe est quod dominus jubet. Ego tamen, &*
ipsi meæ dominæ satisfaciebam. scitis quid dicam. taceo quia non
m [4] *de gloriosis. Cæterum, quemadmodum Di volunt, dominus in*
mo factus sum; & ecce cœpi ipsimi cerebellum. quid multa?
heredem me Cæsari fecit, [5] *& accepi patrimonium laticlavium.*
Nemini tamen nihil satis est: concupivi negotiari. Ne multis vos
orer, quinque naves ædificavi: [7] *oneravi vinum,* [8] *& tunc erat*
auro

itus, ut docuimus passim horum holiorum. Deoleo verò lucernario apud *Aetium Tetr.* 1, *scen.* 1, *lit. E.* curandæ τριχοῤῥοίᾳ & alopeciæ, oducendisque pilis adhibuisse ve-es testatur compositio medica-enti ex adipe ursino, adarce, mus-rda, pice liquida, & oleo è lucerna, ud *Alexandrum Trall. lib.* 1, *cap.* 1. 1. Reinesius.

1. *ipsimi*] pro *ipsi mihi*, hoc est, in ilitates meas, ad mea commoda. exponit illud *mihi* scholiastes ve-s Barthio laudatus ad 3 Theb. Sta-. ubi sic poëta, v. 14.

--- raperent mihi funditus Argos.

ihi, ait, *meo commodo*. Schefferus. In S. est, *ipsi mi domini*.

2. *nec turpe est quod dominus jubet*] p. 69. *Quid servus peccavit, qui coactus facere?* Hausit ab Oratore Q. Ha-io, qui in defensione libertini, mino morem gerentis, dixerat, *Im-dicitiam in ingenuo crimen esse, in ser-necessitatem, in liberto officium.* Rei-sius.

3. *ipsi meæ dominæ satisf.*] Honesto cabulô rem turpem eloquitur: sic editis suprá. Eadem verecundiâ ex Pythagoræ εἴδειν (*scire, cognoscere*) it *Iambl. in* 1, *c.* 9: scire, Pollio de nobia, & χρησιμεύειν (*utendum se bere, morem gerere*) de infando pue-ministerio è Diocle Laërtius in atete. *Reines.*

4. *de gloriosis*] *De* pro *ex* posuit: ita 1. *præf.* 5. *non sum de judicibus severis-is*; ita *Cicero, Orator non sanè de mino-ribus.* ita autor suprà: *de una die duos facere nihil malo: Cocus de porco aves pi-scesque fecerat:* & *athletæ de magna tur-ba*, quanquam hoc aliter quoque in-terpretari liceat. *Idem.*

5. *& accepi* &c.] MS. & Pat. *& acce-pit.* Schefferus: *& accepit patrimonium laticlavium.* Possis ad præcedens, *cere-bellum* referre. Mihi tamen rectius vi-detur, *accepi.* Patrimonium *laticla-vium* est, senatorium, quod ante Se-natorii fuit. Cæterùm qui fuerint hi Senatorii, aliàs & Laticlavii vocati, docet prolixè Casaubonus ad Sueto-nii Augustum cap. 38, cui simul addi potest Neronis cap. 26. Puto autem hoc velle, factum officiositate sua, ut post mortem domini, substitueretur ipse à domina, fieret maritus ejus, & mox hæres una cum Cæsare bono-rum antecessoris sui simul atque do-mini, qui fuerit laticlavius.

6. *Nemini nihil satis est*] Repete hîc quæ Schefferus suprà ad, *nihil boni*, seu *nemini nihil boni facere oportet*, ex Plau-to, & Lucilio adduxit. Reinesius: *Nemini tamen nihil satis est.* Sen. consol. ad Helv. cap. 11. Cupiditati nihil sa-tis est; Naturæ satis etiam parum.

7. *oneravi vinum*] Et mox, *oneravi vinum, lardum*, &c. pro, *oneravi naves vinô, lardô.* An dicemus Trimalchia-nam esse hypallagen, ut Virgiliana *dare classibus austros*, pro *classes austris* sive *ventis*? Miror Dn. Schefferum qui primam fregit glaciem, hujus rigo-rem non sensisse. Dn. Valesius hyemi Gallicæ tribuit. Videant qui Roma-

auro contra : miſi Romam. putares me hoc juſſiſſe : omnes nav
[1] *nauſragarunt. Factum, non fabula : uno die Neptunus trecenties ſe*
tertium devoravit. Putatis [2] *me defeciſſe ? non me-Hercules mi h*
jactura [3] *guſtui fuit ; tamquam nihil facti. alteras feci majores, e*
meliores, & feliciores : ut nemo non me virum fortem diceret. Sci
magna navis [4] *magnam fortitudinem habet. oneravi rurſus vinum*
lardum, fabam, [5] *ſeplaſiaria, mancipia.* [6] *Hoc loco Frunata re*
pia

nos ſoles huic Fragmento mecum non invident, tenebras depellant, frigida diſſolvant.

8. *& tunc erat auro contra*] pro MS. & Patav. *& t. e. contra aurum.* Exiſtimo enim dupondii alicujus eſſe tranſpoſitionem. Qui certè ſupra noſtrum ſcribam ſapuit, cujus hoc lepidum colophonis locô attexam: pro *porticus marmoratas duas*, ut juxta Pat. edit. mox habebimus, ſcripſit, *porticus marmoratis duos.* Schefferus: *& tunc erat contra aurum.* hoc eſt, vænibat contra aurum, erat tam carum, ut compararetur æquale. Suſpicor tamen ſcripſiſſe noſtrum, *erat contra auro*, ultimamque litteram ex ſequenti voce male ad hanc eſſe tranſlatam. Plautus Epidicô, 3, ſcen. 3. *Non caru'ſt auro contra.* Sic idem in Curcul. *Auro contra cedo modeſtum amatorem.* In Milite: *Cedo treis mihi homines orichalco contra cum iſtis moribus.* In Pſeudolo: *orichalco contra non carum fuit meum mendacium.*

1. *nauſragarunt*] naufragium fecerunt. Sic Sidonius 4 Ep. 21. *minus naufragat.* Io. Schefferus.

2. *me defeciſſe*] vires omnes amiſiſſe, factum eſſe pauperem, poſt tot nummorum jacturam. Sic Petronius in vulgatis de lumine: *Defecerat poſitum in monumento lumen.* Schefferus.

3. *guſtui fuit, tamquam nihil facti*] pro MSi, & Patav. *guſti f. t. n. f. Guſtui*, i. guſtatui, aut guſtationi pro guſtandi actu. *facti nihil*, ut *nil falſi.* Terent. Andr. *nihil cenſi, nihil judicati.* Gloſſ. Iſid. Schefferus: *guſti fuit.* Puto, *guſtui fuit*, h. e. non guſtavi. *tanquam ni facti.* An ſcribendum, *tanquam nil ctum*, puta, *mihi ſit*, tanquam ni mihi acciderit, nullus caſus me aſſ xerit?

4. *magnam fortitudinem habet*] I dit ambiguitate. nam *fortitudinem bet*, eſt idem, ac, *fortis eſt.* Vt, hab dignitatem, favorem, honorem, & milia; juxta verò ſignificat & adju ctam habet fortitudinem, ſic ut op teat eum eſſe forti animô ac magn qui ædificare cupit magnam nave *Scheffer.*

5. *ſeplaſiaria*] Neutrô, & ſubſtivè, pro MS. & Pat. *ſeplaſium.* Schferus: *ſeplaſium.* Hoc non aſſequ Video quidem Voſſium in Gloſſa ſeu Lexico Originum ſic ſcribere: *ſeplaſiarii vox à ſeplaſia, vel ſeplaſiu quomodo vocari ſolent aromata, & ſplicia medicamenta, ac unguentorum d cia. Ita uſi Varro, Plinius, & Auſon.* Sed haud perſuadet: omnes enim de loco, ubi talia venduntur, non rebus ipſis mercibuſve agunt. Var: Ἀνδρωπόπολις: *Doti dato inſulam Chi agrum Cucubum, Seplaſia Capuæ.* & Synepheb. *Hic narium Seplaſiæ.* P. 34, cap. 11. *Credunt Seplaſiæ, on fraudibus corrumpenti.* item, *fraus Se ſia ſic quæritur eis.* & lib. 16, cap. 10 *inde fraus Seplaſia.* Auſonius.

Ære Seplaſia decipiare cave.

Sed & cæteri, qui voce hac utun nullum alium ejus norunt ſenſu. Vnde adducor, ut exiſtimem, a noſtrum eſſe compendium ſcripti legique debere, *ſeplaſiariam*, ut ſul-

te

piam fecit; omne enim aurum suum, omnia vestimenta vendidit, & mi centum aureos [1] *in manu posuit: hoc fuit peculii mei fermentum.* [2] *cito fio, quod Dii volunt: uno cursu centies sestertium* [3] *corrotundavi.*

telligi possit *rem.* Est enim *seplasiaria res*, ut *seplasiarius homo*, significatque illud omne, quod primis temporibûs in *Seplasia*, Capuæ foro vendi solebat, ut sunt pigmenta, thura, pharmaca, aromata, & id genus varia, quæ una voce specierum hodieque appellantur.

6. *Hoc loco*] Senec. Epist. 16. *Hoc loco dicet aliquis, liquet immundissimos fuisse.* Sic alii sæpe. *Schefferus.*

1. *in manu posuit*] dedit. Convenit Plautinum illud in Asin. 1, scen. 1. *Tene ego defraudem, quoi ipsi nihil est in manu.* item scen. 3. *Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum.* Terentius quoque in Phorm. 4, scen. 3. *eho dic, quid vis dari tibi in manum?* Idem.

2. *cito fio quod Dii vol.*] Corrige, *cito fit.* Schefferus. Non video necessitatem: *quod* hîc referri potest ad qualitates & accidentia, non ad subjectum aut hominem, subintelligendo *id*, ad modum illius, Cic. in Catil. *Est locus in carcere quod Tullianum appellatur.* Quamquam planius, & proverbio magìs congruat, *cito fit.*

3. *corrotundavi*] conglomeravi, conglobavi. Horatius sic usum simplici lib. 1 Ep. 6.

Mille talenta rotundentur, totidem altera porró.

Scholiastes Cruquii. *rotundentur, i.e. compleantur, omne enim, quod rotundum est, ab omni parte perfectum est.* Ipse Cruquius: *rotundari, ut mihi videtur, est redire in circulum, ut si dicamus mille talenta millies, aut si mavis, rotundari est, in se redire, ut unitas in se redit ad numerum denarium.* Puto, nihil horum velle Horatium. Potiùs, quia speciem rotundam habet acervus omnis, ideo, quicquid in acervum congeritur, *rotundari* dicitur, & *corrotundari*, non secus atque *conglobari*, quod à globo, pariter rotundo, proficiscitur. Adde quæ superiùs dixi ad verba, *corrotundata terra mater tanquam ovum.* Schefferus. *Corrotundare.* h. l. est corradere, coacervare, adquirere, respectu habito ad formam nomismatis rotundam. Propriè loquitur *Seneca* cum 7 *Natural.* 26, *corpus Cometarum corrotundari, splendorem autem longum adparere* dicit: id Græci efferrent, συστρογγύλεται vel συστρογγυλοῦται & συσφαιροῦται. Activô συστρογγύλειν utitur *Alexis in Phædro* apud *Athen. l.* 4, de eo qui patrimonium dissiparat & in ventrem condiderat; σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν. οὕτω συνεστρόγγυλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ· i. e. in rotundam s. pilæ formam redegit substantiam paternam; adeò impudenter & celerirer corrotundatam deglutiit. Et *Nicomachus apud eundem l.* 2, abliguritorem rei paternæ hæc de se loquentem introducit:

Οὐσίδιον γὰρ καταλελειπότος μοι πατρὸς
Οὕτω συνεστρογγύλικα κἀξεκόκκισα
Ἐν μησὶν ὀλίγοις, ὥσπερ ᾠόν τις ῥοφῶν.

i. e. rem quam pater mihi reliquerat sic corrotundavi & egranavi paucis mensibûs, ac si quis ovum exsorberet, in quo nimirum à sorbitione nihil remanet. Τὸ ἐξεκώκυσα quod legit *Scal. ad Varr.* nec satìs explicat, non intelligo; ἐκκοκκίζειν verò quod est *egranare, exacinare, grana eximere* rem planam reddit; quæ enim granîs, ceu medullâ & farturâ spoliantur ea relinquuntur inania. Et hoc insinuat glossa apud *Varinum*: ἐκκοκκίσας, ἐρημώσας (*qui privavit*). Κόκκος granum, semen inprimis glo-

davi. Statim redemi fundos omnes, qui patroni mei fuerant. ædific domum. venalitia coëmo jumenta. quicquid tangebam cresceba tamquam favus. Postquam cœpi plus habere, quam tota patria me habet, manum de tabula, sustuli me de negotiatione, [1] *& cœpi liber tos fenerare. Et sane nolente me* [2] *negotium meum agere,* [3] *exoravi mathematicus, qui venerat forte in coloniam nostram,* [4] *Græculus Serapa nomine,* [5] *consiliator Deorum. Hic mihi dixit etiam ea, qu oblitus* [6] *eram, ab acia & acu mi omnia exposuit,* [7] *intestina me noverat*

globosum: κοκκία, globuli, pilulæ, corpora minuta. Inde κόκκυ, τὸ ἐλάχιστον (*minimum*), *Hesychius* interpretatur; *Varinus*, τὸ ὀλίγον (*exiguum*). Et ab eo formarunt Latini *ciccum* quo utuntur pro te levi, & nihili, qualis floccus, κροκὺς, fili retrimentum, pluma, achne, hitta, πασσάλη (*pollen*, it. *nix minutatim cadens*), & quodvis λεπτὸν ξύσμα (*exile strigmentum*, aut *ramentum*, *scobs*). Reinesius.

1. *& cœpi libertos fenerare*] Puto planè pro *cœpi* scribendum *coëgi*. Schefferus. *Fenerare* est mutuare, fenorive dare. Vtut verò Accusativ. personæ rarò occurrat, est tamen in illo Martialis:

Hæc sapit, hæc omnes fenerat una Deos.

i. ab ipsorum gratia quasi fenus levat. Sic etiam hîc dictum puto, *fenerare cœpi libertos*, pecuniam à negotiatione in fenerationem translatam, cumprimis libertis hoc est ut tales evaderent, vel jam libertis ut rem facerent, nundinatus sum, iis sic revera meo magno cum quæstu beneficium feneratum præstando.

2. *negotium meum agere, exoravit*] Distinctio est supervacua. Hoc ait, obtinuisse precibûs Mathematicum, etiam ab invito, ut in rem alterius multa diceret. Sed sic scribendum erit: *nolentem me* exoravit, non *nolente*. Schefferus. *Nolente me negotium agere, exoravit* nolentem *mathematicus*. Quidni sensus & distinctio bona. cum nil facilè mutandum.

3. *exoravit*] MS. in m. *al. exo tavit.*

4. *Græculus Serapa nomine*] mali duo contrahere & leg. Serap-Am mon. Amarunt è duobus Numinu composita nomina Ægyptii & A γυπτιάζοντες (*Ægyptios imitantes* Græci: indè Hor-Apollon, Phœl Ammon, Herm-Ammon, Herac Ammon, Herm-Apion, Herm-I raclas. *Reines.*

5. *consiliator*] MS. pro Patav. *co ciliator*. Schefferus: *conciliator deorum* Non placet. Lego, *consiliator deorum* & accipio de eo, qui consilia de rum exquirit, hoc est, qui ex astr & similibus colligit divinam volu tatem. Nam & hoc veteribus *con liare*. Hinc *consiliantes divi*, apud H ratium, quorum alter alterius exp tit consilium. Cicero sic usurpav *consiliarii* vocem lib. III, de Leg. c. I ubi de Augure. *Est autem boni augu meminisse, Iovi optimo maximo se con liarium atque administrum datum.* H bes aliàs *consiliatoris* vocem apud Ph drum nostrum, atque alios. *Sch ferus.*

6. *eram, ab acia & acu mi omnia e posuit*] pro MSi, & Patav. *eram a acia, & acumi o. exposcit.* Tilebom us: *abacia & acumi omnia.* Lege, *ab & acumine omnia. acumine, i.* inge perspicacitate, ut boni quique loq amant auctores. Schefferus: *abaci & acumi omnia exposcit.* Scribo: *Ab cia & acu mi omnia exposuit. Acia,* filum in acu. Titinnius apud No

Re

noverat, tantumque [1] *non dixerat,* [2] *quid pridie cœnaveram. putasses illum semper* [3] *mecum habitasse. Rogo Habinna, puto interfuisti:* [4] *tu dominam tuam de rebus illis fecisti: tu parum* [5] *felix in amicis es: nemo unquam tibi parem gratiam refert: tu latifundia possides: tu* [6] *viperam sub ala nutricas. Et* [7] *cur vobis non dixerim, etiam*

Reliqui acus aciasque hero atque herę nostræ. Glossæ veteres: *ῥάμμα, acia.* Eodem modo & Philoxenus. *Mi,* est *mihi.* Suprà: *non mehercules mi hæc jactura gusti fuit.*

7. *intestina mea*] intima, secretissima cordis mei cogitata. *Io. Schefferus.*

1. *non*] MS. in m. *mihi.* quod f. τῷ *non* præponendum.

2. *quid p. cœnaveram*] *Cœnare adulteria.* Plaut. Curc.

3. *mecum habitasse*] Pers. Sat. IV. *Tecum habita.* Schefferus.

4. *tu dominam*] Sunt hæc verba Græculi illius, memorantis, quæ Trimalchio fecisset olim secretò. ut hîc: effecisti ob res illas, ut domina, uxor tua evaderet. Hic enim verborum sensus; & confer præcedentia. *Scheffer.*

5. *felix in amicis es*] MS. & Patav. *in amicos es.* Schefferus: Lego, *felix in amicis es*, i. e inis amicitias infeliciter, cum eis scilicet, qui adversus te non ita sese gerunt, ut amicos decet.

6. *viperam sub ala nutricas*] Credo, alludere ad id, quod est de Nerone apud Suetonium cap. 8. *Fabula exorta est, deprehensis in lecto ejus circum pervigilia serpentis exuviis, quas tamen aurea armilla ex voluntate matris inclusas dextro brachio gestavit aliquamdiu.* De serpentibus, quas in deliciis habuere, docet alioquin Seneca II de ira, c. 31: Martialis lib. VII Ep. (de re) 86. *Schefferus. viperam.* Petronium id, quod de serpentis exuviis refertis in lecto Neronis pueri refert Sueton. *cap.* 8, alludere nunquam credam; neque ut istud eò trahatur tria helciariorum paria conficient: Hoc ergò abierit. Vno verbo; verba sunt Serapammonis mathematici vaticinati de conjugio incommodo illo, ut suprà observari potuit, à Fortunata Trimalchioni, scil. serpentem in sinu foturo cum eventu, quem ille Æsopi frustifissor fuerat expertus: notat *Sen. Ep.* 42. h. e. habituro refractariam, oblatratricem, exitialem, pestem: ea Trimalchion hîc repetit ad Habinnam. *Reinesius. viperam sub ala nutricas.* Ex Phædri, scriptoris mehercule perpoliti & Petroniô ætate paulo superioris, hoc acutè dictum sive dicterium Trimalchio expiscatum iviisse videtur. Sic autem ille, libri suarum fabularum quarti, *Fab.* 77.

Gelu rigentem quidam colubram sustulit,
Sinuque fovit; contra se ipse misericors:
Namque ut refecta est, necuit hominem protinus. I.C. Tilebomenus.

7. *cur vobis non dixerim, etiam nunc*] MS. & *quod vobis n. d. & n.* Reinesius: *cur vobis non dixerim, etiam nunc mi restare.* Nim. ariolus ille genethliacus ita viderat scriptum in diphthera Iovis, vel tamen in Ὀνείρασι (*visionibus*) sic repererat, quod de longitudine vitæ promitteret scisciatori; eique igitur fidem non immeritò habuit homo φιλόψυχος (*nimium vitæ cupidus*) vanus & stolidus. Similem tamen sibi & in eodem curiositatis credulitatisque luto hærentem habuit post aliquot secula MARTINIANUM quendam EX-PROTECTORIBUS, qui cippo quem sibi posuit inscripserat, VIXISSE. IN SECULUM. ANN. LXI. ET. SPERARE. SE. VIVERE. ADHUC. ANN.

etiam nunc mi restare vitæ annos triginta, & menses quatuor, & dies duos? præterea cito accipiam hereditatem. [1] *Hoc mihi dicit fatus meus; quod si contigerit* [2] *fundos Apuliæ jungere,* [3] *satis vivus pervenero. Interim dum Mercurius vigilat ædificavi hanc domum ut scitis casa erat, nunc* [4] *templum est. habet quatuor cœnationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas,* [5] *susum* [6] *cellationem*

LXXXXIX. MENSES. VI. DIES. III. ET. H. DECEM. è Codice *Altiani* summa fide descriptum *à Placido Puccinellio* monacho Cassinensi recenset *Octavius Boldonius l.* 2 *Epigraphices, f.* 349; inde acceptum repeto & interpretor *n.* 446, *Classis xx Syntagmatis Inscriptionum.*

1. *Hoc*] MS. pto Patav. *Hæc.*

2. *fundos Apuliæ*] Inprimis studuerunt *οἱ πλήθυνες (opibus crescentes)* ut fundis fundis aggerarent & fines promoverent, & latifundiis censerentur. Idem Trimalchio de se sup. *nunc conjungere agellis Siciliam volo, ut cùm Africam libuerit ire, per meos fines navigem.* De eodem studio *Horat.* 2 *Ep.* 2. *Calabris saltibus Lucanos adjici* dixit. *Th. Reinesius.*

3. *satis vivus pervenero*] leg. *satis dives p. An divum* se nominat pro beato? *Reinesius. Satis vivus pervenero.* i. abunde scopum desideriorum vivus attigero.

4. *templum*] Abusivè, propter magnificentiam & splendorem, qualis esse templorum solebat. *Io. Schefferus.*

5. *susum*] In superiori parte ædium. Varro 1 de R. R. c. 6. *Qui colunt deosum, magis æstate laborant, qui susum, magis hyeme.* Sic in decreto veteri de finibus inter Genuates & Veiturios apud Gruter. pag. 204, in Pandectis Florentinis sæpe, quod jam docti viri annotárunt. *Schefferus.*

6. *cellationem*] Valde mihi hoc suspectum est vocabulum. Quod enim? cellæ ne in superiori ædium parte? *Schefferus. Cella* à celando dicta, Festus, Vossius. Videturque res celanda ad se trahere cellæ locum. Sic *cellæ* vinariæ ferè hycogæa sunt, non sic caldaria illa qua de C. Plin. L. 5 Ep. 6 cui sol plùs quàm benignissimè prastò erat, ac ne quidem penuaria, lignaria, farinaria, libraria, casearia, & *Cellulas* verò columbarum, de quibus Columella, etiam altissimè v demus locò. Et *cellæ* hodie claustr lium quidni in superiore ædium pa te, cellæ verò olim meretricum fer tantùm in fornicibus. utrobique pe sonæ celantur, sed impari modo fine. Itaque *cellatio* saltem pro co ditoriis divitiarum & supellectilis quæ sic commodè & sicca alibi serv ri non poterat, hìc posset accipi. Re nesius: *sursum cellationem.* Vix præste sanum hoc esse, quod Verbi, unc desumere potuerint, nullus unqua fuerit quantum memini usus: n facilè reperias à Nominibus forma ejusmodi quæ Verbalium appellati ne communiter adficiuntur. Le igitur *cellariolum*, i, e. reliquiarium promtuarium, vulgariter *dispensa*, *τὸ ταμιεῖον* cujus structura commodè superioribus ædium, loco perflabi & siccò; in subterraneis enim co ditoriis pleræque species & pars p noris madore corrumpuntur. Si qu maluerit *cellariennem*, ei plura demo stranda erunt fortassis non ita facili *cellatio* Quasi verò non constaret, *celam* olim fuisse dictam *celam*; an enim Ennium consonæ non gemin bantur: *cela* verò ab ipso themat *celo.* Cùm igitur fingeret noster *cel tio*, in mente erat: *celo*, dat *cel* ergo *celatum*, *celatio*: liceretque n

tionem, cubiculum in quo ipse dormio, [1] *viperæ hujus* [2] *sessorium, hostiarii cellam* [3] *perbonam,* [4] *hospitium M hospites capit. ad summam, Scaurus cum huc venit, nusquam mavoluit hospitari, & habet ad mare paternum hospitium, & multa alia sunt, quæ statim vobis ostendam. Credite mihi:* [5] *assem habeas, assem valeas:* [6] *habes, habeberis.*

bis antiquario hîc modô scribere *celatio*. Nec tamen actum significaturi, sed locum: quia quemadmodum *præsens* locum dedit, ita ead. cogitanti dicentique etiam *supinum*, ac puto una cellatione plures cellas comprehendi. Vbi rursum non tam exacta omnibusque communis analogia, quàm analogia latè spectanda. Sunt tamen plura hujus generis, ut quod præcessit proximè *cœnationes* pro *cœnaculis*. Vossius: Ejusdem sunt originis *cœnatio*, & *cœnaculum*. Vtrumque locus fuit in quo *cœnabatur*; sed *cœnatio* erat divitum. Dicebaturque *cœnatio* ea formâ, qua *ambulatio* vocatur locus, in quo *ambulare* solent; & *gestatio*, locus in quo sanitatis causâ *gestabantur*.

1. *viperæ hujus sessorium*] Viperam appellat Fortunatam per indignationem & iram, quia exsibilare ipsum solebat. Germanus ad Varum apud Florum lib. IV, cap. 12. recisa priùs linguâ ejus: *tandem vipera sibilare desiste*. Schefferus.

2. *sessorium*] sedes, habitatio, conclave. Sed hæc vox alibi non lecta est, & dubito de integritate ejus. *Schefferus. Sessorium.* Vtitur pro φορείῳ, gestorio, δίφρῳ καταστέγῳ, lectica, basterna. *Cœl. Aurel.* I *Acut.* 10. *sella bajulatoria vel quolibet sessorio veheretur.* Hîc significat γυναικῶνα seu diætam matrisfamiliæ: γυναικωνῖτις, ubi prandere cœnaréque solebat, *Luciano in Somnio:* vel etiam speciatim κλισμὸν, reclinarium, reclinatorium. *Reinesius. sessorium.* Sic ut ap. Plinium *dormitorium*, locus in quo dormitur. Plauti est *sessibulum*, id in quo sedetur. Vitruvius habet *Deorum sessimonium*, h. e. loca ubi dii q. sedent, seu simulacra eorum reponuntur.

3. *perbonam*] Pervetus hoc est; nim. tractum *à Plauto, qui Mostell. act.* 3, *sc.* 2, *v.* 3 *prandium perbonum* dixit, *& ib. scen.* 1 *peroptimè*: quod imitatus scriptor seculi decimi quarti *Rol. Capellutus tr. de pestil. Apostem. curat.* Reinesius.

4. *hospitium M hospites c.*] pro MS. & Patav. *h. h. c.* Schefferus: *hospitium hospites capit.* Scribe: *hospitium M hospites capit.* Littera numeralis ob similitudinem præcedentis perperam omissa est. *Hospitium* locus est in ædibus peculiaris, excipiendis hospitibus destinatus. Hoc sensu Florus Ostiam appellavit *hospitium urbis*, quò totius *mundi opes reciperentur*.

5. *assem habeas, assem valeas*] Ita semper judicavit vulgus, omniumque primùm quæsivit de censu,

Quot pascit servos, quod possidet agri
Iugera, quàm multa magnâque paropside cœnat?

Strabo l. 9, vocat κοινὸν λόγον (*commune dictum*), alius ὑμνηθὲν πάλαι (*ab antiquo decantatum*) istud:

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα.
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.

(*Opes hominibus omnium carissimæ,*
Magnasque vires in genus nostrum obtinent).

& ab admiratore auri Tragico, apud *Luc. in Somn.* istud:

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς.
Οὗτος γάρ ἐστιν ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

(*O luteum aurum, quantopere mortalibus*

habeberis. Sic amicus vester, qui fuit rana, nunc est rex. Interim Stiche profer [1] *vitalia, in quibus volo me efferri. profer & unguentum, & ex illa amphora gustum, ex qua jubeo lavari ossa mea.* † *Non est moratus Stichus, sed & stragulam albam, & prætextam in triclinium attulit, jussitque nos tentare an bonis lanis essent confectæ. Tum subridens:* † *Vide tu, inquit, Stiche ne ista mures tangant, aut tineæ; alioquin* [2] *te vivum comburam. ego glorioſus volo efferri, ut totus mihi populus bene imprecetur.* † *Statim ampullam nard*

† *Encolpius.* ‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.*

Cordi es! penes quos lutea massa rex potens).

Itemque ab alio hoc: *Ubique tanti quisque quantum habuit, fuit.* nim. *ita Populus jussit. Sed Populi scita ex magna parte Sapientes abrogant:* etsi concedant λυσιτελῶς λιμώττειν χρυσὸ τὸ ἀνθρώπειον γένος, *utiliter aurum esurire homines*; hinc enim artes inventas & in communem vitam inductas esse; hinc conditas urbes; hinc institutas negotiationes; in summa, omni ordine & decore careret vita isthæc, nisi aurum homines mutuis operis indigentes fecisset: ut philosophatur Hermagoras ad Sopatrum, *in Epp. Theph. Simoc.* Reinesius.

6. *habes, habeberis*] absoluté. Respexisse videtur, quod habet Lucilius 1 Sat. teste Schol. vet. ad Iuven. 111, isto versu:

Quantum habes, tanti ipse fies, tantique habearis. Schefferus.

1. *vitalia*] Suprà, *bene elatus est, vitali lectô*; ubi vide. *Vitalia* sic usurpasse censeo & Senecam Epist. 99. *Quàm multis cum maximè funus locatur? quam multi vitalia emunt.* Sic disertim habet meus membranaceus optimæ notæ, non *multis* & *emuntur*, unde postea in editis fecerunt *eruuntur*, ac exposuerunt vel de exentratis cadaveribus, vel de viscerum tractatione in viventibus, ut fit in ruptis. Verùm prius repugnare consuetudini Romanæ rectè Lipsius observat. Posterius haud convenit cum cæteris ejus loci, qui de morte agit, non de morbis. Igitur non aliter accipio *vitalia*, quàm quæ adornando funere sunt necessaria. Quæ sic dicta fuerint ominis melioris gratiâ, pro *mortualibus*. Quomodo & *vitam* aliquando usurpâsse pro *morte*, docet Casaubonus ad Spartiani Hadrianum. & sunt ipsa Macrini verba apud Lampridium: *mihi non multum superesse videtur ad vitam*, quod is ipse rectè explicat, *ad mortem*. Vt sic *emere vitalia*, sit, comparare ea, quæ ad mortem funusque requiruntur. Vt sunt vestes funebres, stragula, & hujusmodi. *Scheffer.*

2. *te vivum comburam*] Minæ hæ sunt ventosi & insolentis domini; quales illæ Mercurii Plautini, *Evadet nunquam quin te sacrificem. Ignis pœnam gravissimam credimus, cùm servis irascimur.* Neque enim auditum apud Romanos aliter adnimadverti in servos, quàm virgis, flagellis, fustibus, crurifragio, cruce. *In servos quidem heris nihil non licere*, vetus dictum: vid. *Sen. 1 de Clem. cap. 18: & Petr. Chrysol. Serm.* 141. sed magistratus temperarunt licentiam: inprimis Athenienses super sævitia in eos cognoscere consueverunt: vid. *Athen. lib. 6*, ex Hyperide, Lycurgo, Demosthene. Et circumferuntur duo rescripta D. Antonii Pii, alterum ad Ælium Marcianum Pro COS. Bæticæ, alterum ad Alfium Iulianum, plena humanitatis, quibus atrociùs jura dominationis exercere heri prohibentur: Coll. L L. Mos. & Rom. tit. 3. *Reines.*

1. *omne*

nardi aperuit, [1] *omnesque nos unxit :* ‡ *&, Spero, inquit, futurum, ut æque me mortuum juvet, tamquam vivum.* † *Nam vinum* [2] *quidem* [3] *in vinarium jussit infundi :* ‡ *& Putate vos, ait, ad parentalia mea invitatos esse.* † *Ibat res ad summam nauseam, cum Trimalchio ebrietate turpissima gravis, novum acroama, cornicines in triclinium jussit adduci, fultusque cervicalibus multis extendit se supra* [4] *torum extremum :* & ‡ *Fingite me, inquit, mortuum esse,* [5] *dicite aliquid belli.* † *Consonuere* [6] *cornicines funebri strepitu. Vnus præcipue*

‡ *Trimalchio.* † *Encolpius.* [1] *servus*

1. *omnes nos unxit : &, Spero* &c.] & MSi est, quod Patav. omiserat. Vt verba retineam, sic intelligo: Omnes Trimalchio unxit, seu ungi jussit, in memoriam communis mortis, quidque ipse de unctione etiam mortui hominis sentiret exponit, *Spero*, inquiens, *futurum* &c. An verò consuetudinis Rom. fuerit mortuos exenteratos, vel non exent. ungendi, alii disquirant. Dalecamp. ad Sen. Ep. 99, prius affirmat, septemque dies antequam cadavera cremarentur, exemptis visceribûs unctioni datos fuisse asserit; Lipsius ibid. negat, aut dubitat, quem laudat Scheffer. paulò antè ad, *vitalia*. Reinesius: *omnes unxit*. Ad quid unxisset adstantes? unctionem verò sibi ut vivo, sic mortuo profuturam sperare dicit. Elota ergò mendâ lego, *ungueſque ſuos unxit*. At cur ungues? quia clausulæ sunt nervorum, ut loquitur Plinius: potiùs quia nervi, venæ, arteriæ, ad eos porriguntur; unde & extremorum insignis ille cum membris principibus consensus, quorum robori facere putabant inunctiones unguium. Quin eos deaurari mos quoque erat: *Serv. ad Æn.* verùm id non sanitatis, sed ornatûs causâ & luxu. Græcorum ea curiositas, quòd privatim cuique parti corporis peculiare unguentum idoneum & salubre scirent; unde apud *Antiphanem* ille crura & pedes Ægyptiô, buccas & mammas Phœnicinô, utrumque brachium sisymbrinô, supercilium & comam amaracinô, cervicem & genua serpillinô linebat. De nardini præstantia præterquam Scriptores sacri, testatur *Menander* in *Cecryphalo* apud *Athenæum l. xv.* *Vnctio* autem ista Trimalchionis rectè censebitur inter *crapularias*, quas parasitus Plautinus *Stich. act.* 1, *sc.* 3, *v.* 75 nominat: *ebrietate* enim *turpissima gravis* eam sibi adhibuit. *Th. Reinesius.*

2. *Nam v. q.*] *Nam* Sic cum præmisso (.) juxta MS. pro Patav. (*ſnam*). quod hîc vix causale, sed pro *præterea*; ut ap. Plaut. Prol. Amphitr.

Nam cùm Telebois ---
Nam ego vos novisse credo jam ut sit pater meus; &c.

3. *in vinarium*] puta, vas; quomodo est integrè apud Ciceronem. Glossæ Cyrilli: *οἰνοφορεῖον, vinarium*. Io. Schefferus.

4. *torum extremum*] lectum funebrem intelligit, quem jam tum paratum habuit Trimalchio, ut liquet ex superioribus. *Schefferus.*

5. *dicite aliquid belli*] velut defuncti laudem: Solebant enim clamorem edere circumstantes, brevibusque dictis virtutes defuncti celebrare, pium, bonum, benignum, & id genus nuncupare. *Idem.*

6. *cornicines funebri strepitu*] Valesius: Etiam heic ignarum moris Romani se se prodit Pseudo-Petronius, qui *cornicines* pro *tubicinibus* funeribus adhibeat. Mortui enim efferebantur ad tibiam: ut post Ovidium in lib. VI Fastorum, post Persium in Satira IV:

[1] *servus libitinarii illius, qui inter hos honestissimus erat* [2] *tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam. Itaque vigiles, qui custodiebant vicinam regionem rati ardere Trimalchionis domum, effregerunt januam subito, & cum aqua,* [3] *securibusque tumultuari suo jure cœperunt. Nos occasionem opportunissimam nacti Agamemnoni verba dedimus,* [4] *raptimque tam plane, quam ex incendio fugimus.*

[1] Neque

& Agellium in lib. xx, cap. 11, verus Petronius vel solus satìs docet his verbîs. *Quòd si idem frigus genua manusque tentaverit tuas, licèt ad tubicines mittas.* Vbi *tibicines* sine caussa legi vult Petrus Pithœus. Schefferus: *cornicines.* Ergo & hos habebant in funeribus, non solos *tubicines*, quod miror omisisse viros doctos, qui de funeribus egerunt. Seneca in Apocoloc. *Erat omnium formosissimum Claudii funus, ut scires Deum efferri, tibicinum cornicinumque, omnisque generis sonatorum tanta turba, ut etiam Claudius audire posset.*

1. *servus libitinarii*] MS. & Patav. editio, *s. libertinarii.* Schefferus: *s. libertinarii.* Corrige, *libertinarii.* Vlpianus l. 5 ff. de Inst. act. *Si libitinarius servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit*, &c. Liquet, libitinarios habuisse servos suos, eosque ad varia ministeria funeris ornandi.

2. *tam valde*] Cicero in Epist. ad Attic. *Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare.* in de Fin. v. *tam valde perhorrescere.* Schefferus.

3. *securibusque*] MS. *& securibus* editio Patavin.

4. *raptimque tam plane* &c.] Reinesius: Finis hæc Cœnæ videbîtur cohærere Editionum istis; *neque fax ulla in præsidio erat, quæ iter aperiret errantibus: accedebat huc ebrietas & imprudentia locorum.* Sed si rem recté pensitemus, non cohæret. Cùm enim paulò antè *discussam ebrietatem* fuisse scripserit, quomodo nunc *ebrietatem* fugitivis è domo Trimalchionis iter difficile reddidisse? Non possunt ista ita facilè conciliari, ut Petronium unum sobrium permodico intervallô contraria scripsisse concipiamus: Necesse igitur ut vel 2 ἐκδόσεις &c. ut suprà. *Discutere ebrietatem*, non est eam prorsus ejicere, sed unitas ejus vires solùm tantisper dispellere, ut si nihil adsit quod eas rursum colligat, ea sic demum omnino exhalet ac cedat. Hîc verò convivæ vix in vaporoso balneo, (nisi priùs in lavacro lacûs, Ascyltus, & Encolpius, in quem hi inciderant) discussa *ebrietate*, denuo in aliud triclinium ubi saccô vinum defluebat introducti, ibidemque novo convivii titulô, *barbatoriam servo faciente*, excipiuntur: tandem parentalia q. agunt œnophoréo repletô: adeò ut Trimalchio circa ipsum finem Fragment *turpissima ebrietate gravis* dicatur: qu tamen *discussa ebrietate triclinium intraverat.* Quid jam mirum, si ante edita sic cohæreant? Revera talia movere est nodum in scirpo quærere & Solem obscurare velle. Schefferus: *tam plane.* Terent. Heaut v, sc. 1

Te miror, qui alia tam planè scias.

Atque hîc demum Lectori indicandum, nihil restare quod ejus notitiam morari queat, ubi Fragmentum Traguriense quà MSm, quáve editionem Patavinam, vel antè editi aliquid superaddit, vel etiam in legendo discedit; quod omnia non solùm diversis characteribûs excusa, se etiam in Notis, maximè extra superiùs promissa, & jam inserta, IX nova accessionis loca, peculiariter ejus rementio facta: idque vitandæ confusioni

[1] Neque fax ulla in præsidio erat, quæ iter aperiret errantibus nec silentium noctis jam mediæ [2] promittebat occurrentium lumen. Accedebat huc ebrietas, & imprudentia locorum, etiam interdiu obscura. Itaque cum hora pene tota, per omnes scrupos, [3] gastrorumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gitonis sumus. Prudens enim pridie, quum luce etiam clara timeret errorem, omnes pilas columnasque notaverat, certaque liniamenta evicerunt spississimam noctem, & notabili candore ostenderunt errantibus viam. Quamvis non minus sudoris habuimus etiam postquam ad stabulum pervenimus. Anus enim ipsa inter diversitores diutius ingurgitata, ne

sionis causâ, cùm Gabbemiana editio, quam nos quà Petronium dudum editum sequimur, etiam passim diverso charactere quædam notet, ceu aliena, connexionis, & sensûs ergo recens inserta. Vbi tamen Fragmentum *parassis*, & *parasidem* habet pro paropsis vel parapsis, *calfacti* locô calefacti, talia non attendimus; nec leves forsan hujus, aut illius transpositiones, ut p. 79 *nec eam amplius*, Fragm. *n. a eam*, in rationes deduximus.

1. *Neque fax ulla in præsidio erat, quæ iter aperiret errantibus*] Bernardinus Gomesius Opere, quod *de Sale* construxit, aptissimè ad hunc Petronii locum interpretatur Horatii illud l. 1 Sat. v. --- *Tectum hoc*

Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, salemque.

Per *Ligna* scilicet non solum ignem ad focum intelligens, sed cereos etiam & funalia, quæ peregrinis præberent parochi ad pernoctandum; &, ut suspicari licet, commode etiam per urbem deambulandum. Quod itidem & in Vrbe factum, nihil dubium est. Sic apud Athenienses cœnantibus *Oenoptæ* (genus erat magistratus) funalia præstabant, & ellychnia, ut postea luminis præsidiô possent domum redire. quapropter & *oculi* ipsi vocati, ut constat ex Philini oratoris loco apud Athenæum lib. x. item ex Eustachio ad lib. ζ Odyss. Οἱ τοῖς δειπνοῦσι λύχνους, καὶ θρυαλλίδας παρέχοντες, Οφθαλμοὶ πρός τινων ἐκαλοῦντο. *Qui cœnantibus candelas, aut lucernas exhibebant, Oculi dicti nonnullis.* I. A. Gonsalius.

2. *promittebat occurrentium lumen*] A cœna itidem, ut illi redeuntium. Plurimus quippe lucernarum usus antiquitus fuit convivis domum redeuntibus, facumve, cereorum, candelarum, funalium, lampadum aut laternarum, de quo latè Athenæus opere extremo. Servi qui ea præferrent, λυχνοῦχοι, & λυχνοφόροι Græcis adpellati, etiam δαδοῦχοι: Latinis *prælucentes*. Idem.

3. *gastrorumque eminentium f.*] Leg. *glarearumque eminentium*, ut terræ petrosæ scruposæque calculi, seu lapilli intelligantur. cujusmodi in ripis nostris spectare ac litoribus frequentes, & iter facientibus molestos. *Carices* aliorum nullus moror. *Dousa P. Gaster*, vas fictile ventricosum. *Glossar. Petronian.*

1. *tabel-*

ne ignem quidem admotum ſenſiſſet : & forſitan pernoctaſſemus in limine, ni [1] tabellarius Trimalchionis interveniſſet x vehiculis dives. Non diu ergo tumultuatus ſtabuli januam effregit, & nos per eandem [2] feneſtram admiſit. * * *

Qualis nox fuit illa, dii, deæque!
Quam mollis torus! hæſimus calentes,
[3] *Et transfudimus hinc & hinc labellis*
Errantes animas. [4] *Valete curæ!*
Mortalis ego ſic perire cœpi.

Sin

1. *tabellarius*] *Tabellarii* laus eſt curſus & feſtinatio. *Tabellarii* autem, & tabelliones à tabellis ſeu tabulis ideo appellati ſunt, quòd ante chartæ & membranarum uſum, in dolatis ex ligno codicillis epiſtolarum colloquia ſcribi ſolita eſſent. Tabellio idem qui exceptor fuit, & ſcriba publicus. *Laur. Pignorius. Tabellarius* etiam qui tabellas i. e. literas perfert: Cic. ad Brut. *Statim extruſi tabellarios, literaſque ad lucronem, etiamſi in Italiam veniſſet, ad te rediret.* Id. ad Terentiam. l. 14. *Nos quotidie tabellarios noſtros exſpectamus.* Sed & *tabellarius* qui rationes conficit datáque & accepta in tabulas refert, λογιστής. Sidonius ad Petrejum: *Suſcipiebat hunc granditer, habens eum conſiliarium in judiciis, villicum in prædiis,* tabellarium *in tributis, in lectionibus comitem,* &c.

2. *feneſtram*] Sic & Frellononiana editio. Sed Schonwett. Helenopol. & Lotich. *feſtram.* R. Herm. Wouwer. & Tornæſ. *terram.* Erhardus: *per eand. terram.* L. *ſerram.* Pflugius. vel, *feſtram. Feſtra* eſt oſtium minutum. Schopp. Veriſimil. lib. 2, c. 18. Nihil verius vel ap. Sagram.

3. *Et transfudimus hinc & hinc labellis Errantes animas*] Infrà: *Iam adligata mutuo ambitu corpora animarum quoque miſturam ſecerant.* Elegantiſſimos Platonis verſus huc facientes apud A. Gellium lib. XIX, c. XI habes interpretatos, & Macrob. lib. II Saturn. c. II. Ariſtenæt. lib. II Ep. XIX. Οὐ μόνον στέρνῳ ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς· τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται· καὶ τοῦτο ἐ βούλεται σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσιν. καὶ ἡ μῖξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν (*Non ſolùm pectore hærentes, ſed & inſuper oſculis animas conjungentes. hoc enim poteſt baſium. Quod qui agunt, feſtinant per os ad ſe mutuo animæ, in labiis ſibi obviantes, fitque dulcis ipſarum commixtio*). Phavorinus: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσι οἱ τῷ στόματι ψαύοντες, συνάπτουσι τὰς ψυχάς; (*Quid enim aliud faciunt oſcula figentes, quam quòd fœderent animas?*) S. A. Gabbema. Huc facit Catullus de puero Theotimo:

Aufugit mi animus; credo, ut ſolet, ad Theotimum
Devenit. —

Et Ovidius:

Iamque viderentur animas efflare viciſſim
Alter in alterius faciem. —

Similia his apud Ariſtenætum in Ep. Theocrit. Eidyll. l. 28; Bionem Adonide, Macrob. & Gell. *Ge. Erhardus.*

4. *Valete curæ*] Mart. lib. XI Epigr. VII.

Pallentes procul hinc abite curæ.

Et Anacreon.

Μέθετέ με φροντίδες

Μηδέ

Sine causa gratulor mihi. Nam quum solutus mero amisissem ebrias manus, Ascyltos omnis injuriæ inventor subduxit mihi nocte puerum, & in lectum transtulit suum; volutatusque liberius [1] cum fratre non suo, sive non sentiente injuriam, sive dissimulante, indormivit alienis amplexibus [2] oblitus juris humani. Itaque ego experrectus pertrectavi gaudio dispoliatum torum; siqua est amantibus fides, ego dubitavi, an utrumque trajicerem gladio, somnumque morti jungerem. Tutius demum secutus consilium, Gitona quidem verberibus excitavi; Ascylton autem truci intuens vultu: [3] quoniam, inquam, fidem scelere violasti, & communem amicitiam, [4] res tuas ocius tolle, & alium [5] locum, quem polluas,

Μηδὲν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.
Tu verò abito cura,
Mecum tibi nihil sit. S. A. Gabbem.

1. *cum fratre*] Glossar. Petr. *Frater* hîc, ut suprà, pro amasio.

2. *oblitus juris humani*] id est, juris gentium, quod gentes humanæ sibi ipsæ constituerunt. §. 11 *Inst. de Iur. N. G. & C.* Ex quo & jus humanum nominatum, quòd cum humano genere proditum, & omni generi humano commune; & naturæ humanæ sit proprium. §. 11 *Inst. de R. D.* & tantùm *l.* 1 *in fin.* π̃ *de I. & I.* Gabbema.

3. *quoniam, inquam, fidem scelere violasti & communem amicitiam,* &c.] Observa hîc morem & formulam rumpendæ societatis: *Sed Cæsar, missis ad Senatum litteris, disseruit, morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere.* Tacit. lib. VI Ann. *Alteri ob iratum & malevolum animum domo & provinciis suis interdixit.* Sueton. Aug. c. XVI. *Ne tunc quidem ultrà progressus, quàm ut & amicitiam ei more majorum renuntiaret.* Suet. Cajo c. III. In libris Epistol. Synesii Ptolemaid. Episcopi legitur, Amasidem Polycrati feliciter adhuc agenti per præconem amicitiam renuntiasse, sic enim ille: *ἀλλ' οἷς εὐτυχοῦντι κήρυκα πέμψας, τὴν φιλίαν ἀπείπατο, δῆλον ἐποίησεν ὅτι κἂν ἐδάκρυσεν, εἰ προύλαβεν ἡ συμφορὰ τὴν ἀπόῤῥησιν (Rebus adhuc prosperis misso præcone amicitiam diremit, palàm faciens, se etiam ad lacrumas paratum, si calamitas renuntiationem prævertisset).* Idem.

4. *res tuas ocius tolle*] Tralatè à LL. XII Tabb. ubi: SI. VIR. AB. UXORE. DIVORTIT. UXORI. RES SUAS. SIBI. HABERE. JUBETO. EI. QUE. CLAVIS. ADIMITO. Apùd Senec. Suas. I. refertur Atheniensium in summo dolore risus elegans: *Cum M. Antonius Triumvir se vellet Liberum patrem dici; habitu quoque & incessu eum imitaretur, occurrerunt ei Athenienses & per adulationem Διόνυσον (Dionysum, Bacchum) salutaverunt, addideruntque se despondere illi Minervam suam, rogantes ut duceret. ille iratus eis, quòd à partibus Pompei & postea Bruti fuissent, se ducturum ait, sed dotis nomine illis imperare mille talenta,* (hoc est 600000 coronatorum.) *Tum subscriptus est statuæ Antonii libellus his verbis:* OCTAVIA. ET. MINERVA AN-

polluas, quære. Non repugnavit ille, ſed poſtquam optima fide partiti [1] manubias ſumus: † Age, inquit, nunc & puerum dividamus. ‡ Iocari putabam diſcedentem. at ille gladium [2] parricidali manu ſtrinxit, &, † Non frueris, inquit, hac præda, ſuper quam [3] ſolus incumbis. Partem meam neceſſe eſt vel hoc gladio [4] contentus abſcindam. ‡ Idem ego ex altera parte feci, & [5] intorto circa brachium pallio, [6] compoſui ad prœliandum gradum. Inter hanc miſerorum dementiam infeliciſſimus puer tangebat utriuſque genua cum fletu, petebatque ſuppliciter, ne [7] Thebanum par humilis taberna ſpectaret, ne-

† *Aſcyltos.* ‡ *Encolpius.* † *Aſcyltos.* ‡ *Encolpius.* ve

ANTONIO. RES. TUAS. TIBI HABE. Apul. *confeſtim toro meô divorte, tibique tuas res habeto.* S.A. Gabbema.

5. *locum*] Ludit dilogiâ. Iſthunc autem locum Murrhedius Rhetor loco inluſtrat inſignî apud Senecam P. *Novimus, inquit, iſtam maritorum abſtinentiam, qui etiamſi primam virginibus timidis remiſere noctem, vicinis tamen locis ludunt.* Eſt hæc Martial. ſententia lib. XI Epigr. lxxix.

Pædicare ſemel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi.

E Libero mutuatus eſt carmine III.

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.

I. A. Gonſalius.

1. *manubiæ*] ornamenta Regum. *Gloſſar. Petron.* Non ad rem, *manubiæ* portio prædæ imperatoria. Aſcanius. Propriè pecunia ex venditione nobilis prædæ in ærarium redigi ſolita. probat Gellius ex Cic. Gloſſæ.

2. *parricidali*] Vox proba, qua non modò Apulejus, aut Sidonius uſi, ſed verò & Seneca, Quinctilianus, Tacitus, alii majorum quaſi gentium Scriptores. *I. Douſa. MS.*

3. *ſolus incumbis*] Vt draco ille in fabulis. Phædrus lib. 4. Sulpicius Severus lib. I ſacr. Hiſtor. *Inhiant poſſeſſionibus, prædia excolunt, auro incubant.* Ga. Barthius.

4. *contentus*] Mirè dictum, ac ſi dixerit, *in continenti, uno impetu.* Germanicus Cæſar:

Subſequitur rapido contenta canicula paſſu.

Rutilius lib. I.

Volvitur ipſe tibi qui continet omnia,
Phœbus.--- id eſt, contento curſu emetitur. *Barthius.*

5. *intorto circa brachium pallio*] Pacuvius: *Chlamyde contorta clypeat brachium.* Liv. lib. XXV. *Paludamento circum lævum brachium intortô in hoſtes impetum fecit.* Gabbema.

6. *compoſui ad prœliandum gradum*] Infrà: *ſtatum prœliantis componit.* Pugnaturi ita ſe conſtituebant, ne adverſarius ſtatum conturbare poſſet. Senec. conſ. ad Polyb. *Vtrumne percuſſus arma ſubmiſeris, an in ſtatu & gradu ſteteris.* Adluſit Hieronym. ad Demetr. *Quaſi in procinctu & acie ſtemus ſemper ad pugnam. vult nos locô movere hoſtis & de gradu decedere, ſed ſolidandi ſunt veſtigia.* Io. à Wouweren.

7. *Thebanum par*] κατ' ἐξοχὴν (*per excellentiam*) dictum de Ethecle & Polynice fratribus, Oedipi Regis Thebanorum filiis, ex nefando ſcilicet Iocaſtæ matris concubit

ve ſanguine mutuo pollueremus familiaritatis cariſſimæ ſacra. Quod ſi utique, proclamabat, facinore opus eſt, nudo ecce jugulum, convertite huc manus, imprimite mucrones: ego mori debeo, qui amicitiæ ſacramentum delevi. Inhibuimus ferrum poſt has preces: & prior Aſcyltos, † Ego, inquit, finem diſcordiæ imponam. Puer ipſe, quem vult, ſequatur, ut ſit illi ſaltem in eligendo fratre ſalva libertas. ‡ Ego vetuſtiſſimam conſuetudinem putabam in ſanguinis pignus tranſiiſſe, nihil timui, imo conditionem præcipiti feſtinatione rapui, commiſique judici litem: qui ne deliberavit quidem, ut videretur cunctatus, verum ſtatim [1] ab extrema parte verbi conſurrexit, fratrem Aſcylton elegit. [2] Fulminatus hac pronunciatione, ſicut eram [3] ſine gladio, in lectulum decidi, & [4] attuliſſem mihi damnatas manus, ſi non inimici victoriæ invidiſſem. [5] Egreditur ſuperbus cum præmio Aſcyltos, & paullo ante cariſſimum ſibi commilitonem, fortunæque etiam ſimilitudine parem in loco peregrino deſtituit abjectum.

† *Aſcyltos.* ‡ *Encolpius.*

[1] Nomen

bitu editis. illi nimirum ob regni ſceptrum mutuis vulneribûs confoſſi, ambo occubuere; ſimul mater, quæ ſe mediam interponebat, ne pugnarent filii. Quò etiam adluſit Propert. lib. II El. IX. *Gonſalius. Thebanorum par, mortuam fabulam tranſeo.* Minut. Felix Octav. *Gabbema. par.* Sumptum à gladiatoribus, quorum *paria* dicuntur componi. *Gloſſ. Petron.*

1. *ab extrema parte verbi*] Ariſtenæt. l. 2 Ep. 7. ἅμα ἔπος ἅμ' ἔργον (*ſimul dictum ſimul factum*). Apuleius L. Metam. & alibi, *cum dicto.* Ga. Barthius.

2. *Fulminatus hac pronuntiatione*] i.e. ſententiâ. Non abſimiliter Iuſtinus l. 1. *Hac denuntiatione optimates territi*, &c. Et infrà Petronius: *Confuſus hac denuntiatione Eumolpus.* Erhardus. Heliodor. l. 6. ὥσπερ βέλει τῷ ῥήματι βληθείς (*verbô ut fulmine ictus*). Wouweren. *Fulminatus*, territus. *Gloſſ. Petron.*

3. *ſine gladio*] Senſus poſtulat, *cum gladio.* Anonym. MS. juxta m. Douſæ.

4. *attuliſſem mihi damnatas manus*] Idem ferè Plautus Caſinâ.

Si nunc ſuſpendam, meam operam luſerim,
Et præter operam, reſtim ſumptifecerim,
Et meis inimicis voluptatem creaverim.

Gruter. Suſpic. l. c. 11. *Ge. Erhardus.*

5. *Egreditur ſuperbus cum præmio*] Præmium interdum idem eſt, quod præda. Tibull. lib. I El. II.

Nec ſinit, occurrat quiſquam, qui corpora ferrô
Vulneret, aut rapta præmia veſte petat.

Virg.

[1] *Nomen amicitiæ, si quatenus expedit, hæret,*
Calculus in tabula mobile ducit opus.
[2] *Quum fortuna manet, vultum servatis amici;*
Quum cecidit, turpi vertitis ora fuga.
[3] *Grex agit in scæna mimum, pater ille vocatur,*
Filius hic, nomen divitis ille tenet:
Mox ubi [4] *ridendas includit pagina partes,*

[5] *Vera*

Virg. xi Æneid.

Multáque præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.

Hinc *præmiari*, pro prædari apud Sueton. Tit. unde & *præmiatores* nocturnos explicat prædones Nonius apud Nævium in Agrypunt. *Nam in scena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.* S. A. Gabbema.

1. *Nomen amicitiæ -- Calculus in tabula mobile --*] *mobile.* MS. Tragur. *nobile.* Douſa MS. Horum verſuum hæc ſententia eſt, ſi amicitiam utilitate potius meriri quàm honeſtate volumus, hominum profectò vita ſimilis erit ludo calculorum, & calculi inter ſe amare videbuntur: nam in ludo tabulæ ſic diviſi ſunt calculi in duas factiones; ut inter ſe quidam velut amici ſint, quidam hoſtes, unde & Mart. lib. xiv Ep. xx ſcripſit,

Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Quatenus autem utile eſt ludo, iſtam calculi amicitiam ſervant fœderati inter ſe. Igitur ſi emolumentis amicitiam ponderamus, amicitiam, cujus tanta dignitas eſt & pretium, putemus exercere calculos in tabula & eos nobile (lego, *mobile*) opus tuendæ amicitiæ ducere. Turnebus l. 1, c. 19 Adv.

2. *Quum fortuna manet, vultum ſervatis amici*] Venuſtè Ovid. 2 de Ponto, eleg. 3.

Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt:
Quæ ſimul intomuit, proxima quæque fugat.

Huc etiam facit illud Boëthii de Conſol. lib. 3, proſ. 5. *Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum.* ubi Sitzmann. in Notis n. 677. *Ge. Erhardus.*

3. *Grex agit in ſcæna mimum*] Gregis nomine ludionum juxtà ac mancipiorum manipuli comprehenduntur, cataſtorum præſertim ac venalitiorum. Douſa Centurion. l. 1, c. 1, *Erhard.* Donat. in Præf. in Terent. Adelph. *Hæc ſanè acta eſt Ludis ſcenicis funebribus L. Æmilii Pauli: agentibus L. Ambivio, & L. Turpione, qui cum ſuis gregibus etiam tum perſonati agebant.* Gabbema. Ioan. Sarisber. *Ferè totus mundus ex Arbitri noſtri ſententia mimum videtur implere.* Pallad. σκηνὴν πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον (*ſcena omnis vita & ludus*). Ful. *Beatinus Augur dicere ſolitus erat, diverſarum urbium honores ſomnialiter peragi urbicario mimologo*, &c. *Credo etiam quod de Theophili Philoſophi ſententia legerat,* μίμος ὁ βίος (*mimus vita*). Fr. Pithœus.

4. *ridendas includit pagina partes*] Vetus interpres Perſii: *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret, ut quidquid lacrymarum atque triſtitiæ cœgiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detegeret.* F. Pithœus. *Ridendas partes*, extremas. Wouweren. *Includit*, abdidit finit. Gabbema: *Pagina* hic ſynecdochicè fabula eſt. Inſigne teſtimonium apud Donatum Argum. Adelph. *In dividendis actibus fabulæ identidem meminerimus: primo Paginarum dinumerationem neque Græcos neque Latinos ſervaſſe quum*

[1] *Vera redit facies,* [2] *dissimulata perit.*

Nec diu [3] tamen lacrumis indulsi, sed veritus, ne Me-
elaus etiam [4] antescholanus, inter cætera mala, solum
ne in diversorio inveniret, conlegi sarcinulas, locumque
cretum, & proximum litori mœstus conduxi. Ibi tri-
uo inclusus, redeunte in animum solitudine atque con-
emtu, verberabam ægrum planctibus pectus, & inter
ot altissimos gemitus frequenter etiam proclamabam:
Ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum
iam innocentibus mare? [6] Aufugi judicium, [7] harenæ
nposui, hospitem occidi, ut inter audaciæ nomina
endicus, exsul, [8] in diversorio Græcæ urbis jacerem
deser-

um ejus distributio &c. Wouweren: *gina*, scena. Ruffinus de metris Te-
nt. *Est in Eunucho Terentii, statim in ma pagina hic versus trimetrus, Ex-sit, revocat, redeamne?* &c. Gabbema: *rtes.* Donat. in præf. de Trag. & m. *Sed primò una persona substituta est toribus, quæ respondens alternis chorô pletavit variavitque rem musicam, altera, tum tertia, & postremum ente numero* &c. *qui primarum par-n, qui secundarum, & tertiarum, qui rtarum actores essent.* Idem: *In hac na partes sunt senis Simonis, secundæ vi, tertiæ Chremetis, & deinceps re-uorum.* Wouweren: Asconius ad Cic. in Verrem. *Sæpe illum, qui est ndarum, & tertiarum partium. Co-dia 5 actus habet. Est ergo persona pri-um partium, quæ sæpius de actis re-itur,* &c. Iuven. Sat. 4. *est mihi vocandus ad partes.* Commentar. *taphora à comœdia, quia scenici ad par-uas solent revocari.*

. *Vera redit facies*] Seneca: *Nemo tis, quos purpuratos vides, felix est, magis, quàm ex illis, quibus sce-m & chlamydem in scena fabulæ assi-nt, cùm præsente populo elati incesse-& cothurnati simul exierunt, excal-tur, & ad staturam suam redeunt.* Pithœus.

2. *dissimulata perit*] Sic mei omnes, etiam c. Tragur. Sed Dousa MS. & in Præcidan. asseverat legend. *assimul.* Barthius tamen: Optimè rescribunt *assimilata.* ut ap. Plaut. *assimilatè amare.* Erhardus: Malim cum Douza *assimulata.* Bulenger. de Theatro l. 1, c. 41.

3. *tamen*] c. Tragur. *tum.*

4. *antescholanus*] Proscholus, sive subdoctor, Ausonio: unde & proscholium Dositheo magistro: καὶ ἐν τῷ προχολίῳ ἐπέθηκα βίρριον, καὶ κατέψηξα τρίχας (*In proscholio birrhio impositô, crines distrinxi*). F. Pithœus.

5. *Ergo me non ruina terra potuit haurire*] *Ruinâ* ponitur pro terræ hiatu. *Ge. Erhard.*

6. *Aufugi judicium*] *Iudicium* intelligit de adulterio, quo uxorem Lichæ corruperat. *Erhardus. Aufugi,* pro *effugi.* Ge. Barthius.

7. *harenæ imposui*] Quasi damnatus in arenam fortuita pegmatis ruinâ incolumis evasisset, vitamque & libertatem populi favore (ut in talibus fierisolitum) obtinuisset. *Erhardus.*

8. *in diversorio Græcæ urbis*] *Nobilis illa Cumanorum Colonia, ac primaria Magnæ Græciæ civitas (Parthenopen, seu Neapolin dico)* peculiari *Græcæ urbis* appel-

desertus? [1] Et quis hanc mihi solitudinem imposuit [2] Adulescens omni libidine impurus, & sua quoque confessione [3] dignus exsilio: stupro liber, stupro ingenuus [4] cujus anni ad tesseram venerunt, quem tamquan [5] puellam conduxit etiam, qui virum putavit. Quid ill alter, ô dii! qui tamquam [6] togæ virilis stolam sumpsit qui [7] ne vir esset à matre persuasus est; qui opus mulie br

appellatione insignita fuit, ob *Gymnicos ludos* maximè, tum *Musicum illud quinquennale certamen* magna Græcarum urbium frequentiâ ibidem solitum celebrari. vel ob vetustissimam Græcæ prosapiæ jam inde ab ipso usque Thesèo ac priscis Athenienſibus (quorum coloni Calchidenses cluebant) repetitæ altiùs originationem. Locus Taciti est, lib. 15. *Non tamen Romæ incipere scenas ausus, Neapolin quasi* Græcam urbem *delegit*. Dousa P. Cumani, de quibus Dousa, sic à Cuma urbe in Locrensi agro Asiæ minoris, Æolicarum urbium maxima & metropoli. Erhardus: *Græcæ urbis. Neapolim* intelligunt. atqui *Ancon* quoque *Græca urbs* Straboni, Plin. Solino, quæ *Dorica* Iuvenali, quod idem valet. Est autem & *Ancon* in litore maris.

1. *Et quis hanc mihi solitudinem*] Alii *solicitudinem*; sed multò rectius *solitudinem*. Ge. Erhardus.

2. *Adulescens omni libidine impurus*] Scilicet Æschylos. *Idem.*

3. *dignus exsilio*] Leg. *exitiô*. I. Dousa.

4. *cujus anni ad tesseram venerunt*] Sic & alii. Tornæs. in ora, & Var. lect. Pith. leg. *venierunt*. quomodo & Frellon. Gonsalius: Reor, *annos ad tesseram venire*, illis esse puerum primos agentem annos, simili amatoria lite, commissum ad tesserarum sortem ab amatoribus rivalibus. Erhardus: *venerunt*. Leg. *venierunt*. Lipsius Ep. quæst. l. 5, c. 19. *Ad tesseram venerunt*, explicare ausim ad libertatem, sive eam ætatem qua tesseris ludere mos sinebat. Nam puerorum & adolescentum nuces, virorum senum tesseræ. Quid si etiam ætatis togæ virili matura intelligatur, q annus erat 18? An rescribi potest *jus anni*, vel etiam *arma ante cella venierunt*, pro obscænis? Fr. Pithœus *anni ad tesseram*. Tale ferè illud Le cipp. l. 8. ἄνευ ὀχετοῦ σύλληψις μ νου, ἀλλὰ καὶ κήρυκι μειχθεῖσα (*I non solùm sub tuba, sed & præcone m chatur*).

5. *puellam*] videtur legendum *pu lum*. Ga. Barthius.

6. *togæ virilis stolam sumpsit*] Vt ista maculosa, non dubium tame quin respexerit ad Cicer. Philip. *Sumpsisti virilem togam, quam stat muliebrem stolam reddidisti*. Idem.

7. *ne vir esset à matre persuasus es* Id est, *statim à nativitate*. Iuvenal. -- *& adhuc à matre rubentem*. Barthius.

Femina cùm non sis, vir tamen esse quis.

Fr. Pithœus. Videtur Æschylo id quod Achilli eveniſſe, quem pare fati præscia, quod filium ad Per ma *Trojæ sub mœnibus altis* oppeti rum prædidicisset, periculi hujus clinandi causâ, maternis tandem p cibûs induxit, ut assumpto habitu ginali in Scyro Insula tantisper in lanificas occultatus falleret, dum cennale bellum Trojanis obsessis situm. Sed ille virum se esse mase facinore Deidamiæ seriò aliquan approbavit: Æschylos contrà, acce semel mulebris patientiæ lege, ter

bre [1] in ergastulo fecit, qui [2] postquam conturbavit, &, [3] libidinis suæ solum vertit, reliquit veteris amicitiæ nomen, & pro pudor! tamquam [4] mulier secuteleja, [5] unius noctis tactu omnia vendidit? Iacent nunc amatores obligati noctibus totis, & forsitan mutuis libidinibus [6] adtriti derident solitudinem meam. sed non impune. Nam aut vir ego, liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo injuriæ meæ. Hæc locutus gladio atus cingor, &, ne infirmitas militiam perderet, largioribus cibis excito vires; mox in publicum prosilio, furentisque

ercutibus probris & divisionibus, d capitis usque injuriam flagitaus, &c. *Ia. Dousa.*

1. *in ergastulo*] Sic sæpe circumloquuntur nequitias suas. Musæus, Κυπρίδος ἔργα (*Cypridos opera*). Erard. Vel est allusio ad Herculem aptum amore Omphales. *Gloss. Peron.*

2. *postquam conturbavit*] *Conturbare*, ecoquere. Servi qui dominorum ecunias intervertunt, *conturbare* diuntur. *l. v § idem Labeo. π Institor. xvj π de In rem verso.* S. A. Gabema.

3. *libidinis suæ solum*] *Solum*, locus ui aratur: etiam pro αἰδοῖον (*pudendo*); eodem pacto suprà lusit in amiguitate verbi *locus*. Sic *arvum* quoue & *sulcus* dicuntur muliebria, ut contrario *vomer* virilia. Colvius, ousa, Schoppius ad Apul. Schickerath. in Epist. Crit. *Ge. Erhardus.*

4. *mulier secutuleia*] Quæ virum ipetat & sectetur; si recta lectio est. uanquam & respectus aliquis ad m gladiatoriam, quia hi fugitivi, os inducit Arbiter, olim in arena. ipsius Satur. serm. l. 2, c. 7. de setatore. At non Giton puer in arena it, de quo hîc sermo: Quare Fr. Pitœi explicatio magis est. *Erhard. Secuteleia*, quæ amicum sequitur. Virg.

— tua cura Lycoris:
Perque nives alium perque horrida castra secuta est.
Propert.

— & ignotum nonne secuta virum est?
Fr. Pithœus.

5. *unius noctis tactu*] Sic & Tornæs. Wouwer. alii, præter Frellon. & Helenopol. edit. quæ *u. n. pactu*. Anonymus MS. ad edit. Tornæsii, intercurrente manu Dousæ, & Scriverii, his verò utrisque antiquior: F. *jactu*, pro *tactu* legend. Suprà enim *aleæ* facta mentio. I. Bourdelotius: *unius noctis tactu*. Retinuimus hanc lectionem, si Mss. sequimur, probam; si sensum, improbam. Hispanus quidam (iste est, *Don Ramirez de Prado*. Rutg. Hermannides) primus hanc corruperat, ignorans fortasse in Martiale suo *tactum* & *tangere* esse impudica. Hinc Plaut. dilog. (i. Plauti dilogia, ambiguitas) in Aulul. (a. 4, sc. 10) Iuv. Sat. 1. Erhardus: L. *unius noctis pacto*. Apuleius, *Cum ipso de uxoris noctu* (antiquè pro *nocte*) *pacisantur*. Macrob. *unius pretium noctis*. Mos & locutio vetus, *pacisci noctes*. Pontanus Notis in Macrob. l. 2, c. 2. Ne longiùs à scriptura abeamus, an legend. *pactu?* Puteanus Ep. ad Goldast.

6. *adtriti*] *Detriti clunes* λιπόπυγοι, nimia præposteræ veneris patientiâ. *Erhard.*

rentiſque more omnes circumeo porticus. Sed dum attonito vultu efferatoque nil aliud quam cædem & ſanguinem cogito, frequentiuſque manum ad capulum, quem devoveram, refero, notavit me miles, ſive ille [1] planus fuit, ſive [2] nocturnus graſſator: &, † Quid tu, inquit, commilito, ex qua [3] legione es, aut cujus centuriæ? ‡ Quum conſtantiſſime & centurionem, & legionem eſſem ementitus: † Age ergo, inquit ille, in exercitu veſtro [4] phæcaſiati milites ambulant? ‡ Quum deinde

† *Miles.* ‡ *Encolpius.* † *Miles.* ‡ *Encolpius.*

1. *planus*] *Erro.* Erhard. qui diſcurrit ſine noxa aliorum. *Gloſſ. Petron.* Pro ſycophanta apud Gellium lib. XVI, c. VII. numeratur inter voces à Laberio nimis licenter fictas. Cicer. pro Cluent. *hic ille planus improbiſſimus quæſtu judiciario paſtus.* Euſtachius Homeri interpres interprete Budæo: *Planus eſt qui artem quandam profitetur imponendi etiam ſpectantibus, quales fuerunt Ciphiſſodorus, & Pantoleon, & Matreas apud Alexandriam.* hujus vocabuli etiam mentio eſt apud Arnob. lib. II. Hujuſmodi impoſtores olim Regibus chari, quod ex Plinii verbis lib. XXXV, in hiſt. Apell. ad convivium Ptolemæi à plano invitati, paret. *Gabbema. Planus* à Gr. πλάνος, vel πλάνης, erro; πλανάω, decipio. πλάνος uſurpat Moſchus: πλάνα δῶρα, fallacia dona. & alii.

2. *nocturnus graſſator*] Nam ut ille ait:

Vt jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Calphurn. in Eclog.

Et mala nocturni religabat brachia Mopſi.

id eſt, *noctu mala.* Sunt autem *mala brachia nocturni Mopſi*, quibûs ille noctu furabatur. Supr. Petr. *Advocati jam penè nocturni.* Gabbema. *nocturnus graſſator.* Plaut. *Qui veſperi ſuo vivit.* Philoxen. ἡμερόκοιτος, *dormitator diurnus, fur nocturnus.* Hinc Sidon. l. I Ep. 8, *vigilant fures, dormiunt poteſtates.* In Altercatione Hadriani Auguſti & Epicteti, *Quid eſt nox? Laboranti requies, graſſanti lucrum.* Savaro ad Sidon. l. I Ep. 8. *Erhard. Graſſator nocturnus* qui cædem molitur, vel ex lubidine, vel propter præmia. *Gloſſ. Petron.*

3. *legio*] Ab eligendo; quòd milites in dilectu leguntur. Veget. & Varro.

4. *phæcaſiati milites*] *Militem* non *phæcaſiatum*, ſed *caligatum* eſſe conveniebat. Neque iis adſentior tamen qui *phæcaſia*, muliebre calciamenti ſeu ſolearum genus fuiſſe volunt, a tantumnon cum Sicyoniis confundunt. Perperam. *Sicyonia* enim levioris pretii, tametſi Lucretius reclamare videatur, ac duarum drachmarum opus: *phæcaſia* verò bis tanti. Et illud quidem doceo ex Dialogis Meretriciis Luciani:

Δω. Εὖ γε ὦ Μυρτάλη, λογισώμεθα ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος τὸ πρῶτον δύο δραχμῶν (*Do. Euge ô Myrtale, calculum ducamus: calceamenta primùm Sicyonia duarum drachmarum*). Alterum ex Seneca de Benef. VII, c. XXI. Item iſtam computante: *Pythagoricus quidam emerat à ſutore phæcaſia (rem magnam) non præſentibus nummis.* Et paulò pòſt de eodem ad tabernam ſutoris interdiu occluſam nomini expediundi gratiâ nequicquam reverſo: *At philoſophus noſter tres, aut quatuor denarios (non invita manu) do-*

mun

leinde [1] vultu, atque ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere jussit arma, & malo cavere. Despoliatus ergo, imo præcisa ultione, retro ad diversorium rendo, paulatimque temeritate lassata, cœpi grassatoris udaciæ gratias agere. * * *

[2] *Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit*
Tantalus infelix, [3] *quem sua vota premunt.*
[4] *Divitis hæc magni facies erit, omnia cernens*

Qui

num retulit, subinde concutiens. Douza P. *Phæcasia*, videntur calcei fuisse omines graves decentes; de philoophis Douza ex Seneca. de sacerdoibus apud Erhardum Appiani verba: Ὑπόδημα ἐν αὐτῷ λαβὼν, Ἀττικὸν, Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς & Ἀλεξανδρέων, καλοῦσι φαικάσιον (*Calceamen ipsi erat album Atticum, quale Athenienſium & Alexandrinorum ſacerdotes habent, & vocant phæcaſium*). Heſychio tamen *phæcaſium* eſt tegimen pedis ruſticum. Quidquid ſit. oppoſitum id fuit caligis, caligæ vero ὑπόδημα στρατιωτικὸν, *tegumentum pedum militare*, laxum forſan ut hodie ocreæ. Voſſius.

1. *vultu atque ipſa trepidatione*] Perſide atque Atreus apud Senecam tetatur in Thyeſte: *Multa ſed trepidus ultet detegere vultus.* Etenim intimos onſcientiæ cruciatus proditor vultus nunciat. Ovid. Metam. lib. 2.

Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.

Veitzius not. in Prudentii Pſychomach. lib. 1, v. 702. *Ge. Erhardus.*

2. *Non bibit inter aquas poma aut endentia carpit*] Ad illuſtrandum unc locum producendus eſt Cicero, ui lib. IV Tuſc. Quæſt. ita: *Cui miria proximus eſt is, qui adpropinquans liquod malum metuit, examinatuſque endet animi. Quam vim ſignificantes ali, poëtæ, impendere apud Inferos ſaxum antalo, faciunt ob ſcelera, animique imotentiam, & ſuperbiloquentiam.* Inſuer ergo additus ingens lapis Tantali imminens capiti, unde ortum, ut præ timore exanimatus poma quidem eſuriens non attingeret, aquam & ſitiens itidem non guſtaret. Pindarus Od. 1 Olymp.

-- Κρῖνε δ' ἔλεν
Ἄ[ν]ακτ' ὑπέρτολον,
Τὸν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε κρατερὸν αὐτῷ λίθον·
Τὸν ἀεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν
Εὐθρῳστιώνας ἀλάστᾳ.
(-- Sed ſatur
Ingens accipit
Damnum: dum Pater,
Librans in caput
Validum lapidem,
Illum exercet.)

Quod & adprobatur à Suida: ut & Athenæo lib. VII. *I. A. Gonſalius.*

3. *quem ſua vota premunt*] verſiculi hujus elucidatio petenda eſt ex Athenæi verbis lib. XII. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία, τὸν μὲν σύχλῳ ἀποτελέσαι, ἀλλὰ τῷ ὑποχεῖσιν· ὅπως ἢ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ ἀμελεῖ πάρεστι ὁμῶς, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὧν οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν ἐδενός (*Tantalo in converſationem admiſſo cum diis, factaque ei a Iove optione quidquid vellet, cùm is voluptatum inexſaturabilis vitam diis ſimilem eligeret, Iupiter indignatus, quod pollicitus, præſtitit: verùm ne Tantalus frueretur, ſed continuò conterreretur, ſaxum ſuper caput ejus appendit, quo obſtante re nulla præſente potitur*). S. A. Gabbema.

4. *Divitis hæc magni facies erit*] Paulinus

Qui timet, & ſicco concoquit ore famem.

* * * * * *

† Nequaquam [1] recte faciet, qui cito credit. *

‡ Nemo cœlum putat, [2] nemo jusjurandum ſervat nemo Iovem pluris facit : ſed omnes opertis oculis bona ſua computant. * *

† Quod hodie non eſt, cras erit : [3] ſic vita truditur. * * *

‡ Quod non exſpectas, [4] ex tranſverſo fit, & ſupe nos Fortuna negotium curat. * * *

† Apes ideo [5] pungunt, quia ubicumque dulce eſt ibi & acidum invenies. * * *

† Sem-

† *Phileros.* ‡ *Idem Phil.* † *Echion.* ‡ *Trimalchio.* † *Idem Thrimalch.*

linus Natali IX Fel. — *urit*

Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi,
Atque ita & inter opes inopes, quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur. Ga. Barthius.

1. *Nequaquam recte faciet qui cito credit*] Erhardus : al. *Numquam.r.f.q.c.c. Nunquam* & fragm. Tragur. vide ſuprá. Gabbema : huic congruit celebre inter Arabes adagium.

مَذْ يَّجْرِنْ يَزِدْ
وَّمَذْ يُّومَذْ يَزِدْ
غَلَطًا ۞

hoc eſt. *Qui rem experitur ſive pertentat, auget ſcientiam; qui verò credit, ſive credulus eſt, auget errorem.* Eccleſiaſt.c. XIX. *Qui credit citò, levis corde eſt.* Calixtus ad Epiſcopos Galliæ, *Innocens dum credit facilè, citò labitur.* Sidon. lib. VIII Ep. XI. *Incautiſſimus, quia credulus.*

2. *nemo jusjurandum ſerv.*] MS. *n. jejunium s.* Tornæſius. Et ſic conſentit cum Tragur. ſuprá.

3. *ſic vita truditur*] Ad ſimilitudinem credo iſtius Horatiani : *Truditu dies die*, &c. Sententiolæ porrò iſt interjectis paſſim aſteriſcis, lacunaſ que explentibûs diſpoſitæ, uſque a poſtremam illam. *Non multum oporte conſilio credere*, &c. ad Encolpii dere licti perſonam pertinere videntur ſemetipſum conſolantis de vi atqu injuriis, imò contumeliis ab Aſcyl to ſibi illatis. *Dou â.* Sed jam ex Frag mento ſuprà Tragur. conſtat, han ſententiam, *Quod hodie non eſt-ſic vit truditur.* ab Echione in cœna Tri malch. fuiſſe prolatam. Sic & reli quæ, quæ ibi tot orbitatis atque ex ſilii ſtellulîs adhuc lucent, præter ul timam (*Non multum*, &c.), locum & auctorem ſuum non ignorant. Vide re nunc, quàm ingenioſiſſimus Dou ſa, etiam quoad inſertionem ex Sa risberienſe, hiſtoriæ Vitriarii, in te nebris ferè palpârit. Gabbema : In ſcript. VIXI. UT. VIVIS. MO RIERIS. UT. SUM. MORTUUS SIC. VITA. TRUDITUR.

4. *ex tranſverſo fit*] Sic & Senec quoque locutus, lib. de vita Beata *Morbos dico, funera, debilitates, & cater. ex transverſo in vitam humanam incur rentia.* Ia. Douſa.

5. *Apes ideo pungunt*] Claud. Feſcenn

No.

† Semper hac in re, qui vincitur, vincit. * * *

‡ Nemo noſtrùm non peccat; homines ſumus, non dii. * * *

Non multum oportet conſilio credere, quia ſuam habet Fortuna rationem. * * *

† In [1] pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. nam & [2] Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis injuria victas; & [3] Protogenis rudimenta [4] cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi. Iam vero [5] Apellis, [6] quam Græci Monocro-

† *Trimalchio.* ‡ *Habinnas.* † *Encolpius.*

Non quiſquam fruitur Veris odoribûs,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos,
Si fronti caveat, ſi timeat rubos;
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.
S. A. Gabbema.

1. *pinacothecam*] De pinacothecis adi Plin. lib. xxxv, c. 11. *Ia. Douſa. Pinacotheca*, ſeu tablinum, locus ubi tabulæ pictæ poſitæ. Varro de re Ruſt. lib. 1, c. 2. *Cùm ſpectatum veniunt villas, ut videant pinacothecas.* Wouweren. *Pinacothecas* templis fere ac porticibus publicis annexas ſeu continuatas fuiſſe, credo, quò auguſtiores intrantibus ſcilicet, majoremque adeò religionis ſpeciem habere viderentur: ſimul ad frigus in umbra captandum, animi cauſâ ſub iiſdem ambulare volentibus, æſtivis præſertim caloribûs. *Douſa. Pinacotheca*, tablinum in quo tabulæ pictæ, ſtragula veſtis, & alia ornamenta reponi ſolebant. *Gloſſ. Petron.*

2. *Zeuxidos manus*] Id eſt, *picturæ. Manus* etiam pro ſcriptura. De Zeuxide Cic. Plin. Plaut. Pœnulô, Feſtus in *Piſtor*, Valer. Max. lib. 3, c. 7. *Ge. Erhardus.*

3. *Protogenes*] ſtatuarius, & pictor nobiliſſimus, patriâ Caunus gente Rhodiis ſubjecta. Hic tabulæ picturæ Ialyſi quater colorem induxit, ſubſidio injuriæ & vetuſtatis, ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet. Vid. Plin. lib. 35, c. 10.

4. *cum ipſius naturæ veritate*] Sic omnes, etiam Douſa. Sed Tornæſ. *cum ipſius naturæ* (in m. *ipſa natura*) *certantia.* ubi Douſa: c. M. *naturæ veritate.* f. *varietate.* Idem ad ſuam edit. in Præcidan. Quamvis τὸ *veritate*, non alienum huic loco, ego tamen aſſentationem in eam partem flecto, ut *varietate* potiùs reſcribendum exiſtimem. Erhardus: Douſa legit *varietate.* aliter quàm bene. *Veritas* opponitur rei fictæ; qualia Protogenis *rudimenta.* Opponuntur enim inter ſe *veritas*, id eſt res ipſa, & *rudimentum*, id eſt imago & ſimulacrum. Vnde Cicero pro Quinto Roſcio: *quod eſt veritate falſum.* h.e. re ipſa.

5. *Apelles*] Cous, artis ſuæ doctrinam etiam voluminibus editis tradidit. Moriens Venerem imperfectam reliquit, quam nullus pictor auſus abſolvere. Quintil. lib. 10; Plin. lib. 35, c. 10.

6. *quam Græci Monochromon adpellant*] Sic Gabbema in textu, editioque Frelloniana. ſed in Nota Gabbema, cum Lotichio *monochromon.* Alii, *monocremon*; Tornæſ. ad marg. *monohemeron. monochrωmon. Monocremon*, unica q. pendulum lineâ. *Monohemeron*, unius q. diei opus. *monochrωmon* (μονόχρωμον, ut ἄχρωμον, ἀνίχρωμον), vel monochromaton, unius coloris. Fr. Pithœus: *monocremon.* Sic veteres. non *monochromon*, aut *monochro-*

nocromon adpellant, etiam adoravi. [1] Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem præcisæ, ut crederes etiam animorum esse picturam. [2] Hinc aquila ferebat cœlo sublimis deum. Illinc candidus [3] Hylas repellebat improbam Najada. [4] Damnabat Apol-

chromata, quod Hygemoni cognomen tribuit Plinius, qui celebriores Apellis tabulas quatuor coloribus constitisse notat. Gonsalius: *Monochromon.* Ego libentiùs legerem, *Mocochromaton*, uti inlustres veteres loquebantur pictores. *Monochromata* enim picturæ erant *unicolores*, ut vox indicat. Plin. inquit lib. xxxv, c. iii, ubi de picturæ gradibus sermo est, *Itaque talem primam fuisse. Secundam* singulis coloribus, *& monochromaton dictam, postquam operosior inventa erat: Duratque talis etiam nunc.* Optimè ad mentem Petronii, quum etiam, postquam facta esset Pictoria ars absolutissima, pinxerunt & monochromata artifices eximii. De Apelle hîc Petronius testatur, de Zeuxide Plinius extremò cap. ix lib. xxx. Wouweren: *monocremon*, Vt intelligatur pictura Apellis, in qua ἀνθρωπῳ μονόχνημῳ (*unius tibiæ seu cruris*), i. pictura λιτὴ (*gracilis*). Ita longè corruptissimum locum rectè emendat Scaliger. At Burdelotius, *monocromon* emendationi doctissimi Scaligeri acceptum fert, in suis Notis crit. hic Pet. Danielis: *monocremon*, f. *monogrammon*, ut sit pictura linearis Apellis.

1, *Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem præcisæ*] Verbis istis, *Extremitates imaginum præcisæ*, intelligit *Lineas* illas *extremas*, quibus omnia includuntur corpora depicta, extimumque cujusque corporis est. Summa ergo prorsus picturæ est, corpora in tabula lineis illis *tanta subtilitate præcidere*, ut quum desinere ibi corpus ipsum certum sit, visum tamen omnino fallat, & ambire sese *extremitas* ipsa videatur, & alia post se promittere, hoc est, revera id corpus eminere, & quod in superficie plana est, foras exstare. Exactè Plin. lib. xxxv, c. x. *Primus* [Parrhasius] *argutias vultûs picturæ dedit, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum, in lineis extremis palmam adeptus. Hæc est in Pictura summa subtilitas. Corpora enim pingere & media rerum, est quidem magni operis; sed quo multi gloriam tulerunt. Extrema corporum facere, & desinentis Picturæ modum includere, rarum in successu invenitur. Ambire enim debet sese extremitas ipsa, & sic desinere, ut promittat alia post se: ostendatque etiam, quæ occultat.* I. A. Gonsalius.

2. *Hinc aquila ferebat cœlo sublimis deum*] Scilicet Ganymedem. In Priapejis:

Quodque Iovi dederit, qui raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula sacra suo.

Ge. Erhardus.

3. *Hylas repellebat improbam Naiada*] *Hylas* Theodamantis R. filius ab Hercule raptus, eique in deliciis; cùm ab Hercule ad Ascanium fl. cum urna aquam allatum mitteretur, occasione prolapsæ in fluvium urnæ submersus. Hinc fabulæ origo Hylam à Nymphis abreptum. Gonsalius: *Naiada*, i. fontis vel fluvii Nympham, nam aquatum iviſſe, quum à Nymphis raptus, omnes scriptores uno ore proferunt: Zenobio tamen exceptô, qui venatum tradidit. *Naiadas Eumenidas* ideo vocavit Ausonius Ep. xciii, satis eleganter, nam quum puerum, ut potirentur, mergerent, quid nisi lethum illi peperit ipsarum amor?

4. *Da-*

Apollo noxias manus, [1] lyramque resolutam [2] modo na-
o flore honorabat. Inter quos etiam [3] pictorum aman-
ium vultus, tamquam in solitudine exclamavi: [4] ergo
mor etiam deos tangit? Iupiter in cœlo suo non in-
enit, quod eligeret, & [5] peccaturus in terris, [6] nemini
amen injuriam fecit. Hylam Nympha prædata, impe-
asset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem
redidisset. Apollo pueri umbram revocavit in florem,
& omnes fabulæ quoque habuerunt [7] sine æmulo com-
plexus. At ego in societatem recepi hospitem [8] Lycur-
go

4. *Damnabat Apollo noxias manus*] tat illi sacer etiam accipiter propter pacitatem, & Hyacinthinus flos, ui dicitur fuisse puer Amyclæus ab polline & Zephyro uno tempore matus. At enim cum propensior in morem Apollinis adpareret, Zephyodium & indignationem in se ncitavit. Quare cùm Apollo disci ctu se exerceret, Zephyrus discum Apolline missum in pueri caput nvertit, quem cæsum Apollo in orem sui nominis commutavit, & cruore colorem indidit. *Nat. Co-es.* S. A. Gabbema.

1. *lyramque resolutam modo nato flore honorabat*] Illud in more positum at veteribus, ut quando canere deissent, lyram, cytharam *&c.* serto iquo circumdarent. Statius lib. VI. *Finis erat, differt avidas audire sorores:*

Dumque chelyn *lauro, textumque inlustre corona*

Subligat, & picto distinguit pectora limbo.

ddit, Luctatius, Statii interpres: *Cyarædorum disciplinam expressit, quibus oris est finito carmine coronam detractam iti, citharæ subligare.* Idem.

2. *modo nato flore*] *hyacintho.* Elentissimè Coluthus de Rapt. Hel. *i. Barth.*

3. *pictorum amantium*] Melius forsis: *divorum amantium.* Idem.

4. *ergo amor etiam deos tangit*] Heliodor. lib. IV. Μέγιστος γὰρ Θεῶν ὁ Ἔρως, καὶ ἤδη τῶν Θεῶν αὐτῶν ποτε κρατεῖν λεγόμενος (*Maximus Deorum Amor, qui & ipsos aliquando Deos vincere dicitur*). Gabbem.

5. *peccaturus*] Adulteraturus, scortaturus. Sic *Erhardus. Peccare* enim quasi *pellicari, peccator pellicator*: ex Balbi Catholico.

6. *nemini tamen injuriam f.*] Si præcedens, *& peccaturis in terris* ( ) includatur, sensus erit planior. Iupiter in cœlo non invênit quod diligeret, sed terram petiit, nec tamen ulli injuriam fecit quia deus: sic homo peccator in terris. Sunt hæc *interpretamenta somniorum, & vitrea fracta*, ut nostri suprà verbis utar, ethniçismi. Barthius: *nemini tamen.* Leg. *talem.* cæteroqui falsissimum docent omnes fabulæ. Tunc sensus sit: homo pellicans in terris, nemini talem injuriam facit, qualem Iupiter è cœlo terras appetens.

7. *sine æmulo*] Non ut ego invenustus, infelix, desertusque, cujus amores ad se per summam injuriam translatos æmulos Ascyltos intervortit. *I. Dousa.*

8. *Lycurgo crudeliorem*] Referunt ad eum Lycurgum, de quo infrà: *Quidquid Lycurgi villa grassantibus exhibuisset.* Perperam: est enim *Lycurgus* cognomentô *crudelis.* Ammian.

go crudeliorem. Ecce autem, ego dum [1] cum ventis litigo, intravit pinacothecam [2] senex canus, exercitati vultus, & [3] qui videretur nescio quid magnum promittere; sed cultu non proinde speciosus, ut facile adpareret, eum ex hac nota literatorum esse, [4] quos odisse divites solent. Is ergo [5] ad latus constitit meum, &

† Ego, inquit, poëta sum, & ut spero non humillimi spiritus, [6] si modo coronis aliquid credendum est, quas etiam

† *Eumolpus.*

lib. XXII. *Iudicibus Cassiis tristior & Lycurgis.* Et lib. XXX, circa finem: *Iudices nunquam consultò malignos elegit: sed si semel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos invenisse se prædicabat & Cassios.* Ge. Erhardus.

1. *cum ventis litigo*] Proverbialis locutio, omnibus linguis & gentibus usurpata. Iob. 6. *In ventum verba proferris.* Eleonora Angliæ Regina, epist. ad Cœlest. Pap. apud Petrum Blesensem Ep. 145. *Sed quid talib. immoror? curro in incertum, & æra verbero, atque in ventos nostri gemitus evanescunt.* Item Oseæ c. 9, v. 7: *virum spiritualem*, hoc est, *ventosum.* loquitur autem de vanis prophetis. *Erhardus.*

2. *senex canus & exercitati vultus*] Erhardus: Ita vocat poëtæ pallidum & macilentum vultum. Hinc & imagines poëtarum macræ pingebantur. Iuvenal. Satyr. 7.

Vt dignus venias hederis, & imagine macra.

Ob vigilias in studio. Scholiastes ib. De pallore poëtruam & studiosorum hominum ejusque causa, vide Rader. ad Martial. lib. 7 Epigr. 4.

3. *qui videretur nescio quid magnum promittere*] *Promittere* accipi potest de vultu, quasi ejus vultus aliquam eruditionem præ se ferret. Rittershusius Not. in Phædrum. *Erhard.*

4. *quos odisse divites solent*] Confer cum illis sententiam illam multò argutissimam Epist. Plin. lib. 7 de Cornelio Minutiano: *Natus splendidè, abundat facultatibus, amat studia, ut pauperes solent.* Apparet jam indè, humanitatem ac litteras odio semper divitiarum amatoribus fuisse. *Ia. Dousa.*

5. *ad latus constitit meum*] Vide ne interpretamentum sit, & scrips. Arbiter, *secundum me*, vel *propter me.* Anonym. MS. juxta man. Dousæ ad edit. Tornæs.

6. *si modo coronis aliquid credendum*] Poëtarum commissiones olim habitæ sunt in Capitolino, Domitiani, a Neroneis agonibus. In quibus coronæ præmia victoriæ fuere. eæ variæ erant. *Querna* præmium exstitit Capitolini certaminis, nam quercu arbos Iovi Capitolino sacra, in cujus honorem ipse agon institutus Mart. lib. IV Epigr. IIV. Coronæ Albani certaminis *Oleaceæ* fuere, nam hoc institutum etiam à Domitiano in honorem Matris Minervæ, ut narrat Tranquillus c. IV. cui oliva sacra. Itidem & *Palmæ* rami Poëtarum capita circumplexi: interdum verò, non semper *lemniscati.* Ausonius:

Et quæ jam dudum tibi Palma Poëtis pollet,
Lemniscô ornata est, quo mea Palma caret.

Musæ & ipsæ sic *palmâ* coronobantur ex Phornuto notum. Item *Laurô* Poëtæ redimiti. nam hau solùm Imperatoris coronamentum. Ideo eleganter Papinius Domitiano caput Imperiali & Poëtica Lauro insign

etiam ad imperitos deferre gratia solet. [1] Quare ergo, [2] inquis, tam male vestitus es? Propter hoc ipsum, [3] amor ingenii neminem unquam divitem fecit.

Qui pelago credit, [4] *magno se fenore tollit;*
Qui pugnas & castra petit, [5] *præcingitur auro;*
Vilis adulator [6] *picto jacet ebrius ostro;*
Et qui sollicitat nuptas, ad præmia peccat:

Sola

signitum l. 1 Achill. celebravit. Ex *Hedera* quoque factum Poëtarum coronamen. Aperte Plinius lib. XVI, cap. XXXIV. Itidem *Myrto* haud immeritò honorati poëtæ, præcipuè verò amatoria canentes, venereáque, Elegiographi, Lyrici. Ex *Apio* denique plectebatur poëtis redimiculum. Virgil. Ecl. VI. de Lino Apoll. filio ad quem locum exsertim Servius inquit, in Nemæo agone, qui in honorem Arcæmori institutus est, *speciatim apiô coronantur Poëta.* Qui præstantiores erant in hac arte olures contigit aliquando nanciscí coronas. sic Papinius tres obtinuit Certaminibus Albanis. Et Eumolpus itidem. *I. A. Gonsalius.*

1. *Quare ergo tam male vestitus es*] Martialis:

Tune es, tune, ait, ille Martialis?
Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?

Alibi:

Insanis: omnes gelidis quicumque lacernis,
Sunt tibi, Nasones, Virgiliosque vides.

2. *inquis*] non *inquit*, est enim præoccupatio. *Ge. Erhardus.*

3. *amor ingenii neminem unquam divitem fecit*] Sic mox: *Nescio quomodo omnes mentis soror est paupertas.* Cujus ei causam inquirit Arist. Problem. 5, sect. 29. Rittershus. Not. ad Phædr.

— *Virtus laudatur & alget.*

Dicta in hanc sententiam venusta congessit Taubmannus Comment. in Plaut. Stich. act. 2, scen. 1. *Idem.*

4. *magno se fenore tollit*] Cassius Parmensis:

Non levis adscensus si quis petit ardua, sudor
Plurimus hunc tollit, &c. Ga. Barthius.

5. *præcingitur auro*] Rectè *auró*: nam milites in zonis pecuniam gestabant. Sic Gracchus apud A. Gellium lib. XV, cap. IV. *Itaque Quirites, quum Româ profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Spartian. item in Pescennio Nigro: *Idem jussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent, sed publicè commendarent, recepturi post prælia quod dederant.* Rationem reddit in Alexandro Lampridius; *Miles non timet, misi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zona.* Ligamenta, & habenas habebant cingula & zonæ, quibûs circa ventrem cingebantur milites, in medio tamen receptaculum erat, quo nummi continebantur, haud secus ac sinum funda habet, quo conlocantur lapides. Itaque cingula illa prorsus olim fundam referebant. *S. A. Gabbema.*

6. *picto jacet ebrius ostro*] Innuit parasitos & adulatores, ad amplissimas fortunas, Principum stoliditate evectos, reliquos præ se despicere rerum successu elatos. Ita enim *ebrius* metaphoricè capitur pro dementato & mentis ob rem aliquam nimiò immodicam haud compote, quia *ebrietas* mentem alienat & expectorat ob immodicum potum. H. Iunius. Animadv. l. 3, c. 6. *Erhard.*

1. *pru-*

Sola [1] *pruinosis horret facundia pannis,*
Atque inopi lingua desertas invocat artes.

[2] Non dubio ita est, si quis vitiorum omnium inimicus, rectum iter vitæ cœpit [3] insistere, primum propter morum differentiam odium habet (quis enim potest probare [4] diversa?) deinde, qui solas [5] exstruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipsi tenent. Iactantur itaque, quacumque ratione possunt, literarum amatores, ut videantur illi quoque infra pecuniam positi. * Nescio quo modo [6] bonæ mentis soror est paupertas. * Vellem tam innocens esset frugalitatis meæ hostis, ut deliniri posset. Nunc veteranus est latro, & [7] ipsis lenonibus doctior. * * * In Asiam quum à Quæstore essem stipendio eductus, hospitium Pergami accepi: ubi quum libenter habitarem, non solum propter cultum ædicularum, sed etiam propter hospitis formosissimum filium, excogitavi rationem, qua non essem patrifamiliæ suspectus amator. Quotiescunque enim in convivio [8] de usu formosorum mentio facta est, tam vehementer excandui,

1. *pruinosis horret facundia pannis*] Tragur. c. pro *horret*, *hæret*. *pruinosi panni*. Squalidi, horridi. Glossar. Petr. Ammian. l. 22 de Scythis: *Squalentes & pruinosas ferarum, & tetro ritu vescuntur*. Erhardus. Adde: *pruinosi panni*, frigori obnoxii, pruinam admittentes.

2. *Non dubio*] Tornæs. & c. Tragur. *n. dubie*. Erhardus: *Non dubio ita est*. al. codd. *Non dubie*; ut infrà, *Haud dubie credentibus indicavimus*.

3. *insistere*] Sic Lotichius, Gabbem. & Frellon. *insistere*. Tornæs. alii, etiam c. Tragur. *inspicere*.

4. *diversa*] c. Tragur. *divisa*. Dousa MS. c. M. *universa*.

5. *exstruere divitias*] Phædro, *exaggerare opes*. Cicer. *exaggerare rem familiarem*. Hi dicuntur *incubones*, ἐπικαθήμενοι, quòd toti in opes & divitias incumbant. *Ge. Erhardus*.

6. *bonæ mentis soror est paupertas*] Quæ Apuleio in Apolog. *Philosophia vernacula*. Chrysostomo in Act. Apost. *mater sanitatis*. Scipio Gentilis Comment. in Apul. Apol. num. 243. *Erhard*.

7. *ipsis lenonibus doctior*] Astutior, fraudulentior. Verbum comicum Plauto & Terentio perpetuum. Vid. Schopp. explan. in Mostell. *Idem*.

8. *de usu formosorum*] Qui usum sui dent viris. *Gioff. Petron*. Salvianus l. 7 de Gub. *Quis credere aut etiam audire posit, convertisse in muliebrem tolerantiam viros, non usum suum tantùm atque naturam, sed etiam vultum*, &c. Ga. Barthius.

1. *tam*

ui, [1] tam severa tristitia [2] violari aures meas obscæno ermone dolui, ut me mater præcipue, [3] tamquam unum x philosophis intueretur. Iam ergo cœperam epheum in gymnasium deducere: ego studia ejus ordinare, go docere, ac præcipere, ne quis [4] prædator corporis mitteretur in domum. * Forte [5] quum in triclinio ceremus, quia dies solemnis ludum arctaverat, pigriamque recedendi imposuerat hilaritas longior, fere rca mediam noctem intellexi puerum vigilare. Itaque timidissimo murmure votum feci; &, Domina, inuam, Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille on sentiat, cras illi [7] par columbarum donabo. Audito volupta-

1. *tam severa tristitia*] i.e. tristitio & pædagogico vultu. *Barthius* ad audian. De hujusmodi simulatoris Sidonius Apollinaris l. 3 Ep. 13. *cilius obtingit, ut quispiam seria lens vivat obscænè, quam valeat ostenqui pariter existat improbus dictis, probus moribus.* Theobaldus Episc. Physiologo, de Syrene loquens: *Vtpote sunt multi, qui de virtute locuti*
Clunibus indulgent. ---
illo Iuven. Sat. 2.
--- *Et de virtute locuti*
Clunem agitant. --- Ge. Erhardus.

2. *violari aures meas obscæno sermone ui*] *dolui* & Frellon. atque Lotius. Tornæs. alii, *nolui*, quod pro Erhardus, adducens locum Varro Agathone: *Virgo de convivio abdur ideo, quod majores nostri virginis rbas aures Veneris vocabulis imbui norunt.*

3. *tamquam unum ex philosophis*] roſque hodienum numeres,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.
uter. Suspic. l. 5, c. 12. Erhard.

4. *prædator corporis*] Attentator puitiæ. *Erhardus.* Felis pullaria. *Garthius.*

5. *quum in triclinio jaceremus*] Locus etiam Veneris flagitiis fuit in tricliniari accubitu. Notum ex hoc Petronii loco: notum etiam ex nonnullis Scriptorum locis. Iuvenal. Satyr. 1.

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Somnum namque aucupabantur amantes obstantium in triclinio. Disertè Petronius: *Vt intellexi stertere patrem, rogare cœpi ephebum,* &c. Eadem mens Ovid. lib. 1 El. IV Amor. & lib. II El. V. Aperte Festus in *Non omnibus dormio.* Idem. (f. Gonsal.) S. A. Gabbem.

6. *timidissimo murmure votum feci*] Veterum superstitio, qua non nisi clàm, taciti, aut murmurantes, si quid ardenter peterent, vota faciebant. Testes Tibull. lib. II El. I; & lib. IV El. IV: Mart. lib. I Ep. XI: Senec. Ep. 10. Wouwer. & Gabbem.

7. *par columbarum donabo*] Appositum oppidò votum. Venerem precatur, aves sunt Veneris *columbæ*, Ælianus Animal. lib. IV, c. II. Porrò conditio voti susceptì, *si amasium basiaverit: Columbæ* adsiduè rostris sibi invicem morsicatim blandiuntur. bellè Mart. lib. XII Ep. XVI.

-- *Basio-*

voluptatis precio, puer ſtertere cœpit. Itaque adgreſſus ſimulantem aliquot baſiolis invaſi. Contentus hoc principio, bene mane ſurrexi, electumque par columbarum adtuli exſpectanti, ac me voto exſolvi. Proxima nocte, quum idem liceret, mutavi [1] optionem: &, Si hunc, inquam, tractavero improba manu, & ille non ſenſerit, [2] gallos gallinaceos pugnaciſſimos duos donabo patienti. Ad hoc votum ephebus ultro ſe admovit, &, puto, vereri cœpit ne ego obdormiſſem. Indulſi ergo ſollicito, totoque corpore citra ſummam voluptatem me ingurgitavi. Deinde, ut dies venit, adtuli gaudenti quidquid promiſeram. Vt tertia nox licentiam dedit, conſurrexi [3] ad aurem male dormientis: Dii, inquam immortales! ſi ego huic dormienti abſtulero coitum plenum & optabilem, pro hac felicitate cras puero [4] aſturconem Macedonicum optimum donabo, cum hac tamen

--- *Baſioque tam longô*
Blandita, quàm ſunt nuptiæ columbarum. I. A. Gonſalius.

1. *optionem*] *Optio* an hîc eſt optatio, votum? aliàs, eligendi facultas.

2. *gallos gallinaceos pugnaciſſimos*] Varro de R. R. *In certamine pertinaces & ad pugnandum maximè idonei.* Conveniens rei & voti ſponſio iſthæc. Galli quippe ſalaciſſimi ſunt ac de præpoſtera libidine ſuſpecti. Vid. Ælianum lib. xv, c. xvi. *S. A. Gabbema.*

3. *ad aurem male dormientis*] *Malè*, id èſt, *ſimulanter.* Sic infrà: *malè repugnanti gaudium extorſi.* Ge. Erhardus.

4. *aſturconem Macedonicum*] Longam diſputationem interpretis Hiſpani adverſus *Macedonicum aſturconem*, quem ille Struthione mutari velit, deſtruit Plutarch. lib. v Sympoſ. Achill. Tatius lib. 1. Quærit Hiſpanus ille, quomodo *Aſturco* poſſit eſſe *Macedonicus?* Nemo ignorat quanta in dignatione fuerint equi Theſſali. Διὸ καὶ λέγεται λόγος τοιοῦτος (*Vnde & vulgi ſermone celebratum*), inquit Euſtathius in Dionyſium, ὡς Ἀθηναῖοι μὲν περὶ ναυτικὴν ἠσχόλην τὴν τέχνην, Θετταλοὶ δὲ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν (*Athenienſes quidem circa artem occupatos eſſe nauticam, Theſſalos peritiæ ſtudere rei equeſtris, Bæotos verò excolere gymnaſticen*). Eaque primaria Macedoniæ regio. Qui ex altero Aſturico altero Macedonico provenit, vel ex Aſturicis in Macedonia genitus, rectè *Aſturco Macedonicus* dicitur. Hoc ſi neget Gonſalius, magna pars rerum nomina fuſ amittent. Non erunt ſerica noſtra *ſerica*, quia non lecta à Seribus. Et *phaſiani* noſtri ab hoc nomine prohibebuntur, quia non Phaſe advecti. *Gronovius. Aſturcones*, ſic ab Aſturia regione Hiſpaniæ dicti, equi tolutarii Græcis à vectionis facilitate εὔδρομοι, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Plinius lib. 8 cap. 42.

1. *Itaqu*

nen exceptione, si ille non senserit. Nunquam altiore omno ephebus obdormivit. [1] Itaque primum implevi actentibus papillis manus, mox basio inhæsi, deinde in unum omnia vota conjunxi. Manè sedere in cubiculo cœpit, atque exspectare consuetudinem meam. Scis quanto facilius sit, columbas, gallosque gallinaceos emere, quam asturconem: & præter hoc etiam timebam, ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam. Ergo aliquot horis spatiatus, in hospitium reverti, nihilque aliud quam puerum basiavi: At ille circumspiciens, ut cervicem meam junxit amplexui, Rogo, inquit, domine, ubi est asturco? * Quum ob hanc offensam præclusissem mihi aditum, quem feceram, iterum ad licentiam redii. Interpositis enim paucis diebus, quum similis nos casus in eandem fortunam retulisset, ut intellexi stertere patrem, rogare cœpi ephebum, ut reverteretur in gratiam mecum, id est, ut pateretur satisfieri sibi, & cætera, quæ libido distenta dictat. At ille plane iratus, nihil aliud dicebat, nisi hoc, Aut dormi, aut ego jam dicam patri. Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat. Dum dicit, Patrem excitabo, irrepsi tamen, & male repugnanti gaudium extorsi. At ille, non [3] indelectatus [4] nequitia mea, postquam diu questus

1. *Itaque primum implevi lactentibus papillis manus*] *lactentibus*, al. *lactantibus*. Dousa MS. *Itaque* &c. Eundem ordinem in Luciani Amoribus repetes. *Id.* Ineptiæ amantium. Ovidius lib. 1 Amor.

Forma papillarum quæ fuit apta premi. Lucian. ἑταῖρ. Διαλ. καὶ περιέβαλλον, τοὺς μαστοὺς ἔθλιβον· ἡ Δημώνασσα καὶ ἔδακνε μεταξὺ καταφιλοῦσα (*metr. dialog. Amplexatæ mammillas mihi terebant; Demonassa verò ipsa & inter osculandum mordebat*). Eadem Plaut. conjungit Pseud.

Teneris labellis molles morsiunculæ.

Papillarum harridularum oppressiunculæ. Io. à Wouweren.

2. *cœpit*] Fortè abundat. *P. Scriverius MS.*

3. *indelectatus*] Pro, *delectatus* cujus generis contrarias notiones hujus præpositionis annotavit Albertus Gentilis de Latinitate Vet. Biblior. Erhard. Haud videtur. Existimem, *non indelectatus* esse λιτότητα, *extenuationem*, qua plus intelligitur quàm dicitur, haberéque *indelectatus* vim negativam, sed à non infractam, ut sensus sit *non indelectatus*, i. e. delectatus. Nam præcedit *malè repugnanti*;

questus est, deceptum se & derisum traductumque inter condiscipulos, quibus jactasset censum meum, Videris tamen, inquit, non ero tui similis. Si quid vis, fac iterum. Ego vero, depositа omni offensa, cum puero in gratiam [1] redii, ususque beneficio ejus, in somnum delapsus sum. Sed non fuit contentus iteratione ephebus plenæ maturitatis, & [2] annis ad patiendum gestientibus. Itaque excitavit me sopitum; Et, Numquid vis? inquit. Et non plane jam molestum erat munus. Vtcumque igitur inter anhelitus sudoresque tritus, quod voluerat, accepit, rursusque in somnum decidi gaudio lassus. Interposita minus hora, pungere me manu cœpit, & dicere, [3] Quare non facimus? Tum ego totiens excitatus, plane vehementer excandui, & reddidi illi voces suas: [4] Aut dormi, aut ego jam patri dicam. † Erectus his [5] sermonibus, consulere prudentiorem cœpi ætates tabularum, & quædam argumenta mihi obscura, simulque [6] causam desidiæ

† *Encolpius.*

ti; ut antè, *malè dormiebat*: & mox plùs nimiò nequitiâ delectatus. *At ille*, sic cum commate legendum, & τῷ *inquit* jungendum, eritque res aliquantò planior.

4. *nequitia mea*] Deliciis & fracta mollitie. Barth. ad Claudian. num. 1491. Papias: *Nequam, qui nequit se continere à sceleribus. Item nequam dicitur luxuriosus, quia incontinens est.* Huguitio: *Nequitia, malitia & luxuria.* Hermas in Pastore lib. 1, cap. 1. *Adjecerunt peccatis suis libidines & commaculationes nequitiæ.* Hinc capiendus & interpretandus versus:

Nequitia est quæ te non sinit esse senem.
Ge. Erhardus.

1. *redii, ususque beneficio*] Tornæs. edit. *redii* ** *usque b.* Dousa MS. *redii* * *usque.* c. M. post * habet *iterum.* Id. Dousa: c. M. *ususque beneficio ejus in somnum sum.*

2. *annis ad patiendum gestientibus*] Puellæ ἐν τῇ ἀκμῇ *(in vigore)* dicuntur *catullæ*, & *catullire.* Græcis, ὀργᾶν, σφριδᾶν, τραχίζειν *(impatienter appetere, lascivire ut emissa stabulo pecudes, libidine hircum referre).* Erhardus.

3. *Quare non facimus*] *Facere* notum est Veneris verbum: Senec. Ep. CXXIII. *Vna felicitas est bonè vitæ, facere, esse, bibere, frui patrimonio.* Iuven. Sat. VI. *Et lateri parcas.* Commentator: *Si parum feceris, non irascitur ut uxor.* S. A. Gabbema.

4. *Aut dormi, aut ego jam patri dicam*] Non absimiliter Persii vetus interpres: *Nutrices infantibus, ut dormiant solent dicere sæpe: lalla, lalla: aut dormi, aut lacte.* Idem.

5. *Erectus his sermonibus*] Butschius legit, *Experrectus.* quod non placet. *Erectus*, id est, consolatus sermonibus Eumolpi. *Erhardus. Erectus*, provocatus & familiarior redditus.

6. *causam desidiæ præsentis excutere*] Plin. lib. 35, c. 2. *Ita est profectò, ars est desidia*

lesidiæ præsentis excutere, quur pulcherrimæ artes periissent, inter quas Pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. † Tum ille, Pecuniæ, inquit, cupiditas [1] hæc tropica instituit. Priscis enim temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret. [2] Itaque, hercules, [3] omnium herbarum succos Democritus expressit: & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit. [4] Eudoxus quidem in cacumine excel-

† *Eumolpus.*

esidia perdidit, & quoniam animorum magines non sunt, negliguntur etiam corum. Ia Douſa.

1. *hæc tropica*] Converſiones, mutiones. Dan. Heinſius. *Ge. Erhardus.*

2. *Itaque, hercules, omnium* &c.] ic & Frellon. atque Lotichius. Torſ. *Itaque* * *harcula* (in m. vi aſteri- *i, hercule.* & in Var. lect. al. *hercule*). inc Wouweren in priori i. Pariſ. e- it. *Itaque* * *hercula.* in poſt. ſeu Lug- an. I.* *hercule.* quomodo & R. Her- ann. I.* *hercule.* cum inani ſcil. ac hil ſignificante *. Tragur. codex: *genera* (compendiô, f. *generum*) *herba- m omnium.* Erhardus: *Itaque* * *hercu- omnium herbarum ſuccos.* Num, *è per- la?* ut à Democrito contemptum pa- imonium, & paupertinam domum gnificaret. Lucianus quidem in Phi- pſeude ſcribit, Democritum in mo- umento cluſum fuiſſe, atque ibi adiranda illa ſcripſiſſe. Lipſius Antiq. ect. lib. 1, cap. 8. Leg. *Itaque argilla rbar. omnium ſuccos.* id eſt, in teſta ſeu ſe argillaceo coxit. Schopp. Veri- n. lib. 2, c. 18. in qua tamen conſtura valde nutatte: non item in arcit. ubi affirmanter ex veteris ſcripræ veſtigiis *arcula* fecit *argilla.* Al. *rcula.* Leg. *arcula*, id eſt, prætorio. iphormio Luſininus ſive Guilhelus Barclaius Pater in Satyrico. Leg. *rcula.* Nemo fuit qui daret ſignificatum ignotiori vocabulo. Fuere qui emendarent. At ego ex Vitruvio evidenter demonſtrabo, *arcam* eſſe machinam, qua marinus fluctus à portu reprimitur, & indè diminutum *arcula*, machina qua humor alicunde exprimitur. Schickerath in Epiſt. Critic.

3. *omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit*] Plin. lib. 35, c. 1. *Ab eo Pythagoras clarus ſapientiâ primus volumen de herbarum effectu compoſuit, Apollini Æſculapioque, & in totum Diis immortalibus inventione & origine adſignata. Compoſuit & Democritus, ambo peragratis Perſidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis.* Quid ergò mirum ſi *ætatem inter experimenta conſumpſiſſe* ab Arbitro dicatur? *Gabbema. Democritus* Abderites, Hegeſiſtrati illius filius, qui Xerxi cum exercitu epulum præbuit. Hic bonam orbis partem peragravit, cognoſcendarum rerum cupiditate accenſus. Poſtea in patriam reverſus, in hortulo juxta ſuæ urbis muros ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contulit, à quibus ne externis objectis avocaretur, ænea pelvis fulgore ſeipſum obcæcavit. Mortuus annos natus 109, cùm per feſtum Cereri ſacrum, triduô calidi panis odore vitam prorogaſſet. Laërt. Diog. Cic. l. 5 Tuſc. Qu. & Plin. l. 25, cap. 1, al. 2.

4. *Eudoxus*] Plures Eudoxi, omnium autem celeberrimus, cujus hic

excelsissimi montis consenuit, ut astrorum, cœlique motus deprehenderet: & [1] Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, [2] ter helleboro animum detersit. Verum, ut ad plastas convertar, [3] Lysippum statuæ unius lineamentis inhærentem inopia exstinxit: & [4] Myron, qui penè hominum animas, ferarumque ære [5] comprehenderat, non invenit heredem. At nos vino scortisque demersi, [6] ne paratas quidem artes audemus cognoscere; sed accusatores [7] antiquitatis, vitia tantum docemus, & discimus.

Vbi

mentio. Cnidius nimirum Major ille est, cujusque vitam scripsit Diogenes lib. VIII. Quum verò cœli, astrorumque observationi motuum diutiùs vacasset, rectè Ἀστρολογούμενα (*Astrologica*), ut Laërtius vocat, sive Φαινόμενα (*de Adspectabilibus*), ut Hipparchus in Aratum, & Anonymus in vita ejusdem Arati, scribere potuit. Plura ejusdem opera Meursius recenset, uti & cæteros Eudoxos Commentariô in Apollonii Dyscoli Historiam commentitiam, quem vide c. XXIV. *I. A. Gonsalius.*

1. *Chrysippus*] Apollonii filius, patriâ Tarsensis, philosophus Stoicus, in Dialectica præprimis clarus, 75 voluminum scriptor. Laërt. Diogen.

2. *ter helleboro animum detersit*] De Carneade idem narrat Val. Maxim. lib. IIX, c. VII. Mos hic adeò invaluit ut vetustioris ævi Philosophi, studiorum gratiâ, ad pervidenda acriùs, quæ commentabantur, sæpius hellebori potione uterentur, adfirmante id ipsum magno Erasmo in suis Adagiis. Apud Lucianum in Vitarum auctione ipse inquit Chrysippus: Καὶ τὸ κεφάλαιον, οὐ θέμις γενέσθαι σοφὸν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς (*Et quod præcipuum, non convenit aliquem fieri sapientem, priusquam ter helleborum biberit*). S. A. Gabbem.

3. *Lysippum*] Is fuit clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit, quamobrem Alexander etiam ille Magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, & ab Apelle pingi. Horat. lib. 2 Epist. ad Augustum.

Edictô vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret: aut alius Lysippô duceret æra,
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Propertius:

Gloria Lysippo est animosè fingere signa

Car. Steph.

4. *Myron*] Statuarius insignis, de quo Cicero Verr. 6. *Verùm ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc quod dico, Cupidinis è marmore: ex altera parte Hercules egregiè factus ex are. Is dicebatur esse Myronis.* Ex hujus operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære, veræ vaccæ simillima, multis poëtarum versibûs celebrata. Ovid. de Ponto:

Vt similis veræ vacca Myronis opus.

Propert.

Atque aram circumsteterant armenta Myronis
Quatuor, artificis invida signa boves. Conr. Gesnerus.

5. *comprehenderat*] c. M. Dousæ. Sc. Tornæs. e. & Tragur. c. *comprehendi*

6. *ne paratas quidem artes*] Id est jam inventas ac traditas, tantum abest ut novi aliquid indagemus. *Ge. Eberhard.*

7. *antiquitatis*] c. Tragur. cum Petri Danielis *iniquitatis.*

I.

Vbi eſt Dialectica? Vbi Aſtronomia? Vbi Sapientiæ conſultiſſima via? Quis unquam venit in templum, & votum fecit, ſi ad Eloquentiam perveniſſet? Quis, ſi Philoſophiæ fontem inveniſſet? ac [1] ne bonam quidem mentem, aut [2] bonam valetudinem petunt: ſed ſtatim, antequam limen Capitolii tangunt, [3] alius donum promittit, [4] ſi propinquum divitem extulerit: alius, ſi theſaurum effoderit: alius, ſi ad trecenties H-S. ſalvus pervenerit. Ipſe Senatus, recti bonique præceptor, [5] mille pon-

1. *ne bonam quidem mentem aut valetud.*] Iuvenal.

Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.

Fortem poſce animum, mentis terrore vacantem,

Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat,

Naturæ qui ferre queat quoſcunque labores. Ge. Erhardus.

2. *bonam*] Hoc Douſa putat abundare propter præcedens *bonam (mentem)*. Certè c. Tragur. *bonam* bis non habet, in quo legitur, ut jam dicetur.

3. *alius*] Præcedentia in c. Tragur. ſic leguntur: *Quis ſi philoſophiæ fontem attigiſſet (attigiſſet*, & Tornæſ.)? *ac bonam quidem valetudinem petunt, ſed ſtatim ante limen capitolii alius.*

4. *ſi propinquum divitem extulerit, ſi theſaurum effoderit*] Perſ. Satyr. 2.

Illa ſibi introrſum & ſub lingua immurmurat: O ſi
Ebullit patrui præclarum funus! & ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule! pupillumve utinam, quem proximus hæres
Impello, expungam. ---
venal. Satyr. 19.
Prima ferè vota ---
Divitiæ creſcant & opes. Io. à Wouren.

5. *mille pondo auri Capitolio promittere ſolet*] Nihil hic mutandum. *Capitum* pro Iove Capitolino (*ut legendum hic exiſtimat Sambucus*) ſæpiſſime poſitum docet Rycquius de Capit. Rom. c. v. *Promittere* in Votis, id eſt, addicere ſeu vovere. *Douſa P.* In metu aliquo publico nihil uſitatius aut crebrius, quam dona Iovi & cæteris Diis polliceri. Indè totiens apud Livium: *Conſules paludati votis nuncupatis in provincias proſecti.* Et apertè apud eumdem lib. XXXI. *Ludos Iovi, donumque vovere Conſulem, cui provincia Macedonia evenisſet* (Senatus) *juſſit.* Formulam, qua ſolemne id votum nuncupabatur à Senatu, Pontif. Maxim. præeunte, idem ſcriptor adtulit, lib. XXXVI. SI. DUELLUM. QUOD CUM. ANTIOCHO. REGE. SUMI. POPULUS. JUSSIT. ID. EX SENTENTIA. S. P. Q. ROMANI. CONFECTUM. ERIT. TUM. TIBI. JUPITER. P. R. LUDOS. MAGNOS. DIES. X. CONTINUOS. FACIET. DONAQ. AD. OMNIA. PULVINARIA. DABUNTUR. DE. PECUNIA. QUANTAM. SENATUS. DECREVER. QUISQUIS. MAGISTRATUS. EOS. LUDOS. QUANDO. UBIQUE. FAXIT. HI. LUDI. RECTE. FACTI. DONAQUE. RECTE. DATA. SUNTO. Eò pertinet Petronii hic locus: & quod in veteri inſcriptione poſitum: JOVI. OPTIMO. MAXIMO. SENATUS. POPULUSQUE. ROMANUS. VOTO SUSCEPTO. PRO. SALUTE

pondo auri Capitolio promittere solet : & ne quis dubitet, pecuniam concupiscere, [1] Iovem quoque peculio exorat. [2] Nolito ergo mirari, si Pictura defecit, quum omnibus diis, hominibusque formosior videatur massa auri, quam quidquid Apelles Phidiasve, Græculi delirantes, fecerunt. Sed video totum te in illa hærere tabula, [3] quæ Trojæ halosin ostendit : itaque conabor opus versibus pandere.

† *Iam* [4] *decuma mœstos inter ancipites metus*
Phrygas obsidebat [5] *messis, &* [6] *vatis fides*
[7] *Calchantis atro dubia pendebat metu :*

† Κατακλυσμὸς Ιλιακός (*Inundatio* h. e. excidium *Ilii*).

Quum

IMP. CÆS. QUOD. PER. EUM P. R. IN. AMPLIORI. ATQUE TRANQUILLIORI. STATU EST. *Iust. Rycquius.*

1. *Iovem quoque peculio exorat*] Præclarè Persius :

Quid juvat hoc, templis nostros immittere mores ?

Stultos esse probans, qui frustra Diis pretiosa dona offerant, qui divitiis nec capiantur, nec utantur. Casaubon. in Pers. Satyr. 2. *Ge. Erhard.*

2. *Nolito ergo mirari, si Pictura defecit*] Sic & edit Frellon. atque Lotichius. Wouwer. cum R. Herm. codexque M. Dousæ *Noli e. m.* -- Sed Tornæs. ac c. Tragur. *Noli e. m. s. p. deficit.*

3. *quæ Trojæ halosin ostendit : itaque conabor opus versibus pandere*] Agnosce sub Eumolpi figura Neronis ad Poëticen proclivitatem adumbratam. Inter insigniora enim poëmata Neronis *Halosis* exstitit antiquitus *Trojana.* Vbi simulatam Carminis occasionem indubiè insectatur Petronius. quæ videlicet immanissimo Principi ex Romæ incendio fuit oblata. Omnia sic veteres Historici convincunt. Sueton. c. XXXIIX ; Tacitus lib. XV Annal. Dio lib. LXII. Scripsit præterea TROICA, ut Iuvenal. vocat Sat. VIII, CC XXI : TROICON Persii scholiastes, & TROADOS LIBRO vetus interpres Iuvenalis *Gonsalius Trojæ halosis*, Τρωιας ἅλωσις *Trojæ* quasi *captura*, occupatio, excidium Platoni. Erhardus : Tryphiodoro ἰλιὰς ἅλωσις (*Ilii expugnatio*). *Halosin* etiam *Ilii* dixit Sueton. in Nerone, *Dousa MS.* Tragur. c. pro *halosin* habet *analosin* & in *m. destructionem* Bene.

4. *decuma*] Tornæs. & c. Tragur. Sic procul omni dubio & c. M. Dousæ : quæ hujusmodi, ultra prætactum codicis Tragur. κεφάλαια (loca urgentia de judicandi materies sumenda) & αὐθεντίας (*auctoritatis*) legitimive ostentus manifestissima vestigia, meritò grata sint Lectori. Quis enim nescit editionem doctissimi typographi Iodoci Tornæsii hic apicem tenere ? cui c. noster toties ferè consonat, quoties alii discordant.

5. *messis*] Annus. Sic & *aristas* pro annis posuit Virgil. *Erhard.*

6. *vatis*] Alii *votis*, quod minùs placet. *Dousa MS. votis*, & c. Tragur.

7. *Calchantis*] Calchas augur Graecus, Achilli cumprimis in obsidione Trojana charus ; ex passere cum pullis à dracone devorato, decennalem urbis obsidionem, & excidium prædixit. De hoc multa Hom. Il. & Virgil. 2 Æn.

1. De

Quum, [1] *Delio profante,* [2] *cæsi vertices*
Idæ trahuntur ; [3] *scissaque in molem cadunt*
[4] *Robora, minacem quæ figurarent equum.*
[5] *Aperitur ingens cloſtrum, & obducti ſpecus,*
Qui caſtra caperent. Huc decenni prælio
[6] *Irata virtus abditur,* [7] *ſtipant graves*
Equi receſſus Danai, & [8] *in voto latent.*
O patria ! [9] *pulſas mille credidimus rates,*
Solumque bello liberum : hoc [10] *titulus fero*

Inciſus,

1. *Delio profante*] *Delio* ſcilicet Apolline. *Profari*, Delphico oraculo, vatibus verbum proprium. ait Erardus. Lucret. L. 6.

Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur.

2. *cæſi vertices Idæ trahuntur*] Tryphiodorus :

Καὶ δὴ τεμνεσφ δόρυσι, κὴ ἐς πεδίον κατέσσυνεν
Ἰδῆς ἐξ αὐτῆς.

(*Lignáque, cadentes Idæi vertice montis,*
In campos volvunt). S. A. Gabbema. ornæſ. *Cum Delio præſante* (in m. *ſer*. Steph.) *cæſi vertices*. Tragur. c. *Cum præſante* (i. *præſante*, *f* in *ſ* abiit) *ſerc. v.*

3. *ſciſſaque*] Al. *ſpiſſaque*. Erharius. Præſtat noſtrùm *ſciſſaque*.

4. *Robora*] Quercus. Non multò poſt : *Roborea moles ſpirat alieno metu.* Virgilius :

Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœlôque educere juſſit.

ie. Erhard.

5. *Aperitur ingens cloſtrum*] Sic & rellon. verùm Tornæſ. Wouweren, . Herm. *antrum*. Lotich. & c. Trair. *caſtrum*. Wouweren : *aperitur inns antrum*. Ingens omnino moles uit equi Duratei *(lignei)*, unde mox : *obducti ſpecus qui caſtra caperent*. Et irgil. *Et molem mirantur equi*. Et, *Immenſam attollere molem.*

6. *Irata virtus*] pro *irati viri*, h. e. milites, abſtractum pro concreto, & ſemper de militibus hominibuſque bellicoſis accipitur. Eſt autem modus loquendi hic Hæbræis familiariſſimus, de quo videnda. Beza Annot. in Apoc. c. 13, v. 10. Erhardus. Maro :

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt caco lateri. --- ---

Douſa MS. & in Præcidan. L. *jurata v.* id eſt *conjurata*.

7. *ſtipant graves equi receſſus*] Hoc eſt *gravidos*. Virgilius :

--- *ſcandit fatalis machina muros*
Fœta armis. --- Item :
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Io. à Wouweren.

8. *in voto*] In ſpe & calllidis conſiliis, aut, equo hoc votivo.

9. *pulſas mille credidimus rates*] Tot fuere in expeditione illa teſtantibus ſcriptoribus priſcis, Æſchylo Agamem. Euripide Androm. Liv. lib. v, Plauto Bacchid. Seneca Tragico, Propertio, Ovidio, pluribûs. Sic itidem & Poëta antiquus :

Græcia conjurat repetendam mille carinis.
Iurata hanc ratibûs Græcia mille petit.

At *ex Homeri* catalogo l. 11 Iliad. conſtat, naves CIↃ CLXXXVI fuiſſe. *Gabbema.*

10. *titulus fero Inciſus*] Sic & Tornæſius, alii. Stephan. & c. Tragur. *t. f. Intus*. unde in Emendationibus

Inciſus, hoc ad fata compoſitus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens.
[1] *Iam turba portis libera, ac bello carens*
[2] *In vota properant : fletibus manant genæ,*
Mentiſque pavidæ gaudium lacrumas habet,
Quas metus abegit, [3] *jamque* [4] *Neptuno ſacer,*
[5] *Crinem ſolutus, omne* [6] *Laucoon replet*

Clamo-

Stephanus, ſeu potiùs Hadr. Iunius cui emendatt. illæ maximam partem debentur, pro *Intus* leg. putat *Iuratus*. Sed *Inciſus* habuit & c. M. Douſæ, utut pro *fero*, *ſero* : quemadmodum Tragur. pro *fero*, *ferro*. Gabbema : *Titulum* volunt fuiſſe : DANAI. MINERVÆ, ILIADI. DONO. Vel ut Huginus C. CVIII. DANAI. MINERVÆ. DONO. DANT. Sive ut Actius in Deiphobo : MINERVÆ DONUM. ARMIPOTENTI. DANAI. ABEUNTES. DICANT. Douſa : *Feros*, pro *equis* antiquitus uſurpatos, haud Catulli modò, Virgiliique auctoritatibûs confirmare poſſis ; ſed & multò liquidiùs ejus epitheti contemplatione, quod Hippocentauris Lapithiſque omnes uno ore contribuunt poëtæ. Etenim genus iſtud *ſemiferos* indigitant, non quidem. à *feritate* vocabuli ejus etymologia petità, ſed verò à forma ipſa, quam feros, hoc eſt, equos dimidiata ſui parte adſimulaſſe finguntur.

1. *Iam turba portis libera*] Portas enim & mœnia quoque ipſa diruerunt Trojani, quo equum admitterent. *Erhardus*. Virgil.

Nos abiiſſe rati ---
Ergo omnis ſolvit ſe Teucria luctu.
Panduntur portæ : juvat ire. --

2. *In vota properant*] Iungermann. leg. *In fata properant*. fortaſſis & fata vocare videtur illas res, quæ fatum Trojæ portenderent. Vetus codex : *Iam vota properant*. ſc. cives Trojani feſtinant vota, id eſt, equum, quem Graji voverant in urbem admittere. *Ge. Erhardus.*

3. *jamque*] Sic & Frellon. cum Lotichio. Tornæſius, Wouweren, R. Herm. & c. Tragur. *namque*. præmiſſo (:), aut (.),

4. *Neptuno ſacer*] Virgil.

Laocoon, ducîus Neptuno ſorte ſacerdos.

Wouweren.

5. *Crinem ſolutus*] Propter luctum patriæ : Tibull.

Et flcat effuſis ante ſepulchra comis.

Ga. Barthius.

6. *Laucoon*] Sic & edit. Frellon. Wouwer. verò, alii Virgilian. habent *Laocoon*, quos laudo, nam verſus fert. Tornæſ. & c. Tragur. *Lacoon*. Sed potius duco *Laucoon* quàm *Lacoon*, pro memorato Maronis *Laocoon*, & Coinithi Smyrnæi Λαοκώων : nam ſi *ao* in ſimplicem mutandæ forent, proveniret juxta perpetuum contrahendi Græcorum morem τῶ ao in ω, *Locoon*, non *Lacoon*. Voſſius in Etymol. de Liter. permutat. Au uſurpatur pro ao, ut *Laudicea* pro *Laodicea*. *Laumedon* pro *Laomedon*. Idem voce *Lautumiæ* : Addit Aſconius in 3 Verr. ſic linguâ Siculorum dici *lapidicinas*, i. e. loca lapidibûs exſecta. Dicitur autem *lautumiæ* pro *laotomiæ*, λαοτομίαι quomodo Petronius dixit *Laucontiati* pro *Laocoonte*. Et ap. Plin. Ep. 14. lib. 2. *Laudiceni* pro *Laodiceni*, ut alludatur ad *laudem*. Scaliger quoque cenſet vett. ſimiliter *Laumedon* dixiſſe pro *Laomedon*, ad Feſtum. *Latomiæ* vel *lautomiæ*, etiam *latumiæ*, à λάϊος, vel λᾶς, genit. λάαος, λᾶος lapis, & τέμνω, ſeco. *Laudiceni* à λαὸς populus, & δίκη, jus ; *Laodicea* (Λαοδίκεια,

Clamore vulgus ; [1] *mox reducta cuspide*
Vterum notavit : fata sed tardant manus,
[2] *Ictusque resilit, & dolis addit fidem.*
Iterum tamen confirmat invalidam manum,
[3] *Altaque bipenni latera* [4] *pertemptat. Fremit*
Captiva pubes intus, &, dum murmurat,
[5] *Roborea moles spirat alieno metu.*
Ibat juventus capta, dum Trojam capit,
Bellumque totum fraude ducebat nova.
Ecce alia monstra. Celsa qua [6] *Tenedos mare*

Dorso

Ἴλιεια) urbs celebris in Asia. Apud Plinium verò non *Laudiceni* patronymicum, sed *laudicæni* fictum nomen in contemptum & odium eorum qui portulis in basilicis ac judiciis conducti parum disertos *laudibûs* eveherant, nimirum ob *cænam* id facientes, ut de poëtis hîc passim habemus *cænipetis*. Erhardus : *Laocoon.* v. libb. *Laucoon :* sicut *Laudice, Laumedon, Boudicea*, pro *Laodice, Laomedon, Boodicea.* Bongars. Not. in Iustin. lib. 13. sic infrà, *Lauconte*, pro *Laoconte.* sic *lautomia* non *laotomia.* Senec. *Laudicea*, pro *Laodicea.* Plin. epist. Scalig. ad Fest. *Alumentô.* Videmus & Erhardum, seu quem is citat malè adducere Plinium.

1. *mox reducta cuspide Vterum notavit*] Et paullò pòst :

Iterum tamen confirmat invalidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat.

Vnde conligitur, bis fuisse Equum à Laocoonte percussum, hasta & bipenni ; utero & latere. Virgil. lib. 11 Divini operis, utramque equi percussionem quoque exprimit ac conjungit.

Sic fatus [Laocoon] *validis ingentem viribus hastam*
In latus, inque feri curvam compagibûs alvum
Contorsit.

Gonsalius. *Reducta cuspide*, id est, nudata ex vagina, in quam ducta sive condita erat, distincta. Eodem pòst sensu dicit, *Gladios rectrectant.* Ge. Erhardus.

2. *Ictusque*] Sic ex c. Pithœi. Tornæs. *Latusque.* in m. *Lentusque*, vel *Telumque.* Dousa ibi MS. alii, *Lasusque* ; quod placet. Hæc verò in c. Tragur. sic leguntur : *cuspide Vteri notavit fata. sed tradunt manus Latusque (f. Lasusque) resilit.*

3. *Altaque*] c. est Pithœi, & Tragur. Tornæsius, *Alta et.*

4. *pertemptat*] Sic & Wouweren. R. Herm. *pertemtat*, Frellon. *prætemptat*, Tornæs. *pertentat*, Lotich. c. Pith. & Tragur.

5. *Roborea moles*] Vide paulò antè, ad *Robora.*

6. *Tenedos*] Insula est notissima, in qua Græci, reditum simulantes in patriam, sese occultarunt : *Sigæis adversa littoribus :* Mela lib. II, c. VII. Nominis originem tradit Cicero lib. I cap. XIX in Verr. *Tenedo Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse : cujus ex nomine Tenedius nominatur, abstulit magno cum gemitu civitatis.* Muretus lib. I Var. Lect. c. XII, altiùs originem repetit. Sic igitur ille, recitatis jam duobus locis libidinosarum fœminarum, infit : *Sed & Tenni Cygni filio, Neptuni nepoti idem contigisse memoratur : ejus enim ephebi jam & ut Graci*

Dorso [1] *repellit, tumida consurgunt freta,*
[2] *Vndaque resultat scissa tranquillo minor.*
Qualis silenti nocte remorum sonus
Longe refertur, quum premunt classes mare,
Pulsumque [3] *marmor abiete imposita gemit.*
Respicimus, angues orbibus geminis ferunt
Ad saxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates ut altæ, lateribus spumas agunt:
[4] *Dant caudæ sonitum:* [5] *liberæ ponto jubæ*
Consentiunt luminibus, fulmineum jubar
Incendit æquor, sibilisque undæ tremunt,
Stupuere mentes. [6] *Infulis stabant Sacri*
[7] *Phrygioque cultu gemina nati pignora*
[8] *Laocoonte, quos repente tergoribus ligant*

Angues

dicunt, ἀνδρόγυνον & desiderio tacta noverca Phylonome, (aliis Peribœa) de stupro interpellat eum. Rejecta insimulavit eum apud patrem, eodem planè modo, quo Hippolytum Phædra. Credulus parens inclusum in capsam filium projecit in mare: tulit opem Neptunus innocenti nepoti. Delatáque est capsa ad insulam Leucophryn: quam cum incolæ aperuissent, remque cognóssent: non tantum Tenni regnum detulerunt, sed etiam de nomine ipsius, insulam Tenedon nominárunt, quin & mortuum coluerunt pro Deo. S. A. Gabbema.

1. *repellit*] Sic Tornæsius, alii. *replevit*, c. Pithœi. malè, meo quidem animo. *Dousa* MS. *replevit* & c. Tragur.

2. *Vndaque resultat scissa tranquillo minor*] Explico: *Vnda minor resultat, quæ scissa tranquillo est.* Ge. Erhardus.

3. *marmor*] Pelagus. Manil.

Perfudit liquido Perseus in marmore corpus. Barthius. Virgilius:

Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat. --- Io. à Wouweren.

4. *Dant caudæ*] Sic & Frellon. atque Lotich. *dat cauda* (quod quidem versui expedit, imò necessarium) Tornæs. Wouwet. R. Herm. c. Tragur.

5. *liberæ ponto jubæ consentiunt luminibus*] Sic & Tornæs. Frellon. Lotich. *pontem*, Wouwer. R. Herm. *pontum*, c. Tragur. Gronovius: Scaliger legit, *liberæ mento*. Alii merifico versus genere *portum jubæ Conscendunt*: aut nescio quid de *ponte* explicant. Gonsalius, *liberæ ponto*. quomodo tamen olim in Catalectis edidit Scaliger. Scribe: *libere pontum jubæ*, usitatissima poëtis Synecdoche Grammaticâ. *Liberæ pontum*, quod ad pontum, exstantes pontô.

6. *Infulis stabant Sacri*] *Sacerdotes.* Paulò ante, Laocoon Neptuno *sacer*, id est, *sacerdos.* Erhardus.

7. *Phrygio cultu*] i.e. *Trojano.* Gloss. Petron. Quia Troja in Phrygia: imò Troas, Phrygia minor Ptolemæo.

8. *Laocoonte, quos repente tergoribus ligant*] Sic *Laocoonte* & Lotichius. Sed malè. bene Wouwer. Frellon. R. Hermann. *Lauconte.* Tornæs. *Laconti*, Tragur. c. *Lacoonti.* Gabbema: Laocoon cum Antiphante ac Thymbræo filiis, eodem, qui hîc describitur modo, quondam ex uno lapide fabrefactus in Titi Imperat. domo omnium oculis

Angues coruſci. parvulas illi manus
Ad ora referunt : neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri tranſtulit pias vices,
Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.
[1] *Accumulat ecce liberûm funus parens ;*
Infirmus auxiliator ; invadunt virum
Iam morte paſti, membraque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter æras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis ſacris,
[2] *Peritura Troja perdidit primum deos.*
[3] *Iam plena Phœbe candidum extulerat jubar,*

Minora

culis patebat. Dein poſt aliquot ſe-
ala in Carinis ad aquarum recepta-
ulum inventus, orbi terrarum redo-
atus eſt. Poſtea ſtatuam hanc ma-
nò emptam Iuliûs II Pontif. Max.
n Belvederii viridariis exſtructa cellâ
edicavit. Illud opus Michaël d'An-
elo non dubitavit vocare naturæ mi-
aculum. Lud. Demontioſius in au-
o de Sculptura veterum libello, gra-
nicè de ea ſic ſcribit : Laocoontem
lum quis ſaltem famâ non novit ?
uod etiam dum in Vaticano artis
iraculum oſtentatur, ſpectantibus
orrorem incutiens, artis ſtatuariæ
im poëtica certamen, & utriuſque
im ipſa natura, palma dubiâ. Quan-
um enim Virgilius carmine, tantum
i marmore contendunt. Stupen-
um opus, ex uno lapide, parens, &
beri, horrendi draconum nexus,
tris anguſtiæ, liberorum gemitus
preſſi, opus inquit Plinius omni-
is & picturæ & ſtatuariæ artis præ-
rendum, quod de conſilii ſenten-
a fecerint ſummi artifices Ageſan-
r & Polydorus, & Athenodorus
hodii.

1. *Accumulat ecce liberûm funus pa-
ns*] *Quod Phryges idcirco*, verba ſunt
ygini Fab. cxxxv, *factum putârunt*,
od *Laocoon haſtam in equum Trojanum
iſerit*. Aliter ſenſit Euphorion cu-
jus hæc verba : *Poſt adventum Græco-
rum ſacerdos Neptuni lapidibûs occiſus
eſt : quia ſacrificiis, eorum non vetavit
adventum. Poſt abſcedentibus Græcis,
quum vellent ſacrificare Neptuno, Laocoon
Thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus
eſt, ut ſolet fieri, quum deeſt ſacerdos cer-
tus. Hic piaculum commiſerat ante ſimu-
lacrum numinis cum Antiopa uxore ſua
coëundo. & ob hoc immiſſis draconibûs
cum ſuis filiis interemptus eſt.* S. A. Gab-
bema.

2. *Peritura Troja perdidit primum
Deos*] Virgil. lib. II, v. 351.

Exceſſere omnes, adytis arîſque relictis,
Dii, quibus imperium hoc ſteterat.

Gabbema. Credebant Genios urbes expugnandas vel ſponte deſerere, ut de Troja ſignificat hîc Petronius ; vel ſolemni prece evocatos, ut de Vejis tradidit Livius lib. 1 decad. 1. & de prece iſtius evocationis ſumendum illud quod ſequitur de Græcis :

Contraque Troas Trojæ invocant ſacra.

Formulam ex Sammonico Sereno proponit Macrob. lib. 3 Saturn. c. 9. Conſule Var. lect. Mureti, & lib. 14 Adverſ. Turnebi. *Ge. Erhardus.*

3. *Iam plena Phœbe*] Prolixæ ſunt Scriptorum dividiæ de tempore ac Lunæ ætate, qua Troja capta. nos tantùm hîc Arbitri ſententiam aliorum teſtimoniis corroboraturi ſumus. Sic

Minora ducens astra radianti face,
Quum inter [1] *sepultos Priamidas nocte & mero*
Danai relaxant [2] *claustra, & effundunt viros.*
[3] *Temptant in armis se duces,* [4] *ceu uti solet*
Duro remissus [5] *Thessali quadrupes jugo*
Cervicem, & altas quatere ad excursum jubas.
Gladios retractant, [6] *commovent orbes manu,*
Bellumque sumunt. Hîc graves alius mero
Obtruncat, & [7] *continuat in mortem ultimam*
Somnos, ab aris alius accendit faces,

[1] *Con-*

Clemens Alexand. lib. 1 Stromat. ubi sententias recenset variorum auctorum super re eadem: Ἐ Ἀνὴρ δὲ χαὶ διὰ ἑχάτη διεγηλιῶν μηνὸς χαὶ πίνει τὸ Ἀπικὸν συλλαμβάνων ἐγδύνη φθινοῦ, βασιλεύοντος τοῦ τελευταίου ἔτους Μενεθέως, πληγύσης σελήνης (*Hellanicus enim ait*, id factum *duodecimâ mensis Aprilis; quidam qui Attica scripserunt, octava à descensu solis, regnante postremo annô Menesthei, adulta lunâ*). Idem videtur indicare parvæ Iliados auctor:

Νὺξ ῥ' ἐπὶ εἶλεν μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη.
(*Cynthia tum media splendebat lucida nocte.*)

Iuvat etiam quod Ludovic. de la Cerda, ad Virgilium observat, nimirum Græcos non nisi plena lunâ pugnare consuevisse, quod & testimoniô Aristidis confirmat. cxii Platonica. *I. A. Gonsalius.*

1. *sepultos nocte & mero*] Virgilius: *Invadunt urbem somno vinôque sepultam.* Io. à Wouweren.

2. *claustra-viros*] Tornæs. *claustra-v.* Tragur. c. *claustra-vires.*

3. *Temptant*] Erhardus: Encolpius inquit, --- *sumite bellum*
Et temptate manus. --- Sallust. in Iug. *Arma atque tela tentate.*

4. *ceu uti solet*] Sic & Frellon. Sed Tornæs. Wouwer. alii, atque etiam e. Tragur. *ceu ubi s.* Dousa MS. *ceu solet ubi.* c. M. Sanè, *ceu ubi s.* (aut etiam, *c. solet u.*) magis decet versum, absque synalœphe.

5. *Thessali quadrupes*] Claudian. -- *Gens exercita campô Thessala.*
Apud eundem similis comparatio lib. de Nupt. Hon. *Barthius. Quadrupes* synecdochicè pro *equo.*

6. *commovent orbes manu*] Vibrant gyrando gladios. *Erhardus.* Sed *orbes*, clypei sunt. Manifestè Papin. lib. II Achill.
At ferus Æacides radiantem ut cominus orbem
Celatum pugnis sævis, &c.
Virgil. lib. XII.
-- *hasta-clypei extremos septemplicis orbes*
Per medium stridens transit femur.
Clypei enim rotundi erant, quod vel hinc patet, quòd Polyphemus, apud Ovidium, oculum clypeo comparavit suum.
Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei. ---- ---- Si clypeo comparatur oculus; certè rotundum clypeum esse constat. quod Virgilius aliquantò clariùs demonstravit l. III divini operis, adi Manut. P. F. l. III c. VI. *S. A. Gabbema.*

7. *continuat in mortem ultimam somnos*] Leg. *noctem ultimam*, id est, mortem. Dousa P. ac F. hic ad Catull. Ep. 5. Sed nihil mutandum. Supra enim

[1] *Contraque Troas invocat Trojæ sacra.*

† Ex his, qui in porticibus spatiabantur, [2] lapides in
umolpum recitantem miserunt. At ille, qui plausum
ngenii sui noverat, operuit caput, extraque templum
rofugit. Timui ego, ne me poëtam vocarent. Itaque
ıbsecutus fugientem ad litus perveni: &, ut primum
xtra teli conjectum licuit consistere, Rogo, inquam,
uid tibi vis cum isto morbo? Minus quam duabus
oris mecum moraris, & [3] sæpius poëtice, quam hu-
nane locutus es. Itaque non miror, si te populus lapi-
ibus prosequitur. Ego quoque sinum meum saxis one-
abo, ut quotiescumque cœperis à te [4] exire, sanguinem
tibi

† *Encolpius.*

nim dixit Petronius: *Somnumque*
orti jungerem. qui locus opportunè
lmodum huic nostro consentit.
ors ultima, quia omnium rerum fi-
s. Ovidius:

-- *Mors ultima linea rerum.*

timum, vel *supremum supplicium*, apud
reconsultos. *Ge. Erhardus.*

1. *Contraque Troas invocat Trojæ sa-*
a] Alludit ad morem Romanis fre-
ıentatum de evocandis Dîs ex ho-
ium urbe, quam obsidebant: idque
rto quodam carmine fiebat: quod
ıt aliter urbem capi posse non cre-
erent: aut etiamsi posset, nefas ex-
imarent Deos habere captivos.
armen quo dii evocabantur cùm
ppugnatione civitas cingeretur con-
ripsit Sammonicus Serenus lib. v
erum recondit. quod, quia majoris
olis est, quàm ut hisce inseratur,
ctorem ad Macrob. lib. III Satyr.
IX relego. *S. A. Gabbema.*

2. *lapides in Eumolpum recitantem*
iserunt] Vt poëtam & recitatorem
olestum. Ex more theatrorum, ubi
ali poëtæ saxîs onerabantur, sicut
ni jaculô floris serti & soluti ho-
rabantur. Ad quem alludit jocus
e in malum cytharœdum: Πολύ-
τορος ἢ τοῦ κιθαρῳδοῦ φακὴν ῥοφοῦν-
ς, καὶ λίθον μασησαμένου, εὖ ταλαί-
πωρε, ἔφη, καὶ ἡ φακή σε βάλλει (*Po-*
lyctore citharœdo lenticulæ pulmentum
sorbente & ad lapillum offendente, Rectè,
inquit, calamitose! quem & lens lapi-
dat). Lapidationis theatralis exem-
pla multa apud veteres, præsertim
Lucianum; Casaubon. Animad. in
Athen. lib. VI, c. XI. Rader. ad Mart.
lib. III Epigr. XXXIII in Ligurinum
eodem vitio, quo hîc Eumolpus, la-
borantem. *Erhardus.*

3. *sæpius poëtice, quam humane locutus*
es] Hieron. adversus Iovinian. lib. I.
Non est contentus nostro, id est, humano
more loqui: altius quiddam adgreditur.
Rectè; nam verbîs utuntur plerum-
que poëtæ ampullatîs, tumentibûs-
que, ut stilus elatè procedat, non
humi repat, ut sermo hominum est
familiaris & quotidianus. Itaque huc
facit ideo Cicer. locus lib. II de Divi-
nat: *Vt si quis medicus ægroto imperet, ut*
sumat terrigenam, herbigradam, domipor-
tam, sanguine cassam, potiùs quàm homi-
num more, cochleam. Gonsalius. *Hu-*
manè, & *poëticè loqui* hîc opponuntur.
Poëtæ divinitus se afflari, & ad car-
mina rapi aiunt. Gloss. Petron. ver-
ba effari non sua, sed Apollinis, &
Musarum. *Erhard.*

4. *exire*] *Exire à se*, sui oblivisci,
furere. Gloss. Petr. ex Erh. *ex se ex-*
stirpa-

tibi [1] à capite mittam. Movit ille vultum, &, † O mi, inquit, adulescens, non hodie primum auspicatus sum: imo [2] quotiens theatrum, ut recitem aliquid, intravi, [3] hac me adventitia excipere frequentia solet. Cæterum, ne & tecum quoque habeam rixandum toto die, me ab hoc cibo abstinebo. † Imo, inquam ego, [4] si ejuras hodiernam bilem, una cœnabimus. * mando ædicularum custodi cœnulæ officium. * * Video Gitona [5] cum linteis & [6] strigilibus [7] parieti adplicitum, tristem

† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.*

stirpari. suum non esse. se non habere. Barth. ad Claudian. *Id. Erhard.*

1. *à capite*] c. M. è c. Dousa.

2. *quotiens theatrum, ut recitem aliquid, intravi*] Vide Bulenger. lib. 1 c. XXIX de Theatr. *S. A. Gabbema.*

3. *hac me adventitiâ excipere frequentia solet*] Vel adventoria, dicebatur propriè cœna, qua amicos aut hospites peregre redeuntes solebant excipere gaudium suum contestantes, ex more, quem innuit Plautus Epid. I, I, V; & Most. IV, III, XII; Bacchid. II, II, VIII: III, VII, VIII: Stich. III, II, XVII: Curc. IV, IV, VI. Nam adventores idem quod hospites: Trucul. I, II, II: & II, VII, LVI. Hinc eleganter munus, quod recens advenienti offertur dicitur adventoria. Mart. lib. XII præf. *Ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoriâ.* Intelligit hanc ipsam dedicationem vel librum quem dedicat Paulo, ut antè dixit, ab urbe advenienti. Contrarium est viatica, Plaut. Bacchid. I, I, LXII; quam discedentes exhibere solent. *Idem.*

4. *si ejuras bilem* &c.] Martial.

Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me,
Hac lege ut narres nil Philomuse novi. Fr. Pithœus.

5. *cum linteis*] Seneca. Epist. XCV. *Vetemus linea & strigiles Iovi ferre, & speculum tenere Iunoni. Non quærit ministros Deus. Quidni? ipse humano generi ministrat.* Vid. supr. *Gabbema.*

6. *strigilibus*] His usi sunt veteres ad fricandum in balneis. *Gloss. Petron.* Huicque servili ministerio hîc additus Giton. *Wowweren. Strigiles* ferrei erant, vel aurei, vel argentei, vel cornei, vel eburnei, vel ærei, quibus strigmenta & sordes exercitatorum à corporibus radebantur. Ærei strigiles erant, quorum pictura hic ponitur, quive olim inter Trajani Imperatoris thermarum ruinas inventi sunt, ex Mercuriale, queis tamen præmittam exemplum antiquæ strigilis quam ap. nob. Nicol. Fabricium vidi:

Figu-

ristem confusumque. Scires non libenter servire. Itaque, ut experimentum oculorum caperem, convertit ille solutum gaudio vultum, & † Miserere, inquit, frater: ubi arma non sunt, libere loquor: Eripe me latroni cruento, & qualibet sævitia ' pœnitentiam judicis tui puni. Satis magnum erit misero solatium, tua voluntate me cecidisse. ‡ Supprimere ego querelam jubeo, ne quis consi-

† *Giton.* ‡ *Encolpius.*

Figura strigilum ex Mercurialis libro 1 Artis Gymnasticæ.



Porrò declarabit nobis strigilis hic typus Apuleii verba in Excerptis: *uxtaque honestam strigileculam tecta affigiatione clausulæ, flexa tabulatione ligulæ; ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea rivulo labere-tur.* Per tubulationem quidpe ligulæ sudor dilabebatur. Ligulam autem vocat partem incurvam superiorem, quod sit non absimilis ligulæ, oblonga, fornicata, & contracta; cujusmodi ego argenteam eleganter elaboratam Romæ spectavi apud Lætum Paschalinum, inscriptamque

PRESC[X]ENTIA. Et hac *strigilis* parte videntur usi fuisse aliquando & Medici. Scribon. Largus cap. XXIX: Plinius lib. XXV, c. ult. *Laur. Pignorius.*

7. *pariet adplicitum*] & quasi *affixum.* Val. Max. l. 2, c. 1. *Iuvenes aliquem ex Patribus conscriptis ad curiam deducebant, affixique valvis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.* Ge. Erhardus.

1. *pœnitentiam judicis tui puni*] De quo suprà, cùm Ascyltos peteret Gitoni arbitrii sui libertatem concedi, ut sequeretur quem vellet, inquit Encolp. *Conditionem præcipiti festinatione rapui, commissique judici litem.* Vbi ponitur *pœnitentia* pro pacto pœnitendo. *Erhardus.* Potiùs nudè de pœnitendo facto Gitonis intelligerem, quàm pactum implicarem.

2. *cecidisse*] Mirum, si patheticè posuit pro *casum esse*, h. e. *vapulásse.* Erhard. *Cecidisse* i. *occidisse*, per auxesin, pro *vapulásse*, aut simili.

1. in

consilia deprehenderet: relictoque Eumolpo (nam [1] in balneo carmen recitabat) per tenebrosum & sordidum egressum extraho Gitona, raptimque in hospitium meum pervolo. Præclusis deinde foribus, invado pectus amplexibus, & perfusum os lacrumis [2] vultu meo contero. [3] Diu vocem neuter invenit. nam puer etiam singultibus crebris amabile pectus quassaverat. O facinus, inquam, indignum! Quod amo te quamvis relictus; & in hoc pectore, quum vulnus ingens fuerit, cicatrix non est. Quid dicis [4] peregrini amoris concessio? Dignum ha

1. *in balneo carmen recitabat*] Nota decori observationem in homine nimis poëta, & quem ita recitandi morbus totum occupavit, ut nullo non tempore & loco hominum auribus argutias molestiasque vel ad fastidium, versuum suorum recitatione exhibeat. Quod genus etiam à Flacco in Satyr. (4 l. 1) urbanissimè perstrictum:

Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus,
Non ubivis, coramve quibuslibet, in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi: quique lavantes:
Suave locus voci resonat conclusus. inanes
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno.

Lavantes, inquit, i. in balneo, & circa solium sedentibus carmina sua vel ingratiis ingerentes. Ad exemplum Eumolpi Petroniani, item Ligurini illius, cujus apud Martialem festiva mentio Lib. 3 Ep. 44.

Et stanti, legis, & legis sedenti;
Currenti legis, & legis cacanti.
In thermas fugio, sonas ad aurem.
Piscinam peto, non licet natare.
Ad cœnam propero, tenes euntem:
Ad cœnam venio, fugas sedentem.
Lassus dormio, suscitas jacentem.

Hæc sic ad edit. Tornæs. Dousa MS. Quæ in editis Præcidaneis vix paulum variant, additurque in Præcid. Vide præterea, mi Lector, ea quæ ad superiorem Horatii locum suo in loco adnotavimus.

2. *vultu meo contero*] Spississima basio. *Gloss. Petron.*

3. *Diu vocem neuter invenit*] Versus amantium adfectus. Eundem Propertius exprimit lib. 1 Ep. x.

Quum te complexa morientem, Galle puellâ,
Vidimus, & longa ducere verba morâ. S. A. Gabbema.

4. *peregrini amoris concessio*] Pro amasio, qui alteri concessus. *Optio* qui optatur. Plaut. Asin. *Sume optionem Leonidam.* Sic Bibaculo Orbilius *literarum oblivio*, quòd scilicet literas oblitus esset. Palmer in spicileg. *Peregrini amoris concessio*, i. qui alienum secutus es, eique te concessisti. Nam *concessio* dicitur pro eo, qui concedi tur. Talia apud auctores extant plurima, ubi sic adjunctorum quid pro substantia personæ ponitur. Barth. ad Ceir. Virgil. num. 89. *Erhardus.* Sed Plautin. illud, *Sume optionem Leonidam.* Sic explano. Optio ibi est qui optatur seu adoptatur; talis olim ac census dicebatur, adjutor nimirum aut vicarius in militia Centurionis ac decurionis. Veget. & Festus.

1. *Post*

nac injuria fui? [1] Postquam se amari sensit, supercilium ltius sustulit. * nec amoris arbitrium ad alium judi- cem tuli; Sed nihil jam queror, nihil jam memini, [2] si ona fide pœnitentiam emendas. Hæc quum inter ge- nitus lacrumasque fudissem, detersit ille pallio vultum, &, † Quæso, inquit, Encolpi, fidem memoriæ tuæ ad- pello: Ego te reliqui, an tu prodidisti? Equidem fateor, & præ me fero, [3] quum duos armatos viderem, ad for- iorem confugi. † Exosculatus pectus sapientia plenum, njeci cervicibus manus: & ut facile intelligeret, rediisse ne in gratiam, & optima fide revivisentem amicitiam, oto pectore adstrinxi. Et jam [4] plena nox erat, mulier- que cœnæ mandata curaverat, quum Eumolpus ho- tium pulsat. Interrogo ego, Quot estis? obiterque per imam foris speculari diligentissime cœpi, num Ascyl- os una venisset. Demum, ut solum hospitem vidi, mo- nento recepi. Ille se ut in [5] grabatum rejecit, viditque Gitona in conspectu ministrantem, movit caput, &,

† *Giton.* ‡ *Encolpius.* † Lau-

1. *Postquam se amari sensit, supercilium sustulit, nec amoris arbitrium ad alium judicem tulit.*] Ita legendum de- to asteriscô. Hujus rei explanatio- em affert Plin. lib. 11, c. 37. *Frons aliis; sed homini tantùm tristitiæ, hi- laritatis, clementiæ, severitatis index. In censu ejus supercilia homini, & pariter alterne mobilia: & iis pars animi. Ne- mus, annuimus: hæc maximè indicant stum. Superba alicubi conceptaculum, hic sedem habet.* Dousa P. Præcid. o Catull. cap. 6. *Ge. Erhardus.*

2. *si bona fide pœnitentiam emendas*] enitentia hîc ponitur pro actione enitudinis. Sueton. Octav. cap. 12. *quo magis pœnitentiam prioris sectæ probaret, Nursinos extorres egit oppi-* . i. ostenderet quàm se pœniteret, ıod priorem sectam secutus erat. *em.* Confer quæ suprà Valesius pro- cè de hoc, aliisque in Petronio, o- tionis scopulis, aut scrupulis.

3. *quum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi*] *Fortior* hîc & *armati*, nupta sunt verba. Rectè ergo *armis* illis dictus *fortior* Ascyltos, ut ex narratione proximè sequenti satis constabit. Suprà idemmet *valentior* à Petronio factus, propudioso cum patrefamilias congressu. Hacce item acceptione infrà *arma* desumpta, elegantibus codicillis: *Paratus miles arma non habui.* I. A. Gonsalius.

4. *plena nox erat*] f. *plane n. e.* Anonymus ille juxta man. Dousæ, & Scriverii, quem deinceps Anonymum MS. vocabimus. Adsignavit Dousa, placet. Hic verò est MS. quem sic acriter Dousa in editis Præcidan. ob tantumnon pro contrariis *carpere* & *lacerare* habita, perstringit. Quorum patens scaturigo in MSS.

5. *grabatus*] Exiguus lectus, in quo meridiari solent. *Gloss. Petron.*

1. *Ascyl-*

‡ Laudo, inquit, Ganymedem: oportet hodie bene sit
† Non delectavit me tam curiosum principium, timui
que ne in contubernium recepissem [1] Ascylti parem. In
stat Eumolpus, & quum puer illi potionem dedisset
‡ Malo te, inquit, quam balneum totum: † siccatoqu
[2] avide poculo, [3] negat sibi umquam acidius fuisse
‡ Nam & dum lavor, ait, penè vapulavi, quia conatu
sum [4] circa solium sedentibus [5] carmen recitare. & post
quam de balneo tamquam de theatro ejectus sum, cir
cuire omnes angulos cœpi, & clara voce Encolpion cla
mitare. Ex altera parte [6] juvenis nudus, qui vestiment
perdi

‡ *Eumolpus.* † *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.* † *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.*

1. *Ascylti parem*] *Comparem, geminum moribus.* Plaut. Rud. *Et erat hospes, par illius, Siculus senex.* Palmer. in Spicileg. Erhard. *Hellespontiaco parem Priapo.* Sidon. *Ga. Barthius.*

2. *siccatoque avide poculo*] Ita loquitur Martialis lib. 6 Epigr. 91. & lib. 7 Ep. 70. *Io. à Wouweren.*

3. *negat sibi umquam acidius fuisse*] Id est, sibi pejus fuisse, quàm toto eo die, quo tot mala pertulerit. *Erhardus.* Forsan, *aridius fuisse*, i. nunquam magis sitivisse. *Anonymus* MS.

4. *circa solium*] Vas esse solium lavationi accommodatum, quod habebatur in balneis, notissimum est, præcipuè ex Plinio lib. xxxiii, c. xii: sed qua forma fuerit fabrefactum videri ignorari, & à nemine quod viderim inquiri. Nam *solium* diversum erat à *labro*. *Labrum* namque vas erat longum & amplum capax cujusque jacentis hominis: sed *solium* existimo dictum à similitudine solii regii, quod erat vas amplo ac lato ore; ita ut sedentes immissis intus cruribus, pertingente aqua usque ad genua, lavari vel foveri possent: illi scilicet, qui nollent in labris mergi, neque ut aqua ventrem & stomachum ablueret. Id videor probare ex Mart. lib. 11 Ep. xlii; & præterea ex d. l. Ep. lxx. sed clariùs ex Epigr. lxxx lib. vi: sed manifestè deprehendit ex Catonis lib. de R. R. c. x, & x Ergo *solium* non erat vas in quo t tum corpus mergeretur. *Rycquius.* hanc etiam sententiam it Erhardus additque *circa solium*, i. e. in circui solii. Ramirez ad Martial. lib. 2 pigr. 42.

5. *carmen recitare*] Phædrus: *Pœ tæ sunt molesti*, sc. recitationibus su quibus frequentissimis fere enec bant homines. Nam ut ait Horatiu

Indoctum doctumque fugat recitator cerbus.

Talis Eumolpus ille, qui in trivii balneis, conviviis, sua hominib quibuslibet carmina recitavit. R tershusius ad Phædrum. *Ge. Erhard*

6. *juvenis nudus*] Talis & T malch. suprà arguitur. Erhardus: *dus.* sc. Ascyltos. Atqui sub veste v teres lavabantur. Celsus: *Sub* vel primum in balneo insudare, ibi u gi, tum transire *in calidarium.* Vel bantur autem obscœnæ partes. A brosf. Offic. l. 1, c. 18. *Ne quidem ill ubi nudum totum est corpus, hujusm intecta portio est.* Augustin. de Civ. D lib. 14. *Omnes gentes adeò tenent in pudenda velare, ut quidam barbari i corporis partes nec in balneis nudas bea*

perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona flagitabat. [1] Et me quidem pueri, tamquam insanum, imitatione petulantissima deriserunt: illum autem frequentia ingens circumvenit [2] cum plausu & admiratione timidissima. Habebat enim [3] inguinum pondus tam grande, ut ipsum [4] hominem laciniam fascini crederes. [5] O juvenem laboriosum! puto illum pridie incipere, postero die finire. Itaque statim invenit auxilium. [6] nescio quis enim eques Romanus, ut ajebant, infamis, sua veste errantem circumdedit, ac domum abduxit: credo, [7] ut tam

beant. Sed Petronius describit simul & perstringit impudentiam ævi sui Neroniani.

1. *Et me quidem pueri imitatione petulantissima deriserunt*] Artemidorus Lib. 3. Μαίνεσθαι ἀγαθὸν τοῖς παιδεύειν βουλομένοις· ἐπειδὴ καὶ παῖδες τοῖς μαινομένοις ἀκρωθοῦσι (*Desipere facile lusum pueriliter parantibus: nam & pueri insipidos referunt*). Io. à Wouwer.

2. *cum plausu*] In balneis mutoniatis maximus fiebat plausus: sic Mart. lib. IX Ep. XXXIV.

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum,
Mutonis illic esse mentulam scito.

. A. Gabbema.

3. *inguinum pondus tam grande*] Vulgò *gravedinem* adpellant, à gravitate oneris. August. lib. ult. de Civ. Dei, . VIII, ubi de Miraculis agit: *Quidam ab informi pondere genitalium salvus effectus est.* In Querolo: *Da mihi psaltrias & concubinulas.* LAR. *Sume Pathien, Cytheren, Breseïden, sed pondere Nestoris.* Gabbem.

4. *hominem laciniam fascini crederes*] . M. *h. lacunam f. c.* Dousa MS. *h. laciniam f.c.* Erat tantus Priapus, ut homo ipse appendix ejus, vel lacinia esse videretur. Id est, multò brevior erat homo, quàm suus ipsius fascinus. *Ramirez. Fascinum* est mentula. Hinc *fascinosus*, id est mentulatus. *Casp. Scioppius.*

5. *O juvenem laboriosum*] *Et labor* olim dictus de molesta coitûs agitatione. Sic nunc usurpat Petronius. Sic & Mart. lib. XI Ep. LXXXII, de sene & spadone loquens:

Ergo sine effectu prurit uterque labor.

Aperit & Arbitri mentem id, quod subsequitur: *puto illum pridie incipere, postero die finire.* Pari etiam nequitia usurpat Priapus Carmine libero:

Parum, quod acta sub laboribus luce,
Parem diebus pervigil traho noctem.

Sic autem definit II Tuscul. Cicero *laborem: Est functio animi, vel corporis gravioris operis vel muneris.* Io. Ant. Gonsalius.

6. *nescio quis enim eques Rom. ut ajebant infamis*] c. M. *nescio enim quis e. R.* Dousa MS. Notare hic Afranium Quinctianum Equitem R. Arbitrum voluisse, conjectura nostra est. Audiamus Tacitum lib. XV Ann. c. XLIX. *At Flavius Scevinus, & Afranius Quinctianus, uterque Senatorii ordinis contra famam sui, principium tanti facinoris capessivere. Nam Scevino dissoluto luxu mens, & proinde vita somnô languida. Quinctianus* molli corpore infamis, *& à Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.* Idem.

7. *ut tam magna fortunâ solus uteretur*] Hac de causâ fiebat, strenuorum hujuscemodi militum in balneis delectus. Senec. quæst. Nat. lib. I, cap. XVI. de Hostro quodam profligatissi-

tam magna fortuna ſolus uteretur. At ego ne mea quidem veſtimenta [1] ab officioſo recepiſſem, [2] niſi notorem dediſſem. [3] Tanto magis impedit inguina quam ingenia fricare. † Hæc Eumolpo dicente, mutabam ego frequentiſſime vultum: injuriis ſcilicet, [4] inimici noſtri hilaris, commodis triſtis. [5] Vtcumque tamen, tamquam non agnoſcerem fabulam, tacui, & [6] cœnæ ordinem explicui. * *

‡ *Encolpius.* † Vil

gatiſſimæ obſcænitatis homine. *In omnibus*, inquit, *balneis agebat ille delectum, & apertæ menſuræ legebat viros.* Item Lamprid. in vit. Elagab. *Roma*, inquit, *denique nil eget aliud niſi emiſſarios haberet, qui ei bene vaſatos perquirerent, coſque ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui poſſet.* Ii autem emiſſarii non alio quàm per balnea diſcurrebant. Ideo idem ipſe, quò poſſet conditionem bene vaſatorum cognoſcere, lavacrum publicum in ædibus aulicis fecit, & ſimul & palam populo exhibuit, ut Lampridius teſtatur. Ac effeminatus ille apud Mart. lib. 1 Ep. XCVII. coſdem avidè ſpectabat in balneo. *Laur. Ramirez.*

1. *ab officioſo*] Malim ex Paulo *l.* III π. *de Præſ. Vig.* § *ult.* capſarium interpretari, quàm ex Seneca impudicum. Sanè quemvis miniſtrum *officioſum* indigitari poſſe nihil prohibet. Interp. hiſt. Apollon. *Accepto ceromate docta manu circumlevit ei, deinde in ſolio fovit, & exeunte Rege ab officio diſceeſſit. Rex vero reſpiciens ad famulum ait: Iuvenis ille, qui mihi officium fecit, vide quis ſit.* Wouweren. *Officioſi*, qui in balneo veſtimenta ſervabant, *capſarii* aliàs dicti. *Gloſſ. Petron.*

2. *niſi notorem dediſſem*] *Notor*, qui notitiam rei aut fortunæ velut oculatus teſtis profitetur. *Gloſſ. Petron.* Vnde *notoria* eſt indicina, per quam res occultæ noteſcunt. *Marcilius.* Senec. in Lud. de morte Claud. *Ego te fortiſſime Deorum, ſperavi mihi adfuturum apud alios; &, ſi quis à me* notorem *petiſſet, te fui nominaturus, qui me optime noſti.* Gabbema. Idem Seneca *qui notorem dat, ignotus eſt.* Fr. Pithœus

3. *Tanto magis impedit*, &c.] Sic in textu omnes, etiam Wouweren. *impedit* autem hìc acutè dictum pro manus implet i. prodeſt. Erhardus: Leg *expedit.* Wouweren, Putſchius, Pflugius. Vt hoc intelligatur: ait Eumolpus, Aſcylton, quòd bene vaſatus eſſet, facilè inveniſſe veſtes: ſe verò doctum & literatum ſuas non recepturum, niſi notorem dediſſet: addit*que tanto magis expedit*, peculi penſilì, quàm ingenio docili præſtantem eſſe. Barthius: Salſa ironia hìc latet.

4. *inimici noſtri*] *noſtri* abeſt c. M. *Inimici* ſc. Aſcylti, ad eum enim pertinere videtur hæc oratio. *Douſa* M.

5. *Vtcumque tamen, tamquam non agnoſcerem fabulam, tacui*] Ramirez legit & diſtinguit, *Vtrumque tamen*, & Hyponin. ad Martial. lib. 1 Ep. 10 num. 6. Fortaſſis non inepte: ut *utrumque* referatur ad illa duo *injuriis -- commodis.* Et *fabulam*, id eſt rem inter nos geſtam. *Ge. Erhardus.*

6. *cœnæ ordinem explicui*] Explicare cœnam vocat, ita ſtruere, ut ea quæ complicaverat & aſſervaverat, ante explicaret, & promeret in iis. Mart. lib. 1 Ep. CIV.

Explicat & cœnas unica menſa duas.

Sic *explicare convivia* dixit eod. li

E

† Vile est, quod licet, & animus errore lentus injurias diligit.

[1] *Nolo, quod cupio, statim tenere,*
Nec victoria mi placet parata.
[2] *Ales Phasiacis petita Colchis,*
Atque [3] *Asiæ volucres placent palato,*

† *Eumolpus.*

[1] *Quod*

Ep. c. *Ramirez.* Sed *Wouweren:* Dominus convivii prænunciare solebat ordinem cœnæ, h. e. quid primum, quid secundum, &c. quid ultimum coquus missurus. Hac propter domino exhibitum scedium, quo descripta ordine obsonia haberet, apud Athen. legimus.

1. *Nolo, quod cupio, statim tenere,* &c.] Hi undecim phalæcii hendecasyllabi n c. Tragur. desunt; nec sine causa: ideo enim non leve editionum discrimen. Nimirum Tornæs. Wouwer. Grellon. aliæ, omissis heic loci 2 prioribus metris quæ jam suprà p. 46 adlata, sic incipiunt:

Ales phasiacis petita Colchis,

Subjungit Tornæs.

Et pictis atagen opaca pennis,
Atque Asiæ v. p. p.
Quod non s. f. at a. a.
Plebeum sapit. (Hic P. Scriverius:
Et pictis anas enovata pennis
Plebeum s. ita Pithœi editio) *u. ab o.*
Attractus &c. usque
Vxorem: rosa cinnamum veretur:
Quidquid quæritur, optimum videtur.

Hoc est inquam, &c. Wouwer. verò Grellon. Lotich. R. Hermann. post:

--- --- Colchis,
Atque Asiæ v. p. p.
Quod non s. f. at a. a.
Et pictis anas e. p.
Pl. s. u. &c. ut Tornæs.

Nolo quod cupio statim tenere. Superiùs pag. 46 commentarius erat Erhardi, & Anonymi, hìc Gabbema: Hoc non ignorans Nonius Dionys. λσ, fugiente puella amorem dulicari scripsit. Eleganter Auson. Eid.

Hanc volo, quæ non vult; illam, quæ vult, ego nolo.
Vincere vult animos, non satiare Venus.
Oblatas sperno illecebras. --- ---

Huc spectat illud Turpilii, in Demiurgo:

Ego ædepol docta dico; quæ mulier volet sibi
Sosium amicum esse indulgentem & diutinum:
Modicè atque parcè ejus serviat cupidini.

Senec. Herc. Oet.

Illicita amantur, excidit quidquid licet.

2. *Ales Phasiacis*] *Aves Phasiacæ*, à *Phasi* Colchorum fluvio primùm in Græciam ab Argonautis delatæ. *Gl. Petron.* Detestanda fuit Romanorum ingluvies qui mare, qui terras alieno sole calentes, non per usum vitæ necessarium, sed per luxum animi, parata ac facilia fastidientes, per improbam satietatis lasciviam, peragrârunt, ac Romano nomini incognita dederunt edulia. Sic mensas nobis occupant, inquit Gellius, lib. VII, c. XVI. *Pavus è Samo; Phrygia attagena, grues Melicæ; hædus ex Ambrachia; pelamis Chalcedonia; muræna Tartessia, asselli Pessinuntii. Ostrea Tarentina; pectunculus Chius, elops Rhodius; scari Cilices; nuces Thasiæ, palma Ægyptia; glans Iberica.* De Phasiacis avibus etiam infrà Petronius loquitur, eum locum vide. *S. A. Gabbema.*

3. *Asiæ volucres*] Horatius Epod. Carm. 11.

Non Asia avis descendat in ventrem meum,

[1] *Quod non sunt faciles : at albus anser,*
Et pictis [2] *anas enovata pennis,*
[3] *Plebeium sapit. Vltimis ab oris*
[4] *Attractus Scarus, atque arata Syrtis*
[5] *Si quid naufragio dedit probatur.*
Mullus jam gravis est : amica vincit
Vxorem : [6] *rosa cinnamum veretur.*

[7] Quicquid quæritur, optimum videtur. † Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem hodie versum faceres? Per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapida-

† *Encolpius.*

Non attagen Ionicus.

Acro : *Afra avis : gallina Numidica.* Varro lib. III de R. R. *Gallina, Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας adpellant Graci. Hæ novissimæ in triclinium ganearium introierunt è culina, propter fastidium hominum, veneunt propter penuriam magnò.* S. A. Gabbema.

1. *Quod non sunt faciles*] Eodem sensu *facilis* dictum videtur quo Horat. *Namque parabilem amo Venerem facilemque.* Dousa MS.

2. *anas enovata*] fort. *enotata.* Iungermann. *Ge. Erhardus.*

3. *Plebejum sapit*] *Plebejus*, id est, vilis. Infrà Petron.

— non usta plebejo trita voluptas.

Et Martialis :

Imbue plebejas Clusinis pultibus ollas.

Casaubon. in Pers. Sat. 3. *Erhard.*

4. *Attractus scarus*] *Scari*, cerebrum Iovis dicti Ennio. *Gloss. Petron.* Plinius lib. IX, c. XVII. *Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium, dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathiò maximè frequens. Promontorium Lecton nunquam sponte transit. Indè advectos Tiberio Claudio Principe Optatus è libertis ejus Præfectus classis inter Ostiensem & Campaniæ oram sparsos disseminavit. Quinquenniò ferè cura est adhibita, ut capti redderentur mari. Postea frequentes inveniuntur Italiæ in litore, non antè ibi capti. Admovitque sibi gula sapores, Piscibus satis, & novum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aves Romæ parere miretur.* Gabbema.

5. *Si quid naufragio dedit*] Latin. Pacat. in Paneg. Theod. Augusti : *Horum gulæ angustus noster orbis, namque adpositas dapes non sapore sed sumptu æstimantes, illis demum cibis adquiescebant, quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent, quos invitæ quodammodo reluctantique naturæ hominum pericula rapuissent.* Idem.

6. *rosa cinnamum veretur*] Optimè & hocce ad mentem carminis ; nam *cinnama* in Italia non erant, uti *rosa*, vulgaria. Sic de *cinnamomo* Martial. lib. IV Ep. XIII.

Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo.

Rosarum verò tanta erat copia, ut fuisse in Calabria oppidum, Servius, ad IV Georg. tradat, *in quo uno annis nascerentur rosæ.* Erat nimirum *Pæstum*, eáque propter Virgil. *Biferum* vocatum. *Iosc. Ant. Gonsalius.*

7. *Quicquid quæritur, optimum videtur*] Hoc Phalæcium in omnibus editionibus quot ad manus, meritò jungitur præcedenti versiculo : *Vxorem : rosa* &c. *Quicquid quæritur,* Erhardus : *Quicq. quar.* multo magno-

que

)idavimus. Nam ſi aliquis ex his, [1] qui in eodem ſynœ-
:io potant, nomen poëtæ olfecerit, totam concitabit
riciniam,& nos omnes [2] ſub eadem cauſa obruet. Miſe-
ere, & aut pinacothecam, aut balneum cogita. Sic me
oquentem objurgavit Giton mitiſſimus puer, & nega-
it recte facere, quod ſeniori convitiarer: ſimulque ob-
itus officii,menſam, quam humanitate poſuiſſem, [3] con-
umelia tollerem, multaque alia moderationis verecun-
liæque verba, quæ formam ejus egregie decebant. *
[4] O felicem, inquit, matrem [4] tuam, quæ te talem pe-
)erit! [5] Macte virtute eſto. [6] Raram facit miſturam cum

‡ *Eumolpus, ad Gitonem.*

ue labore acquiritur. Barthius ad
Claud. n.1755 & n.1711. Anonymus
IS. ad editionem Douſæ:

Quod licet ingratum eſt, quod non licet acrius urit.

1. *qui in eodem ſynœcio potant:* De uibus infrà: *ſit concurſus familiæ, hoitumque ebriorum frequentia.* Phioxen. Gloſſ. σωοικίαι, *conclavia, inula.* Ergo *vicinia*, quæ mox ſequiir, hic non ſignificat conjunctas in idem platea habitationes atque æes, ſed conjuncta in eadem domo onclavia, quas ſuprà *ædiculas* dixit: æ ſingulatim inquilinis locabantur, æponebaturque mulier, quæ eaim curam gereret, & ſuprà *ædicurum cuſtos* dicitur. Ipſa domus vocatur *cœnacularia*, interim etiam *inula*, ut paulò poſt à Petronio hæc ſa domus, & Henr. Steph. in theuro ling. Græc. *Exhard.* Synœcium, *ntinuata in eadem domo conclavia.* Gl. etron.

2. *ſub eadem cauſa*] Iungermann. git, *caſa.* Sub eadem *cauſa*, eſt procer eandem cauſam, ob idem elorum, quaſi ſc. & nos omnes furemus. Erhardus. *cauſa*, abeſt à c. M. *ouſa* MS.

3. *contumelia tollerem*] Hinc debet telligi, quid ſit *contumelioſa humaas*, apud Senec. Epiſt. 4. *Idem.*

4. *tuam*] Abeſt c. Tragur.

5. *Macte virtute eſto*] Mactus verbum antiquum ſervatum in formula, qua virtutem alicujus inſignem re bene geſta laudabant: macte virtute eſto. Livius lib. IV. *Tum Dictator, macte virtute, inquit, eſto Cæ Servili, liberata Rep.* lib. IV. *Decius Tribunus, macti virtute milites Romani eſtis.* Ibidemque: *Tum Dictator Manlio: macte virtute, hac pietate in patrem patriamque Titi Manli eſto.* lib. II. *Iuberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret.* Indè *mactare* in utramque partem. Infortunio, Plautus Amph. IV, II, XIV: Bacchid. IV, VIII, XLV: Curcul. IV, III, V: Poen. III, I, I: Trinumm. IV, II, V. Sic in contrarium, Cic. in lib. de Rep. *ferunt laudibus, mactant honoribus.* & ex Actio citat Nonius: *Sapientiaque invicta gratia atque honoris patera Neſtorem mactavit aureâ,* id eſt donavit, honoravit. Verbum eſt proprium ſacrorum. Deos enim augeri ſacrificiis putabant, quibus eos mactare ſe dicebant, & inde etiam ipſa ſacrificia mactare. Nam ne de hoſtiis ſolum dictum putemus, citat Nonius ex Varrone: *Quot Kalendis Iuniis & publicè & privatim fabatam pultem Diis mactat.* Niſi tamen ibi legendum: *fabata pulte Deos mactat.* Et vinum libantes

cum sapientia forma. Itaque, ne putes [1] te tot verba per didisse, amatorem invenisti. Ego laudes tuas carminibu implebo. Ego [2] pædagogus, & custos etiam quo no jusseris, sequar: nec injuriam [3] Encolpius accipit, aliun amat. † Profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mih abstulit gladium, alioquin quem animum adversus A scylton sumpseram, eum in Eumolpi sanguinem exer cuissem. Nec fefellit hoc Gitona. Itaque extra cel lam processit, [4] tamquam aquam peteret, iramque mean prudenti absentia exstinxit. Paullulum ergo intepescen

† *Encolpius.* t

bantes dicebant, *macte hoc vino inferio esto.* Festus: *Inferium vinum id quod in sacrificiis intra pateræ labrum ponebatur.* Sim. Abb. Gabbema.

6. *Raram facit misturam*, &c] Tragur. c. *raram facit.* Iac. Magni Sophoog. l. 10, c. 8 addit: *quia scilicet pulchritudo nihil facit ad sapientiam.* Vide locum: Et -- *quem vultus honestat, Dedecorant mores*, ut ait Claudian. *Ge. Erhardus.*

1. *te*] Non inconcinnè deest cod. Tragur.

2. *pædagogus, & custos*] Aptè ludit in *pædagogi* antiqua acceptione. Lexicon vetus: Παιδαγωγὸς, *pædagogus, pedissequus*, Sic & Gitonem nunc persequi pollicetur amator Eumolpus. Etiam & *magister* pædagogus vocatus: Donatus ad Scen. 11 Act. 1 Phorm. *Magistrum Latini, quem Graci παιδαγωγὸν adpellant.* Magister autem ipse dictus Eumolpus. Item *custos* pro pædagogo sumitur. Ita apud Plaut. Pseud. III, II, LXXVI. *I. A. Gonsalius.*

3. *Encolpius*] De nominibus hujus Satyrici Gonsalius in præmissis Præludiis. Hîc, quò veluti per transennam insplcere liceat, qualis olim Petronius prodierit, placet subjicere, quæ nobis Fr. Danielis reliquit, qui legit *Eucalpius. Eucalpius*, inquit, vel *Enclopius.* impr. *Circlopius:* sed esse hoc nomen fabularum narratoris ex aliis hîc locis manifestum est quamquam interdum *Encolpion* dicatur. Sic paulò pòst pro *Eumolpo, Eumospo*, & *Eumos* perperam legitur. *Encolpius* Plinio lib. 8 Epist. 1. *Encolpus* Martiali lib. 5 Epigr. 49. Sed in MS Tragur. qualis Encolpius? *ei*--vel *clopius*, neque enim omnino prim litera discerni potest. *Eumolpus, eumolpus, Asclytos, ascyltos, Giton, Gyton, Lycas* (infrà) jam *liebcha*, jam *lichas*, vel *licha*, &c. De *Trimalch.* aliis que res ex textu Fragmenti clara. Videmus sic quædam Satyrici MSS. depravatiora fuisse nostrô Tragur. a quanto labore Augiæ repurgandu stabulum constiterit. Tornæs. Wouwer. Frellon. Lotich. R. Herm. *Eucolpius* (Frellon. & Lotich. *Encolp.*), *Eumolp. Ascylt. Gython* (Tornæs. & *Gthon*, Douza semper *Githon*, Schonwetter. *Gnith.* Frellon. *Guyth.*), *Lich Trimalcio* (Frellon. *Trimalch.*), &c.

4. *tamquam aquam peteret*] Hoc est tamquam vesicam exoneraret. Vetres *aquam* honestè pro urina posuerunt. Et veteres dicebant, *sumere aquam*, quando ibant ad secessum Ovid. lib. III de Art.

Scilicet obstabit custos ne scribere possit
Sumendæ detur cùm tibi tempus aquæ?

Id est, cùm tibi tempus detur ad exonerandam vesicam. *Scaliger F.*

1. *Put*

te fævitia, Eumolpe, inquam, jam malo vel carminibus loquaris, quam ejusmodi tibi vota proponas. & ego iracundus sum, & tu libidinosus. vide quam non conveniat his moribus. [1] Puta igitur me furiosum esse: cede insaniæ, id est, ocius foras exi. Confusus hac denuntiatione Eumolpus, non quæsiit iracundiæ causam, sed continuo limen egressus, [2] obduxit repente [3] hostium celiæ, meque nihil tale exspectantem inclusit, exemitque raptim clavem, & ad Gitona investigandum cucurrit. Inclusus ego suspendio vitam finire constituì: & [4] jam semicinctio stantem ad parietem spondam vinxeram, cervicesque

1. *Puta igitur me furiosum esse*] Dixerat: *ego iracundus sum.* Seneca usquequaque iram insaniam esse disputat. Horatius: *Ira furor brevis est.* Philemo: μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα (Furimus omnes quoties irascimur). Wouweren. Sed & ipse amor, secundum philosophos, est species furoris. & Propert. lib. 11 Eleg. dicit,

--- Sine sensu vivere amantes.

Passimque poëtæ amorem insanum & furiosum vocant. Seneca in *Medea:*

Cacus ist ignis stimulatus ira,
Nec regi curat, patiturve frænos,
Haud timet mortem. cupit ire in ipsos
Obvius enses.

Andr. Gail.

2. *obduxit*] Sic & Frellon. atque Lotich. *adduxit*, Tornæs. cæteri.

3. *hostium*] Sequor libenter antiquæ scriptionis vestigia, ubi ratio subest, nec librariorum incuria in societatem vocat. *Hostium*, antiquè dictum, pro *ostium*: veteres enim, plerisque vocibus, quò sonus earum esset vividior, five literam, five spiritum hunc *h* addidere. Gell. lib. 2, c. 3. Exempla plura adducit Vossius Etymol.

4. *jam semicinctio* &c.] Locus non ita planus ut videtur. Wouweren legit, *semicinctio stanti ad parietem spondæ junxeram.* subjicitque: Locus desperatus, quales multi in hoc auctore, adeò ut in singulis trepidem, nec magis certus ponere pedem, quàm ii qui in tenebris. Barthius, pro *stanti*, maluit *hianti*. Nam, inquit, interserebat collum, facilis lapsus, correctio legitima. Similia apud Apul. lib. 1 Met. Spondam autem pedibus subdebat, qua mox depulsa penderet furcifer. Erhardus: leg. *stanti spondæ me vinxeram.* Est autem *semicinctium* zona minùs lata. Meurs. Animadv. miscell. lib. 3, c. 7. Lectionem hanc sequitur G. I. Vossius, in Etymolog. additque in *cingo*, *semicinctium* ita dici, quòd dimidiò minùs latum sit, quàm *zona* five *cinctus.* Sed quid dicemus de apparatione suspendii? Certum est ex sequentibus, spondam accipi pro toto quod culcitam sustinet, hocque Encolpius suspendendus erexerat. Sic ergo hæc intelligenda: *Iam semicinctii* instar laquei contorti altera parte, *erectæ ad parietem spondæ* superne *me junxeram, vinxeram*, aut alligaveram, *cervicesque* alterius partis *nodò condebam*, propulsurus mox sellam, illamve rem eminentiorem, cui tantisper insistebam, & sic pensurus. Si cui spondam ad id, quà longitudinem,

ceſque nodo condebam, quum reſeratis foribus intrat Eumolpus cum Gitone, meque à fatali jam meta revocavit ad lucem. Giton præcipue ex dolore in rabiem efferatus, tollit clamorem, me utraque manu impulſum præcipitat ſuper lectum. † Erras, inquit, Encolpi, [1] ſi putas contingere poſſe, ut ante moriaris. Prior cœpi, in Aſcylti hoſpitio gladium quæſivi. Ego, ſi te non inveniſſem, [2] periturus per præcipitia fui: & ut ſcias, non longe eſſe quærentibus mortem, ſpecta invicem, quod me ſpectare voluiſti. † Hæc locutus, [3] mercenario Eumolpi novaculam rapit, & ſemel iterumque cervice percuſſa, ante pedes collabitur noſtros. Exclamo ego attonitus, ſecutuſque labentem, eodem ferramento ad mortem viam quæro. Sed neque Giton ulla erat ſuſpicione vulneris læſus, neque ego ullum ſentiebam dolorem. [4] Rudis enim novacula, & in hoc retuſa, ut pueris diſcen-

† *Giton.* ‡ *Encolp.*

quáve firmitudinem non ſuffeciſſe videatur, is *Barthium* & lectionem hanc ſequatur Gabbemianam ſeu de Salas, quo ſenſus evadat: *Spondam*, cui ceu baſi interim inſiſterem jam vinxeram, mox deſerendâ ubi de tigno ſublimis penderem. Tornæſius, quod codice ſerius accepto, ejuſque manuductione, & tot illuſtrium in eo MSS. cum non paucis dein aliis collatione ab ovo inſtituta, hic ſubnexum relinquo, legit: *jam me hemicyclo ſtantis ad parietem ſponda junxeram.* Vbi Douſa: c. M. *ſemicinctio. ſpondam. Hemicyclus*, eſt ſemicirculus, formamve ejus habens. Frellon. edit. Lotich. R. Herm. ſic planè ut de Wouweren initiô Notæ. Virg. 12 Æneid.

Et nodum informem letho trabe nectit ab alto.

Sedul. carm. Paſchal.

--- nodatis faucibus angens
Infelicem animam laqueô ſuſpendit ab alto.

adducit Erhard. ex Iureto in Symmachum.

1. *ſi putas contingere poſſe*] Sic omnes. Erhardus: Exturbandum τὸ *contingere*, nam ſententiæ officit. Palmer. in Spicileg. Nimirum ut Plaut. Pſeud. *Poteſt ut alii ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi*, &c. & Cic. ad Lentul. *Poterat utrumque præclarè, ſi eſſet fides.* utrobique ſubintelligitur *fieri*. Sed etiam venuſte additur, *poteſt fieri*, annon etiam *contingere*, pro poſſibile? Certè ſententiæ τὸ *contingere* non officit, modo elenchus ſuprà permittat Valeſian.

2. *periturus per præcipitia fui*] Al. *petiturus præcipitia.* Erhardus. quomodo & c. M. Douſæ, edit. Frellon & Lotich. *periturus per præc.* Tornæſ. alii.

3. *mercenario*] mercede conducto. Erhardus. tonſori. Gloſſ. Petr. & mox Douſa. Ac claret infrà *tonſorem* intelligi.

4. *Rudis enim novacula*, &c.] Homines elegantes tonſores etiam in miniſteriis, imò in delitiis habebant, quorum frequenti opera non in tondenda coma, piliſque vellendis modò, aut barba raſitanda, æquandiſque

liſcentibus audaciam tonſoris daret, inſtruxerat the-
cam. Ideoque nec mercenarius ad raptum ferramentum
expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mortem [1] mi-
nicam. Dum hæc fabula inter amantes luditur, [2] di-
verſitor cum parte cœnulæ intervenit, contemplatuſque
fœdiſſimam jacentium volutationem, † Rogo, inquit,
ebrii eſtis, an fugitivi, an utrumque? quis autem graba-
tum illum erexit? aut quid ſibi vult tam furtiva moli-
tio? Vos, me-Hercules, ne mercedem cellæ daretis, fu-
gere nocte in publicum voluiſtis; ſed non impunè. jam
enim faxo ſciatis [3] non viduæ hanc inſulam eſſe, ſed
M. Manicii. ‡ Exclamat Eumolpus, † Etiam minaris?
ſimulque os hominis [4] palma excuſſiſſima pulſat. Ille
ot hoſpitum [5] potionibus liberum urceolum futilem in

† *Diverſitor.* ‡ *Encolpius.* † *Eumolpus.* ‡ *Encolp.*

Eumolpi

ue ſimul, atque expungendis ge-
is; ſed verò & pygiacis ſacris cynæ-
ice de nocte adminiſtrandis ute-
antur. Cæterùm quoniam *mortalium*
emo artifex naſcitur, antequam artis
xperimentum caperent, collumque
ovaculæ ſubmitterent, ſtrictim, aut
er pectinem attondendi; impuratos
os veteranis tonſoribus in magi-
erium tradebant priùs: qui eoſdem
loneos præceptis ſuis redderent.
roinde quum res ea periculo non
reret, tyrocinium artis, acie nova-
larum retuſa auſpicabantur, quò
delicet audaciores redderentur; nec
l ſtrictum ferramenti mucronem,
nimò non minùs, quàm corpore ef-
eminati (pueriliter, an muliebriter
icam?) de nihilo expaveſcerent.
ouſa P.

1. *mimicam*] ſimulatam. *Gloſſ. Petr.*

2. *diverſitor*] παυδοχεύς, hoſpes
eritorius. *Wouweren.* παυδοχ. qui
uemvis hoſpitiò excipit. Io. Scapul.
ed *diverſor, oris* Cic. eſt qui hoſpi-
ò excipitur, opponiturque cauponi,
: lib. 1 de Invent. *Caupo cum quibuſ-
um diverſoribus*, &c.

3. *non viduæ hanc inſulam eſſe*] Pro-
verbialis ſpecies. Sic Terent. Heaut.
v, 1, lxxx.

*Non, ita me Dii ament, auderet hæc fa-
cere viduæ mulieri,*
Quæ in me fecit. ---

Vbi Eugraphius ejus interpres vetus:
*Facilis enim illuſio eſt in eam quæ & mu-
lier & vidua eſt.* Gabbema. *Inſula* verò
hìc eſt domus in urbe ab aliis domi-
bus ſejuncta, more inſularum, de qua
mox Gabbema, ſeu quem is nomi-
nat T. Popma fuſiùs.

4. *palma excuſſiſſima*] Id eſt, manu
non languida, ſed plane deducta, ple-
nèque vim exſerente. Seneca lib. 2
de Benef. c. 17. *Si cum exercitato, &
docto negotium eſt, audaciùs pilam mitte-
mus, &c. Si cum tirone, & indocto: non
tam rigidè, nec tam excuſsè, ſed languidiùs,
& in ipſam ejus manum, remiſsè occurre-
mus.*

5. *potionibus liberum urceolum*] Id
eſt, vacuum & inanem. *Erhard. Quid
ſi nulli vitio obnoxium, ſed integrum, &
illæſum? Vrceolus* hìc forſan fictilis,
ut verba ſonant *futilis* i. e. inſtabilis,
acuti fundi, & patuli oris, Donat. in
Andr. Terent. Voſſius. Neque enim
in hac cella tot erant hoſpites, nec di-

Eumolpi caput jaculatus est, solvitque clamantis frontem, & de cella se proripuit. Eumolpus contumeliæ impatiens rapit ligneum candelabrum, [1] sequitur abeuntem, & creberrimis ictibus supercilium suum vindicat. Fit concursus familiæ, hospitumque ebriorum frequentia. Ego autem nactus occasionem vindictæ, Eumolpum excludo, [2] redditaque scordalo vice, sine æmulo scilicet & [3] cella utor & nocte. Interim [4] coctores [5] insulariique

versitor vacuè accessit, sed *cum parte cœnæ*. His ita scriptis, video Ch. Richardi Biturigis codicem habuisse, *Ille tot hospitum potionibus liber urceolum fictilem in Eumolpi caput jaculatus est*. Subjungit: Editio Plantini, & Lugdunensis (Tornæsii) *liberum*, i. e. vacuum & exhaustum. Ita Richardus: videoque hoc *liberum* Wouweren, Frellon. Lotich. R. Herm. amplexos, qui tamen omnes, retinent *fictilem*, præter Gabbemam, quemque is secutus. Lector elegerit quod præstet, observetque stylum Petronianum à varietate ingeniorum & editorum, antiquam lectionem reticentium, & novam substituentium, multùm pendere. Tornæsius: *Ille tot hospitum potionibus liberum* (in m. *liber*) *urceolum fictilem* &c. Sic & c. Tragur. nisi quod pro *liberum* cum Richardi *liber* habeat.

1. *sequitur abeuntem*] Tornæs. omnesq; alii, & c. Tragur. *sequiturque a.*

2. *redditaque scordalo vice*] Gloss. veteres, *Scordalus, ferox*, quæ vox hactenus non fuit intellecta. eâ etiam utitur Senec. Epist. lvi lib. vii. *Salmasius. Scordalus*, vet. Lexic. *ferox*. Senec. Epist. 84. *Tullius Cimber erat in vivo & scordalus*. Fr. Pithœus. Aliter Erhardus: *Scordalum* interpretor velut *scorodalum*, id est, hominem alliatum, & illuvie squaloréque fœdum, sordidum & impurum, ut de quodam servo apud Plaut. in Mostell. *Germana illuvies oboluisti allium*. Nisi fortè ab immunditia & fœtore excrementorum alvi (à σκώρ) nomen habet. Est & hodie *scordalus* morbus in oculis equorum, in angulo crescent caruncula. Turneb. Adverss. l. 6, c. 4 Ramirez magis probat, *scortillo*. a Martial. lib. 1 Epigr. 107, n. 2.

3. *cella utor & nocte*] Familiaris dicendi modus, *promittere noctem, negare noctem, pacisci noctem, uti nocte*, ut hoc neste concubitus significetur. Ovid lib. 1 Amor. el. viii.

Sæpe nega noctem, capitis modo fing dolorem.

Et eadem Eleg. paulò antè:

Qui quia pulcer erit poscet sine munere noctem.

Et Eleg. xi ejusdem libri.

Inque ministeriis furtivæ cognita noctis
Vtilis, & dandis ingeniosa notis.

Laur. Ramirez.

4. *coctores*] Coqui, uti interpretatur. *Dousa P.*

5. *insularii*] Insularius servus custos insulæ sive domûs in urbe a aliis domibus sejunctæ more insularum. Insula enim ædificium propri ambitu separatum ab aliis. Tacitus *Germania suam quisque domum spati circumdat nullis cohærentibus ædificiis, m re Insularum.* Pompon. *l. xvij* § 1 π *Vsu & habitat. Dominus*, inquit, *proprie tatis, etiam invito usufructuario, vel usu rio, fundum, vel ædes, per saltuarium, v insularium custodire potest. Insularius* urbanorum numerò esse idem Pomponius tradit, *l. Vrbana familia* π *V. S. Insularii* etiam dicuntur vile servi ac pessimi, qui sine civitate sur

que [1] mulcant exclusum, & alius veru extis stridentibus plenum in oculos ejus intentat: alius, [2] furca de carnario rapta, statum præliantis componit: anus præcipue lippa, sordidissimo linteo præcincta, [3] soleis ligneis [4] imparibus imposita, canem ingentis magnitudinis catena trahit

in opus publicum, cùm perpetuò dati, & in Insulam deportati. Sunt qui servos insularios putent indicatos in carmine obscæno:

Ductor ferreus insularis, æquè
Laternæ videor fricare cornu.

T. Popma. Gloss. Petr. *insularios* capit de inquilinis, nec non Scriverius MS. pro cultoribus insulæ. Et difficile est intellectu, unius insulæ & servum procuratorem (ut mox ex textu ac notis deprehendemus) & plures servos custodiæ causâ insulam inhabitantes statui. Saltem per *insularios* quivis servi, qui cum procuratore erant, hîc capiendi videntur.

1. *mulcant*] Verbum antiquum ac bonæ notæ; pro verberibus afficiunt. Plaut. Cas. arg. vers. v; Mostell. IV, II, XXIII: *ne huc exeat, qui malè me mulcet*. Mil. II, II, VIII: Trinumm. IV, II, CXLII. Cic. pro Mil. *Qua in turba C. Bivienus Senator ita est mulcatus, ut vitam amiserit*. Livius lib. XXIX. *In Legatum lictoribùs priùs indignum in modum mulcatis impetum faciunt*. Tacit. lib. I Ann. c. XXXII. *Prostratos verberibûs mulcant*. Sim. Abb. Gabbema.

2. *furca de carnario rapta*] *Carnarium* aliquando significat tabernas laneas ubi caro venditur, κρεωπώλιον. Plautus: *cœnam è carnario emit, jam factus satur*. aliquando *carnarium* capitur pro instrumento unco suspendendis succidiis carnive salitæ apto, quod hîc *furcam* Petronius dicit, Græc. ὑποστάτης, στήριγμα. Præcipuè verò sic nominatur locus ubi caro salsa sive pendula est, κρεμαστήριον, *ut hic*: sive reposita, μυχὸς ἢ τόπος κρεωδόχος, quomodo suprà in Fragm. usurpatum, ibi; *& carnarium in medio*.

3. *soleis ligneis*] Sic & Tornæsius alii; sed in marg. T. *ligneis* deest in v. c. Brit. *Ligneis*, etiam in c. Tragur. abest. Wouweren: Author. Rhet. ad Herenn. *Pedibus soleæ ligneæ inductæ sunt*. Gloss. *solea* σανδάλιον. Item: σανδάλιον *Gallicula*, quæ vox etiam in Gloss. Isidori: *Calcei gallicæ militum*. Idem Glossarium: *Gallicula* τροχὰς. Hesych. τροχάδες αἱ σανδάλια ἀπὸ αἰγείου δέρματος (*galliculæ, sandalia ex caprina pelle*). Ita leg. hunc locum. *Soleæ* igitur *ligneæ*, sunt, gallicæ, aut sculponeæ. *Soleas* dixere Romani, scribente Gellio lib. 13, c. 20, *omnia id genus, quibûs plantarum calces tantùm infimæ teguntur, cætera penè nuda & teretibus habenis vincta sunt*. Eædem dicuntur *crepidæ* Gellio, & *Gallicæ* Cic. 2 Anton. differunt igitur à *calceis*, quòd hi totum calcem seu pedem imum muniant, hæ verò tantùm partem calcis solumque sive plantam pedis. Vossius. Nec quidquam video discriminis, si *soleæ* hæ (exceptis habenîs) revera statuerentur *ligneæ*, ut hodienum non tantùm quoad has, verùm integros sæpe calceos in nationibus observare est. quod Wouweren seu Gabbema qui illum sic adduxit per *caprinam pellem*, lanatasve *sculponeas*, ut has Io. Lud. de la Cerda (*calceos ex lana factos*) explicat (sed non probat), vix tangit, nisi cum Hadriano Iunio, ac Vossio per *sculponeas* calceos ex solido ligno exsculptos & excavatos intelligat; at verò *soleæ*, non sunt calcei; sint igitur hîc soleæ basin ligneæ.

4. *imparibus*] Vt notet senilis facinoris impotentiam. *Barthius*. Poterat addere, *feminei*.

1. *ansa*

trahit, inſtigatque in Eumolpum. Sed ille candelabro ſe ab omni periculo vindicabat. Videbamus nos omnia per foramen valvæ, quod paullo ante [1] anſa hoſtii diſrupta laxaverat, favebamque ego vapulanti. Giton autem non oblitus miſericordiæ ſuæ, reſerandum hoſtium, ſuccurrendumque periclitanti cenſebat. Ego, durante adhuc iracundia, non continui manum, ſed caput miſerantis [2] ſtricto acutoque articulo percuſſi. & ille flens quidem [3] conſedit in lecto: ego autem alternos opponebam foramini [4] oculos, injuriæque Eumolpi advocationem commodabam, & veluti quodam cibo me replebam: quum Procurator inſulæ Bargates à cœna excitatus, à duobus [5] lecticariis in mediam rixam perfertur: nam erat etiam [6] pedibus æger. Is, ut rabioſa barbara-

1. *anſa oſtii diſrupta*] Sic & Frellon. atque Lotich. *anſa oſtioli rupta*, Tornæſ. cæteri, codexque Tragur. Io. Alex. Braſſicanus: *Anſa* Græcis κορώνη *(cornix)*, circulus vel annulus ferreus additus oſtio, quo pulſetur.

2. *ſtricto acutoque articulô percuſſi*] Servos condylîs, colafis, talitris cædebant domini: Vnde apud Mart. *Condylus* ſervi nomen lib. IX Epigr. XCIV. Sic apud Suidam, ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα νίπτρα προσφέροντα οὐ καταθύμια κονδυλίσας ἀπέκτεινε *(Hercules puerum aquam lavandis manibus aut pedibus non ad animi ſententiam afferentem, contractis in condylos digitîs, ſeu pugnô interemit)*. Iuven. Satyr. IX.

Nos colafum incutimus lambenti cruſtula ſervo.

Hîc Petron. vetus Gloſſat. κόνδυλος, *colafus*, κόνδυλος ποδὸς, ἢ χειρὸς *(junctura, tuber ſeu nodus, pedis, aut manus)*, hoc *talitrum*. Nicol. Rigaltius.

3. *conſedit in lecto*] Sic juxta Tornæſ. alios, c.que Tragur. pro Gabbem. & Frellon. *conſedit in lectum*. Quomodo & c. M. habuit Douſæ; unde is ſuſpicatus legendum *conſidit*, ut ſeſſum capientis motus ſignificaretur. Differunt enim *conſideo*, & *conſido* ut quies, & motus.

4. *oculos, injuriæque Eumolpi advocationem commodabam*, &c.] Editt. Gabbem. Frellon. & Lotich. *oculos, injuriamque Eumolpo advocationemque c. & vel. q. c. me r. quum* (vel *cum*). Tornæſius: *oculos, injuriaque Eumolpi, veluti quodam cibo me replebam, cum.* in marg. & Var. lect. *o. injuriamque Eumolpi, advocationemque commendabam: cum.* vet. cod. Brit. Vt v. c. Brit. ita & Wouwer. R. Herm. atque c. Tragur. ſed hic mendosè: *oculos, incuriam eumolpi a. c. c.* Wouweren: Locus ſine dubio corruptus. F. *o. injuriæque Eumolpi advocationem commodabam*, id eſt, favebam. ſequentia declarant. *Scaliger.*

5. *lecticariis*] Servis qui lecticam portabant. Seneca de Conſt. c. XIV; *l. xliv π̃ de Leg. iij; l. viij § ult. π̃ de Leg. j; l. lxv de Leg. ij; l. xiij π̃ de Aur. arg.* Suet. Calig. c. LVIII: Scholiaſt. Iuven. ad verſ. cxlII Sat. IX: & ſæpe priſci lapides. *Bajuli* etiam & *geruli* dicti. Tertull. de Virg. veland. Senec. de Benef. lib. III, c. XXVIII. *S. A. Gabbema.*

6. *pedibus æger*] Sellâ ergo non *lecticâ*

baraque voce in ebrios fugitivosque diu peroravit, respiciens ad Eumolpum, † O poëtarum, inquit, disertissime, tu eras? & non discedunt ocius nequissimi servi, manusque continent à rixa? *

[1] Contubernalis mea mihi [2] fastum facit. Ita, si me amas, [3] maledic illam versibus, ut [4] habeat pudorem. * *

‡ Dum Eumolpus cum Bargate in secreto loquitur, [5] intrat stabulum præco [6] cum servo publico, [7] aliaque sane

† *Bargate.* ‡ *Encolpius.*

vicâ gestatus. *lecticarios* enim pro *sellariis* promiscuè nominabant. Vid. Lipsi Elect. *Dousa* MS.

1. *Contubernalis*] Commodè hic accipi potest de uxore *Bargatæ*; ex jure enim nostro patet *contubernales* esse servorum conjuges. *l. xij* § *xxxiij* ff. *de Fund. instruct. l. uxorem.* § *concubina.* ff. *de Leg. iij. l. liberorum.* § *sed & Paninius* ff. *de Verbor. signif.* hinc contubernium servile conjugium significat, *Paul. l. ij Sent. tit. xx. l. xiv* § *seriles.* ff. *de rit. Nupt. l. xlix de Manumiss. est.* cur servi non contrahant matrimonium apud Romanos docet Nob. D. *Ioann. Steinbergius*, de quo merito illud Ennii ecfari posses,

--- molta tenet anteiqua, sepolta,
Dissert. j θ. xxvij ad Inst. S. A. Gabbema.

2. *fastum facit*] Me contemnit, despicit, repellit. *Fastus* pro repulsa. *Vouweren.* Tacit. lib. IV Ann. in fin. *uxta, gratiam, aut fastus janitorum peretiebantur.* Curt. Pichena. Not. ad Tacit. *Erhardus.* Forsan, *facere fastum*, ro superbè agere, ut Columellæ *fare urinam*, i. mejere.

3. *maledic illam versibus*] Nota verum *maledicere* cum accusandi casu onjunctum cui respondet *benedicere*, idem casui copulatum à Tibullo ersu illo:

Sed bene Messallam sua quisque ad pocula dicat.

Dousa P.

4. *habeat pudorem*] Iuven. Sat. II.

--- habeat jam Roma pudorem.

ia. Barthius.

5. *intrat stabulum præco*] *Furtum* quod à lictore aut viatore licitò præcincto, ipso aut alio quolibet comite indicium & fidem in lance præferente, sive hoc privata, sive publica ex auctoritate magistratûs perquisitum inventumque est, *per lancem & licium* conceptum videtur. Hujus rei amissæ perquirendæ & concipiendæ ratio etiam apud Plautum Mercat.

Certum est præconium jubere jam quantum est conducier,
Qui illam investigent, qui inveniant: post ad prætorem illico
Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi in vicis omnibus.

P. Pithœus.

6. *cum servo publico*] *Publici servi* dicebantur, qui officium, & ministerium publicum sacerdotibus, aut magistratibus, & populo exhibebant, de quibus Livius lib. XXVI, Vellejus Patercul. lib. II; Val. Max. lib. II, c. V. Servos publicos alios fuisse à lictoribus ostendit Senatus-consultum vetus, quod Frontinus in lib. de Aquæd. refert: PLACERE. SENATUI EOS. QUI. AQUIS. PUBLICIS PRÆSSENT. CUM. EJUS. REI CAUSSA. EXTRA. URBEM. ESSENT. LICTORES. BINOS ET. SERVOS. PUBLICOS. TERNOS. &c. HABERE. *T. Popma.*

7. *aliaque sanè modica frequentia*] Leg. *sanè non modica.* Pithœus Advers. & subsec. lib. I, c. 2. Sed non placet. *Ge. Erhardus.*

I. *hæc*

sane modica frequentia, facemque fumosam magis quam lucidam quassans, [1] hæc proclamavit: † Puer in balneo paullo ante aberravit, [2] annorum circa XVI, crispus, mollis, formosus, nomine Giton: Si quis eum reddere, aut commonstrare voluerit, accipiet [3] nummos mille. ‡ Nec longe à præcone Ascyltos stabat [4] amictus discoloria veste,

† *Præco.* ‡ *Enculpius.*

1. *hæc proclamavit*: PUER. IN BALNEO] Plura hujus præconii exempla apud Lucianum multis in locis, præsertim in Fugitivis, extant. Itemque apud Senecam lib. v Controv. Sed & Apulejum lib. VI Milesiæ. sanè quàm elegans: SI. QUIS. A FUGA. RETRAHERE. VEL. OCCULTAM. DEMONSTRARE. POTERIT. FUGITIVAM. REGIS. FILIAM. VENERIS. ANCILLAM. NOMINE. PSYCHEN. CONVENIAT. RETRO. METAS MURCIAS. MERCURIUM. PRÆDICATOREM. ACCEPTURUS INDICINÆ. NOMINE. AB IPSA. VENERE. SEPTEM. SAVIA. SUAVIA. ET. UNUM BLANDIENTIS. ADPULSU LINGUÆ. LONGE MELLITUM. Mirum videri non debet Mercurium prædicatorem in lance *indicium* & *fidem* non præferre qui indicaturæ nomine nihil præter Veneris suavia & linguæ adpulsum polliceatur. Curius Fortunatianus I.C. lib. I Rhet. Schol. cujus servus fugerat, libello proposito, vel per præconem nuntians, dixit daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset. *P. Pithœus.* Sic & Propertius scedula columnæ adfixâ amissas investigat tabellas: lib. III El. XXI. Similiter Amorum mater sanctissima Venus Amorem fugitivum quærens suavium promittit inventori apud Moschum Eidyll. I. vide Cassiod. I.II Ep. XXXV; & XXXVI. *S. A. Gabbema.*

2. *annorum circa XVI*] Al. *circiter.* Pithœus dicto locô. *Annus decimus sextus* legitima ephebi ætas. Ioseph. antiquitat. Iudaic. lib. 15, c. 2 de Antonio Aristobulum Alexandri Iudæorum Regis formosissimum filium in amores & delicias concupiscente, & Herodi Regi ut mitteret mandante: *Herodes haud judicavit ætate & forma florentem Aristobulum (erat enim amerum sexdecim) & genere præstantem, mittere ad Antonium, hominem libidini deditum, & voluptates inverecundè conquirentem.* Ge. Erhardus.

3. *nummos M*] 25 Philippicos.

4. *amictus discoloria veste*] Apud veteres, qui in domo alterius rem furtivam quærere volebat, nudus eam quærere cogebatur, licio tamen, quo pudenda tegebat, cinctus erat, & lancem, quæ patina erat rotunda & ampla, ante oculos tenebat, propter matrum famil. aut virginum præsentiam. Borcholten ad § *furtorum autem Inst. de Oblig. quæ ex delict. nascuntur.* Imò quæsitor licio cinctus fuit, & manu lancem tenuit, in qua pretium inventionis sive indicium esset, ut ex hoc loco probat Giphanius ad § *concept. Inst. eod. tit.* omnino hic adeundus Mynsingerus in Schol. ad Inst. ut & Nob. D. Steinbergius, Dissert. XXIV θ. IV. Porrò, de *discoloria veste* ita Pithœus: *Discoloriam vestem* dixit Arbiter, ut juris nostri auctores *versicoloriam*, Vopiscus *coloriam*. *Discoloria veste* uti solitos, qui quid publica auctoritate facerent, testimonio sunt imperatoriæ constitutionis verba, in Cod. Theodos. tit. *De habit. quo intra urb. uti oportet.* Gabbema.

1. *indi-*

veſte, atque in lance argentea [1] indicium, & fidem præ-
ferebat. Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum ſubiret;
nnecteretque pedes & manus inſtitis, quibus ſponda
culcitam ferebat: ac, [2] ſicut olim Vlyxes pro ariete ad-
hæſiſſet, extentus infra grabatum [3] ſcrutantium eluderet
manus. Non eſt moratus Giton imperium, momento-
que temporis inſeruit vinculo manus, & Vlyxem aſtu
millimo vicit. Ego, ne ſuſpicioni relinquerem locum,
ectulum veſtimentis implevi, [4] uniuſque hominis veſti-
gium ad corporis mei menſuram figuravi. Interim A-
cyltos, ut pererravit omnes [5] cum viatore cellas, venit
ad

1. *indicium & fidem*] *Indicium* pro præmio, quod indicibus datur. Ait enim Aſcylton, qui famulum ſuum miſerat, cum præcone circumviſſe, & in lance indicium prætuliſſe, i. e. pecuniam, quam daturus eſſet illi, qui ſibi fugitivum ſuum indicaret. Cic. de Divinat. *Quapropter ſi tibi indicium poſtulas dari, quod tecum unà ferris.* Sic & *nuntium* apud eundem Cic. ad Attic. dicitur præmium nuntii. Erhard. *Indicium, δώρεϑον, (præmium inventionis, findt-geld* Germ.). Gloſſ. Petron.

2. *ſicut olim Vlyxes pro ariete adhæſiſſet*] *Vlyxes.* Sic & Tornæſ. alii, præter Horich. qui *Vlyſſes*, juxta Æol. Υ̓λύσσης, pro Ὀδυσσεύς. Noſtro verò modò non ſolùm *d* mutatur in *l*, ut ſæpe, ſed & *s* in *x* quo de poſteriore etiam ſuprà in Fragm. Gabbema: *ſicut Vlyxes adhæſit.* Illud ut pateat, Homeri verba ex lib. IX Odyſſ. adducenda ſunt. — — — Αὐτὰρ ἐγωγε
(Ἀρνειὸς γὰρ ἦεν μηλων οὐχ ὑλεγε-
σ@- ἀπεντων)
Τοῦ κῦ, νώτῳ λιασάμην, λασίῃσι ὑπὸ
γαστὴρ ἐλυσθείς
Κείμην. αὐτὰρ χερσὶν ἀώτε θεπε-
σίοισι
Νωλεμέως στρφθεὶς ἐχόμην τετληότι
θυμῷ.
— — — *Caterùm ego,*
(Aries enim erat pecudum longè optimus omnium)
Hujus tergum adripiens (hoc eſt, *hunc ſupra dorſum*
[ſcilicet meum] *aptans*, ut Volaterranus interpretatur,) *villoſum ſub ventrem delapſus*
Pendebam: caterùm manibus lana pretioſiſſimâ
Firmiter implicitus tenebam audaci animô.
Ios. Ant. Gonſalius.

3. *ſcrutantium*] Hinc *ſcrutatores* apud Sueton. in Claudio. *P. Scriver.* MS.

4. *uniuſque hominis veſtigium*] Ariſtænetus lib. 2 Ep. 22. κμὴ τὼ ϛρωμενὼ ἐνεζώσϑησε, πυντελῶς συγχεῦσε τὸ ἴχνος τῦ ἑτέρου σώματος (*Strato conturbatô veſtigia alterius corporis omnino confudit*). Propertius:
Apparent non ulla toro veſtigia preſſô;
Signa voluptatis non jacuiſſe duo.
Mercerus in Not. ad Ariſtænet. *Ge. Erhardus.*

5. *cum viatore*] Columella lib. 1. *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur in Senatum. Ex quo qui eos vocabant viatores nominati ſunt.* Sunt ferè iidem cum lictoribus. Lat. Pacat. *Nec ociosa viatoris manus plebem verbere ſubmovebat.* Sanè ſubmovendi munus lictorum notum.

ad meam : & hoc quidem pleniorem ſpem concepit, quo diligentius oppeſſulatas invenit fores. Publicus vero ſervus, inſertans commiſſuris ſecures, clauſtrorum firmitatem laxavit. Ego ad genua Aſcylti procubui, & per memoriam amicitiæ, perque ſocietatem miſeriarum, petii ut ſaltem oſtenderet fratrem ; imo, ut fidem haberent fictæ preces, ſcio te, inquam, Aſcylte, ad occidendum me veniſſe: quo enim ſecures adtuliſti ? Itaque ſatia iracundiam tuam : præbeo ecce cervicem, funde ſanguinem, quem ſub prætextu quæſtionis petiiſti. Amolitur Aſcyltos invidiam ; &, Se vero nihil aliud quam fugitivum ſuum dixit quærere ; mortem nec hominis concupiſſe, nec ſupplicis ; utique ejus, [1] quem poſt fatalem rixam habuit cariſſimum. At non ſervus publicus tam languide agit, ſed [2] raptam cauponi harundinem ſubter lectum mittit, [3] omniaque etiam foramina parietum ſcrutatur. Subducebat Giton ab ictu corpus, & [4] reducto timidiſſime ſpiritu [5] ipſos cimices ore tangebat.

notum. Lego in v. inſcrip. etiam *viatrices* fuiſſe. *Io. à Wouweren.*

1. *quem poſt fatalem rixam habuit cariſſimum*] De qua ſuperiùs, nam poſt illam rixam reconciliati fuerunt; quæ tamen reconciliationis narratio deſideratur. *Erhardus.* Vix ſentio reconciliationem interceſſiſſe. Quoad exteriora videtur mihi quidam congreſſus Eſavi & Iacobi.

2. *raptam cauponi harundinem*] Harundinem oſtiò appenſam adfixamque intellige : de qua planiùs idem infrà quoque : *Et harundinem ab oſtio rapuit, iterumque nihil reſpondentem mulcavit, ac niſi primo ictu harundo quaſſata verberantis impetum minuiſſet, forſitan etiam brachia mea, caputque fregiſſet.* Ea *virga* adpellatur Senecæ, janitoris, ſive oſtiarii geſtamen l. 11 de Tranquillitate vitæ : *Ille puſilli animi eſt, qui ſibi placet, quod oſtiario liberè reſpondit, & virgam ejus fregit.* Douſa P.

3. *omniaque etiam foramina parietum ſcrutatur*] Solebant veteres in perquiſitione furti vel minutiſſima quæque quamvis obſignata perſcrutari & excutere. Plato de Legib lib. 12. Apul. 9. *Immiſtis itaque victoribus cæteriſque publicis miniſtris angulatim cuncta perſcrutari jubent.* P. Pithœus Adverſ. lib. 2, c. 19. *Ge. Erhardus.*

4. *reducto timidiſſime ſpiritu*] Ammianus lib. 19 de nocturnorum militum inſidiantium ſilentio : *Atque ipſum ſpiritum reprimentes.* Idem.

5. *ipſos cimices ore tangebat*] Tornæſius, & reliqui omnes, *i. ſcyniphes o. r. i. ciniphes vel cymphes.* Iſidorus Orig. lib. XII, c. ult. *Cyniphes muſcæ minutiſſimæ ſunt, aculeis permoleſtæ, & tertia plaga Ægyptiorum.* Oroſius quoque lib. 1, c. 10, *ignitos cyniphes* appellat. Apud vulgatum interpretem legas *ciniphes* per *i* & meliùs fortaſſe, nam Græcè eſt σκνῖφες, κνῖπες, & κνῖφες, à κνιπεῖν i. ξύειν

bat. Eumolpus autem, quia effractum hostium cellæ neminem poterat excludere, [1] irrumpit perturbatus, &, Mille, inquit, nummos inveni: jam enim pesequar abeuntem præconem, &, in potestate sua esse Gitonem, meritissima propositione monstrabo. † Genua ego perseverantis amplector, ne morientes vellet occidere: &, Merito, inquam, excandesceres, si posses proditum ostendere. Nunc inter turbam puer fugit, nec quò abierit, suspicari possum. Per fidem, Eumolpe, reduc puerum, & vel Ascylto redde. Dum hæc ego jam credenti persuadeo, Giton, conlectione spiritus plenus, ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conversus, [2] salvere Gitona jubet. Remota etiam cul-

† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.*

ύειν radere. *Vossius.* Martialis de udoribus:

Non hoc lana dedit, sed olentis barba mariti
Cyniphio poteris planta latere sinu.

Cyniphio sinu, i. pelle hircina; respiciens f. ad originem ἀπὸ τοῦ κύων, κυνὸς (*à canis*), quòd *cyniphes* rostrum capite habentes, eo ceu terebrâ item maxime canum, hircorum, & genus perforent. Hoc de *cyniphibus*; d planè præstat, *ipsos cimices ore tang.* abbema: Ita legend. monet Gonlius, expuncta ineptissima voce *scyphes*. Cimices in diversoriis & paurum grabatis potissimùm inveuntur. Facetè Mart. lib. XI Epigr. XXIII; & LVII. sunt enim juxta Plium lib. XXIX, c. IV *animalcula fœdissima & dictu fastidienda.*

1. *irrumpit perturbatus*] Sic omnes. rthius: Omnino leg. *perturbaturus.* d, *perturbaturus*, ipse *perturbati* hatum induerat. qualis causa, talis effectus. qualis animus, talis, nisi quis let, frons, & adspectus.

2. *salvere Gitona jubet*] De ritibus sternutationibus observatis apud teres multi multa scripsere; In iorum numero non ultimum promeruit locum Famianus Strada Roman. qui lib. III Prolud. Acad. Prælect. IV, cui titulus *Pistor.* Suburranus, de illis latè agit. Salmasius in Epist. Quæst. Beverovicl. Martinus Schoockius in dissert. illa longiuscula de Sternutatione conscripta. Quibus commodum erit illos inspiciant; nos hîc inpræsentiarum Brissoniô contenti erimus, qui lib. I de Form. hæc: sternutantes etiam omni causa salutare moris erat, Plin. lib. XXVIII, cap. II. *Cur sternutamentîs salutamur? Quod etiam Tiberium Cæsarem tristissimum (ut constat) hominum in vehiculo exegisse tradunt.* Apul. lib. IX. *Pone tergum ejus maritus acceperat sonum sternutationis: quod cum putaret ab eo profectum, solito sermone salutem ei fuerat imprecatus, & iteratô rursum & frequenter sæpius.* Quod Græcis æquè solemne fuisse Aristoteles indicat in Problemat. XXXIII. quærens, Δία τι τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ ἔξοδοι, οἷον φύσης καὶ ἐρυγμοῦ οὐχ ἱεραὶ, ἡ δὲ τοῦ πταρμοῦ ἱερά; (*Cur eruptio cæterorum spirituum, ut flatûs, & ructûs, sacra non habeatur, sternutamenti verò sacra sit?*) Nam postquam dixit, τὸν πταρμὸν τῆς κεφαλῆς πνεῦμα (*sternutamen-*

culcita videt Vlyxem, cui vel esuriens Cyclops potuisse parcere. Mox conversus ad me, † Quid est, inquit, latro? Ne deprehensus quidem ausus es mihi verum dicere? Imo, ni Deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti puero excussisset indicium, [1] elusus circa popinas errarem. * ‡ Giton longe blandior, quam ego, primum [2] araneis oleo madentibus vulnus, quo in supercilio factum erat, coartavit; mox palliolo sua laceratam mutavit vestem, amplexusque jam mitigatum osculis tamquam fomentis adgressus est: &, † in tua inquit, pater carissime, in tua sumus custodia. Si Giton tuum amas, incipe velle servare. Vtinam me solum inimicus ignis hauriret! utinam [3] hibernum invaderet mare! Ego enim omnium scelerum materia: ego causa sum. Si perirem, [4] conveniret inimicis. * *

† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.* † *Giton.* † Eg

tamentum capitis spiritum) esse, subjungit, Διὰ τὸ ἱερώτατον ἐν εἶναι τὸ τόπον, καὶ τὸ πνεῦμα ὡς ἱερὸν προσκυνοῦσιν (*Propter sanctitatem loci, & spiritum ut sacrum venerantur*). Et mox, Εὖγε ὡς σημεῖον ὑγείας τὸ ἀῤῥώστημα τὸ ἱερώτατον τόπον προσκυνοῦσιν, ὡς ἱερὸν καὶ φίλιον ἀγαθὸν ποιοῦντες (*Rectè igitur quasi indicium valetudinis partis tenera* [*imbecillæ, ἀῤῥώστημα*], *atque sacerrimæ, sternutamentum adorant, benèque augurantur.* Theod. verò Gazæ versio hîc sic habet: *Proinde igitur quasi indicium valetudinis partis optimæ* [ac si legisset ἀρίστου] *atque sac.* &c. ἀῤῥώστημα adducit, qui mox subscribetur, Gabbema, editionisque etiam est Paris. A. 1654, recognitionis tertiæ Val. Du-Vallii, cui Gazæ è regione interpretatio respondere debebat). Idem probat Epigramma Græcum hoc versu:

Οὐδὲ λέγειν, ΖΕΥ ΣΩΣΟΝ ὅταν πλαγῇ.

(*Et sternutanti non dicere, SALVE*). S. A. Gabbema.

1. *elusus circa popinas errarem*] Consonant hi versus:

Ego nolo florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos. Fr. Pithœus.

2. *araneis oleo madentibus*] Sere Sammon.

Si verò caput infestus collîserit ictus,
Ex oleo nectî vestis debebit Arachnes
Nescîet hæc illic nisi cum sanârit abire.

Quod exscripsit Marcellus de Mec cam. cap. 1. *Fracto capiti tela aranei oleo & aceto imposita non recedit nisi sanaverit.* Gabbema.

3. *hibernum*] sævum. *Gloss. Petr.* Rectè autem *hibernum* per i, licet ὑώ (*pluo*) veniat, perinde ut *fio*, *fuo*, à φύω; talia enim sunt verè I tina, & immemorabili usu ab ip Latinæ linguæ, & literarum nata bus affinitatem commiscuerunt, o gini, quasi, ut juris recentiores i terpp. loquuntur, præscripserun *hyems*, inquit Vossius, est à Gramm ticis, *hie.* scripsere Romani vett.

4. *conveniret inimicis*] Fortè, *a cis.* Erhardus. *inimicis.* i. Ascylto, E colpio, & tibi Eumolpo.

1.

† Ego sic semper, & ubique vixi, [1] ut ultimam quamque lucem, tamquam non redituram consumerem. * *

‡ Profusis ego lacrumis rogo, quæsoque, ut mecum quoque redeat in gratiam. neque enim in amantium esse potestate furiosam æmulationem: daturum tamen operam, ne aut dicam, aut faciam amplius, quo possit offendi. Tantum [2] omnem scabitudinem animo, tamquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice. Incultis asperisque regionibus diutius nives hærent: ast ubi ea [3] aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. Similiter [4] in pectoribus ira consîdit: feras quidem mentes obsîdet, eruditas prælabitur. † Vt scias, inquit Eumolpus, verum esse quod dicis, ecce etiam [5] osculo iram finio. itaque, [6] quod bene eveniat, expedite sarcinulas, & vel sequimini me, vel si mavultis, ducite.

† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.* † *Eumolpus.*

1. *ut ultimam quamque lucem*] Ex præcepto Philosophorum. Horatius lib. 1 Epist. ad Albinum:

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Avianus Boëtus de Moribus: *Omnis dies velut ultimus judicetur.* Vide quæ consignavit Goldast. not ad Columban. cap. 7. Alius poëta:

Vive memor lethi, --
Extremumq; tibi semper adesse puta.

Erhard. Sic etiam Dion. Cato:

Cùm dubia incertus versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem quocunque laborat. Ga. Barthius.

2. *omnem scabitudinem*, &c.] Sic omnes. Erhardus: Leg. *scabritudinem.* Neurs. Animadvers. miscell. l. 4, c. 6. *Scabrediuem* dixit D. Hieronymus, in vita Hilarionis.

3. *aratro domefacta*] Tornæs. al. *mansuefacta.* al. *domita.* Horum tamen nostri neutrum, sed junctim *domef.* Erhardus: *ar. domefacta.* Dixit quemadmodum Corn. Severus in Ætna:

-- domitis nemo cererem jactaret in arvis. Lindenbrog. not in Catal. ad Ætn.

4. *in pectoribus ira consîdit*] Attius Achille: *Cùm fervet pectus iracundiâ.* Claudian. *Iram sanguinei regio sub pectore cordis.* Est verò hoc Platonicum, qui iram sub corde locat. Barth. ad Claudian. n. 608. *Ge. Erhardus.*

5. *osculo iram finio*] Ex prisca amoris post offensiunculas, integrandi consuetudine quò idem quoque respecturus postea, *Et ne rejurata in animis etiam post jusjurandum ira remaneret, præterita aboleri osculis placet.* Ian. Dousa P.

6. *quod bene eveniat*] Planè omnibus rebus agendis ac auspicandis ferè ejusmodi adhibita precatio est. Sic Cato de R.R. t.CXII. Alibi & Petronius; *His ita ordinatis, Quod Bene Feliciterque Eveniret, precati Deos.* Cicer. lib. IV Ep. fam. XIV. *Alteris dicebas, te velle, qua egissem Bene ac Feliciter evenire.* Iterum Orat. pro Muræna: *Vt ea res mihi magistratuique meo, populo, plebique Rom. bene ac feliciter eveniret.* & paulò pòst; *Vt ea res fauste, feliciter prosperéque eveniret.* Lib. XXI; & XXXI. *S. A. Gabbema.*

ducite. † Adhuc loquebatur, quum crepuit hostium impulsum, stetitque in limine [1] barbis horrentibus nauta. ‡ Et, Moraris, inquit, Eumolpe [2] tamquam prope diem ignores. † Haud mora, omnes [3] consurgimus, &, Eumolpus quidem mercenarium suum, jam olim dormientem, exire cum sarcinis jubet: Ego cum Gitone quicquid erat, in altum compono, & [4] adoratis Sideribus intro navigium. * * Molestum, quod puer hospiti placet? Quid autem, non commune est, quod natura optimum fecit? [5] Sol omnibus lucet. [6] Luna innumerabili-

† *Encolpius.* ‡ *Nauta.* † *Encolpius.*

1. *barbis horrentibus nauta*] Vix hominis *barba*. Silius quidem de pluribus loquens viris lib. XIII, utitur in plurali, non de uno. Et Solinus, qui mox adducetur, intelligendus de brutis, quod vel ex *armis (habent armos)* manifestum. Vnde Tornæsius in marg. & Var. lect. al. *verbis horrentibus*. vel leg. *barba horridus*. Gonsalius: *barbis horr. nauta*. Mirè res Arbiter exprimit, ipsas omnino intueri me Hercules facit. Habitus ille planè rusticorum est incultorumque, puta nautarum, agricolarum, &c. Mart. lib. III Ep. XLVIII idem innuit:

Seras putator horridus refert uvas.

Idem Hippocentauro dedit Hieronymus in vit. Paul. primi Eremit. *Inter horrentia ora setis blandum quæsivit eloquium.* Graphicè Varro lib. v De L. L. *In corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent.* Barthius: Huc facit Apul. *Capillus horrore implexus atque impeditus.* Item Solin. cap. 22. *Villosos habent armos, & menta promissis hirta barbis.*

2. *Et moraris, inquit, tamquam prope diem ignores*] Expressit hic mores nautarum, qui, sive ut paratos vectores habeant, simulant festinare; sive, *quæstus sui causâ*, ut inquit, Cic. Ep. IX lib. XVI Fam. Nemo autem sic ut Plautus id repræsentavit in Milite, ubi Pleusides nautam simulans, ornatu exit nauclerico, urgetque Philocomasium act. IV, sc. VII.

Philocomasium quærito,
A matre illius venio: si itura est eat.
Omnes moratur: navim cupimus solvere. Io. Ant. Gonsalius.

3. *Haud mora consurgimus*] Medium nautæ sermonem interrumpit, ut properans. *Ga. Barthius.*

4. *adoratis sideribus*] sc. Castore ac Polluce. quos Statius precatur l. III Silv. Prop. Metii Celeris:

— Proferte benigna
Sidera, & antemna gemino considite cornu.

Et Horat. Od. III lib. I.

Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenæ lucida sidera.

Et Acro, *Sidus Veneris navigationi prosperum*, adfirmat. exinde forsitan ortum, quod Varro lib. II Antiq. rer. divin. narrat. *Æneam Trojâ profectum, Veneris per diem stellam vidisse semper, donec in Laurentum agrum venit, ubi non est amplius visa.* Gabbema. Placabant autem & fluctus ipsos. Vide talia apud Catull. phaselô. Lucret. l. 5. Pacat. Panegyr. *Barthius.*

5. *Sol omnibus lucet*] Ovid. 6 Metamorph.

— — usus communis aquarum est.
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas. — Io. à Wouweren.

6. *Luna innumerabilibus comitata sideribus*, &c.] Toti huic narrationi convenit Epigr. 26 lib. 9 Mart. *Barth.*

1. in

rabilibus comitata sideribus, etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formosius potest? [1] in publico tamen manant. [2] Solus ergo amor furtum potius, quam præmium, erit? Imo vero nolo habere bona, nisi quibus populus inviderit. vetus,& senex non erit gravis: etiam quum voluerit aliquid [3] sumere, [4] opus anhelitu perdet. Hoc ut infra fiduciam posui, fraudavique [5] animum dissidentem,cœpi somnum [6] obruto tunicula capite [7] mentiri. Sed repente quasi destruente fortuna constantiam meam,

1. *in publico tamen manant*] Omnibus animalibus communes sunt. Prudent. lib. 2 contra Symmach.

— *Nostros potant animalia fontes.* Weitzius in Not. Adde l. 2 § 1 D. de Divis. rer. & qual. § 1 Instit. de Rerum divis. & ibi Interpretes Iuris. *Ge. Erhardus.*

2. *Solus amor furtum potius, quam præmium*] Vrbanè furto commisit præmium; quòd alterum dolô clàm, alterum vi palam capiatur. Iam pueri nôrunt, præmiatores esse, qui de noctè *præmia* exterant, id est, prædas. Ia. Gulielm. Plaut. quæst in Menæch. cap. 1. *Erhardus.*

3. *sumere*] Et illud numeratur inter nequitiæ verba: Nemes. Ecl. III.

--- *Sic olim gaudia sumet.*

Mart. lib. X Ep. XVIII. *Sim. Abb. Gabbema.*

4. *opus anhelitu perdet*] Tornæs. *prodet.* Dousa: Placet legi *prodet.* &c. Senes enim asthmatici, id est, anheli. Spiritus autem timidè reducendus, tam in reddendo, quàm recipiendo anhelitu, illud *reciprocando* volui dicere: præsertim si furti res fuat. Vnde de semet multis experimentis prudens Tibullus.

Nota Venus furtiva mihi est, ut lenis agatur
Spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum.

Aliter Iuven. Sat. VI, quum scribit:

--- *Nec queritur, quòd*
Et lateri parcat, nec quantum jusserit, anheles.

Ibi enim de perseverantia in re voluptatum est sermo; hîc verò de collectione spiritus tantùm, quem nisi intra pulmones penitissimos suspensum retro pertinaciter inhibeas, cum sonitu erumpere necesse sit, teque ipsum manifesta in noxia, veluti soricem, tuopte indicio deprehensum perire. Dousa tamen ad edit. Tornæs. adscripsit, c. M. *perdet.* Sicque leg. Wouwer. alii. Id. D. pòst in Præcidan. *prodet* ex MS. firmat; forsan ob fugientem scripturam unius ejusdemque codicis (Rogertini), quem aliquando aliter legit.

5. *animum dissidentem*] Quid si scribas, *diffidentem?* Dousa. Leg. *diffidentem.* Meurs. Animadvers. misc. lib. 4, c. 6. quod ante eum & Dousa monuit. *Ge. Erhardus.*

6. *obruto tunicula capite*] *Obruto* non placet, & fortasse, *obnupto* legendum, hoc est, velato, obtectoque antiqué. *Dousa P.* Quidni *obruto*, ut actus celeritas & vehementia significetur. *obruo*, est cum impetu operio, à *ruo* corrado. Plaut. *æris acervos ruit*, ἐπιμετρεῖ (addit, adjicit) scilicet.

7. *somnum mentiri*] pro, simulare. Horat. — *Equo Minervæ sacra mentito.* Virgil. — *discet mentiri lana colores.* Idem: — *clypeos mentitáque tela.* *Agnoscunt.* --- Schopp. in Miscell. *Erhard.*

meam, ejusmodi vox [1] super constratum puppis congemuit: † Ergo me derisit? ‡ At hæc quidem virilis, & penè auribus meis familiaris animum [2] palpitantem percussit. Cæterum eadem indignatione mulier lancinata ulterius excanduit, &, † Siquis Deus [3] manibus meis inquit, Gitona imponeret, quam bene exsulem exciperet! ‡ Vterque nostrum tam inexpectato ictus sono amiserat sanguinem. Ego præcipue, quasi [4] somnio quodam turbulento circumamictus diu vocem conlegi, tremulisque manibus Eumolpi, jam in soporem labentis laciniam duxi; &, [5] per fidem, inquam, pater, cujus hæc navis est, aut quos vehat, dicere potes? Inquietatus ille molestè tulit; &, † Hoc erat, inquit, quod placuerat tibi ut super constratum navis, occuparemus secretissimum locum, ne nos patereris requiescere? Quid porro ad rem pertinet, si dixero, Lycam Tarentinum esse dominum hujusce navigii, qui Tryphænam [6] exsulem Tarentum ferat? ‡ Intremui post hoc fulmen [7] attonitus, juguloque dete

† *Lycas.* ‡ *Encolpius.* † *Tryphæna.* ‡ *Encolpius.*
† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.*

1. *super constratum navis*] Super *constratis* navium olim navigantes dormisse, nil ambigendum, vel ipso Petronio teste. Næ super *constratum puppis* cubantem etiam ponit dominum navis Lycam, in somniisque (quod indubium est, ibi voluisse Petronium) loquentem sic paulò antè: *Sed repente quasi destruente fortuna constantiam meam, ejusmodi vox super constratum puppis congemuit.* Quum autem *constrata naves* procul dubio sint, quas Cæsar sæpius *tectas* vocat; cave autem credas, *constrata* Petronii, super quæ cubilia erant, cataströmata fuisse, pavimentáque superiora, quibuscum tecta nimirum foret navis illa constrata: nam loca illa parum etiam forent opportuna nocte ad quiescendum. quapropter de aliis tabulatis inferioribus Petronius capiendus, quæ: quòd in illis stragula consternerentur, dubio procul *constrata* nuncuparentur simpliciter, participio in nomen commutatò. *I. A. Gonsalius.*

2. *palpitantem*] M. cod. *palpantem* Dousa MS.

3. *manibus -- exciperet*] Tornæsius al. *navibus -- exciperem.*

4. *somnio q. t. circumamictus*] Tullus:

Et cum te fusco somnus velavit amict.
Dousa.

5. *per fidem*] Sanctissimum erat jurandum, de quo Heraldus Advers. l. 2, c. 3. *Ge. Erhardus.*

6. *exsulem*] Al. *uxorem.* Io. Tornæsius.

7. *Intremui post hoc fulmen attonitus.* Apul. Met. lib. IIX. *Sed Charite vocem nefandam & horruit & detestata est; velut gravi tonitru procellaque sideris, ita etiam ipso Dialis fulmine percussa, corruit corpus & obnubilavit animam.* Lat. Paneg. *Hinc reorum usque ad d*

me

letecto, Aliquando, inquam, totum me Fortuna vicisti. Nam Giton quidem super meum pectus positus, animam egit; deinde ut effusus sudor utriusque spiritum revocavit, comprehendi Eumolpi genua, Miserere, inquam, morientium, id est, pro consortio studiorum commoda manum. Mors venit, quæ, [1] nisi per te licet, potest esse pro munere. Inundatus hac Eumolpus invidia, jurat per deos deasque, se neque scire, quid acciderit; [2] nec ullum dolum malum consilio adhibuisse, sed mente simplicissima, & vera fide in navigium comites induxisse, quo ipsa jam pridem fuerit usurus. † Quæ autem hic insidiæ sunt? inquit, aut [3] quis nobis Hannibal navigat? Lycas Tarentinus homo verecundissimus, & non tantum hujus navigii dominus, quod regit; sed fundorum etiam aliquot, & familiæ negotiantis, onus deferendum ad mercatum [4] conduxit. Hic est [5] Cyclops ille, & [6] archi-

† *Eumolpus.*

rmationem metus, postea attonitus stupor. Cæterum de animi consternatione seorsim habes apud Senecam Nat. Quæst. lib. II, c. XXXVII. De aurium autem stupore Ammianus lib. XVII. Item Q. Curtius l. VIII. *Ian. Dousa F.*

1. *nisi per te licet*] Leg. *per te non licet.* Iungermann. *Erhardus. Per te licet* subintelligerem *vivere*, nihilque mutarem. Sensus: Tantis versamur in angustiis, ut cita mors muneris esse possit locô, nisi per te vivere licet.

2. *nec ullum dolum malum consilio adhibuisse*] Est enim dolus alius bonus, alius malus. Cic. lib. III Offic. de qua doli distinctione est in *l.* 1 § *non fuit.* π *de Dolo malo.* Gratiosus Epidaurita in Notis; D. M. M. L. *dolum malum multatur leges.* Vbi Goldastus monet esse legendum, *multant leges.* Mich. Casp. Lundorpius.

3. *quis nobis Hannibal navigat*] *quis nobis.* Sic & Frellon. al. sed Tornæs. *quis nobiscum.* Erhardus: Leg. *quis nobiscum Hannibal navigat?* Wouweren: *Annibalem* accipiens pro ferocissimo & capitali hoste, ut mox *Cyclop.* pro archipirata. Durant. Varlect. lib. I, c. 13. It. Dousa: L. *q. nobiscum.* videturque ad Punicam calliditatem Hannibalis alludsum à Petronio: qua veteranus Imp. ille, *omnibus Pœnis pœnior*, insidias thesauris suis furtim comparatas vaferrimo commentô traditur elusisse: non quidem ex *Harpacum thesauriariorum* manibus elapsus modò, sed verò eos ipsos etiam probè atque ex animi sui sententia ultus oppidò.

4. *conduxit*] i. e. certo pretiô deferendum susceperit. Cic. de Divinat. *Qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam.*

5. *Cyclops & archipirata*] Præcedit *homo verecundissimus* de h. ipso *Cyclope*, nimirum *Lyca.* Ergo alterutrum ironicè dictum: puto hoc, *Cyclops.* accedit *Tryphana uxor voluptaria.* Confer tamen quæ infrà de *Lycurgo.*

6. *archipirata*] Archipiratæ cujusdam mentio extat in fragmento Diarii antiquissimi, anni nempe P. R. C.

chipirata, ' cui vecturam debemus: & præter hunc Tryphæna omnium feminarum formosissima, quæ voluptatis causa huc atque illuc vectatur. † Hi sunt, inquit Giton, quos fugimus : ‡ simulque raptim causas odiorum, & instans periculum trepidanti Eumolpo exponit. Confusus ille, & consilii egens jubet quemque suam sententiam proponere : &, † Fingite, inquit, nos [2] antrum Cyclopis intrasse. Quærendum est aliquod effugium, [3] nisi naufragium ponimus, [4] & omni nos periculo liberamus. ‡ Imo, inquit Giton, persuade gubernatori, ut in aliquem portum navem deducat, non sine præmio scilicet;& affirma ei,impatientem maris fratrem tuum in ultimis esse. Poteris hanc simulationem & lacrumis, & vultus confusione obumbrare, ut misericordia permotus gubernator indulgeat tibi. † Negavit hoc Eumolpus,fieri posse; ‡ quia magna, inquit,navigia portibus se gravatim insinuant ; nec tam cito fratrem defe-

† *Giton.* ‡ *Encolpius.* † *Eumolpus.* ‡ *Giton.*
† *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.*

cisse

DXXCV, pridie Kal. Aprileis : DEMYPHON ARCHIPIRATA, CAPTUS A. C. N. LICINIO, NERVA, LEGATO. IN. CRUCEM. ACTUS. S. A. Gabbema.

1. *cui vecturam debemus*] Leg. *invidemus*. Omnino ex sententia : Lapsus facilis : *vecturam debemus*. Barth. Vix persuader. *Vecturam debemus*, sive pro vectione, sive pro mercede accipias, commode positum.

2. *antrum Cyclopis intrasse*] Sidon. l. 7 Ep. 14. *Ut specum Polyphemi hospes exhorruit.* Vide Hyginum ex Homero c. 125, Savaro Not. ad Sidon. *Erhardus*. De antro ejusdem Virgil.

Nam qualis, quantusque cavo Polyphemus in antro.

Lepidissima autem narratio est Magii lib. 1, c. 4, ubi de gigantum proceritate differit. Is ex Bocatio lib. 4 Geneal. id refert. Bocatius sua ætate rusticos quosdam in Sicilia, non procul à Drepano fodientes, maximum adinvenisse antrum scribit, quo sedens esset gigantis cadaver, quod lævâ contum, cujusvis navis malò majorem teneret. Quo in cineres, ut vetustissimis cadaveribus usuvenit, soluto, plumbum quod conto inerat, plusquam mille & quinquaginta libras excessisse : dentes libras novenas : cranii verò partes multos frumenti modios excepisse. Atque idem Bocat. facta supputatione, gigantis illius proceritatem, ultra ducentos cubitos processisse, unde Polyphemum fuisse creditum sit. *Anonymus.*

3. *nisi naufragium ponimus*] i. e. nisi naufragium futurum statuamus. An verò *ponimus* pro statuimus ? Faceret huc Scriverius MS, *ponimus* explanans *decernimus nobis.*

4. *& omni nos periculo liberamus*] F. *& periculo, omni nos periculo* liberamus. Vel, *& uno periculo om. nos periculo lib.* Anonymus MS.

1. *Vides*,

cisse, verisimile erit. Accedit his, quod forsitan Lycas officii causa visere languentem desiderabit.[1] Vides, quam valde nobis expediat, ultro dominum ad fugientes accedere. Sed finge, navem ab ingenti posse cursu deflecti, & Lycam non utique circumiturum ægrorum cubilia; quomodo possumus egredi nave, ut non conspiciamur à cunctis? opertis capitibus, an nudis? Opertis. &[2] quis non dare manum languentibus volet? Nudis. Et quid erit aliud, quam seipsos proscribere? † Quin potius, inquam ego, ad temeritatem confugimus, & per funem lapsi descendimus in scapham, præcisoque vinculo, reliqua Fortunæ committimus? Nec ego in hoc periculum Eumolpum arcesso. Quid enim attinet, innocentem alieno periculo imponere? Contentus sum, si nos descendentes adjuverit casus. ‡ Non imprudens consilium, inquit Eumolpus, si aditum haberet. Quis enim non euntes notabit? Vtique gubernator, qui[3] pervigil nocte siderum quoque motus

† *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.*

1. *Vides, quam -- accedere*] Leg. *Vide sis, quàm valde nobis expediat, ultro ad dominum fugientes accedere.* Sensu commodissimo: Tute cogita, quàm expediat, qui dominum fugiamus, ultro se ei restituere: quod faceremus, si tuo consiliô uteremur. non alia mens Petronii fuit, nisi rectum est *accire* pro *accedere*. Anonymus MS.

2. *quis non dare manum languentibus volet*] Notavi hunc morem in hoc solo lectum, ut languentibus darent manum, præsertim capite opertis. an forte legendum, *quis non adire manum l. vo.* Quomodo Plautus scil. officii causâ & humanitatis communis testandæ? Piccartus Pericul. Critic. c. 17. *Ge. Erhardus.*

3. *pervigil. nocte siderum quoque motus custodit*] Noctu ex siderum motu navigationem dirigebant antiqui. Ast interdiu? quum pyxidis nauticæ usum non habuerint prisci. Id nos apertè docuit Leontius mechanicus in constructione Aretejæ Sphæræ: Καὶ γὰρ, καὶ οἱ πλωζόμενοι οὐ διὰ μηχανικῶν ὀργάνων, καὶ ἀκριβῶς, ἀλλὰ διὰ ψιλῆς ἀναβλέψεως, καὶ μάλιστα ἐπὶ τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν ἔμελλον ὡροσκοπεῖν (*Navigatur non ope mechanicorum instrumentorum, & examussim, sed ad nudum superiorum adspectum; maximè verò ad positionem astrorum horas metiuntur*). Didici ex Apollonio navigationem veteres interdiu è solis cursu moderari consuevisse: sic inquit Argon. 1, v. cv.

--- Εσθλὸς δ' ἀνέμοιο θοέλλας
Καὶ πλόον ἠελίῳτε, καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.
(--- *Bonus observare procellas,*
Et Phœbo cursum pelago stellisque notare).

Vbi Scholiastes: Ἀγαθὸς μὲν καὶ ἡμέρας τῷ ἡλίῳ, νυκτὸς δὲ πρός τινα τῶν ἀστέρων τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ τεκμήρασθαι (*Bonus interdiu quidem sole, noctu verò ad aliquod astrorum commodum navigationis*

motus custodit. Et utcumque imponi vel dormienti posset, si per aliam partem navis fuga quæreretur: nunc per puppim, per ipsa gubernacula dilabendum est, à quorum regione funis descendit, qui scaphæ custodiam tenet. Præterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, [1] unum nautam stationis perpetuæ interdiu noctuque jacere in scapha, nec posse inde [2] custodem, nisi aut cæde expelli, aut præcipitari viribus. Quod an fieri possit, interrogate audaciam vestram. [3] Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit. Nam sine causa quidem [4] spiritum [5] tamquam rem vacuam impendere, nec vos quidem

tionis prospicere). Ideo ergo quum cœlum nubilum erat: minimè ubi versarentur sciebant, sed per vastum pelagus errabundi vagabantur. Planè id ostendit Virg. l. III. operis divini:

Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelagò, totidem sine sidere noctes. I. A. Gonsalius.

1. *unum nautam stationis perpetuæ*] Dividebantur vigiliæ non minori cura in navibus, atque in urbibus & militia. quod & ex legibus navalibus Rhodiorum intelligitur, in quibus *præfecti vigilum* mentio fit, quem βιγλιῶν ἄρχοντα vocant. Vnde & ἡμεροβιγλιον *(vigiliæ diurnæ)* apud Curopalatam, ἀπὸ τῆς βιγλης (ex Latio, *à vigilia*) qui ejus seculi mos erat, ducto vocabulo. Vocabantur hujusmodi vigiles νυκτοφύλακες *noctiani* ab antiquis. Hi verò qui in navibus excubabant, etiam ναυφύλακες & diætarii Vlpiano L. 1 § 3 D. Naut. caup. stab. Paulo l. 3 tit. 7 Sent. *Zetarii* (quomodo *zabulon* pro *diabolon*) vocantur, nimirum à *diæta*, quæ erat custodum non solùm in navibus, verùm & domibus. *Ge. Erhardus.*

2. *custodem*] Excubiæ & custodes in vestibulis fuere. Virgil. lib. IX Buten fidum ad limina *custodem* adpellat. Idem lib. VI.

Tisiphoneque sedens, palla succincta cruentâ,
Vestibulum insomnis servat noctesque diesque. Idem lib. VI.
—— Cernis custodia qualis
Vestibulò sedeat

Apul. lib. de Mund. *Ante fores, stipatoresque regalium laterum, tutela pervigili, custodiam per vices sortium sustinebant. Erant inter eos divisa officia in comitatu regio armigeri quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, & janitores & atrienses.* Et hinc nautam stationarium in scapha, custodem adpellat Petronius. Fuit enim scapha vestibulum navis. Hinc Diphilus apud Athenæum scriptum reliquit.

Αὐλὰς φρουρεῖν ἐστιν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ
Ἢ φυλάσσειν, ἢ πεινῶντα, ἢ μαστιγοῦν.
(Servire atrio, videtur mihi, vel exsulis,
Cumque fame colluctantis, vel mastigiæ). Laur. Pignorius.

3. *Nam quod ad meum quidem comitatum attinet*] Id est, ad me, qui in vestro sum comitatu. *Comitatus* pro societate. *Erhardus.*

4. *spiritum impendere*] Vitam amittere. *Gloss. Petron.*

5. *tamquam rem vacuam*] pro, vilem & inutilem. *Erhard.*

1. *vos*

quidem existimo velle. Videte numquid hoc placeat. Ego [1] vos in duas jam pelles conjiciam, vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo, apertis scilicet aliquatenus labris, quibus & spiritum recipere possitis, & cibum. Conclamabo deinde nocte servos pœnam graviorem timentes [2] præcipitasse se in mare: deinde quum ventum fuerit in portum, sine ulla suspicione pro sarcinis vos efferam. † Ita vero, inquam ego, tamquam solidos adligaturus, quibus non soleat [3] venter injuriam facere; an tamquam eos, qui sternutare non soleamus, nec stertere? an quia hoc genus furti semel mihi feliciter cessit? Sed finge una die vinctos posse durare: quid ergo si diutius, aut tranquillitas nos tenuerit, aut adversa tempestas, quid facturi sumus? vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, & [4] cartæ adligatæ mutant figuram. Iuvenes adhuc laboris expertes, [5] statuarum ritu patiemur pannos & [6] vincula? Adhuc aliud aliquod iter

† *Encolpius.*

1. *vos in duas pelles conjiciam*] De hoc genere pellium Paulus l. 5 D. de Supellect. leg. Cujac. Observ. l. 10, cap. 12. Sic Pers. Satyr. 5 *pellem* dicit pro mantica & involucro vestis, supellectilis aliorumque utensilium & sarcinarum. Turneb. Adversar. l. 14, cap. 3. *Ge. Erhardus.*

2. *præcipitasse se in mare*] Forsan, *præcipitasse in mare.* Anonymus MS.

3. *v. injuriam facere*] emissione stridula. *Gloss. Petron.*

4. *cartæ adligatæ*] Etiam hîc antiquitatis nota, *carta* pro charta, ut *Caron* antiquè pro Charon, in quibus *h* in medio abjicitur. *Vossius.* Chartæ & schedulæ alligatæ sarcinis erant, quæ indicarent cujus essent. *Erhardus.*

5. *statuarum ritu patiemur pannos & vincula*] Velaminibus & pannîs simulacra induta. Lactant. lib. II, c. IV. *His peplos & indumenta pretiosa, quibus usus velaminis nullus est.* Comment. ad Iuven. Satyr. X. *Tunicam Iovis togam palmatam dixit auro confectam.* Hinc in *Firmic.* Astron. lib. III, c. XII. *Prophetas & vestitores divinorum simulacrorum.* Verum quod Artemidorus lib. IV. ὁ ἐν μαγνησίᾳ δόξας χαλκῷ ἱμάτια περικεῖσθαι, ὀρθῶς ἀπέθανεν· ἦν γὰρ αὐτὸν τὰ περιέχοντα ἀκίνητα οἷα τοῖς ἀγάλμασι περιτίθεται (*Qui in Magnesia censens ænea induere vestimenta, erectus mortuus est; quippe quibus circumdabatur immobilia erant, prout ambiuntur simulacra*). Quia sæpe aurea, aut argentea, vel ærea aurô inducta hæc amicula. Lactant. *Cùm Iovi Olympio aureum amiculum detraxisset, lanium jussit imponi* Iuven. Sat. XI.

--- *Nullo violatus Iuppiter auro.*

Interp. *cùm necdum aurô tectus esset, sed tota fictilis Iovis compago.* Io. à Wouweren.

6. *vincula? Adhuc aliud aliquod iter salutis quærendum est*] Gabbem. & Frellon, ed. *v. A. aliud quod i. s. q. e.* Tornæs.

iter ſalutis quærendum eſt. Inſpicite quod ego inveni. Eumolpus tamquam literarum ſtudioſus utique atramentum habet. [1] Hoc ergo remedio mutemus colores [2] à capillis uſque ad ungues. Ita [3] tamquam ſervi Æthiopes, & præſto tibi erimus ſine tormentorum injuria hilares, & permutato colore imponemus inimicis. † Quin tu, inquit Giton, & circumcide nos, ut Iudæi videamur: & [4] pertunde aures, ut imitemur Arabes, &

† *Giton.*

[1] incre-

nxſ. *vincula.* * * (defectûs) *Aliud*(al. *Adhuc*) *aliquod i. ſ.* Wouweren, reliqui: *v. Adhuc aliquod i.* Barthius: Leg. *Adhuc aliud aliquod.* Vetus ſcriptura: *Adhuc aliquod.*

1. *Hoc ergo remedio*] Quid? ſi deleamus, *remedio*: & ſcribamus, *hoc e.m.c. à c. hôc*, ſc. *atramento.* Anonym. MS.

2. *à capillis uſque ad ungues*] Locutio proverbialis, qua ſignificatur corpus totum, ab extremis minutiſſimiſque ejus partibus. Cic. pro Roſcio: *Nonne ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum, ex fraude, fallaciis, mendaciis totus conſtare videtur?* Horat. lib. II Ep. II.

--- Talos à vertice pulcer ad imos.

Ammian. l. xxv, de Iuliano: *Ab ipſo capite uſque ad unguium ſummitatem lineamentorum recta compago.* Plaut. *Contempla Epidice, uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſima.* Apul. Mileſ. III. *Ab imis unguibus ſeſe totum aduſque ſummos capillos perlimit.* Si. Abb. Gabbema.

3. *tamquam ſervi Æthiopes, & præſto tibi erimus ſine* &c.] Frellon. & Lotich. *tamquam - erimus in torment.* Erhardus: Leg. *Erimus in tormentorum injuria hilares.* Confundit Æthiopas, qui Melanoſyri cum Cappadocibus, qui Leucoſyri: de quibus Interpres Perſii Satyr. 6. *Cappadoces dicebantur habere naturale ſtudium ad falſa teſtimonia proferenda: qui nutriti in tormentis à pueritia, equuleum ſibi facere dicuntur, ut in eo ſe invicem torqueant, & cum in pœna perdurarent, ad falſa teſtimonia ſe bene venundarent.* Meurſ. Animadv. miſcell. l. 3, 7. Gabbema: De nigrore Æthiopum nota ſatis res eſt. Scitum eſt illud Hebræorum dicterium: עשרה קבין שיחה ירדו לעולם ט נטלו נשים וכו : עשרה קבין שחרות לעולם ט נטל כושן ואחר כל העולם כולו. hoc eſt, *Decem cabi* (menſuræ Hebraicæ nomen) *garrulitatis deſcenderunt in mundum, novem acceperunt mulieres* &c. *Decem cabi nigroris deſcenderunt in mundum, novem abſtulit Cuſchan (ſive Æthiopia) & unum reliquus mundus.*

4. *pertunde aures, ut imitemur Arabes*] Familiare hoc Iudæis, Pœnis, aliis, qui Romanis barbari. Vnde Plaut. Pœnul. *Incedunt cum annulatis auribus.* Iuven. Satyr. I, verſ. CIII.

--- quamvis
Natus ad Euphratem, molles quod in
aure feneſtræ,
Arguerint --- Dion Caſſius lib. XXCIIX, de Macrino Mauro. *Lybibus* tribuit Macrob. lib. VII, c. II. *Lydis* Xenophon, Anabaſ. lib. III. Romanis hunc morem in uſu quoque fuiſſe, probari poſſe videtur ex Tertull. cap. IV de Pall. *An vulnera inferri auribus Deus voluit, quibûs innocens infantia, & mali ſecularis ignara, crucietur, ut poſtea de aurium cicatricibus & cavernis pretioſa grana dependeant gravia, & ſi non ſuo pondere, mercium qualitate.* Cyprian. d. Hab. virg. *Auribus perforatis rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere.* Hieron. lib. I Ep. VII ad

[1] increta facies, ut suos Gallia cives putet: tamquam hic solus color figuram possit pervertere, & non multa una oportet consentiant, & non natione mendacium constet. Puta infectam medicamine faciem diutius durare posse: finge nec aquæ asperginem impositurum aliquam corpori maculam, nec vestem atramento adhæsuram, quod frequenter etiam non accersito ferrumine infigitur: age, [2] numquid & labra possumus tumore teterrimo implere? [3] numquid & crines calamistro convertere? numquid & frontes cicatricibus scindere? [4] numquid & crura in orbem pandere? numquid & talos ad terram deducere? [5] numquid barbam peregrina ratione

711 ad Læt. de Inst. fil. *Aurem quoque foratu effœminatus.* Arnob. l. 11, *lamiæ pertunderent aurium.* S. A. Gabbema.

1. *increta facies, ut suos Gallia cives putet*] Incretare, cretâ illinere. *Gloss. Petron.* Ammian. lib. xv. *Candidi pænè Galli sunt omnes.* Encher. Epist. Lugd. lib. 11, c. 1v de Gent. *Galli à candore corporis primùm Galatæ appellati sunt.* De iisdem Liv. lib. xxxv111. *Sunt fusa & candida corpora; ut quæ nunquam nisi in pugna nudentur.* Isidor. Orig. *Nonnullæ etiam gentes non solùm vestibùs, sed & in vestibus aliqua sibi propria vendicant. Circumcidunt Iudæi præputia, perfundunt aures Arabes, Mauros habet tegra nox corporis.* Quæ Petronius hîc dicit de Gallis, non ad incretationem faciei, sed potiùs cum Pithœo naticum Gallorum candorem, &, ut Virgilius ait, *lactea colla*, referendum ensèo: sicut & *Gallicos vultus*, apud Tertull. l. de veland. Virgin. *Gabbema.*

2. *numquid labra possumus tumore teterrimo implere?* &c.] Auctor Moreti: *Afra genus, totâ patriam testante figurâ.*

Torta comam, labrique tumens, & fusca colore,

Pectora lata, &c. Gabbema.

3. *numquid & crines calamistro convertere*] *Calamistrum*, hinc dictum, ut inquit Varro lib. 1v L. L. quòd eo calefacto *in cinere capillus ornatur.* Aut, ut scribit Servius, *acus est major, quæ calefacta & fronti adhibita torquet capillos.* Hinc *calamistrata comæ*, Cicer. pro Sext. *calamistratus saltator*, eidem in Orat. post red. *calamistratus puer*, Hieronymo ad Demetriad. & Apul. lib. 11 Milesi. qui autem hujusce rei erant opifices *cinerarii* dicti Varroni lib. 1v L. L. & Catull. Ep. lv1. & *cinistones* Plaut. Aulul. *Io. Weitzius.*

4. *numquid & crura in orbem pandere? numquid & talos ad terram deducere*] Poplites divaricatos, cruráque lunæ dividuæ in morem, sic veluti in cornua extrorsum sinuata intellige, infrà coëuntibus talis: vitium Æthiopum genti proprium, qui maximam ferè partem diversas, seu displicatas habent suras, pravis & vitiosis talis subnixi, quò fit, ut cancros, sive etiam lacertos in incessu imitari videantur. cujusmodi genus hominum *valgos* Plauto indigitatos reperimus. *Dousa P. numquid?* Epanaphora, & elegantissima μιμησις ineptiarum ac garrulitatis puerilis, sexies repetitô *numquid?*

5. *numquid barbam peregrina ratione f.*] Sic Frellon. atque Lotich. *n. b. peregrinatione f.* Gabbem. Wouweren. R. Herm. Tornæsius: *n. barbam* (al. *barbata*) *peregrinatione* (al. *peregrina ratione*)

tione figurare? Color arte compositus inquinat corpus, non mutat. † Audite quid dementi succurrerit. Præligemus vestibus capita, & nos in profundum mergamus. ‡ Nec istud dii hominesque patiantur, Eumolpus exclamat, ut vos tam turpi exitu vitam finiatis. Imo potius facite quod jubeo: Mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est: [1] hic continuo radat utriusque non solum capita, [2] sed etiam supercilia. sequar ego, [3] frontes notans inscriptione sollerti, ut videamini stigmate esse puncti. Ita eædem literæ, & suspicionem declinabunt quærentium, & vultus umbra supplicii teget. † Non est dilata fallacia, sed ad latus navigii furtim processimus, capitaque cum superciliis denudanda tonsori præbuimus. Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus literis, & [4] notum fugitivorum epigramma

† *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.* † *Encolpius.*

per

tione) f. ibi Dousa MS. L. *n. & barbam.*

1. *hic continuo radat*] Varii antiquis erant depilandi modi. Tres disticho uno comprehendit Martial. lib. VIII Epigr. LXXXVII.

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,
Pars vulsa est; unum quis putet esse caput.

Forfice ergo, sive forficulâ *tondebant*, *novaculâ radebant*, *volsellis* vero, aut *medicamentis vellebant*. Præterea forficulis *per pectinem* attondebant, *strictim* novaculâ. *I. A. Gonsalius.*

2. *sed etiam supercilia*] Capitis rasura servis omnibus semper fuit communis. At superciliorum, tantùm servi nequam, seditiosi, fugitivi. Inde & mores C. Fannii Chæreæ conligit eleganter Cic. pro Roscio comœd. *Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiem, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum (siquam conjecturam adfert hominibus tacita corporis figura) ex fraude fallacia, mendacia constare totus videtur? qui idcirco capite, & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur.* Idem.

3. *frontes notans inscriptione sollerti*] Hinc dicebantur *Inscripti*, Mart. lib. VIII Epigr. LXXV; & *literati*: Plaut. in Cas. & *fronte notati*, Mart. lib. III Epigr. XXI. sic Seneca lib. III de Ira. De *notis* Ulpianus intelligendus *in l.* I § *Tamdiu. π. de Fugitivis. Custodiuntur autem tamdiu, quamdiu ad Præfectum vigilum, vel ad Præsidem deducantur, eorumque nomina & notæ, & cujus se quis esse dicat, ad Magistratus deferantur, ut facilius agnosci ac percipi fugitivi possint. Notæ* autem verbô etiam cicatrices continentur. Illa ultima verba sic accipienda sunt: aliquando domini irati non compungebant notis servorum frontes, sed deformabant cicatricibûs. Patet hoc ex Ulpian. *l. locum π. de Vsufr.* & Petronio. *Laur. Ramirez.*

4. *notum fugitivorum epigramma*] Servos retractos à fuga stigmatibûs notabant. Locus inusitionis frons fuit, ut monstrat Lucianus Revivi-

scens.

per totam faciem liberali manu duxit. Vnus forte [1] ex vectoribus, qui adclinatus lateri navis exonerabat stomachum nauſea gravem, notavit ſibi ad Lunam tonſorem intempeſtivo inhærentem miniſterio, exſecratuſque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile rejectus eſt. Nos diſſimulata nauſeantis [2] devotione, ad ordinem triſtitiæ redimus, ſilentioque compoſito, reliquas noctis horas male ſoporati conſumpſimus. * *

† Videbatur mihi [3] ſecundum quietem Priapus dicere, Encolpion, quem quæris, ſcito à me in navem tuam eſſe perductum. ‡ Exhorruit Tryphæna: &, † Putes, inquit, una nos dormiiſſe: nam [4] & mihi ſimulacrum Neptuni, quod Bajis ter ſtylo notaveram, videbatur

† *Lycas.* ‡ *Encolpius.* † *Tryphæna.*

ſcens. At quænam hæ notæ? Fuerunt qui ſtatuerent Φ, & F. Arbitror inſcriptionem fugitivorum fuiſſe conceptam illis verbis, quæ in earundem collaria, & æreas lamellas inciſa Romæ vidi. Cum enim Conſtant. Aug. *l. xj C. Th. de Pœnis*, ad normam ejus humanitatis, quam profitebatur, vetuiſſet in facie noxiorum ſcribi, quòd dedeceret faciem maculari, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſſet figurata, non defuerunt lenes domini, qui obſequerentur, & frontis contumeliam in ea quæ diximus transferrent. Collaria enim fuiſſe aptata fugitivis, teſtatur Lucilius apud Nonium lib. XXIX.

Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum

Deportem. ---. Collare vidi Romæ cum hac inſcriptione: TENE. ME. QUIA. FUGI. ET. REVOCA. ME. DOMINO. MEO. BONIFACIO. LINARIO. A ΩX. *Laur. Pignorius.*

1. *ex vectoribus*] *Vectores*, qui navî vehuntur, ut & infrà, *cùm omnis vector nihil priùs quærat, quàm cujus ſe diligentia credat.* & iterum, *unus alterque infirmiſſimus vector.* Ge. Erhardus.

2. *devotione*] Diratum imprecatione. Quod præcedit *nauſeantis*, eſt vomentis. *nauſeo*, vomitu infeſtor.

3. *Videbatur mihi ſecundum quietem Priapus dicere*] Quinque ſomniorum genera Macrob. deſignat, lib. I de Somn. Scip. c. III. Iſthæc Lycæ & Tryphænæ ſomnia *ad tertium genus*, quod χρηματισμὸν ille vocat, id eſt, *oraculum*, debent referri. Sic de eo inquit ipſe Macrobius: *Eſt oraculum quidem, quum in ſomnis parens, vel alia ſancta graviſque perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam Deus, apertè eventurum quid, aut non eventurum, faciendum, vitandumve denuntiat.* Eumolpus autem *ad quartum genus* trahere nitebatur, quod ἐνύπνιον, ſive *inſomnium* nuncupatur. *Io. Ant. Gonſalius.*

4. *& mihi ſimulacrum Neptuni, quod Bajis ter ſtylo notaveram*] Neptuno, vota ter ait Arbiter, nuncupaſſe Tryphænam, eáque ejus in ſimulacro, more antiquo exaraſſe. Præterea difficili in mari,

batur dicere, in navi Lycæ Gitona invenies. ‡ Hinc scies, inquit Eumolpus, [1] Epicurum hominem esse divinum, qui ejusmodi ludibria facetissima ratione condemnat.

[2] *Somnia, quæ montes ludunt volitantibus umbris,*
Non [3] *delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt;*
Sed sibi quisque facit. Nam quum prostrata sopore
Vrget membra quies, & mens sine pondere ludit:
Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sævit in urbes;
Tela videt, versasque acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos.
Qui causas orare solent; legesque forumque,
Et pavido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit avarus opes, defossumque invenit aurum.
Venator saltus canibus quatit. Eripit undis,
Aut premit eversam periturus navita puppim.
Scribit amatori meretrix. [4] *Dat adultera munus.*
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

‡ *Eumolpus.* *In no-*

mari, si adversa tempestate jactarentur, ibi haud rarò vota itidem Neptuno nuncupabant antiqui, soluturi quum in portum adpulissent. Diseri tim indicat vetus Aræ inscriptio Capuæ in Campania inventæ, cujus istæc verba adhuc legi possunt: NEPTUNO. SACRUM. Tres lineæ hîc studio erasæ sunt. VOTUM. IN. SICULO. FRETO. SUSCEPTUM SOLVIT. Hoc est, inter Scyllam, &. Charybdin, quod deorum statuis cera inlitis voti sponsiones exarârint veteres, vulgò notum est. ut & stili cuspide solitum in ceratis scribi *I. A. Gonsalius.*

1. *Epicurum hominem divinum*] Tertull. de Anima, cap. 46. *Vana in totum somnia Epicurus judicavit, liberans à negotiis divinitatem.* Vide Lucian. Pseudom. *Io. à Wouweren.*

2. *Somnia*] Et hi versus in cod. Tragur. non leguntur. F. quòd de materia trita & vulgò nota se excerpenti non probarint. Gabbema: *somnia quæ m. ludunt.* Planè cum his congruit Claud. præf. in l. III de Rapt. Proserp.

3. *delubra Deum*] illuc incubationes & excubationes templorum pertinent. Soliti enim erant veteres captandis rerum eventibus somnia quærere excubantes in delubris idolorum. *Ga. Barthius.*

4. *Dat adultera munus*] Suprà: *Et qui sollicitat nuptas, ad præmia peccat.* De pœnis mœchis irrogatis creberrima apud Scriptores mentio. Ideo ergo nuptæ mulieres emebant futuitiones; sive, ut Martialis loquitur, *numerabant*: nimirum ut præmiorum spe,

In noctis spatio miserorum vulnera durant.

† Cæterum Lycas ut [1] Tryphænæ somnium expiavit, ‡ Quis, inquit, prohibet navigium scrutari, ne videamur divinæ mentis opera damnare? † Is, qui nocte miserorum furtum deprehenderat, Æsius nomine, subito proclamat, ‡ Ergo illi, qui sunt, qui nocte ad Lunam radebantur? pessimo, me-Dius-Fidius, exemplo. Audio enim non licere cuiquam mortalium, in nave [2] neque ungues, [3] neque capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur. † Excanduit Lycas hoc sermone turbatus; & ‡ Itane, inquit, capillos aliquis in nave præcîdit, & hoc nocte intempesta? attrahite ocius nocentes in medium, ut sciam quorum capitibus debeat navigium lustrari. † Ego, inquit Eumolpus, hoc jussi; nec non eodem futurus

† *Encolpius.* ‡ *Lycas.* † *Encolpius.* ‡ *Æsius.*
† *Encolpius.* ‡ *Lycas.* † *Eumolpus.*

spe, ubi voluptas defuisset, adulteri deliniti imminentia, supplicia contemnerent. *S. A. Gabbema.*

1. *Tryphænæ somnium expiavit*] Id fiebat adspersione vini aut aquæ lymphatæ. *Gloss. Petron. ex Erhardo.* Narrasse aëri somnia docet Euripid. Iphig. & Taur. *Id. Erhardus.* Pers. Satyr. 2.

--- *& noctem flumine purgas.*

Propert. l. 4. *sæpe illa*

--- *sibi tingendas dixit in amne comas.*

Sanè quævis scelera aquâ expiabant, aut toti immersi, aut caput, manusve abluebant. *Wouweren.* Varia superstitio expiandi somnia: *rem divinam faciebant.* Tibull. lib. I El. V: *aquâ lavabant.* Pers. Satyr. II. Vid. Mart. lib. VII Epigr. LIII; Casaub. Comment. ad Theoph. Chav. περὶ δεισιδαιμον. (*De superstitioso dæmonum deorumve metu.*) Gabbema.

2. *neque ungues, neque capillos deponere*] Observatum à curiosis rerum naturalium in mari per naufragium jactatis & si evadant, ungues à digitis recedere & extremitates tabescere. Vnde Propert. lib. III El. V.

Huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues.

Causam reddunt salsuginem maris; quò pertinet, quòd Solinus observat, cùm salsiores escas intemperanter edat gravida unguiculis carere partum. Cæterùm cùm illud videret superstitiosa antiquitas, duplicem indè religiosum ritum effinxit: nam & in summo periculo constituti naufragii, ungues præscindebant, & capillos præsecabant, inque mare abjiciebant, velut hoc damno corporis iratum mare placaturi. Scaliger ad Propert. lib. 4. Erhardus. Gabbema.

3. *neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur*] Artemidorus lib. I, c. XXXIII adfirmat, *Rasuræ somnium portendere, nautis quidem naufragium: ægrotis verò extremum vitæ discrimen:* idque hanc ob caussam, *quòd naufragi & à diuturno morbo se recolligentes radi consueverint, eô periculi magnitudinem aliis testatam facientes.* Rasos autem naufragos fuisse indicat Iuven. Sat. XII.

Tum stagnante sinu gaudent ibi vertice raso,
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Et Nonius: *Qui liberi fiebant, ea caussâ calvi erant, quò tempestatem servitutis vide-*

turus navigio, auſpicium mihi feci; quia [1] nocentes horridos longoſque habebant capillos, ne viderer de nave carcerem facere, juſſi ſqualorem damnatis auferri: ſimul ut notæ quoque literarum, non adumbratæ comarum præſidio, totæ ad oculos legentium accederent. Inter cætera [2] apud communem amicam conſumpſerunt pecuniam meam, à qua illos proxima nocte extraxi mero unguentiſque perfuſos. Ad ſummam, adhuc patrimonii mei reliquias olent. ‡ Itaque [3] ut Tutela navis expiaretur, placuit [4] quadragenas utriſque plagas imponi. Nulla ergo fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautæ cum funibus, temtantque viliſſimo ſanguine Tutelam placare. Et ego quidem tres plagas [5] Spartana nobilitate concoxi. Cæterum

‡ *Encolpius.*

videbantur effugere, ſicut naufragiò liberati ſolent. Ioa. Kirchmannus.

1. *nocentes horridos longoſque habebant capillos*] Rei capillum barbamque ſummittebant Cic. IV in Verr. Liv. lib. II, decad. II: & lib. IV, decad. V: Valer. lib. I, c. VII: & lib. VI, c. IV: Plin. lib. VII Ep. XXVII. Tertull. de Anima: *totum caput reatu vovere*, eſt comam reorum promittere. Fortunatus de ſancto Martino lib. IV.

--- Et longa cathena reorum,
Accreſcente coma. --- Vt ſcilicet hoc habitu ſuffragatores conciliarent, inimicos permulcerent, judices temperarent. Siſenna Hiſtor. lib. III. *Cum complures menſes barba immiſsâ, intonſo capillo, lugubri veſtitu, vicatim flens una cum liberis circumiret.* Plut. rer. Rom. c. XIV: Oroſius lib. V, c. XVII. *Ioa. Savaro.*

2. *apud communem amicam conſumpſerunt pecuniam meam*] *Communis* quæ ſit *amica*, docet Mart. lib. XI Epigr. IXXXII. Alfenus *l. xvj π de Serv. corrupt. Dominus ſervum diſpenſatorem manumiſit, poſtea rationes ab eo accepit; & cum de eis non conſtaret, comperit apud quamdam mulierculam pecuniam eum conſumpſiſſe.* Martial. lib. V Ep. XLIII *S. A. Gabbema.*

3. *ut Tutela navis expiaretur*] Navium proris effigiata aut picta deorum, quibus ſe mancipabant, ſigna impoſita, idque *Tutela* Latinis. Gloſſ. *Tutela παράσημον τῶν πλοίων, (inſignia navis).* rectè. Nam & navigio nomen imponebat. Lucian. Navig. *τῷ ἐπώνυμον τῆς νεὼς ἔχουσα, τῷ* Ισιν *(navem habens cui nomen ab Iſide).* Statius Theb. VIII.

--- Solus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptâque Deus qui navigat alnô.

Luctatius: *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare. Habent enim picta præſules, quorum nominibus nuncupantur & naves.* Perſius Sat. VI.

--- Iacet ipſe in litore, & unà
Ingentes de puppe Dei --- Gloſ. *navium tutelam dicit, quam in puppibus habent vel pingunt.* Io. à Wouweren.

4. *quadragenas utriſque plagas imponi*] Vtpote ſervis. nam verbera, *pœnæ* ſunt *ſerviles* Petron. Bongarſ. Not. in Iuſt. lib. I. *Quadragenas*, inquit: ne enim olim arbitrio carnificis, ſicuti hodie fit, flagellabantur condemnati ad flagra aut fuſtes. *Ge. Erhardus.*

5. *Spartana nobilitate concoxi*] Cic. lib. II Tuſcul. *Spartæ pueri verò ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multis è vulneribus*

ſcaribus

Cæterum Giton semel ictus tam valde exclamavit, ut Tryphænæ aures notissima voce repleret. Non solum ergo turbata est, sed ancillæ quoque omnes familiari sono inductæ ad vapulantem decurrunt. Iam Giton mirabili forma exarmaverat nautas, cœperatque etiam sine voce sævientes rogare, quum ancillæ pariter proclamant; † Giton est, Giton, inhibete crudelissimas manus; Giton est, Domina succurre. ‡ Deflectit aures Tryphæna jam [1] sua sponte credentes, raptimque ad puerum devolat. Lycas, qui me optime noverat, tamquam & ipse vocem audisset, accurrit: & nec manus, nec faciem meam consideravit, sed continuo ad inguina mea luminibus deflexis, [2] movit officiosam manum: &, † Salve, inquit, Encolpi. ‡ Miretur nunc aliquis, Vlyxis nutricem post vicesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, quum homo prudentissimus confusis omnibus corporis indiciorumque lineamentis, ad unicum fugitivi argumentum tam docte pervenerit. Tryphæna lacrumas effudit, decepta supplicio: vera enim stigmata credebat captivorum frontibus impressa, sciscitarique submissius cœpit, [3] Quod ergastulum intercepisset errantes?

† *Ancilla.* ‡ *Encolpius.* † *Lycas.* ‡ *Encolpius.*

cribus sanguis exeat: nonnumquam et-
m, ut quum ibi essem, audiebam, ad ne-
em; quorum non modo nemo exclama-
it umquam, sed ne ingemuit quidem.
terum Tusc. v. *Pueri Spartiatæ non in-*
emiscunt, verberum dolore laniati. Ter-
ill. ad Martial. c. IV. *Nam qua hodie*
uod Lacedæmonii sollemnitas est maxi-
a, Διαμαστιγωσις, id est, flagellatio, non
tet. In quo sacro ante aram nobiles ado-
scentes flagellis adfliguntur. Illius sacri
llemnitatem apud Plut. habes in
it. Lycurg. cujus instituti originem
: rationem docet Philostr. lib. VI.
inc etiam patet cur Plautus dixerit
apt. act. III, sc. I. *Laconas Plagipa-*
das. Gabbema. *Spartana* igitur *nobi-*
ate, notatur summa patientia, &
nimi firmitudo, more Spartano-

rum, in sufferendis plagis. *Gloss. Petron.*

1. *sua sponte credentes*] Martial.
Quisnam damnet sua vota libenter.
Dousa MS.

2. *movit officiosam manum*] Interpres sit Senec. Rhet. præf. lib. IV epit. Contr. Vbi loquitur de Q. Haterio oratore eximio: *Memini illum (quum libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuisset) dixisse: Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium. Res in jocos abiit: non facis mihi officium, &, multum ille, & hic in officiis versatur. ex eo impudici, & obsceni aliquandiu officiosi vocati sunt.* S. A. Gabbema.

3. *Quod ergastulum intercepisset errantes*] *Ergastulum* servorum carcerem fuisse, ubi vincti operabantur, nemo

tes? aut cujus tam crudeles manus in hoc ſupplicium [1] duraſſent? Meruiſſe quidem contumeliam aliquam fugitivos, quibus in odium bona ſua veniſſent. Concitatus iracundia proſiliit Lycas, &, † O te, inquit, feminam ſimplicem! tamquam vulnera ferro præparata literas biberint. Vtinam quidem hac ſe inſcriptione frontis [2] maculaſſent! haberemus nos extremum ſolatium. Nunc mimicis artibus petiti ſumus, & adumbrata inſcriptione deriſi. † Volebat Tryphæna miſereri, quia non totam voluptatem perdiderat: Sed Lycas memor adhuc uxoris corruptæ, contumeliarumque; quas [3] in Herculis porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat: † Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexiſti, ô Tryphæna! nam imprudentes noxios in noſtrum induxere navigium, & quid feciſſent admonuerunt pari ſomniorum conſenſu. Ita vide ut proſit, illis ignoſci, quos ad pœnam ipſe Deus deduxit. Quod ad me adtinet, non ſum crudelis, ſed vereor ne quod remiſero, patiar. † Tam ſuperſtitioſa oratione Tryphæna mutata negat ſe interpellare ſupplicium, imo accedere etiam juſtiſſimæ ultioni: nec ſe minus grandi vexatan

‡ *Lycas.* † *Encolpius.* ‡ *Lycas.* † *Encolpius.*

neſcit. Aſt quî quæſo *ergaſtulum intercepiſſet liberos, ingenuoſque*, quod Tryphæna ſuſpicabatur? Dicat. Sueton. in Aug. c. XXXII. *Rapti per agros viatores ſine diſcrimine liberi, ſervique, ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur.* In illa igitur & liberi immitti ſoliti, per vim tamen aut fraudem, quod etiam Lipſius vidit. *Viatores* Tranquillus adpellat, quos Petronius, *errantes*. Sic iterum in Tiberio c. VIII. *Curam ſuſtinuit repurgandorum tota Italiâ ergaſtulorum, quorum domini in invidiam venerant quaſi exceptos ſupprimerent, non ſolùm viatores; ſed & quos ſacramenti metus ad hujuſmodi latebras compuliſſet.* Exceptos ita illos, credidit Tryphæna, & in ergaſtulum fuiſſe conjectos. *I. A. Gonſalius.*

1. *manus duraſſent*] deſtinatæ per ſeverâſſent, inhumanæ & quaſi in ſenſibiles occalluiſſent. Cæterùm, *durare* variæ ſignificationis apud Latinos. Lucret. lib. 5.

Atque opere in duro durarent membra manuſque.

Vegetius: *corpus, membra ad labore durare.* IC. *durare corpus in torment.* Stewechius ad Veget. Tacit in Aug. ſto: *in nullius unquam ſuorum necem d ravit.* Ge. Erhardus.

2. *maculaſſent*] Variâſſent. Pflugiu Erhardus.

3. *in Herculis porticu*] Ergo hæc urbe Roma patrata ab Encolpio. R mæ enim porticus Herculis. *Vari obſerv. ex Douſa.* F. Pithœus: Fueru & alibi porticus Herculis templi, ve

xatam injuria, quam Lycam, [1] cujus pudoris dignitas in concione proscripta sit. * *

‡ Me utpote hominem eon ignotum elegerunt ad hoc officium, petieruntque ut se reconciliarem aliquando amicissimis. * [2] Nisi forte putatis juvenes casu in has plagas incidisse, quum [3] omnis vector nihil prius quærat, quam cujus se diligentiæ credat. Flectite ergo mentes [4] satisfactione lenitas, & patimini liberos homines ire sine injuria, quo destinant. Sævi quoque implacabilesque domini crudelitatem suam impediunt, si quando pœnitentia fugitivos reduxit; & [5] dedititiis hostibus parcimus. Quid ultra petitis? Aut quid vultis? In conspectu vestro supplices jacent, juvenes, ingenui, honesti, &, quod utroque potentius est, [6] familiaritate vobis aliquando conjuncti. Si, me-Hercules, intervortissent pecuniam vestram, si fidem proditione læsissent; satiari tamen potuisletis hac pœna, quam videtis. [7] Servitia ecce in frontibus cernitis, & vultus ingenuos voluntaria pœnarum lege proscriptos. † Interpellavit de-

‡ *Eumolpus.* † *Encolpius.*

pre-

uti Tiburi. Suet. *Tibur, ubi etiam in porticibus Herculis templi persæpius dixit.*

1. *cujus*] Refertur ad Tryphænam. *Ge. Erhardus.*

2. *Nisi forte putatis juvenes casu in has plagas incidisse*] Quæstionis ergo potissima pars, An *casu* Encolpius, & Giton in navem venerint; an *ultro?* Eumolpus patronus negat, *casu incidisse*, ut non cura, ac studium videretur illud fuisse Deorum, qua præcipuè ratione illi periclitabantur; imò potiùs sponte sua Lycæ sese credidisse, *Quum omnis vector nihil prius quærat, quàm cujus se diligentiæ credat.* Opponit ergo Petronius inter se *casu incidisse, & ultro venisse.* Paulò infrà ait Lycas: *Ac primùm omnium, ultro venerunt, cur nudavere crinibùs capita?* & inferiùs: *Ex quo adparet, casu incidisse nostros in plagas.* Fortasse etiam Arbiter opponere amavit, *casu venisse & divinitus:* nam id curæ diis fuisse, pluribùs palàm facere conatur Lycas. Sic Inquit paullò anteriùs: *Deos immortales rerum humanarum* &c. relege usque ad, *ipse Deus adduxit.* I. A. Gonsalius.

3. *omnis*] Monachi manum olet. *Anonym.* MS. Rectè, verùm & Cic. Tironi suo persuadet, ut nonnisi explorato naviget. *Dousa* MS.

4. *satisfactione lenitas*] Cic. ad Treb. lib. 7. *Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.* Vellejus: *In accipienda satisfactione facillimus.*

5. *dedititiis*] supplicibus. *Gloss. Petr.*

6. *familiaritate conjuncti*] turpi illa, & non dicenda. Iustin. lib. 27. *Opera cujusdam meretricis adjutus, quam familiariùs noverat.* Erhardus.

7. *Servitia*] servos. *Gloss. Petr.*

precationem ſupplicis Lycas, &, ‡ Noli, inquit, cauſam confundere, ſed [1] impone ſingulis modum. Ac primum omnium, ſi ultro venerunt, cur nudavere crinibus capita? vultum enim, qui permutat, fraudem parat, non ſatisfactionem. Deinde ſi gratiam [2] à legato moliebantur, quid ita omnia feciſti, ut quos tuebaris, abſconderes? Ex quo adparet, caſu incidiſſe noxios in plagas, & te artem quæſiſſe, qua noſtræ animadverſionis impetum eluderes. Nam quod invidiam facis nobis, ingenuos, honeſtoſque clamando, vide ne deteriorem facias confidentia cauſam. Quid debent læſi facere, ubi rei ad pœnam confugiunt? At enim amici fuerunt noſtri; eo majora meruerunt ſupplicia. Nam [3] qui ignotos lædit, latro adpellatur: qui amicos, paullo minus quam parricida. † Reſolvit Eumolpus tam iniquam declamationem, &, ‡ Intellego, inquit, nihil magis obeſſe juvenibus miſeris, quam quod nocte depoſuerunt capillos: hoc argumento incidiſſe in navem videntur, non veniſſe. Quod velim, tam candide ad veſtras aures perveniat, quam ſimpliciter geſtum eſt. Voluerunt enim, antequam conſcenderent, exonerare capita moleſto & ſupervacuo pondere, ſed celerior ventus diſtulit curationis propoſitum. Nec tamen putaverunt ad rem pertinere, ubi inciperent, quod placuerat ut fieret: quia nec omen, nec legem navigantium noverant. † Quid, inquit Lycas, adtinuit ſupplices radere? niſi forte [4] miſerabiliores calvi ſolent eſſe. Quamquam quid attinet,

‡ *Lycas.* † *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.* † *Lycas.*

1. *impone ſingulis modum*] Elegantiſſimè exprimit Græcum ἀφορίζειν, διορίζειν, deſignatè dicere & præciſè; Ciceroni *præcidere*, quod eſt deſignare quotumquemque articulum, quotumquodque caput oppugnare velit litigator: ne in univerſum admiſſus evariare poſſit. *Ge. Erhardus.*

2. *à legato*] per legatum. *Erhardus.* Aut, propter.

3. *Qui ignotos lædit, latro--quàm parricida*] Apul. *Crimine latrocinii in hoſpitem mihi cariſſimum poſtulabar. Quod crimen non modò latrocinium, verùm etiam parricidium quiſque rectiùs nominaret.* Fr. Pithœus.

4. *miſerabiliores calvi ſolent eſſe*] In luctu potiſſimùm funebri antiquis in uſu fuit abraſio capillorum: Sed clariſſimè de hoc ritu Herodot. lib. 11. τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδει κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς τοὺς μάλιστα ἱκνέεται (*Cæteris verò hominibus mos, ſimul atque luctus funebris ingruerit*

attinet, veritatem per interpretem quærere? Quid dicis tu latro? quæ [1] Salamandra ſupercilia tua excuſſit? [2] Cui Deo crinem voviſti? [3] Pharmace, reſponde. † Obſtupueram ego ſupplicii metu pavidus, nec quid in re manifeſtiſſima dicerem, inveniebam. Turbatus, & deformis præter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam æqualis

† *Encolpius.*

rit capita tonderi, queis id maximè convenit). Eadem tradit Athenæus lib. xv de coronis: Διὸ καὶ περὶ τὰ πένθη τοὐνάντιον παρασκευάζομεν. Ὁμοιοπαθεῖς γὰρ τοῦ κεκμηκότος, κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει (*Ideoque in luctu, adverſo modô procedimus. Sortem enim imitantes ejus qui defecit, mutilamus nos ipſos tonſurâ crinium, & coronarum ablatione).* Tangit & Senec. lib. v de Benef. c. vi. *Si* (Socrates) *Regem in luce media errantem ad rerum naturam admiſiſſet, uſquè eò ignarum, ut quo die ſolis defectio fuit, regiam clauderet, & filium, quòd in luctu ac rebus adverſis moris fuit, tonderet.* Kirchmannus. Nam calvities erat certiſſimum miſeriarum ac calamitatum indicium. Videndus hîc Had. Iunius lib. de Coma c. xi. *S. A. Gabbema.*

1. *Salamandra*] animal lacerti figura, cujus ſanie illiti crines ſtatim defluunt. *Gloſſ. Petr.* Sammonicus.

Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis
Eximium capitis tactu dejecit honorem.

Wouweren. *Salamandra* oleô condita crines exſtirpat. Dioſcor. l. ii, c. liv. *Ga. Barthius.*

2. *Cui Deo crinem voviſti*] *Capillum* diis conſecrabant aut fluminibus. Pollux: ἔτρεφον δέ τινες κόμην ποταμοῖς ἢ Θεοῖς (*Alebant verò quidam comam fluviis aut diis*). Diis *Herculi* & *Apollini*. *Herculi* vulgus Athenienſium; *Apollini* ſortis majoris. Plut. Theſ. Quod *fluminibus*, ſcholiaſtes Pindari: τὰς μὲν γὰρ πρώτας κόμας τοῖς ποταμοῖς ἀποκείρονται, σύμβολον τοῦ ἐξ ὕδατος εἶναι πάντων τὴν ἄσκησιν (*Primam comam fluminibus detondent, ceu ſymbolum ex aquis omnium eſſe exercitium, ſeu omnia vegetari).* Vovebant autem ſacrum crinem prima conſtitutione infantis ſuper terram, aut cùm nomina imponebantur. Lucian. de Dea Syria: τοῖσι δὲ νέοισι, πλοκάμους ἱεροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι (*Pueris cincinnos ſacros ab ortu demitunt).* Omnino videndus Tertull. de Anima, c. xl. Quin in nuptialibus ſacris comarum primitias *Iunoni*, & *Dianæ* obtulerunt virgines. Pollux l. iii. Sed & juvenes quoque. Lucian. De Dea Syria. *Wouweren.* Statius:

Accipe laudatos juvenum Phœbeje crines,
Quos tibi Cæſareus donat puer, accipe lætus.

Fr. Pithœus.

3. *Pharmace*] Φαρμακὸς, inquit, Suidas, μυρεψὸς· καὶ ὁ σκευάζων δηλητήρια φάρμακα (*Pharmacus, unguentarius. & ille qui venenata medicamenta componit).* Aptè ergo *Pharmacus* ille, qui eximius technarum ac fraudum artifex habebatur. Sive aliter: Φαρμακὸς, rurſus, ait Suidas, ὁ ἐπὶ καθαρμῷ τινι πόλεως ἀναιρούμενος, ὃν λέγουσι κάθαρμα. *Pharmacus, qui propter aliquam urbis luſtrationem interficitur, quem vocant* κάθαρμα, id eſt, *piaculum.* Multîs Tzetzes Chil. v Hiſt. xxiii. Itaque ipſum vocavit *Pharmacum*, ut indicaret in animo habere, ejus capite velle navem luſtrare. Prædixerat enim ipſe Lycas: *Adtrahite ocyùs nocentes in medium, ut ſciam quorum*

æqualis cum fronte calvities, ut nihil nec facere deceret, nec dicere. Vt vero ſpongia uda facies plorantis deterſa eſt, & liquefactum per totum os atramentum, omnia ſcilicet lineamenta [1] fuliginea nube confudit, in odium ſe ira convertit. Negat Eumolpus paſſurum ſe, ut quiſquam ingenuos [2] contra fas legemque contaminet, interpellatque ſævientium minas, non ſolum voce, ſed & manibus. Aderat interpellanti mercenarius comes, & unus, alterque infirmiſſimus vector, ſolatia magis litis, quam virium auxilia. Nec quicquam pro me deprecabar, ſed intentans in oculos Tryphænæ manus, uſurum me viribus meis clara liberaque voce clamavi, nî abſtineret à Gitone injuriam mulier damnata, & in toto navigio ſola verberanda. Accenditur audacia mea iratior Lycas, indignaturque, quod ego relicta mea cauſſa tantum pro alio clamo. Nec minus Tryphæna contumelia ſævit accenſa, totiuſque navigii [3] turbam diducit in partes. Hinc mercenarius tonſor ferramenta ſua nobis, & ipſe armatus, diſtribuit: illinc Tryphænæ familia [4] nudas expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor aciem deſtituit, [5] uno tantum gubernatore relicturum ſe navis miniſterium denunciante, ſi non deſinat rabies libidine perdi-

rum capitibûs debeat navigium luſtrari. Gabbema. *Pharmace*, i. ſacrilege, ſceleſte, piacularis, ſacer. Vtitur ea voce in βατραχοῖς (*Ranis*) Ariſtoph. p. 159. *Douſa MS.*

1. *fuliginea nube*] Atro colore. *Gloſſ. Petron.*

2. *contra fas legemque*] *Fas* ad religionem ſpectat, *legem* ad jus humanum. *Ex Erhardo:* qui optaret legi *contra fas, juſque.*

3. *turbam diducit in partes*] factiones adverſas. Lucanus lib. 7.

Prima velim caput hoc funeſti lancea belli,
Si ſine momento rerum, partiſque ruina
Caſurum eſt, feriat. —

Barthius ad Claudian. n. 1896. *Ge. Erhardus.*

4. *nudas expedit manus*] Erhardus *nudas*, h. e. inermes, *mit bloſſen truckenen fäuſten.*

5. *uno tantum gubernatore*] Ergo alius *patronus* navis, alius *gubernator* *Patronus* eſt dominus, qualis Lycas *gubernator* ſummus nautarum, a patrono navi præfectus, qui & *magiſter* Vtráque vox Petronio frequens. Si alius eſt *exercitor*, qui eſt dominus navis; alius *magiſter*, qui ab exercitatore præpoſitus eſt navi. § 2 Inſt. Quod cum eo qui in al. pot. l. 1, & l. D. de Exercit. act. Reuſnerus ad Brachylog. lib. 4, c. 25, § 5. *Erhardus*

1. n

perditorum conlecta. Nihilominus tamen perseverat dimicantium furor; illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo utrinque semimortui labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prœlio pedem: nec tamen cujusquam ira laxatur. Tunc fortissimus Giton ad virilia sua admovit [1] novaculam infestam, minatus [2] se abscissurum tot miseriarum caussam: Inhibuitque Tryphæna tam grande facinus, non dissimulata missione. Sæpius ego cultrum tonsorium super jugulum meum posui, non magis me occisurus, quam Giton, quod mirabatur, facturus. Audacius ille tamen tragœdiam implebat, quia, sciebat, se illam habere novaculam, qua jam sibi cervicem præciderat. Stante ergo utraque acie, [3] quum adpareret, futurum non stlatarium bellum, ægre

1. *novaculam infestam*] Sic censet Anonym. MS. ad editionem Dousæ. amplexáque edit. Frellon. & Gabbema. Tornæsius verò, & Dousa legerunt, *n. insertam* (al. *infectam*). ubi Anonym. noster MS. quamquam sic mutato charactere, ut jurares alium; sed is ipse est; habeo certissima τεκμήρια (signa, argumenta): Hanc novaculam *rudem* vocavit suprà. Quantò ergo rectiùs hîc est, *infectam? Infectam*, i. imperfectam, rudem: estque ea ipsa, qua antè cervicem sibi nequam præciderat. ut jam sequetur.

2. *se abscissurum tot miseriarum caussam*] Latet hîc aliquid spurci, & ad *caudam* alluditur. Scribendum autem est, *abscisurum*, quod ἐνεργικώτερον (*significantius*), quàm illud alterum. Balbus Catholicô; *Cædo componitur cum am, quod est circum, & dicitur ancido*, m *mutato in* n, *id est, circumcirca cædere: & cum abs, & dicitur abscido: it. cum ad, & dicitur accido, i. e. juxtà vel valde cædo.* D. Viglius lib. 1 contra Eutych. *Aut quibuscumque aliis membrorum abscisionibûs multaretur.* Ibidem; *Cùm hominis manus absciditur.* ita utrimque legit Goldasti MS. Rectè itaque Calepinus illud Ioann. 18 *Abscidit auriculam ejus dextram*, ad pręsens *abscido*, non *abscindo* fecit, quum retulit: Calepinus ille verus & vetus, non qui hodie sub ejus veste circumfertur. *Ge. Erhardus.*

3. *quum adpareret futurum non stlatarium bellum*] *stlatarium* Tornæsii est, quem & Frellon. atque Lotich. secuti. *tralatitium*, edit. Pith. Wouw. & R. Herm. Tragur. verò codex sic habet: *cum a. futurum bellum.* Richardus: Ego quidem *tralatitium* non reprehendo. Sed tamen V.C. lectio, *stlatarium*, ipsa vocis novitate se mihi commendat, *bellumque stlatarium*, lentum dici videri potest, à *stlata* genere navigii, cui latitudo nomen dedit, auctore Festo. Ita enim à lembo sive stlembo, equum gravem & tardum, pedibûs *stlembum* Lucilius vocavit. Nec dissimile illud in Plauti Pœnulo:

Tardiores quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.

ac paullò pòst:

Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date.

Imò *stlatarium bellum* & *tralaticium*

ægre expugnavit gubernator, [1] ut caduceatoris more Tryphæna inducias faceret. [2] Data ergo, acceptaque, patrio more, fide, [3] protendit ramum oleæ à Tutela navigii raptum, atque in conloquium venire ausa:

† *Quis furor,* [4] *exclamat, pacem convertit in arma?*
Quid nostræ meruere manus? [5] *non Trojus hostis*

† *Tryphæna.* *Hau*

idem ferè est, ludicrum videlicet certamen, ut vis quædam festucaria. Nam in vetere glossario, *stlatarius*, exponitur, Ἐ (*opus ludicrum referens*). Coincidit que sic *stlatarium*, cum tralatitium ludicrum hîc significante etiam Gl. Petroniano, forsan ex hoc rivo. Verùm isto sensu vix apud nostrum occurrit, ac hîc non necessariò torquetur. *Tralatitiam propinationem*, paulò inferiùs, pro officio simulato, ac ficta humanitate non ineptè forsan exponitur; propius verò esset, si intelligeremus morem inter omnes receptum, nulli ferè ætati, ac ne infimis quidem incognitum. Etenim *tralat.* apertissimè habemus pro communi, vulgato, infrà, *tralatitia humanitate*, i. communi jure humanitatis, more non tam assumpto, quàm retento, ac nobiscum quasi nato: sermo enim de funerandis. Sic mox, non *tralatitia deformitate*, i. non vulgari. Heic *tralat. bellum* sufficeret exponere, haud segne, haud lentum, remissum, languidum, idque magis congrueret origini, quasi quod *aliunde*, aut alii (agendum) *transfertur*; vel absolutè *transfertur*, de loco in locum transportatur, aut circumportatur.

1. *ut caduceatoris more Tryphæna inducias faceret*] Id enim munus quondam caduceatoris erat. Curt. lib. IV, c. VII. *Alexander quum & classem procul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cætera impedimento videret fore, caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit.* Gabbema. *Caduceator*, legatus, qui pacem petit. *Gloss. Petr.*

2. *Data ergo acceptaque, patrio more fide*] Sic factum cum fœdera icer contingebat. Id etiam inter Romulum & Tatium intercessisse ex Ennio constat. I Annal. quum inquit.

Accipe, Daque fidem; fidusque fere bene firmum.

Cic. lib. V in Verrem res illas videtu referre, quæ vicissim accipiebantur, & quibus fœderum fuit fides obstricta *Vbi Fides? ubi execrationes? ubi dextra? complexusque?* Oscula etiam nonnun quam adhibita fuere. Mactabant interdum victimas, sacráque faciebant *Gabbema.* Erhardus: *patrio more.* Formabam *pacis amore*; sed inutili conjectura. *Patrium morem* simpliciter hîc capio, pro bono & prisco, & majoribus usurpato. Putean. epist. ad Gol dast.

3. *protendit ramum oleæ*] Plin. lib. XV c. XXX. *Laurus pacifera, ut, quam prætendi etiam inter armatos hostes, quieti sit indicium.* Bene autem qui *ex olea ramo*, quem in manu aut capite habe ret insertum compactum, Palladem augurantur navigii hujus fuisse tute lam. *Gabbema. protendit ramum oleæ* Sunt hujus moris apud Virgilium alioque auctores multa vestigia Quamobrem etiam *pacales oleæ* di cuntur, & oleagina coronâ uti nor solebant, qui in prælio fuerant *Fr. Danielis. Ramum oleæ protendere*, ha bitus supplicum, & pacem petentium *Gloss. Petron.*

4. *Quis furor, exclamat*] Expostu latio. Scalig. in Catalect. *Ge. Erhardus*

5. *non Trojus hostis*] Tornæs. vet cod. Brit. *n. T. heros*, hoc modo & c. Tra

Hac in classe vehit [1] *decepti pignus Atridæ ;*
[2] *Nec Medea furens fraterno sanguine pugnat.*
[3] *Sed contemptus amor vires habet, & mihi fata*
Hos inter fluctus quis raptis evocat armis ?
Cui non est mors una satis ? ne vincite pontum ,
Gurgitibusque feris altos immittite fluctus.

† Hæc ut turbato clamore mulier effudit, hæsit paullisper acies revocatæque ad pacem manus intermisere bellum : Vtitur pœnitentiæ occasione dux Eumolpus , & castigato ante vehementissime [4] Lyca , tabulas fœderis signat , queis hæc formula erat : [5] Ex tui animi sententia , ut tu , Tryphæna , neque injuriam tibi factam à Gitone querêris , neque si quid ante hunc diem factum est, objicies, vindicabisve, aut ullo alio genere persequendum curabis : & ut nihil imperabis puero repugnanti , non amplexum, non osculum, non coitum Venere constrictum ,

† *Encolpius.*

. Tragur. *heros.* Erhardus: *n.T.hostis.* . e. Paris.

1. *decepti pignus Atridæ*] Helenam Agamemnonis filiam , Menelai conjugem. *Ge. Erhardus.*

2. *Nec Medea furens fraterno sanguine pugnat*] *Absyrtum* intelligit, quem soror Medea necavit , & articulatim discerpsit , ea gratiâ ut dum *sparsum pontô corpus* pater conligere studet, *ipsa interim effugeret* , cum suo Iasone. *At Jupiter* , inquit Apollodorus lib. 1, *ob Absyrti cædem iratus , ingente immissa tempestate Argonautis errores injicit* I.A. Gonsalius.

3. *Sed contemptus amor vires habet*] Ex persona Triphænæ secund. Marotianum illud :

--- *Spretæque injuria formæ.*

Quò pertinet & illud : *Ergo me deriset ?* &c. *Dousa P.*

4. *Lyca tabulas fœderis signat*] Sic & Trellon. Cæteri , *Lica.* Tornæs. *Licha.* Tragur. c. *Liebha.* in m. *licha.* Gonsalius: *tabulas f. signat.* Adludit ad morem illum sua ætate repertum ; de quo ita Seneca Petronio coævus lib: III de Benef. c. XV. *Vtinam nec pacta, conventáque impressis signis custodirentur: fides potiùs illa servaret , & æquum olens animus.* Rectè uterque , quum hocce in Nerone retulerit Sueton. c. XVII. *Adversus falsarios tunc primùm repertum , ne tabulæ nisi pertusæ , ac ter lino per foramina trajectô , obsignarentur.* Pleniùs illum obsignandi ritum edocet Iul. Paulus , Sentent. *lib. v tit. xxv ad L. Cornel. de test.*

5. *Ex tui animi sententia*] *Ex animi sui sententia* , pro ut se res haberet , jurare profitebantur. Quod Cicero comprobat in Academ. *Quam rationem etiam majorum diligentia comprobat, qui primùm* , jurare ex animi sui sententia , *quemque voluerunt. Deinde ita teneri* , si sciens falleret. Idem l. III Offic. Animadvertit hoc pridem Cujacius lib. I Observ. cap. XXI. adde & Quintil. lib. VIII, cap. V; lib. VI, c. III de Risu. Censores etiam agentes sollemne jusjurandum de uxoribus , ita interrogasse accepimus , *Ex animi tui*

ſtrictum, niſi pro quaque re præſentes numeraveris [1] denarios centum. Item Lyca, ex tui animi ſententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioſo inſequêris, nec vultu, neque quæres, ubi nocte dormiat; aut ſi quæſieris, pro ſingulis injuriis numerabis præſentes denarios ducentos. In hæc verba fœderibus compoſitis arma deponimus: & ne reſidua in animis etiam poſt jusjurandum ira remaneret, [2] præterita aboleri oſculis placet. Exhortantibus univerſis [3] odia detumeſcunt; [4] epulæque ad certamen prolatæ [5] conciliant hilaritate convivium. [6] Exſonat ergo cantibus totum navigium, & quia repentina

tui ſententia tu uxorem habes? A. Gellius lib. IV, c. ult. *Barnab. Briſſonius.*

1. *denarios c.*] fac. 4 aureos; ſeu 10 Philippicos.

2. *præterita aboleri oſculis placet*] Petrus Ravennas ſerm. 93. *Oſcula ſunt reconciliationis indicia.* Petron. ſuprà: *Ecce etiam oſculò iram finio.* Et iterum: *Exoſculatus pectus ſapientiâ plenum, injeci cervicibus manus*, &c. Plaut. Pœnul. *Non ſum irata.* AG. *Da ergo, ut credam, ſuavium.* Sidon. lib. 4 Ep. 23. *Cùm paternis pedibus affuſus, ex illo ore laſo, ore terribili convitium expectant, oſculum exceperit.* Artemidorus lib. 2 cap. 2 de Somn. Savaro ad Sidonium lib. 4, c. 23. *Ge. Erhardus.*

3. *odia detumeſcunt*] Plaut. Caſin. *Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi.* Gruter. Suſpic. lib. 8, c. 8. Barth. ad Claudian. num. 611, & n. 1761. *Tumidus*, pro irato. Et odia dum gliſcunt, dicuntur *intumeſcere*: cùm ſedantur, *detumeſcere.* Erhardus.

4. *epulæque ad certamen prolatæ*] *ad* pro poſt Turſellinus de Particul. ling. Lat. An *ad certamen* eſt, cùm certaturi vel præliaturi eramus? quia pugnaturi cibum capiebant ad reficiendas corporis vires. Suprà: *Ne infirmitas militiam perderet, largioribus cibis excito vires.* Id. Erhard. *Ad* pro *poſt* Ciceroni ad Attic. 12 uſurpatum: *Neſcio quid interſit, utrùm illic nunc veniam, an ad decem annos.* Sed enim an non potiùs *ad* ſimilitudinem hîc ſignificat, ut in illo Plauti Mercat. *Ad iſtam faciem vinum quæro:* vel ſumitur pro *uſque ad:* ut dapſiles epulæ & conferentium ſtudium ad concertationem uſque, novique in modum prælii ſignificetur?

5. *conciliant hilaritate convivium*] Tornæſ. *c. h. concilium* (al. *convivium*). Wouwer. cæteri, *c. h. concilium.* Erhardus: Leg. *convivium.* Iungermannus: *Concilium*, pro turba, conventu, cœtu. Valer. Max. l. 5, c. 1, exempl. 5 de L. Paulo, qui Perſen Regem, *introductum in tabernaculum, lateri ſuo proximum in concilio ſedere juſſit, nec honore menſæ indignum judicavit.* Ierem. 6. v. 11. *Effunde* (ſc. bilem Dei) *ſuper parvulum foris, & ſuper concilium juvenum ſimul.* Petronius infrà de Socrate: *Nec ullius turbæ frequentioris concilio oculos ſuos credidit.*

6. *Exſonat ergo cantibus*] Sic & Frellon. ac Lotich. *E. cantibus*, Wouwer. R. Herm. Tornæſius: *Exonerat cantus* v. c. Brit. *exſonat ergo cantibus* lege *perſonat cantus.* Erhardus: *Exſonat cantibus.* v. C. *exonerat cantus.* Leg. *exſonat cantu.* Sic ſuprà, *omnia nimio riſu exſonuerant.* Gruter. Suſpic. lib. 6, c. 15 nimis otioſè. Sic Erhardus. Sed, *exſonat* habet etiam c. Tragur.

1. *alii*

tina tranquillitas intermiserat cursum, [1] alius exsultantes quærebat fuscina pisces: alius hamis blandientibus convellebat prædam repugnantem. Ecce etiam per antemnam [2] pelagiæ consederant volucres, quas tectis harundinibus peritus artifex tetigit. [3] Illæ viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. [4] Tollebat plumas aura volitantes, pinnasque per maria inanis spuma torquebat. Iam Lycas redire mecum in gratiam cœperat; jam Tryphæna Gitona [5] extrema parte potionis spargebat, quum

1. *alius exsultantes quærebat fuscina pisces*] Sanè in plurimis quæ tamen non est necessum semper tangere, Tragur. codex cum exemplaribus convenit quæ secutus Io. Tornæsius, quorum 6 in præfatione numerat. Vt paulò antè Tornæsius legebat: *nisi pro qua* (al. *hac*) *re*, jam *alius exultantes* (al. *exultans*) *quærebat*. Sic & Fragment. Tragur. *pro qua re. alius exultans*. Wouwer. it. cæteri, *exultans*. Frellon *exultantes*. Dousa MS. *exultantes* habet c. M. & rectè. propriè enim de piscibus dictum quum subsiliunt. Gonsalius: Quatuor piscationis insigniora genera tradiderunt scriptores prisci. Sicea Ælianus memorat, l. XII de Nat. Anim. c. XLIII. Δικτύια, κόντωσις, καὶ κωρτία, καὶ ἀγκιστρία προσέτι. *Fit enim vel retî, vel conto, vel nassa, vel hamo*. Habuit ab illo Oppianus, Αλίευτ. (*de Piscat.*) IV. Qui verò Æliano *contus*, τριόδους *tridens* Oppiano est, Polluci τρίαινα, & hîc Petronio *fuscina*.

2. *pelagiæ consederant volucres*] Marinæ aves. Sic, *pelagiæ purpuræ*. Apud Plinium, quòd purpura ex marinis conchis conficeretur olim. Sup. *pelagiæ phaleræ*. Aliter Plinius aves illas, *aquaticas volucres*, vocat extremo lib. XVIII. Earum autem multiplex genus est Aristotel. lib. VIII de histor. Anim. cap. III. Sextuplex Oppiano lib. I Αλίευτ. Nempe, *lari*, *halcyones*, *aquilæ marinæ*, *lolligines*, *accipitres*, *hirundinesque marinæ*. Ast Æliano lib. IX, c. LII, triplex tantùm, quæ eædem cum tribus Oppiani ultimis. *I. A. Gonsalius*.

3. *Illæ viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus*] Mart. l. IX Ep. LIV.

Aut crescente levis traheretur arundine præda,
Pinguis & implicitas virga teneret aves.

In eo aucupii genere, quod calamis peragebatur, arundo ad arundinem sic adtexi conjungique consueverat, ut tacitè ac sensim cresceret, donec alitis ejus, quæ captabatur alas viscò tangeret. Hinc arundo crescens adpellatur. Martial. lib. XIV Ep. CCXVI: Silius lib. VII, v. DCLXXVIII. adludit eò Plautus Bacchid. I, I, XVII. *S. A. Gabbema*.

4. *Tollebat plumas aura volitantes, pinnasque per maria inanis spuma torquebat*] c. Tragur. *T. p. a. v. pennasque p. m. inani s. t.* Glossar. Petronianum: *Pinna*, conchæ genus, aliàs nacra. Sed errat Gl. Nascitur *pinna* in limosis, nec unquam sine comite est qui pinnothetes, vel pinnophylax. Plinius, Cicero. *pinnæ* verò hîc sunt duriores volucrum pennæ. Gabbema: Expressum hoc locô tempestatis prænuntium. Plinius extremô lib. XVIII, signa tempestatem præsagientia referens, addit: *Lanugo populi, aut spinæ volitans, aquisque pluma innatans*.

5. *extrema parte potionis spargebat*] Forsi-

quum Eumolpus & ipse vino solutus [1] dicta voluit in calvos [2] stigmososque jaculari : donec consumta frigidissima urbanitate, rediit ad carmina sua ; cœpitque capillorum [3] elegidarion dicere.

† *Quod summum formæ* [4] *decus est,* [5] *cecidere capilli :*
Vernantesque comas tristis abegit hiems.
Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrent :
[6] *Areaque attritis ridet adusta pilis.*
O fallax natura Deum ! quæ prima dedisti
Ætati nostræ gaudia, prima rapis.

† *Eumolpus.*

[1] *Infe-*

Forsitan hic Cattabi lusum Arbiter innuere discupiit, de quo Athenæus initiô lib. xv. Sive jocum illum pervetustum Romanis conviviis frequenter usurpatum, spargendi nimirum circumstantes poculo residuô. Illud tamen præ omnibus adrisit nobis magis, scilicet Gitoni feminam porrexisse prægustatum poculum, quod indicium amoris haud fallax. Apud Curium Fortunatianum quæruntur amantes : *Meretrix ex tribus amantibus, alium osculata est, alii* residuum poculum *dedit, alium coronavit : contendunt quem magis diligat.* Illud Græcis προπίνειν dicebatur, & Romanis exin *propinare.* Hinc *propinatio :* Cur ea amatoribus magno sit in pretio causam edit Lucianus, Dialogô Iunonis & Iovis. *Iosi. Ant. Gonsalius.*

1. *dicta jaculari*] Ioculariter perstringere. *Gloss. Petron.*

2. *stigmosos*] Famosos, nocentes queîs stigmatum notæ inustæ. *Idem.*

3. *elegidarion*] Idem quod elegidion, hoc est, minuta elegia, ac non magni momenti opusculum. Elegîs constat Eumolpi hocce, & Hendecasyllabîs. Vtrosque sanè aptè vocavit *elegidion* sive *elegidarion.* Etiam Plinius lib. IV Ep. XIV, quosdam Hendecasyllabos *elegidia* adpellavit. *Gonsalius.*

4. *Quod summum formæ decus*] Alii *quod solum,* sed perperam. *Dousa.* Ambros. Hexaëm. lib. 6. *Comam,* inquit, *reverendam esse in senibus, venerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata est : tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit.* Ph. Camerar. Horar. subcisiv. cent. 3, c. 96. *Ge. Erhardus.*

5. *cecidere capilli*] Tota hac periocha calvos vocat, qui tantùm rasi, & promiscuè poëtæ *rasô*, pro calvo, & vicissim utuntur, etiam Petronius de Trimalchione. Yvo Villiomarus Anim. in Rob. Titium lib. 3, cap. 17. *Erhardus.*

6. *Areaque attritis ridet adusta pilis*] Leg. *A. a. nidet a.p.* Anonym. MS. Atque ita Palmerius. Virgilius : *æra renidenti.* Dousa MS. Martial. lib. 5 Epigr. 49, ad Labienum :

Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.

Vt areæ domorum graminibûs, ita calvi carent capillîs. Raderus ad Martial. lib. 5 Epigr. 48. Leg. *nidet ad. p.* Lævia enim & glabra quæ sunt, nident *(nitent, splendent)* Palmer. in Spicileg. *Ridere* est nitere, vel lætum hilaremque esse, ut apud Horat. *Ridet argentô domus.* Quod de rasis sive γλαφυροῖς *(nitidis, splendidis)* usurpat Petronius. Robert. Titius Locor. controvers. l. 3, c. 17. *Ridere* non est nitere, sed potiùs Græcorum στομφύειν.

qua-

[1] *Infelix, modo crinibus nitebas,*
[2] *Phœbo pulchrior, & sorore Phœbi:*
At nunc lævior ære, vel rotundo
Horti tubere, quod creavit unda,
Ridentes fugis, & times puellas.
[3] *Vt mortem citius venire credas,*
Scito jam capitis perisse partem.

† Plura volebat proferre, credo & ineptiora præteri-
is, quum ancilla Tryphænæ Gitona in partem navis in-
eriorem ducit, [4] corymbioque dominæ pueri adornat
aput. Imo [5] supercilia etiam profert [6] de pyxide, scite-
que

‡ *Encolpius.*

uo verbo utuntur pro *denudatione.* : tamen σεσηρέναι propriè est *rictum ducere.* Villiomarus Animadvers. in .ob. Titium l. 3, c. 17. Defendit se 'itius l. 3, c. 17. sed Villiomari ex-ositio (*ridere pro* σεσηρέναι, *sic denu-atum esse, ut quasi rictum calvities di-ucat*) magis est; nisi fortè ex v. c. :g. *aret adusta*, i. arefacta & glabra-:, q. d. ξηρὰ ξηραίνεται ξηρανθεῖσα *arida aret arefacta*). hinc & ξηρασία efluvium capillorum, species nimi-ım alopeciæ; licèt aliter de ξηρασιᾷ ıctor Definit. medicinal. *Ge. Erhard.*

1. *Infelix modo* &c.] Discernit hos-: phalæcios, à prioribus intervallô ornæs. & c. Tragur.

2. *Phœbo pulchrior & sorore Phœbi*] oncinna conlatio cum insigniter initis, hoc est, Cynthia, & Apol-ne. Iste ideo *Intonsus* vocatur, *Au-comus, Comatus, Pulcricomus, Camosus, iniger, Crinitus, Ignicomus:* Græcis, 'κερσεκόμης, Εὐχαίτης, Χρυσοκό-ης, Χρυσοχαίτης, Χαιτήεις, Αβρο-αίτης. Illa ἀκτινοβόλος *radians*, hoc t, capillos effundens, spargensve; ὑπλόκομος, *pulcros cincinnos habens.* .A. Gabbema.

3. *Vt mortem citius* &c.] Verticem orum qui in vicinia mortis, crede-ant veteres radi à Proserpina: eò ilusit Petronius. Virgil. Æneid. IV, difficilis ait obitus Didonis, quia:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem,
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orcô.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennîs
Devolat; & supra caput adstitit, hunc ego Diti:
Sacrum jussa fero, teque isto corpore solvo:
Sic ait, & dextrâ crinem secat. — —

Servius: *Traxit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium comam secantem, quia fatô peribat mariti.* Cui Macrobius lib. V, c. XIX suffragatur. *Io. à Wouweren.*

4. *corymbioque dominæ pueri adornat c.*] *Corymbus* sic redimiculum muliebrum comarum, *ut crobylus* virorum; *scorpius* puerorum intelligitur: à Grammaticis Græcis implicatio comarum in acutum desinens explicatur. — *Crines nodantur in aurum.* cùm Maro canit Æneid. 4, Servius. *crobylon* interpretatur. Sed hîc *comæ* sunt *adpostitiæ*, quales flavas plerumque mulieres mentito decore formam quærentes, præsertim in Aulis, sibi adjiciunt. Nam cui circumponitur *corymbion*, is rasus novaculâ fuerat. Turneb. Advers. l. 4, c. 19.

5. *supercilia etiam profert*] *Callioblephara*

que [1] jacturæ lineamenta sequuta, totam illi formam suam reddidit. Agnovit Tryphæna, verum Gitona: [2] lacrumisque turbata tunc primum bona fide puero basium dedit. Ego, etiamsi repositum in pristinum decorem puerum gaudebam, abscondebam tamen frequentius vultum intellegebamque me [3] non tralatitia deformitate est insignitum, quem alloquio dignum nec Lycas quidem crederet. Sed huic tristitiæ eadem illa succurrit ancilla sevocatumque me non minus decoro [4] exornavit capillamento: imo commendatior vultus enituit, [5] quia flavi comu

phara designat, quibûs supercilia ad ornatum denigrant mulieres interpoles. Quod genus tetigit etiam Iuvenal. Sat. VI; nec non Mart. lib. IX Ep. XXXIIX. *Dousa P.* Hocce Tertull. de cult. Femin. c. V, *oculos fuligine conlinere* vocavit: Arnobius lib. II, *fuligine oculos obumbrare:* & Cyprianus Serm. V de Lapsis, *nigro pulvere lineamenta oculorum pingere.* Præcipuè isthæc fucatio meretricibus crebra: nam *defluere*, ait Plin. *palpebras haud immeritò, venere abundantibus, tradunt.* Constabat illa exustis rosarum foliîs, nucleîs palmarum, ampelitide, & aliîs. Ejus in locum *favilla* interdum succedere solebat, &, si flavedo captabatur, *crocus.* S. A. Gabbema.

6. *de pyxide*] *Pyxis* est in mundo muliebri. *Gloss. Petron.* continebatur instrumentô ornatricum & cosmetarum. Mart. lib. IX Ep. XXXII.

Cùm sis ipsa domi, mediâque ornere Suburra,
Fiant absentes & tibi Galla comæ,
Nec dentes aliter quàm serica nocte reponas,
Et lateas centum condita pyxidibûs.
Ne tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum est, manè supercilio.

En integram officinam ornatoriam, geminam planè illi Petronianæ *comas, pyxidem, supercilia.* Ab eadem ratione Venus apud Apul. lib. VI *M sume istam pyxidem:* &c. *Laur. Pignori*

1. *jacturæ lineamenta*] Tragur. c. m. *naturæ l.*

2. *lacrumisque turbata*] Lacryn etiam præ lætitia proveniunt. Ap lib. I. *Nam ut lacrumæ sæpicule de ga dio proveniunt.* Quintilianus lib. X c. III. *Quin etiam lacrumas iis nati mentis indices dedit, quæ aut erumpi dolore, aut lætitiâ manant.* Apul. lib *Et illæ sedatæ lacrymæ postliminio redeu prolectante gaudio.* Et lib. VIII. *Et q in primo mœrore lacrymas non habeb jam scilicet crescente gaudio reddere.* Ga bema.

3. *non tralatitia deformitate*] Id e non vulgari, ac obvia, sed rara; non mediocri aut exigua, verùm usitata, ingente, ac in omnium culos incurrente.

4. *exornavit capillamento*] *Capillam tum*, Gloss. τρίχωμα, dicitur p lixior, longior, similisque prope mineæ coma. Petronius addititi esse in viris comam ostendit, ut rymbion in feminis. *Capillamenta* rarum scribit Plinius innasci quib dam hominum. Idem auctor est bera nullis fibrîs nixa, aut saltem pillamentîs gigni. Et lib. ult. in vitia gemmarum numerat capi mentum quod rimæ simile sit. *Laurenberg.*

5. *quia flavicomum corymbion er*]

comum corymbion erat. Cæterum Eumolpus, & [1] periclitantium advocatus, & præsentis concordiæ [2] auctor, [3] ne fileret fine fabulis hilaritas, multa [4] in muliebrem levitatem cœpit jactare. Quam facile adamarent. Quam cito etiam [5] philorum oblivisceretur. Nullamque

Sic & Frellon. cum Lotich. Cæteri, *q. flaucorum* (Tornæs. al. *flavum*) *c. e.* Gabbema; Capitol. in Vero : *dicitur* (Verus) *tantam habuisse curam capillorum flavorum, ut & auri ramenta inspergeret, quò magis coma illuminata flavesceret.* Quod de Commodo Lamprid. quoque testatur. Propriè utebantur meretrices flavo, matronæ verò nigro crine. Et Servius ait, *Matronis nunquam flava coma dabatur sed nigra. Didoni ergo* [Maro] *dat, ut turpi.* Tertull. de cult. Fem. cap. VI. Fortè legendum hîc *Cauchorum* indicat Douza P. & ita hunc locum corrigendum arbitratur Schedius, nam *Cauchis*, Germaniæ populis adtestante Tacit. de Morib. Germ. & omnibus Germanis sollemne erat crinem alere *flavum*. eleganter Ovid. lib. I Amor. El. XIV. Illustrissimus Salmasius legit, *quia flavum corymbion erat.* vulgò est *flaucorum corymbion. Corum* enim repetitum ex initio sequentis vocabuli : prius enim scriptum erat, *corumbion. Corymbion* igitur tubulus & meta crinium, sic vocatum, à corymbi vel racemi similitudine, quem alio nomine *botronatum* dixere. *Botrum* & *botronem* Latini racemum nominavere, ex Græca voce βότρυς. Βότρυν autem Græci adpellant ejusmodi crinium cumulatas in altum compositiones. Vnde βότρυς ἐθείρης (*botrus comæ*), in epigrammate Græco. A *botrone* igitur *botronatus* : quod idem est cum *corymbio*. Hæc S. A. Gabbema.

1. *periclitantium advocatus*] *Advocatus* differt à *patrono*. nam *advocatus* is olim dicebatur, qui tantùm ut amicus adsistebat, gratiâ & auctoritate aliquem in Iudicio adjuvabat. Et ita semper eo utuntur Plaut. Ter. Cic. alii antiquiores. Schopp. in Miscell. *Ge. Erhardus.*

2. *auctor*] Erhardus mallet *actor.*

3. *ne fileret fine fabulis hilaritas*] pro, hilare concilium, hilares convivæ, & combibones : abstractum pro concreto. *Erhardus.*

4. *in muliebrem levitatem*] Io. Sarisberiens. lib. 8, c. 11, quod inscribitur : *De molestiis & oneribus conjugiorum, & de pernicie libidinis, de mulieris Ephesinæ & similium fide.* Inter cætera refert : *In muliebrem levitatem ab auctoribus passim multa scribuntur. Fortasse falsò interdum : nihil tamen impedit ridentem dicere verum, & fabulosis narrationibus, quas Philosophia non rejicit, exprimere quid obesse possit in moribus. Ex his enim liquet, quàm facilè ament, quanta oderint levitate, quàm citò obliviscantur affectuum, & naturæ immemores interdum in filios armentur, interdum in viscera sua; sunt aliquæ pudicissimæ, licèt Satyricus dicat, quomam*

Rara avis in terris, nigroque simillima corvo

mulier exactæ castitatis. Et Tragicus, nullam esse feminam tam pudicam, quæ non peregrina libidine, usque ad furorem incendatur. Matrona quædam referente Petronio, &c. Erhardus. Virgilius lib. V Æneid.

--- varium & mutabile semper
Femina. -- Calpurnius in Bucolicis : *Mobilior ventis mulier.* Videatur Vincentius lib. 5 c. 10 Speculi doctrinæ. *De Moribus feminarum*, Donatus in Terent. Hecyr. Act. 2, sc. 2, ibi : *Tum nequam mulier.* Petr. Daniclis.

5. *philorum*] Carorum. Sed Tor-

 næs.

que esse feminam tam pudicam, quæ non [1] peregrina libidine usque ad furorem averteretur. Nec se tragœdias veteres curare, aut nomina seculis nota; sed rem sua memoria factam,[2] quam expositurum se esse, si vellemus audire. Conversis igitur omnium in se vultibus, auribusque, sic orsus est: † Matrona quædam [3] Ephesi tam notæ erat pudicitiæ, ut vicinarum quoque gentium feminas ad sui spectaculum evocaret. Hæc ergo quum virum [4] extulisset, non contenta, vulgari more, [5] funus passis prosequi crinibus, aut [6] nudatum pectus in conspectu

† *Eumolpus.*

næs. Wouwer. cæteri, *filiorum.* Quibus & accedit c. Tragur.

1. *peregrina libidine*] Suprà: *peregrini amoris concessio.* Hinc *mulieres peregrinæ* in SS. literis pro meretric. & adulteris. *Peregrinæ* autem libidini opponitur *domestica (sincerè!)* Erhardus seu Lundorpius.

2. *quam expositurum se esse, si vellemus audire*] Respicit ad morem, quo recitaturi fabulam sollemni velut præfatione sibi audientiam parabant: qui mos hodieque in vulgo Saxonico remanet. *Conr. Rittershus.*

3. *Matrona quædam Ephesi*] Hanc historiam verè contigisse, auctor est Flavianus apud Sarisberiensem, mulieremque Ephesi pœnas dedisse. Ead. narratio carmine reddita est à Romulo Grammatico veteri, fabular. Æsop. c. 48. ubi videndus commentator. Sed fusiùs, & integriùs refertur in historia, quæ de Cæsare Diocletiano, ejus Filio, & VII Sapientibus inscribitur ac Germanorum manibûs jam annos supra 200 versatur, ex Lat. in Germ. translata sermonem. Franc. Modius IC. qui de veteri exemplo nihil inaudire potuit, Latinum fecit ex Germanico, multa affingens. Rursum Latinum hoc Hebertus clericus carmine Gallico reddidit circiter A. N. C. 1200. Rex quidam Angliæ historiam hanc in Anglicam linguam transtulit, auctor commentator Romul. in principio comment. *Ex. Erhardo.* Ead. ferè narratio apud Apuleium lib. de Asino aureo, vel Metam. *Petr. Danielis.*

4. *extulisset*] Donatus in Andr. Terent. ait: *Efferri propriè cadavera mortuorum dicuntur.* Cujus verbi frequens apud classicos autores mentio. Cicer. II Orator. *Cùm casu in eadem causa funere efferretur anus Iunia.* S. A. Gabbema.

5. *funus passis prosequi crinibus*] V. omnia ad mœrorem & tristitiam essent composita, veteres capillamentô quoque luctum præ se ferebant. Ac in feminis quidem crines soluto ac circum colla fluitantes observari licet: Imò in viris, si qui comam alerent. Vnde Pedo Albinovanus in Epicedio Germanici:

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,
Pallida projecta flere per ora comâ.

Sed in feminis frequentiùs: Apert. Plut. in Probl. testatur filias, ταῖς κόμαις λελυμένοις *solutis crinibûs* funus fuisse prosequutas. Liv. lib. 1, de sorore Horatiorum: *Solvit crines & flebiliter nomine sponsum mortuum adpellat.* Kirchmann. *Gabbema.*

6. *nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere*] Habitus lugentium. Infrà: *Non tenui diutiùs lacrymas, in*

pe

spectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam [1] prosequuta est defunctum, [2] positumque in hypogæo, Græco mo-

percussi semel iterumque manu pectus. Goldastus. Ovid. Metamorph. lib. 6 circa fin. — *passos laniata capillos.*

Lugenti similis cæsis plangore lacertis. Intelligitur Philomela sparsos cùm laniaret capillos. Lacerare autem crines in mœroribus solent mulieres. Raph. Regius Enarrat in Ovid. *Ge. Erhardus.*

1. *prosequuta est*] Funerale verbum *prosequi.* Eleganter Seneca. Ep. xxx de Basso in ipso jam conspectu mortis exspectante exitum suum intrepide; sibique velut parentante: *Bassus noster videtur mihi prosequi se, & componere, & vivere tamquam superstes sibi.* Apul. lib. VIII. *Funus verò, toto fere malem pompam prosequente populo, deducitur ad sepulturam.* Respondet autem huic voci Kirchmanno lib. II, cap. X este, Græca, προπέμπειν & παραπέμπειν & ἐκπέμπειν (*deducere, comitari, emittere*). S. A. Gabbema.

2. *positumque in hypogæo, Græco more*] *Hypogæum*, cella pro condendis mortuis extra urbem, aliàs conditorium. *Gloss. Petron.* Sepulcrum plurium rcarum capax fuit, idem quippe, uod monumentum. Hinc *familiaria epulcra* Cajo dicuntur, quæ quis sibi amiliæque suæ constituit. In illis seulcris sive monumentis, totidem rcæ, quot corpora collocabantur. Iam singula corpora in suis arcis eint sita ac sepulta, & omnes arcæ ıtra unum monumentum receptæ : conditæ. Duo igitur in sepulturis, : circa sepulcra veniunt consideran-ı, monumentum, hoc est, genelis θήκη (*theca, repositorium, cella*), mnium in eadem familia defunorum, & singulorum corporum cæ, vel sarcophagi, vel urnæ, aut neraria, si cineres tantùm vel ossa : reliquiæ hominis condebantur. Monumenta ea non unius generis aut formæ. Apud Græcos, ubi corpora integra condere cœperunt, hypogæa ac subterranea fuere. Petron. *in conditorium* &c. In eo hypogæo corpus mariti arcæ seorsim inclusum fuit, ut constat ex his, quæ post sequuntur: *Secundum hanc orationem jubet mariti sui corpus ex arca tolli atque illi, quæ vacabat, cruci adfigi.* Omnes mortui in illis hypogæis, in sua quisque arca positi jacebant. Fornicata erant: unde & καμάρας (*cameras*) vocat Phlegon, qui & κλίνας (*lectos*) adpellat singulorum cadaverum thecas vel arcas, quæ in καμάρᾳ vel fornice habebantur conditæ. Subterranea fuerunt Græcorum monumenta, postquam ab ustrina cadaverum recessere. Hesychius: ὑπογεῖον, ὑπόγειον τυμβεῖον (*hypogæum, subterraneum monimentum, tumba*). At apud Tertullianum de Anima, hypogæum non est sepulcrum, sed locum subterraneum ita vocitat, in quo latuit Pythagoras. *Respice ad ejus hypogium, & si sapis crede.* Ita vetus Agobardi, τὸ ὑπόγειον; *subterraneum* unica voce dixit paulò antè, & alibi in lib. adv. Nationes: *de subterraneo antipodes.* Romanorum monumenta supra terram exstruebantur. ideo dixit Petronius, *in hypogæo, Græco more.* Quia Latinorum ὑπόγεια & supra terram ædificata conditiora mortuorum. Ratio diversitatis ex diverso more processit. Qui corpora integra sepeliebant, quærenda his fuere subterranea loca mortuis recondendis, ne cadaveris odor putrescentis sentiretur. Nihil tale metuendum à cineribus & reliquiis combusti corporis. Ideo qui comburebant corpora sua Romani supra terram ædificata habuere sua conditoria. *Claud. Salmasius.*

co more [1] corpus custodire, ac flere totis noctibus die
busque cœpit. Sic adflictantem se, ac mortem inedi
persequentem non parentes potuerunt abducere, no
propinqui: Magistratus ultimo repulsi abierunt: com
ploratoque ab omnibus [2] singularis exempli femina
quintum jam diem sine alimento trahebat. Adsideba
ægræ fidissima ancilla, simulque & [3] lacrumas commo
dabat lugenti, [4] & quotiens defecerat positum [5] in mo
nimento lumen renovabat. Vna igitur in tota civitat
fabul

1. *corpus custodire*] Aliter quàm illustriss. Salmasius interpretatur hunc locum illustris Gonsalius de Salas, Cujus hæc: Haud dubium est Græcos olim custodes cadaveribus adhibuisse, ut sic ea ab demorsicationibus sagarum integra vindicarent. Græcorum enim plures insignitè fuere superstitiosi, ac venefici. Thessali autem inprimis. Apuleius lib. II omnia palam facit: *Conspicor medio forò precerum quendam senem, insistebat lapidem, claraque voce prædicabat*, Si quis mortuum servare vellet, de pretio liceretur. *Et ad quempiam prætereuntium, quid hoc, inquam, comperior? Hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille; nam oppido puer, & satis peregrinus es, meritòque ignoras, Thessaliæ te consistere, ubi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant: eáque sunt illis artis magicæ supplementa.* S. A. Gabbema.

2. *singularis exempli*] Plin. Epist. I lib. III. *Adsumit uxorem singularis exempli.* Idem Ep. V lib. VIII. *Grave vulnus Macrinus noster accepit: amisit uxorem singularis exempli, etiamsi olim fuisset.* Vopiscus in Bonoso: *Fuisse enim dicitur, ut & avus meus dicebat, femina singularis exempli.* Ennodius in vita S. Epiphanii. M. S. c. XVII. *Honoratam sororem S. Epiphanius Luminosa cuidam feminæ stupendæ sanctitatis & singularis exempli commisit.* Vetus inscriptio: FEMINÆ. RARISSIMÆ SINGULARIS. EXEMPLI. *Gabema.*

3. *lacrumas commodabat lugenti*] S & edit. Frellon. Sed Tornæs. Lotich reliqui, simulque c. Trag. *l. commo dabat l.* Quid sit, *commendare lacrima* sciò; & morem illum item. Vereb tamen ne scripsisset Arbiter, *lacryma commodabat:* Præficæ vendebant, f miliares commodabant. *Anonym. n ster MS. commodabat.* Sic corrigo. præficæ lacrymas suas & planctu suum alienis mortuis locabant me cede: sic iftam fidissimam ancillan eleganter dicit Petronius heræ su lacrymas commodasse: id est, in gr tiam ejus fleviſſe unà, ut ita ipsi allevaretur dolor. *Conr. Rittershusiu*

4. *& quotiens defecerat positum m.l.r.*] Sic & Tornæs. alii. Erhardu Apud Sarisberiensem *& quotiscunq def.* in MS. cod. N. & A. Bongars Legati Reg. *& quotiensque d.* pleon smo etiam aliis elegantioribus usu patò. Tragur. c. *& positum in mon mento lumen renov.* citra *quot. def.*

5. *in monimento lumen renovabat* Lucernas ardentes in sepulcris Ro manorum fuisse, nemo nescire po test. Inscriptio Salerni inventa: H VE. SEPTIMA. SIT. TIBI. TER RA. LEVIS. QUIS. QUE. HUI TUMULO. POSUIT. ARDEN TEM. LUCERNAM. ILLIU CINERES. AURÆA. TERR TEGAT. Et in omnibus ferè mo numei

fabula erat; & solum illud adfulsisse verum pudicitiæ amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur. Quum interim [1] Imperator provinciæ [2] latrones jussit crucibus adfigi, secundum illam eandem casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat. Proxima ergo nocte quum miles, [3] qui cruces servabat, ne quis ad

numentis lampades invenire est. Quæ non ejusdem cunctæ magnitudinis, aut unius materiæ vel formæ. Quasdam perpetuò arsisse comperitum est, stupendi cujusdam liquoris beneficiò, de cujus conficiendi ratione variè decertatum inter eruditos. [*Hieronymum Ruscelli de impressis illustri vide.*] auctorem ejus invenio Maximum Olibium, de quo Bernardinus Scardeo lib. 1 antiquit. Patavin. in fine. *Boxhornius.* Sedente Paulo III, aperto scil. sepulchrô Tulliæ filiæ Cic. inventa fuit lucerna jam tum ardens; sed admisso aëre, extincta est. Arserat annos minus ∞ I CL. *Pancirolla.* Aperto etiam Pallantis monumentô, reperta est lucerna, quæ, ũ Bonfinio fides adhibenda, neque aquâ, vel quovis alio liquore extingui potuit. postea verò subacto stylô, & per illud foramen ingruente aëre, lumen evanuit. *Gabbema. In monumento lumen.* De hujusmadi luminibus Lucianus, Dion, Persius, &c. *Conrad. Rittershusius.*

1. *Imperator provinciæ*] Præses, vel Proconsul. Sallustius in Iugurth. in orat. Adherbalis: *Me, quem vos Imperatorem Numidiæ posuistis.* Ad deviandum odium, & benevolentiam conciliandam noluit se vocare Regem, sed P. R. Præsidem in regno Numidiæ. Mox enim: *Regno Numiliæ, quod vestrum est.* Vide Ph. Bertelii Pithanôn diatrib. 1, c. 9. *Ge. Erhardus.*

2. *latrones jussit crucibus adfigi*] Firmicus lib. VI, c. XXXI. *Homicidam, latronem efficiet; ipsu facinoribus comprehensus patibulô suffixus in crucem crudeliter erigitur.* lib. VIII, c. XII. *Latrones faciet crudeliter feritate grassantes, si in crucem tollantur.* Idem.

3. *qui cruces servabat, ne quis* &c.] Sic Tornæs. Frellon. Lotich. & cod. Tragur. Sed R. Herm. & Wouweren, *q. c. asservabat n. q.* Wouwerian. editionem Erhardum cum commentaretur præ oculis habuisse cùm suprà pluries observare fuit, tum ex hujus mox annotationis ingressu, & clausula parebit, utut Sylloge Erhardi Annotation. & Observationum, seu commentarii Variorum & ipsiusmet Symbolæ Schonwetter. ac Frellon. editioni connexi. Quæ incuria haud levis, ipsum τὸ τί ἦν εἶναι (hoc propter quid, seu constiturionem rei) tangens. Iam Erhardus: *qui cruces asservabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret.* Romanorum mos fuit, ut facinorosos quorum pœnæ ad exemplum pertinebant, supplicio affectos honore sepulturæ prohiberent. itaque custodes adhibiti, donec putrefacta cadavera. Petr. Faber Semestr. lib. 2, c. 27, v. 24. Talentonius Var. rer. l. 2, c. 9. Celsus Adornus Epist. ad Talenton. lib. 2, c. 23. Guilielm. Fornerius Not. in Cassiodor. lib. 2 Epist. 22. Gretser, de Cruce Tom. 1. Hodie nostris moribûs in exemplum relinquuntur, sine custodibus tamen, cadavera suspensorum, rotæ supplicio affectorum, verû affixorum, & similium. contra quos mores Petr. Ravennas IC. ut improbatos invehitur in fine compendii I. Can. & in dictis notabil. Extravag. in pr. quem

ad sepulturam [1] corpora detraheret, notasset sibi & lu
men inter monimenta clarius fulgens, & gemitum lu
gentis audisset, [2] vitio gentis humanæ, concupiit scire
quis aut quid faceret. [3] Descendit igitur in condito
rium; visaque pulcherrima muliere, primò [4] quasi quo
dam monstro, infernisque imaginibus turbatus substi
tit: deinde ut & corpus jacentis conspexit, & lacruma
consideravit, [5] faciemque unguibus sectam; ratus scilice

[1] i

duobus libb. confutat Hochstraten Provincial. monachor. Prædicat. in Justificatorio Principum Alamann. Augustus tamen Imp. corpora damnatorum cognatis se & amicis non negasse lib. 10 de Vita sua scripsit: ad sepulturam scilicet. Vnde nec Iosepho Arimathæo & Nicodemo corpus Christi negatum. Vid. l. 1, & ult. D. de Cadav. punit. Porrò pro *asservabat*, vet. cod. habet *servabat*, quod non displicet, & Plautina vestigia sectatur.

1. *corpora*] Senec. l. VIII Contr. IV. *Suffixorum corpora crucibûs in sepulturam suam defluunt.* Plaut. Milit. II, IV, XIX.

--- --- *Scio crucem futuram mihi sepulchrum.*

Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, proavus, abavus. S. A. Gabbema.

2. *vitio gentis humanæ, concup. scire*] Sallust. Iugurth. *More humani ingenii cupido, ignara visundi, animum vortit.* Val. Max. lib. 1, cap. 7 in Annibale: *Humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi ponè respiciens*, &c. Colerus Not. ad Valer. Putschius ad Sallust. Apul. lib. 4 Florid. *Propiùs accessit, ut etiam cognosceret more ingenii humani quinam esset.* Suetonius Claud. c. 19. *Latentem discurrens fortè gregarius miles, animadversis pedibûs, è studio scisitandi quisnam esset, agnovit.* Ge. Erhardus.

3. *Descendit igitur in conditorium*] Communia sepulcra erant plerumque subterranea ædificia, arcuato opere exstructa, pavimentis strata, ac parietibûs circum septa, in qua tanquam in cellas quasdam per gradu aliquot descendebatur, foribus con ditorii clausis, vel apertis, prout usu requirebat. *Io. Kirchmannus.*

4. *quasi quodam monstro*] Id est spectro; hinc *Mostellaria* Plauti. Hy mnus ecclesiast. in dedicat. Ecclesiæ

Dæmonis sæva perit hic rapina,
Pervicax monstrum pavet, & retenta
Corpora linquens fugit in remotas
Ociùs umbras.

Erhardus. *monstrum.* Sive à moneo sive à monstro veniat, deminutivun habet *mostellum* liquescente *n*, quo modo *semestre* dicimus pro *semenstre* & à *castrum*, *castellum*; vel etiam, u vult Ian. Guilielmus, quòd vetere *mostrum* dixerint. Hinc *Mostellum* Ro mæ dictus *Vicus mostellarius*, & *Mo stellaria* Plauti, quæ est Φάσμα sive spectrum. Vossius in Etymol. Taub mann. in Plaut.

5. *faciemque unguibus sectam*] Lace rationes genarum "feminis potissi mum in usu erant. Serv. in lib. III Æneid. *Varro dicit mulieres in exsequiis & luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant.* quem morem apud Romanos sustulere XII Tabb. apud Cic. II Leg. *Mulieres genas ne radunto.* Festus: *Radere genas* interpretatur unguibûs scindere vel cruentare. Est enim Festi locus mutilus & tale quid subintelligi debet. His enim feminæ solebant mortuo parentare: & quamquam de ea re caverint leges; non tamen utique fuit observatum. *Kirchmann.*

1. ia

[1] *id* quod erat, desiderium exstincti non posse feminam pati; adtulit in monumentum cœnulam suam, cœpitque hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo, & [2] nihil profuturo gemitu pectus diducere: omnium eundem exitum esse: sed & idem domicilium; [3] & cætera, quibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur. At illa ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, ruptosque [4] crines super pectus jacentis imposuit. Nec recessit tamen miles, sed eadem exhortatione temptavit dare mulierculæ cibum, donec ancilla [5] vini certe ab eo odore corrupta, primum ipsa porrexit ad humani-

1. *id*] Tragur. est codicis, quo sanè rarissimè aliquid superadditur, sæpe verò resecatur.

2. *nihil profuturo gemitu pectus diducere*] Quomodo & Frellon. edit. Sed Tornæsius, cæteri, codexque Tragur. *diduceret*. Erhardus: Leg. *diducere*. Iungermannus. Dinamius in Epistol. ad Discipul. *Plùs lugent, qui plùs diligunt; & dum auxilium præstare nequeunt, pugnis pectora & lacerta* (f. *lacertos*) *tundunt, illi tamen, qui sepulchro conditur, nihil præstaturi*. Suprà Petron. *Verberabam ægrum planctibus pectus. Pectus diducere*, quo pacto suprà dixit de Githone: *risu dissolvebat ilia sua*.

3. *& cætera*] quod Sallust. dicere solet, *& alia*. Pflugius. *Erhardus*.

4. *crines super pectus jacentis imposuit*] Solebant crines mortuis offerre: & super ipsorum pectora vel tumulos imponere parentandi gratiâ. Vnde eleganter Max. Tyrius comam esse dicit τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη κειμένῳ, *ultimum, quod ei qui jam sepelitur donari potest, munus*. Dion Halic. lib. XI, scribit, Virgines feminasque cùm funus duceretur filiæ Virginii, in ejus lectum ἀφῆκαν κόμης παρθενικὰς καὶ πλοκάμων βόστρυχας, *vittas virginalis comæ, detonsos crinium tortorum cincinnos* conjecisse. Sic Anna evulsos è vertice crines Didonis rogo inspergit. Et Chariclæa apud Heliodorum, extincto ductori suo Calasiri vulsos capillos libat cum gemitu, dicens: ἐπιφέρω σοι χοὰς ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων (*offero tibi libamina crinium meorum*). Kirchmannus.

5. *vini certe ab eo odore corrupta primum ipsa porrexit*] Sic & Wouwer. cæteri, codexque Tragur. hic tamen omissô *ipsa*. Erhardus: Istam lectionem optimus Bongarsii codex comprobat. *ab eo* scil. milite. Tornæsius leg. *vini incertum habeo* (al. *ab eo*) *odore c. p. i. p.* Vbi Dousa *incertum, habeo*; hæc verba desunt in MS. Anonym. MS. desiderari puto, ut plenum in hanc sententiam sit: *vini incertum ab eo odore corrupta, an cibo*. vel, *incertum adeo*, &c. Dousa in Præcidan. fors Arbiter scripserit, *vini adeo odore corrupta*. I. Fr. Gronovius: Vetus editio: *vini incertum habeo odore*. Dousa auctoritate scripti ejicit tres voces, *certe ab eo*: Cujus tamen quantum apud alios pondus esse velit, præjudicat ipse conjiciendo: *vini adeo odore*: omisso τῷ *certè*; quod suprà τὸ *adeo* collocatum à studioso quodam putat. Putschius: *incertum an ab odore*. Bourdelotius adplaudente Gonsalio: *vini cibique ab eo*. Sarisberiensis in eadem fabula: *humi certum habeo odore*. & in margine: *incertum ha-*

humanitatem invitantis victam manum : deinde refecta potione & cibo, expugnare dominæ pertinaciam cœpit. &, Quid proderit, inquit, hoc tibi, si soluta inedia fueris ? [1] si te vivam sepelieris ? si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis ?

[2] *Id cinerem, aut manes credis curare sepultos ?*

Vis tu reviviscere [3] reluctantibus fatis exstinctum ? vis, discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui ? ipsum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas. Nemo invitus [4] audit, quum cogitur aut cibum sumere, aut vivere. Itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca, passa est frangi pertinaciam suam : nec minus avide replevit se cibo, quam ancilla, quæ prior victa est. Cæterum scitis quid tentare plerumque soleat

beo an vini odore. Quæ cum considerarem, succurrit : *donec ancilla vini nectareo odore corrupta.* Et sanè qui vim quandam singularem illius animæ demonstraturus erat in expugnanda tam officiosa ancilla, videtur non odorem solum & nudum posuisse, sed adjecisse illi laudem, quæ virtuti, quam erat commemoraturus, fidem faceret.

1. *si te vivam sepelieris*] Nam & olim fuere, quæ id etiam præ mœrore facerent. Inscriptio Camerti Vmbrorum in Picentinis montibus reperta, C. TIBULL. G. SEMPRONII. F. MAM. L. NEP. INFERNO. PLOTONI. TRICORPORI OXORI. CARISS. TRICIPITIQUE, CERBERO. MUNUS. MEUM. FERENS. DAMNATAM. DEDO. ANIMAM, EIDAMQUE. HOC M. F. CONDO. MONIMENTO. NE OBRUTIS. DOMUS. LAPSU. FILIIS. SEX. QUOS. P. SCIPIO PATRIIS. CAMERTIBUS. A. SALO. ET. LIBYA. INCOLUMES. RESTITUERAT. IN. DESOLATA. ORBITAE. SUPERSIM. MISERA. EI. ANN. L. M. I. D. I. HOR. SCIT. NEMO. QUIETEM. POSTERI. NON. INVIDEANT. QUI. SECOS. MANES SENTIAT. IRATOS. FALE. EIA. IN. FR. P. XX. IN. AGRO P. XXXIX. Sic & Thrasylus Apulejanus lib. VIII : sic & Polemon sophista apud Philostratum. *I. A. Gonsal.*

2. *Id cinerem, aut manes*] Integer Virgilii versus ex IV Æneid. quem tribuit Annæ ad sororem Didonem sese adflictantem ob conjugis mortem. *Ge. Erhard.*

3. *reluctantibus fatis exstinctum*] Sic & Tornæs. Wouweren, alii. Sed in cod. Tragur. hæc verba non leguntur. Bourdelotius in Notis crit. hîc : *rel. fat. exst.* Hæc absunt à MS. nec illa agnoscit editio Patissonii. Credebant vi quorundam lapidum reluctantibus fatis animas in corpora redire. Orpheus poëmate λίθων *(de lapidd.)* Eadem vis plantis quibusdam & floribus, de quibus Etymolog. V. βάλλω *(iacio)*.

4. *audit*] paret, obedit, obaudit. *Erhardus.*

1. *huma-*

leat [1] humanam ſatietatem. Quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vivere vellet, iiſdem etiam pudicitiam ejus adgreſſus eſt. Nec deformis, aut infacundus juvenis [2] caſtæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac ſubinde dicente:

[3] *--- Placitone etiam pugnabis amori?*
Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis?

Quid diutius moror? [4] ne hanc quidem mulier partem corporis [5] abſtinuit, victorque miles utrumque perſuaſit. [6] jacuerunt ergo unà, non tantum illa nocte, [7] qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die, [8] præcluſis videlicet conditorii foribus, [9] ut quiſque ex notis,

1. *humanam ſatietatem*] Tragur. c. *hum. ſocietatem*, Non malè, credo. Sed ad *ſatietatem* duo MSi. ad edit. Tornæſii, prior Anonymus: An verum eſt? *fatuitatem*, aut ſimile quid. ſubdit Douſa: De *humana ſatietate* nihil verius, & ſententiæ iſti aſſenſum commodaverat jam antea Lucretius. 5 de primis illis terrigenis ſcribens:

Hæc animos ollis mulcebant atque juvabant:
Cum ſatiate (ſatias nom.*) cibi, nam tunc ſunt omnia cordi.*

Adde à Catullo:

Nam praruſus jaceo, & ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque palliumque.

2. *caſtæ*] Ironicè, quaſi minimè ali. *Anonym.*

3. *Placitone etiam*] Verſus ſunt Aniæ ad Didonem IV Æn. Nec enim non errore lapſus Georg. Thomiſius, qui ad Petronium primum autorem refert in Vindice veritatis adverſus Iuſt. Lipſium, lib. 2, c. 2, p. 92. *Ie. Erhardus.*

4. *ne hanc quidem mulier partem corporis*] Quæ ſcilicet honeſtè nominari equit. Infrà: *cum ea parte corporis, quam ne ad cogitationem quidem admittere ſeverioris notæ homines ſolent.* Ovid.

At deus obſcœna nimium quoque parte paratus. In Priap.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam ſignificor Priapus eſſe.

Theodor. Priſcian. lib. 2 Logicor. cap. 11. *Tunc ipſis partibus fricatione manuum ſuperaddimus*, &c. Ibidem: *Quibus partes frigentes uſus venerii officium pernegârint.* Et, *tenſionem particulæ cum aſſidua patratione facit.* Erhardus.

5. *abſtinuit*] Alludit ſimul abſtinentiam, quam mulier voverat, & jam quinque dies ſervârat. *Abſtinere* cum accuſativo haud temere apud quoſvis reperias. *Idem.*

6. *jacuerunt*] verbum libidinis, *jaceo*; ſic ſup. *quum incluſi jacerent.* iterum. *Iacent nunc amatores obligati noctibus totis.* S. A. Gabbema.

7. *qua nuptias fecerunt*] *Nuptias*, hic dictum de venereo concubitu. ſic ſup. *Plaudentibus ergo univerſis, & poſtulantibus nuptias fecerunt.* Auctor Rhet. ad Herenn. IV, hujus dicti rationem reddere videtur: *Tranſlatio obſcœnitatis vitandæ: cujus mater quotidianis nuptiis delectatur.* Hinc ortum, quòd *Verba nupta* pro obſcœnis & impudicis acciperentur. *Gabbema.*

8. *præcluſis videlicet conditorii foribus*] De ſepulcrorum januis, etiam alii meminere. Flav. Vopiſcus in Tacit. Imp. *Mortis omina hæc fuerunt. Patris ſepulcrum diſruptis januis ſe aperuit.*

notis, ignotisque ad monimentum veniſſet, putaſſet exſpiraſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam uxorem. Cæterum delectatus miles [1] & forma mulieris & ſecreto, quicquid boni per facultates poterat, coëmebat; & prima ſtatim nocte in monimentum ferebat. Itaque [2] cruciarii unius parentes, ut viderunt laxatam cuſtodiam, detraxere nocte pendentem, [3] ſupremoque mandaverunt officio. [4] At miles circumſcriptus dum reſidet, ut poſtero die vidit unam ſine cadavere crucem; [5] veritus ſupplicium, mulieri, quid acciditſſet, exponit: nec ſe exſpectaturum judicis ſententiam, ſed gladio jus dicturum ignaviæ ſuæ: commodaret modo illa perituro [6] locum, & fa-

Albinov. in Epiced. Ammian. l. XXIII. Dion de monumento Cleopat. l. LI. *Ianua ejus ita erat parata, ut aperiri ſemel clauſa nequiret.* Xiphilinus, in Severo: *Clauſit monumentum Alexandri, ne quiſquam corpus ejus videret in poſterum. neve ea, quæ in ipſo ſcripta, legeret.* Io. Kirchmannus.

9. *ut quiſque ex notis ignotiſque* &c.] Sic & Tornæſ. cæteri. Douſa MS. *ut quiſquis ex n. i.* c. M. Tragur. c. *ut ſi quis ex ignotis cognitiſque.* Erhardus: *quiſque*, pro *quiſquis, quicunque.* Vet. tamen cod. exſertim ſcribit, *quiſquis*, ut ſuprà: *Quod quiſquis perperam diſcit*, &c. Et infrà: *Quia quiſquis ſuos heredes habet, nec ad ſcenas, nec ad ſpectacula admittitur. Quiſquis* diſtribuit, *quiſque* determinat.

1. *& forma mulieris & ſecreto*] Tornæſ. *& forma mulieris (mulieris* in v.c. abeſt), *ſecreto.* Vbi Douſa: c. M. *& f. m. & ſecreto.* Tragur. c. *& forma & ſecreto.*

2. *cruciarii*] Tragur. c. in m. *cruciati. Cruciarius*, qui in cruce, aut ea dignus. *Gloſſ. Petron.* Vſurpat & Apuleius in de Aſino.

3. *ſupremoque mandaverunt officio*] Curt. lib. II. *Apparatum funerum quo Perſæ ſuprema officia celebrarent.* Hieron. epitaph. Paulæ: *Sacrilegium putabat, qui non tali feminæ ultimum reddidiſſet officium.* Apul. lib. 8 Mil. *officia feralia.* lib. 9. *peractis feralibus officiis tradunt ſepulturæ.* Io. à Wouweren.

4. *At miles circumſcriptus*] Sic & Wouwer. reliqui, codexque Tragur. Frellon. edit. *A. m. circumpectus.* Tornæſ. *ac m. circumpectus* (al. *circumſcriptus*; al. *circumpecus*). ubi Douſa: c. M. *at m. circumſcriptus.* Erhardus: *miles circumſcriptus*, vett. libb. *circumſpectus.* Leg. *circumpectus. Circumpectere* ſignificat defraudare, circumvenire, & malum aut infortunium alicui dare. Gulielm. Plaut. quæſt. in Bacch. cap. 2.

5. *veritus ſupplicium*] Talionis puto pœna illa ſive ſupplicium fuit, hoc eſt, in crucem ſubſtitueretur cuſtos ignavus ac deluſus. Mirè enim moribus Græcorum id ſupplicii conveniens eſt, apud quos & alia viguerunt ſimilia; cuſtodum verò cadaverum potiſſimùm. Innuit & ſupplici acerbitatem deſperatio illa militis *Nec ſe exſpectaturum judicis ſententiam ſed gladiò jus dicturum ignaviæ ſuæ.* I. A Gonſalius.

6. *locum*] Morticinum ac ſepulcrale verbum etiam *locus.* Vetus monumentum Tibure inter alia: HUNC LOCUM. UTI. ME. VIVA. DE TER-

& fatale conditorium familiari, ac viro faceret. Mulier non minus misericors, quam pudica; Nec istud, inquit, dii sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem: malo mortuum impendere, quam vivum occidere. Secundum hanc orationem [1] jubet corpus mariti sui tolli ex arca, atque illi, quæ vacabat, cruci adfigi. [2] Visus est miles ingenio prudentissimæ feminæ; posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset in crucem. † Risu excepere [3] fabulam nautæ, erubescente non mediocriter Tryphæna, vultumque suum super cervicem Gitonis amabiliter ponente. At non Lycas risit, sed iratum commovens caput, ‡ Si justus, inquit, Imperator fuisset, debuit patris familiæ corpus in monimentum referre, mulierem adfigere cruci. † Non dubie redierat in animum [4] mœchile [5] expilatumque libidinosa migratione navigium.

† *Encolpius.* ‡ *Lycas.* † *Encolpius.*

TERMINAVI. Pro eodem *locus & conditorium* usurpantur, uti & interdum *area*. Distertim Petronius addit: *& fatale conditorium familiari ac viro faceret*. & post pauca: *jubet corpus mariti sui tolli ex arca*. Inde etiam *loculi* vocati *loci* illi. Plinius lib. VII, c. II. *I. A. Gonsalius.*

1. *jubet corpus mariti sui tolli ex arca*] Non plebeius fuit ille, cui arca mortuo datur, & in hypogæo monumento locatur. Distinguendum est inter morem Romanorum & Græcorum, inter cineres, & cadavera integra. In urnis, ollis caccabis, urceis, ampullis, amphoris, cupis, orcis, & aliis hujuscemodi vasculis cineres condebantur. Enim verò more Græcorum, qui cadavera non cremabant, ea vasa paranda fuere mortuis condendis quæ ad modulum corporis facta essent, ac totum cadaver quàm longum erat, recipere possent. Tales sunt alvei, lintres, arcæ, folia, lecti & similia. *Cl. Salmasius.*

2. *Visus est miles ingenio*] Ingenium *(hic)* pro calliditate, astutia & promptitudine aliquid machinandi. Balbus: *Ingenium, astutia, calliditas, prudentia, subtilitas.* Ge. Erhardus.

3. *Risu excepere fabulam nautæ*] Sarisberiens. lib. VIII, c. XI. *Tu historiam aut fabulam, quod his verbis refert Petronius, pro libitu adpellabis. ita tamen ex facto accidisse Epheti, & Flavianus auctor est, mulieremque tradit impietatis suæ & sceleris parricidalis & adulterii pœnas dedisse. Non quidem solus est in mulierum ineptiis ridendis aut exprimendis Petronius: scribit B. Hieronymus,* &c. Ab imperatore sive Præside Provinciæ capite plexam fuisse traditur in libro illo de Septem Sapientibus. *Erhardus.*

4 *mœchile*] Dousæ est, quod & amplexa edit. Frellon. cum Lotich. Sed Wouwer. & R. Herm. *ele* cum * præposito. Tornæsius: *edile* (al. *cubile*, vet. c. *hedile*). *edile* etiam habet c. Tragur.

5. *expilatumque libidinosa migratione navigium*] De Navigio, quod Isidi, quotannis mense Martio dicari, o-

nustum-

gium. Sed nec fœderis verba permittebant meminiſſe; nec hilaritas, quæ præoccupaverat mentes, dabat iracundiæ locum. Cæterum Tryphæna [1] in gremio Gitonis poſita, modo implebat oſculis pectus, interdum concinnabat ſpoliatum crinibus vultum. Ego mœſtus & impatiens fœderis novi, non cibum, non potionem capiebam, ſed [2] obliquis, trucibuſque oculis utrumque ſpectabam. Omnia me oſcula vulnerabant, omnes blanditiæ, quaſcumque mulier libidinoſa fingebat: nec tamen adhuc ſciebam utrum magis puero iraſcerer, quod amicam mihi auferret; an amicæ, quod puerum corrumperet. Vtraque inimiciſſima oculis meis, & captivitate præterita triſtiora. Accedebat huc, quod neque Tryphæna me adloquebatur [3] tamquam familiarem, & aliquando gratum ſibi amatorem, nec Giton me aut [4] tralatitia propinatione dignum judicabat, aut, quod mini-

nuſtumque muneribus largis ventis ferentibus pelago reddendum committi ſolebat, hæc accipio. In Kalendario Ruſtico feſtum legimus menſis Martii, quod *Navigium Iſidis* appellatur; ejuſdem Apuleius lib. XI mentionem facit. Tale ergo navigium ad fundum Lycæ ventô temere adpulſum, ſumma ab eodem religione & cærimonia diu cultum, impias Encolpii apud Lycam viventis manus non effugit. Is enim effigiem deæ: *veſtem*, *ſiſtrum*, aliáque indidem ſuppilavit, ac profugit. Hujus ſacrilegii pœnam Lycas naufragium interpretatus, *ſiſtrum*, *veſtemque* reſtitui petit. Encolpius iis venditis nummos ſe confecturum pollicetur; videnturque de ipſo eſſe dicta, quæ Fulgentius ex Petronio adfert: *Tot regum manubia penes fugitivum reperta.* Caſp. Scioppius.

1. *in gremio Gitonis poſita*] Sicut nova nupta, nuptiali convivió. Apul. *Accumbebat ſummum thorum maritus, Pſychen gremio ſuô complexus.* Iuven. *--ſed & gremiô jacuit nova nupta mariti.* Fr. Pithœus.

2. *obliquis oculis*] Flaccus: *Non iſtic obliquo oculô mea commoda quisquam*

Limat. --- *Limat* i. limis, ſeu obtortis, transverſis oculîs intuetur; *limat obliquô*, eſt pleonaſmus. Ovidius: -- *obliquô lumine cernit.*

3. *tamquam familiarem*] amicum, Adulterum, ut paullò ante: *Et fatale conditorium familiari, ac viro faceret.* Nunc Arbiter ipſe interpretatur, quum ſubdit: *Et aliquando gratum ſibi amatorem.* I. A. Gonſalius.

4. *tralatitia*] Iuriſconſulti tralatitiè aliquid fieri dicunt, quod non fit ſeriò, ſed perfunctorie & *dicis cauſſâ* potiùs, ut aliàs loquuntur. Vt, *tralatitiè defungi munere accuſandi*, id eſt, prævaricari, *l.* 1 § *prævaricatorem.* ff. *ad S.C. Turpill. non tralaticiè exequi querelas*, *l.* 1 ff. *De jure patron. tralaticiè omittere*, *l. lv ſi patroni.* § *quid ergo.* ff. *ad S.C. Trebell.* id eſt negligenter, non, ut quidam exponit, interim. Similiter

minimum est, [1] sermone communi vocabat. credo veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem rescinderet. Inundavere pectus lacrumæ dolore paratæ, gemitusque suspirio tectus animam penè submovit. * * In partem voluptatis temptabat admitti, nec domini supercilium induebat, sed [2] amici quærebat obsequium. * *

† *Dum ancilla restitans in hæc erupit:* Si quid ingenui [3] sanguinis habes, non pluris illam facies, quam [4] sportam. [5] Si vir fueris, non ibis [6] ad spuitam. ‡ *Hæc animi pendentem angebant. Sed* me nihil magis pudebat, quam ne Eumolpus sensisset quidquid illud fuerat, & [7] homo dicacissimus carminibus vindicaret *creditam noxiam.* *

† *Ancilla.* ‡ *Encolpius.*

[1] Iurat

ter Petronius, *non tralatitiam humanitatem*, dixit. *Conr. Rittershusius.*

1. *sermone communi vocabat*] Deleo *vocabat*; aut scribo *sermoni c. vacabat.* sed illud potius. *Anonymus* MS.

2. *amici quærebat obsequium*] sc. Lycas. *Obsequium* in rebus nequam & turpibus, ut apud Plautum *obsequi*, & *morigerari* patientes in venere dicuntur. Vide Schoppii explanat. in Mostellar. *Ge. Erhardus.*

3. *Si quid ingenui sanguinis hab.*] h. e. Si quid in te virilis roboris maneret. Casaubon. in Pers. Sat. 1. *Erhardus.*

4. *sportam.*] Sic & Tornæs. reliqui. Anonym. MS. L. *sporiam*, vel *sporium*, i. e. spurium. Nisi malis *sporum* aut *sporiam.* Dousa subnotavit: Lego *soriam*, i. stercus antiquè. Idem in margine: c. M. *sportum.* Erhardus: Leg. *scortum.* Putschius.

5. *Si vir fueris*] Porcius Latro in Catilin. *Si viri estis, declinatura*, &c. Sallust. in Catilin. *Quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest?* Hoc autem loco simul obscœni quid latet. Infrà Polyænus frigidus & maleficiatus, *Non intelligo me virum esse, non sentio.* unde *virile officium.* Theod. Priscianus lib. 2 Logic. c. 11 de rebus inflantibus vel erigentibus membra vitilia: *Quæ per potiones accepta virile semper officium reparant.* Erhardus.

6. *ad spuitam*] Sic & Wouwer. alii. Erhardus: Leg. *sportam.* Casaub. in Pers. Satyr. 1; vel *spurcam.* Putsch. Tornæsius: *non ibis ad spurcam*, al. *spinthriam*, approbante hoc Dousa, nam in c. inquit, M. *spintham. Spintriæ* Suetonio c. 43 in Tiber. monstrosæ libidinis mancipia ac repertores. an à libidinis ardore sic dicti? nam σπινθὴρ scintilla. Vossius. *Spinther*, vel *spinter* n. g. armillæ genus muliebris in summo brachio sinistro. Festus. *Spintriæ* aliis muliebria passi. Sueton. in Vitellio: *Et ipse perpetuò Spintriæ cognomine notatus.* Tacit. Annal. 6 in Tiberio; *Tuncque primùm ignota antè vocabula, sellariorum, & spintriarum; à fœditate loci & multiplici patientia reperta.*

7. *homo dicacissimus*] jocosissimus, mordacissimus. *Erhard.*

1. *Iurat*

[1] Iurat Eumolpus verbis conceptissimis.

* * *

Dum hæc taliaque jactamus, [2] inhorruit mare, nubesque undique adductæ obruêre tenebris diem. Discurrunt nautæ ad officia trepidantes, velaque tempestati subducunt. Sed nec [3] certos fluctus ventus impulerat: nec quo destinaret cursum, gubernator sciebat: Siciliam modo ventus dabat, sæpissime Italici litoris Aquilo possessor convertebat huc illuc obnoxiam ratem: & quod omnibus procellis periculosius erat, tam spissæ repente tenebræ lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret. Itaque Hercules [4] postquam spes omnis manifesto evolavit, Lycas trepidans ad me supinas porrigit manus: &, † Tu, inquit, Encolpi, succurre periclitantibus, id est [5] vestem illam divi-

† *Lycas.*

1. *Iurat Eumolpus verbis conceptissimis*] *Conceptis verbis jurare*, est alio præeunte & jusjurandum verbis certa formulâ comprehensis, vel recitante vel prælegente, jurare: diciturque ad discrimen ejus jurisjurandi, quod sermoni nostro crebrò interponimus, ut *mehercule*, *pol*, *ædepol*, *mecastor* &c. aut quod ultro fidei caussâ adfirmationi nostræ addimus. Atque illud multò sanctius ac religiosius habebitur. Interdum tamen & nullo præeunte, sed tamen verbis magis expressis & explanatis. *Concipere jusjurandum*, est certam ejus formulam dare. *S. A. Gabbema.*

2. *inhorruit mare*] Virgil. lib. v.

-- *& inhorruit unda tenebris.*

Adi Boëth. l. 11 prof. 11. *Ga. Barthius.*

3. *certos fluctus*] Iungermann. legendum censet *certus*, firmat Erhardus. sed frustra; *certos* per enallagen præstat.

4. *postquam spes omnis man. evol.*] Tornæs. Wouwer. & R. Herm. *postquam * manifesta convaluit.* Fr. Pithœus emendavit, *postquam maris æstus convaluit*, quod secuta edit. Frellon. & Lotich. Meursius, *p. m. æ. invaluit.* vel, ut id. Pithœus, *postquam tempestas convaluit*; Putschius, *tempestas manifesta c.*

5. *vestem illam divinam*] Ipsius nempe Isidis, cujus indubiè simulacrum in puppi navis ei sacræ. Haut incommode Arbitri locum capi posse existimabam de peplo eo, quem Panathenaica navis, Minervæ adparata pro velo habebat. de ipso sic Suidas scriptum reliquit: *Apud Athenienses peplus propriè velum Panathenaicæ navis, quam Athenienses quarto quoque annô instruebant Minervæ.* Et Philostrat. lib. 11 de Vit. Sophist. in Herode. *Illa de Panathenais audivi, velum è navi esse suspensum, jucundius picturâ cum sinu prospero; navimque nullis jumentis trahentibus cucurrisse.* Nec dea illa Minerva abhorrebit ab hocce cum Iside commercio. Præterea pretiosum planè fuit & velum illud, ac plures in eo erant intertextæ picturæ, acuque varia Palladis exprimebantur facinora, ut Virgilius in Cir. ostendit, ac plures

ivinam, [1] sistrumque [2] redde navigio. Per fidem, mi-
rere, quemadmodum quidem soles. ‡ Et illum qui-
em vociferantem in mare ventus excussit, [3] repetitum-
ue infesto gurgite procella circumegit, atque hausit.
Tryphænam autem [4] properam fideliſſimi rapuerunt

‡ *Encolpius.*

servi,

s quos in Panathenæis c. XVIII re-
lit Meursius. Nec diversum ab eo
orsus fuit velum Isiacum, in quo
arbasum adpellat Apulejus) & literæ
textæ agnoscuntur, *Votique* navigii
tionem reddentes. *I. A. Gonsalius.*

1. *sistrumque*] *Sistrum*, crepitaculum
etallinum, quo Ægyptii sacerdo-
s in sacris Isidis utebantur. *Gloss.*
tr. Isis olim sistrum in dextra ge-
ns effingebatur, pariterque ejus-
m sacerdotes ipsum in pompa ge-
abant, quatiebantque, unde dicti
trati. Formam ejus ex Apulejo lib.
habemus; ubi Isidem è mari emer-
ntem depingit: *Nam dexterâ quidem ferebat æreum crepitaculum: cujus per angustam laminam in modum balthei curvatam trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum sonorem.* Mirificè
im isthæc descriptio cum sistri
agine convenit, quæ apud Grute-
m est Inscript. in opere p. LXXXII,
im. III, & IV. tu confer, & *sistri* an-
quorum formam penitissimè perci-
es. Materia patet ex Apul. loc. d.
agnæ religionis terrena sidera, æreis & genteis, imo verò aureis etiam sistris artum tinnitum constrepentes. Gonsal.
lariss. Pier. Winsemium vide in not.
Sirium suum Metr. IX. *S. A. Gabina.*

2. *redde navigio*] Dousa suprà ad
rba, *Lycas memor adhuc uxoris corrup-
, contumeliarumque quas in porticu
erculis acceperat.* Porticus Herculis
omæ, &c. Cui urbanæ injuriæ al-
a quoque ab eodem Encolpio Ly-
Tarentino per summam contu-
eliam illata, sic quasi succidanea,
bjungitur postea, *Non dubiè redierat*

*in animum * edile, expilatumque libidinosa migratione navigium.* Quo item referri videtur, quod inferius habes ex persona ipsius Lycæ in propinquo naufragii articulo suppliciter prolatum: *Et tu*, inquit, *Encolpi, succurre periclitantibus*, &c. *redde navigio.* &c. Ex quibus verbis liquidò est conjectare, antea item eodem quoque Lycæ navigio vectum cum Gitone Encolpium. sed enim utrumque maritimis moribûs cum illo, ac Tryphæna expertum, furtim inde se subduxisse, abacta insuper præda (cui *sistrum* illud, *vestemque divinam* infuisse est verisimile) & compilato perfidè Lyca, quasi fugitivos, & quibus in odium bona sua venissent, id quod paulò superiùs iisdem exprobratum à misericordissima fœminarum Tryphæna scilicet. Perinde in nostro MS. ad Torn. edit. vix pauciſſimis verbis aliter. Nunc Gonsalius: Ne confundas navigium illud, quod expilatum fuisse, prodidit Lycas, cum hocce de quo nunc sermo. diversa quippe planè sunt, hocce viri Tarentini est, illud Isidis erat. Religione verò haut prorsus absimilia fuêre; Lycæ namque istud sacrum erat Minervæ, ut ex ejus *tutela* jam vidimus, quod numen cum Isidæ promiscuum.

3. *repetitumque* Ex Virg. lib. I.

--- illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex. Ga. Barthius.

4. *properam*] Sic & Frellon. edit. Tornæs. reliqui, *propejam.* Leg. *propere.* Anonym. MS. *properam*, Lipsius. Dousa MS. Erhardus: Leg. *properam*, antiquè pro *properè*, sicut *promiscam* & *promiscuè*, *protinam* & *protinus*, *perperam* & *per-*

ſervi, ſcaphæque impoſitam cum maxima ſarcinarum parte [1] abduxere certiſſimæ morti. *ego Gitoni* adplicitus cum clamore flevi: &, Hoc, inquam, à diis meruimus, ut nos ſola morte conjungerent; ſed non crudelis Fortuna concedit. Ecce jam ratem fluctus evertet: ecce jam amplexus amantium iratum dividet mare. Igitur ſi vere Encolpion dilexiſti, [2] da oſcula dum licet, & ultimum hoc gaudium [3] fatis properantibus rape. Hæc ut ego dixi Giton veſtem depoſuit, [4] meaque tunica contectus exſeruit ad oſculum caput: & ne [5] ſic cohærentes malignior fluctus diſtraheret, utrumque zona circumvenienti præcinxit: &, ‡ Si nihil aliud, certe diutius, inquit, juncta nos mors feret; vel ſi voluerit miſericors ad idem litus expellere, aut [6] præteriens aliquis tralati-

‡ *Giton.*

ti

& *perperè*, ex ſexcenta alia. Guilielm. Plaut. quæſt. in Epid. c. ult.

1. *abduxere certiſſimæ morti.* ego Gitoni *adplicitus*] Tornæſius, *abduxere: certiſſimæ morti applicitus.* Wouweren, & Rutg. Hermann. *abd. certiſſimæ morti.* * *Applicitus.* Frellon. edit. & Lotichius: *abduxere* * *certiſſimæ m. a.* Erhardus: Leg. *abduxere. Ego. c. m. a.* Putſchius.

2. *da oſcula*] Sic & Frellon. atque Lotich. *ad oſcula*, Tornæſ. reliqui. Erhardus: Leg. *da oſcula.* vel, *age da oſcula.* Iungermannus. Gabbema: Barthius legit, *ad oſcula.* Abruptum genus dicendi, inquit, at loco hoc & Petroniô digniſſimum. *Ad oſcula dum licet.* non alia ratione, quàm in rebus creperis clamari ſolitum, *ad arma.* Quod caſtrenſi à ſonitu concitatis tubâ ſubito tumultu militibûs tranſlatum eſt.

3. *fatis properantibus*] Sic in priſcis marmoribus: FATIS. URGENTIBUS. *Properare* tamen *fatum*, dictum de illo antiquis ſcriptoribus invenio, qui quum eſſet in mortis vicinia conſtitutus, ipſam quaſi accerſere videtur. Etiam & ipſa *Fata properare* dicebantur, uti nunc Arbitro pariter ac lapidi veteri:

HEIC. VIRIDIS. ÆTAS. CU
FLORERET. ARTIBU
CRESCENTI. ET. ÆVO. GLO
RIAM. CONSCENDERE
PROPERAVIT. HORA. TR
STIS. FATALIS. MEA.

Feſtinata itidem *fata* Martiali lib. 1 Ep. LXXXIIX. *De Salas.* ſeu *Gonſaliu*

4. *mea tunica contectus*] Epigramm

Ἡδὺ δὲ καὶ ὁπόταν κρύψῃ μία τ
φιλέοντας
Χλαῖνα. ---
(Dulcis amantibus eſt veſtis quæ ci
git utrumque
Corpus. ---) Fr. Pithœus.

5. *ſic cohærentes*] Propert.

Atque utinam hærentes ſic nos vinc
catena
Velles, ut nunquam ſolveret una di

F. Pithœus.

6. *præteriens aliquis tralatitia hum*
nitate lapidabit] Hoc ex veterum re
gione, Iuriſque adeò Pontificii ca
tionibus prædicat. Fraudem en
pluſquam capitalem, ne piaculum
cam ſibi capitique ſuo accerſere c
ſebatur, ſi quis naufrago, ſeu cadav

al

tia humanitate lapidabit, aut, [1] quæ ultimum est, iratis etiam fluctibus, [2] imprudens arena componet. † Patior ego [3] vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus [4] exspecto mortem jam non molestam. Peragit interim tempestas mandata fatorum, omnesque reliquias navis expugnat. Non [5] arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus; sed quasi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus. * *Hospites veluti conclamans.* * Procurrêre piscatores parvulis expediti navigiis ad prædam rapiendam: deinde ut aliquos viderunt, qui suas opes defenderent, mutaverunt crudelitatem in auxili-

† *Encolpius.*

lioqui insepulto, temere fortuitóque (ut fit) in via objecto sibi, de gleæ seu pulveris injectione, & quidem er repetita (quam *lapidationem* hîc ocat Arbiter) gratiam facere quasi er contemptum neglexisset. *Dousa P.* Caussa est, quia animas insepultoum, Charon transmittere non quierat, sed vagari centum annos in pa credebantur, ac diris interea mois miserè torqueri, quod patet ex peris divini lib. VI. Aliam prodiit Onosander Strateg. c. XXXVI quæ otissimùm ad imperatores spectat, ui tam gnaviter olim defunctoum corpora sepulturæ mandarunt. liam & Seneca in Fragment. *S. A. abbema.*

1. *quæ*] Tornæs. cæteri, *quod.*

2. *imprudens arena componet*] *impr. ena.* omnis cognitionis & sensus pers. Erhardus: *Imprudens arena*, scia, nescia. Propert. l. 3 Eleg. 6.

Reddite corpus humo, positaque in gurgite vitâ
Pætum sponte tua vilis arena tegat.

abbema: Quintilian. Declam. VI orporis projecti. *Non sepelies? vide æso, ne dum litigas*, arenam *fluctus geret.* Plura ibidem. Fr. Pithœus: acitus, *Pisonem Vrania uxor, ac frater ribonianus, T. Iunium Crispina filia nposuere.*

3. *Patior ego vinculum extremum*] Respicit hîc morem Romanorum pariter ac Græcorum, quibus, morti jam proximos amplecti, in usu erat. Cic. Orat. V in Verr. *Matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberûm exclusæ.* Heliod. lib. II. Προσαφήρηταί με καὶ τὰ τελευταῖα περιβάλειν. ἐσχάτων φιλημάτων, καὶ ἀψύχων ἀπεστερήθην. *Erepta est mihi facultas* extremi complexus, *ultimisque osculis, & exanimibûs orbatus sum.* Gabbema.

4. *exspecto mortem jam non molestam*] Ethnici, si à Diis suis impetrabant, ut animam in amatoriis amplexibus exhalarent, illud summum existimabant bonum. Exsertim de Pindaro Hesychius Milesius: *Pindarus Lyricus precatus deos, ut quod in vita optandum maximè sit, sibi darent, in theatro repentina morte exstinctus est, reclivi capite super amasii Theogenis genua.* Idem.

5. *arbor*] Fortasse *malus* scripserat: quod ne quis adjectivum arbitraretur, notatum alicujus manu ad oram, *arbor:* quod deinde in ordinem verborum irrepsit. *Arborem* tamen pro malo dicunt poëtæ. *Anonym. MS.* Synthesis esset, ut illud Virgilii:

--- *Centauro invehitur magna.*

i. non aliquo ex Thessaliæ populis Centauris dictis, sed Centaurô navî: sic hîc, *non malus erat relicta*, non intelligenda arbore pomifera sed na-

xilium. *Tum vocum concursu facto,*[1] audimus murmur insolitum,[2] & sub diæta magistri, quasi cupientis exire[3] belluæ gemitum. Persequuti igitur sonum invenimus Eumolpum sedentem, membranæque ingenti versus ingerentem. [4] Mirati ergo, quod illi vacaret in vicinia mortis poëma facere, extraximus clamantem, jubemusque bonam habere

vis. Verùm cùm *arbor* nonnisi poëticè pro malo usurpetur, etiam parum decora videtur oratori hæc synthesis. nisi forsan legamus, *non malus erat relictus.*

1. *audimus murmur insolitum*] Non absimile est, quod de semetipso Statius ad Vxorem lib. 3 Sylvar.

--- Tu procurrentia primis
Carmina nostra sonis, totasque in murmure noctes
Aure rapis vigili --- Isa. Pontanus in Glossar. Gallico, verb. *Baritus,* de Bardis poëtis Gallis. *Ge. Erhardus.*

2. *& sub diæta magistri*] De *diætis,* sive *zetis* multi. De navium *diætis* nullus Petronii interpres. Insigne exemplum est, quod de Hieronis navi profert Athenæus lib. v Dipnos. In Ipsa enim ἦσαν δίαιται τετράκλινοι τοῖς ἀνδράσι, τριάκοντα τὸ πλῆθος. *Diætæ erant numerô triginta viriles quatuor lectis stratæ,* præter plures nautarum. Dicebantur, quibus & diætarum custodia erat commissa, exinde *diætarii.* Sic Vlpianus *l. quæsitum* § *idem resp. Domo.* 11 π̃ *de Fundo instructo. Sunt quidam in navibus, qui custodiæ gratiâ navibus proponuntur, ut ναυφύλακες, (navis custodes), & diætarii.* Gonsal. *Diæta* locus cœnationis in hortis, & hypocaustum. Sed & atrienses, seu servi tricliniares, *diætarii* dicuntur; quòd veteres in atriis epularentur. Tandem, omnis mansio appellari potest diæta. Hæc breviter ex diffusis Wouweren. *Diæta,* cubile in quo navicularius quiescit. it. habitatio in hortis. *Gloss. Petron. Diætam* pro cœnatione hoc loco, an cubili potiùs, in quo navicularius, h. e. navigii magister conquiescit, sumere videtur. Vnde & *diætarii* ap. IC. qui in navibus custodiæ causâ præponuntur, l. 1 §. Et sunt quædam... *Dousa. P.*

3. *belluæ*] balænæ. Claudian. lib. 2 in Eutrop.

Sic ruit in rupes, amisso pisce sodali
Bellua. -- Savaro ad Sidon. lib. 5 Epigr. 13. Erhardus.

4. *Mirati ergo quod illi*] Graphicè & hîc prurientium poëtarum ingenium repræsentat. confer Ovidii locum lib. 1 Trist. el. x. *Gabbema.* Nisi forsan ad singulare animi robur, & mortis contemptum noster collineet neque enim Eumolpum modò poëtam sed & philosophum cogitare debemus, philosophum quidem insigni scientia, vix ulla conscientia, an illa ad id quandoque sufficiat, ipso Eumolpi exemplô videmur doceri certè hæc in limine mortis constitutum non turbavit. Stupori quasi, seu insaniæ talia tribuit Ovidius, loco Gabbema adductô. Sed unde ill tantus stupor hominum agillimis ingeniosissimis, nisi à persuasion philosophica, seu si mavis theologica, Expedire morituro in honesta occupatione offendi, nec minùs gloriosum, quàm forsan tutum, inter divinas animi speculationes mortal corpus exuere. Nam planè est contra naturam, hominem non ad desperationem, & destructionem natur redactum, sed recta ratione utente (quo de facile ex actionibus est judicare), sine persuasione virtutis (sive moralis, sive theologicæ) in præsentissimo vitæ discrimine constitutum mortem non timere.

1. *Sini*

ere mentem. At ille interpellatus excanduit,&c, † Sini-
e me,inquit,ſententiam [1] explere : laborat carmen in fi-
ne. ‡ Injicio ego phrenetico manum , jubeoque Gitona
ccedere, & in terram trahere [2] orcam mugientem. *

Hoc opere tandem elaboratò, caſam piicatoriam ſub-
mus mœrentes , [3] cibiſque naufragio corruptis utcum-
que curati , triſtiſſimam exegimus noctem. Poſtero die
uum poneremus conſilium , cui nos regioni credere-
nus , repente video corpus humanum circumactum levi
ortice ad litus deferri. Subſtiti ergo triſtis , cœpique
viventibus oculis [5] maris fidem inſpicere : &, Hunc
orſitan , proclamo , in aliqua parte terrarum ſecura ex-
pectat uxor : forſitan ignarus tempeſtatis filius : aut pa-

† *Eumolpus.* ‡ *Encolpius.*

trem

1. *Sinite me explere*] Simile quid
: Archimede captis Syracuſis for-
is pingendis geometricis intento ,
milite interim Marcelli occiſo , re-
runt. Vid. Livius lib. 25, Plutarch.
vita Marcelli, Cicero 1 Tuſcul.

2. *orcam mugientem*] Sic & Frellon.
Lotich. *porcam,* Tornæſ.cæteri. De
las : *Orcam,* aut *poëtam* mugientem
tiùs eſt indubiè , quam *porcam.*
rcis namque ullis nemo unquam
ugitum dedit. *Quirritare* ipſorum
oprium eſt , & *grunnire*, auctore
vid. ſive quiſquis eſt auctor Philo-
elæ : etiam *grundire* , Claudio (ci-
nte Nonio) l. xvi Annal. & Iuven.
t. xv. Anonym. MS. ad edit. Tor-
ſii : *porcam mugientem.* An, poëtam
ugientem ? & quid ſit *mugimari* no-
m eſt : an *orcam mugientem.* Vt de
llua ea marina capiatur, quæ ad
e exemplum ad terram multorum
utarum manibûs trahi ſolet. *Mu-
ari,* hic eſſet murmutare ; aliàs et-
n nugari ſignificat.

3. *cibiſque naufragio corruptis*] Pto-
orus hiſt. de Ioanne Euangeliſta :
ὄντων ἐν ἡμῖν ἐξελθόντων ἐπὶ τ ξη-
ε, καὶ κ πεινώντων , καὶ μὴ δυναμένων
ὲ οὐκέτι λαλῆσαι διὰ τ ἀσι-
ας , καὶ τὸ φάος, καὶ τὸ κόπτε, ἐποιή-
σαμεν διὰ ὡρῶν ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτ-
της κείμενοι , καὶ εἰς ἑαυτὸς ἐλθόντες
εἰσηλθομεν Σελευκίαν , ὡς νανάγιον
ἀβλεπτοῦντες ἢ πήσασθαι λαβόντες
τῶν ἡμερῶν , καὶ φαγόντων , καὶ εἰς ἑαυ-
τὸς ἐλθόντων , (*Egreſſi in aridam. & recumbentes , nec præ inedia , timore & labore verba conferre valentes , jacebamus ſic ab hora ſexta ad nonam uſque ; recollecto dein ſpiritu Seleuciam adimus , ceu naufragi panem petituri ; quem ubi nacti, comedimus , reſumptiſque viribûs ,*) &c. Ge. Erhardus.

4. *viventibus oculis*] Sic & P. Herm. Wouwer. Tornæſ. Hic, al. *liventibus,* al. *humentibus* : P. Fab. *mœſtantibus.* Frellon. edit. & Lotich. *niventibus.* Douſa MS. *uventibus,* Lipſ. Erhardus: Iungermann. legit, *diligentibus* , Putſchius *liventibus. viventibus oculis.* Per pleonaſmum (neque enim mortui vident), aut epexegeſin ſeu expoſitionem, aut appoſitionem, ut vocant, in antitheſi ad *maris fidem* & *corpus mortuum*, q. d. oculis qui adhuc vivunt.

5. *maris fidem*] Sic Plinius Panegyr. infrà : *Non ſola mortalibus maria hanc fidem præſtant.* Freh. Erhardus. Hiſtor. Apoll. *Intuens mare tranquillum, ait, O maris fides!* Io. Wouweren.

trem utique reliquit [1] aliquem, cui proficiscens oscu-
lum dedit. Hæc sunt consilia mortalium, hæc vota ma-
gnarum cogitationum. [2] En homo quemadmodum na-
tat. Adhuc tamquam ignotum deflebam, quum invio-
latum os fluctus convertit in terram, agnovique terribi-
lem paullo ante & implacabilem Lycam pedibus meis
penè subjectum. Non tenui igitur diutius lacrumas,
imo percussi semel iterumque manu pectus; &, Vbi
nunc est, inquam, iracundia tua? Vbi impotentia tua?
nempe piscibus, belluisque expositus es, & qui paullo
ante jactabas vires imperii tui, [3] de tam magna nave ne
tabulam quidem naufragus habes. [4] Ite nunc mortales
& magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, &
opes fraudibus captas per mille annos disponite. Nem-
pe hic [5] proxima luce patrimonii sui rationes inspexit
nempe diem etiam, quo venturus esset in patriam, ani-
mo suo finxit. Dii deæque, quam longe à destinatione
sua jacet! Sed non sola mortalibus maria hanc fiden
præstant. Illum bellantem arma decipiunt: [6] illum Dii
vot

1. *aliquem*] abest à c. MS. Et sine illo utique per se constat sententia. *Dousa* MS. *& in Præcidan.*

2. *En homo quemadmodum natat*] Supinus indubiè ex doctrina Plinii lib. XVII, c. VII. idem & Solinus c.v. Et Arbiter id innuere videtur, quum agnitum Lycam Encolpio inquit, simulac ad terram cadaver adplicuit: *adhuc tamquam ignotum deflebam, quum inviolatum os*, &c. Cur autem post quid temporis cadavera aquis innatent, quæsierunt plures. tu adi Cardanum de Variet. lib. IIX, c.XLIV: & Lemnium de Occult.nat.mirac. l.II, c VI. *Gonsal de Salas.*

3. *de tam magna navi ne tabulam*] Vetus poëta in Catal. de Fortunæ inconstantia:

Ite novas toto terras conquirite mundo,
Nempe manet magnos parvula terra Duces.

Rader. ad Martial. lib. 5 Epigr. 7. *Ge. Erhardus.*

4. *Ite nunc*] Iuvenal.

I nunc & ventis animam committe. — Propertius:

I nunc tolle animos. — Virgil.

I nunc, ingratis offer te irrise periclis. Fr. Pithœus.

5. *proxima luce*] proximè anteact. *Proximus* propritim de præterito dicitur; ut *primus* de futuro. Supra: *Et prima statim nocte in monumentum fugerabat.* Infrà: *Accessisse huic tristitiæ proximum naufragium.* Erhard.

6. *illum Diis vota reddentem per tum*, &c.] Sex fratrum prorsus vid tur fatum designare, qui quum d mum, ex longa peregrinatione b loque rediissent, ædium lapsu obr sunt, vota, uti suspicari omnino co sentaneum est, Diis tutelaribus re dentes. Monumentum extat, cuj

h

vota reddentem [1] penatum suorum ruina sepelit : [2] ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit. [3] Cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. [4] Si bene calculum ponas, ubique naufragium est. [5] At enim fluctibus obruto non contingit sepultura. [6] Tamquam interfit periturum corpus quæ ratio consumat, ignis, an fluctus,

hæc scida : Q. M. [mater] H. O. C. M. E. C. O. N. D. O. M. O. N. I. M. E. N. T. O. N. E. O. R. U. T. I. S. D. O. M. U. S. L. A. P. S. U. F. I. L. I. I. S. S. E. X. Q. U. O. S. P. SCIPIO PATRIIS. CAMERTIBUS. A SALO. ET. LIBYA. INCOLUMES. RESTITUERAT. IN. DESOLATA. ORBITATE. SUPERSTIM. I. A. Gonsalius.

1. *penatum*] *penatium* M. c. *Douſæ.* Diceret quis; quid intereſt? cur Douſa hoc notavit? Poſterius juxta regulam, prius eſt ſyncope & quaſi exceptio.

2. *ille vehiculò lapſus*, &c.] Elegans monumentum antiquum in vinea Julii I I I Pontif. Max. hocce teſtatur: AEMILIA. FELICITAS. PIA VIXIT. ANNIS. XXXV. EX IIS. PERTULIT. CUM. AMIO. PARNASO. ANNOS. N. XIII. PEREGRINATIONIBUS. VARIIS. ET. CREBRIS IDE. ADFECTIONE. INCOMPARABILI. HÆC. VEHICULO. EVERSA. VIA. HOSTIENSI. III. KAL. OBIIT, &c. Simile fere Fulconi Regi Hieroſol. obtigit. Is leporem inſectatus, ſubita qui ruinâ præcipitatus terræ caput adfixit, cerebróque per nares aureſque erumpenti in Reginæ oculis expiravit. Guil. Tyrius in Chron. Hieroſ. Cruſius in Annal. Suev. Sic & Maria Maximiliani I Imp. conjux caſu equi inter venandum præcipitata obiit. Cuſpinianus in Max. I. Sigiſmundus Georg. Seldius, Caroli V, & Ferdinandi I Vice-Cancellarius, dum è prædio Viennam rediret, ciſiò, in quo cum Ioh. Ulrico Zaſio vehebatur, tum fortè Pſalmis legendis intentus, inter eundum excuſſus, & capite ad ſaxum illiſo letaliter vulneratus, triſti fatò extinctus eſt, ∞ IↃLXV. Thuanus Hiſt. l. xxxvi.

S. A. Gabbema.

3. *Cibus avidum ſtrangulavit*] Attila Hunnorum R. ex ingluvie ſuffocatus interiit. Lazius de Migr. gent. lib. xi. *Gabbema.* Plin. lib. 7, c. 53 de Mortibus repentinis, *Exſpiravit A. Manilius Torquatus conſularis cùm cœnâ placentam appeteret. L. Dutius Medicus Valla, dum mulſi potionem haurit. Appius Sauſerius, cùm à balneo reverſus mulſum bibiſſet : ovumque ſorberet. P. Quintus Scapula, cùm apud Quintilium Gallum cœnaret. Decimus Safejus ſcriba, cùm domi ſuæ prandaret. Hylarus hiſtrio, dum natali die ſuo edita cœnâ calidam potionem in pultario poposcit.*

4. *Si bene calculum ponas*] Plin. ſecund. lib. 2 Ep. 14. *Hic quoque in conditionibus deligendis ponendus calculus.* Boëth. lib. 2 prof. 3 de Conſolat. *calculum ponere.* Sitzmann. in Not. n. 58. *Ge. Erhardus.*

5. *At enim fluctibus obruto non contingit ſepultura*] Cur aquis interire nonnulli ex veteribus adeò formidarunt, ex Homeri ſchola profluxiſſe, adſerit Syneſius epiſtolâ ad Euoptium fratrem. Animam ignem eſſe credebant. Sic apud Varronem Zenon criticus ſentit. *Animalium ſemen ignis, qui anima & mens.* Ea propter exſtingui inter undas & anima credebatur, ipſoſque admodum & corporis terrebat & animæ interitus. *Gabbema.*

6. *Tamquam interfit -- ignis, an fluctus, an mora*] Piè nos D. Cyprianus

ctus, an mora. Quidquid feceris, omnia hæc eodem ventura sunt. Feræ tamen corpus lacerebunt. Tamquam melius ignis accipiat. [1] Imo hanc pœnam gravissimam credimus,[2] ubi terris irascimur. Quæ ergo dementia est, [3] omnia facere, nequid è nobis relinquat sepultura, *quando etiam ita de invitis fata statuant?* * Et Lycam quidem [4] rogus inimicis conlatus manibus adolebat: Eumolpus autem dum epigramma mortuo facit, oculos [5] ad arcessendos sensus longius mittit. * [6] Hoc peracto libenter officio, destinatum carpimus iter, ac momento temporis [7] in montem sudantes conscendimus, ex quo haud procul [8] impositum arce sublimi oppidum

ita monet: *Nostra nihil interest, aut à quo, aut quando portemamur, mortis & sanguinis præmium à Domino recepturi.* Ph. Camer. Horar. succis. cent. 3. cui adde Waremundum de Erenberg sive Eberhard. à Weihe in definit. Fœderis novè reperta, l. 2, n. 99, 105, 106. *Erhardus.* Seneca in Fort. Remed. *Quid interest: ignis me, an fera consumat, an tempus omnium sepultura?* & Ep. XCIII. *Quem sævitia præjecerit, dies condet.* Pertinet & huc Mæcenatis versiculus:

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

In Octavio Minutius: *Quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram resolvatur.* S. A. Gabbema.

1. *Imo hanc pœnam gravissimam,* &c.] *l. capitalium.* § *igni cremantur.* ff. *de Pœnis.* rectè autem *pœnam gravissimam.* Summa supplicia sunt, *crux, crematio, decollatio*; mediocrium delictorum pœnæ, *metallum, ludus, deportatio*: minimæ, *relegatio, exilium, opus publicum, vincula*, inquit Paulus Sent. l. v de Abolit. Quos gradus pœnarum etiam constituit Callistratus *l. xxiix* ff. *de Pœnis.* At inter summas pœnas gravissima *vivicrematio.* Paul. l. v. Sent. *ad leg. Corn. de sicar.* &c. Wouwer. *Gabbema.*

2. *ubi terris*] Tornæsius, Wouweren, cæteri, *servis*, non *terris.*

3. *omnia facere*] Genus loquendi non vulgare in utraque lingua: quod ferè dicebant de irrito conatu. Scalig. in Catalect. comment. in Culic. ubi congessit exemplorum copiam. Usus & suprà Petr. *Quid ita omnia feceris, ut quos tuebaris, absconderes.* Ge. Erhardus.

4. *rogus inimicis conlatus manibus*] i.e. ejus cum quo paulò antè capitales intercessere inimicitiæ *Adolebat*, est orebat. Gabbema: *Pyra* est lignorum congeries; *rogus*, cùm jam ardere cœperit dicitur: *bustum* verò jam exustum vocatur. Quem ordinem servat Poëta [*lib. xj divini operis*] dicens, *constituêre pyras.* Item: *Subjectisque ignibus atris, Ter circum accensos decurrêre rogos.* Item postea: *Semustáque servant busta.* Servius.

5. *ad arcessendos sensus*] Ad accersiendos animi conceptus.

6. *Hoc peracto libenter officio*] Sic suprà: *supremoque mandarunt officio.* id est, *justa solverunt mortuo.* Id vocatum *supremum officium, & officium ἀπολῶς (absolutè, simpliciter).* Gabbema.

7. *in montem sudantes*] Tale illud Apul. *Sylvosi montis asperum permensi jugum jam vesperâ tenebrante pervenimus ad quoddam castellum.* Fr. Pithœus.

8. *impositum oppidum*] exstructum, inædificatum; adornatum.

1. *Cro-*

oppidum cernimus. nec quid esset sciebamus errantes, donec à villico quodam, [1] Crotona esse cognovimus, urbem antiquissimam, & aliquando Italiæ primam. Quum deinde diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent nobile solum, quodve genus negotiationis præcipue probarent post adtritas bellis frequentibus opes; † O mi, inquit, [2] hospites, si negotiatores estis, mutate propositum, aliudque vitæ præsidium quærite. Sin autem urbanioris notæ homines [3] sustinetis semper mentiri, recta ad lucrum curritis. In hac enim urbe non literarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas sanctique mores laudibus ad fructum perveniunt, sed quoscumque homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos. Nam aut [4] captantur, aut captant. In hac urbe [5] nemo liberos tollit: quia quis-

† *Villicus.*

1. *Crotona esse cognovimus*] Romam Arbiter intelligit. *Gonsalus.* Non de Crotone, sed Roma potiùs in Crotone Arbiter intelligendus. Nihil in urbe sincerum ait; nec sincero locum. Martial. eadem omnia de Roma lib. IV Ep. V. ubi iisdem argumentis, quibùs hic rusticus, Fabianum ab urbe deterret. *Rader.* adde & Ramirez. ad Mart. lib. IV Ep. LVI. De Crotone Strabo. lib. VI: Cic. lib. II de Invent. *Gabbema.* De Crotoniensium statu etiam Iustin. Epit. l. 20: T. Livius l. 24.

2. *O mi, inquit hospites*] *Mi*, singulari pro plurali posito, antiquè, quomodo sæpe Plautus. Ciftell. *mi homines*, *mi spectatores.* Nec minore insolentia Apulejus neutro genere, & quidem numero singulari, eundem vocativum efferre ausus Apologia primâ in lepidissima illa Platonici epigrammatis versione. *Astra - (mi sidus)* - Quomodo & fœminino Tibull. lib. I El. VI. *Vive diu, mi dulcis anus.* Dousa P. *Mi* antiquè pro mihi volunt esse synæresin; non rectè, est enim patrius casus *mis*, dandi *mi*. Obertus Gisanius.

3. *sustinetis semper mentiri*] *Sustinet* cum infinitivo est audet, in animum inducit. Schopp. in Priap. carm. 47. Iuvenal. idem de Roma Sat. 3.

Quid Romæ faciam? mentiri nescio --
Cedamus patriâ. Rader. ad Mart. Epigr. I. *Ge. Erhardus.*

4. *captantur, aut captant*] Martial. ad Marianum, cujus hereditas petebatur:

Scis te captari; scis hunc, qui captat avarum:
Et scis qui captat, quid, Mariane, velit? &c. *Venari* dixit Horatius viduas avaras. Rader. ad Mart. lib. 6 Ep. 44. Apud IC. *captatoria* institutiones & voluntates. Rader. Hypomn. ad Martial. l. 4 Ep. 56, in pr. *Erhardus.*

5. *nemo liberos tollit*] nutrit, educat. *Gloss. Petr.* Infantes, simulac nati forent, humi deponebantur. Ab humo pater tollebat, & in sinum recipiebat, si infantem educari cuperet. Secus, exponi voluit, & abjici. Plaut. Amph. I, III, III: Cas. Prol. XLII, LXXIX: Truc. II, IV, V. Humi collocatos fuisse docet Tranquill. Aug.

quiſquis [1] ſuos heredes habet, [2] nec ad cœnas, nec ad ſpectacula admittitur; ſed omnibus prohibetur commodis, inter ignominioſos latitat. [3] Qui vero nec uxores umquam duxerunt, nec proximas neceſſitudines habent, [4] ad ſummos honores perveniunt, i.e. ſoli militares, ſoli fortiſſimi,

c. v: Neron. c. vi. Dein humô ſuſtulit pater. Tranquill. Iul. c. liii. Romæ erat *Lactaria Columna* in foro olitorio, quòd ibi infants lacte alendos deferebant, teſte Feſto. Fusè Pareus in Elect. Plaut. *S. A. Gabbema.*

1. *ſuos heredes habet*] *Sui heredes* ſunt qui in poteſtate teſtatoris tempore mortis exiſtunt, ita ut nulla eos perſona in gradu præcedat: ut Imperator ſatis declarat §. *ſui autem. Inſt. de Hered. qualit.* Ait autem *ſuos* ideo dici, quia domeſtici heredes ſunt: *Sic verſ. ſed ſui quidem*, hoc tamen Græcè, Viglio monente ſignificantius eſt, *οἰκεῖον (domeſticum)* enim illi & à domo derivant: ſignificant autem proprium. Eſt ergo *ſuus heres* quaſi proprius & dominatus, non aliunde accitus, quaſique ſui ipſius hæres. Fingitur enim jure civili filius vivente adhuc patre, quaſi dominus eſſe paternorum bonorum, ſicque fictum habet dominium, ſive improprium. *Porc. hîc.* vel potiùs κατ' ἐλπίδα, & *in ſpe*, ut Alciatus lib. ii Parer. c. xv adpellat. Ideoque ipſis poſt obitum patris, non de novo adquiritur, ſed in illum continuatur dominium, & ex fictitio fit verum & effectuale. *l. in ſuis. de Lib. & poſt.* *Suus* ad dominium refertur, ut & pro meo, tuo, ſuo, poſſidere dicimus. Viglius *l.* 1 *pro ſuo.* Et hanc *ſui heredis* qualitatem Græci, τὸ σοῦον, noſtri vulgò *ſuivitatem* nominant. *Ioach. Mynſingerus.*

2. *nec ad cœnas, nec ad ſpectacula admitt.*] Tornæſ. Wouwer. reliqui *n. a. ſcenas n. a. s. a.* Ne idem bis dicat, leg. *nec ad cœnas.* Bongars. Not in Iuſt. l. 20. Sic *Erhard.* Aſt ego per *ſcenam* intelligerem hiſtrioniam, per *ſpectacula* ludos gladiatorios, pugnas beſtiariorum, naumachias, & talia. Quæ ſanè ut differunt, ita tantum non vim fieri Petronio exiſtimo. Neque ſic ad cœnas *admittimur*, quemadmodum ad ſcenas & ſpectacula.

3. *Qui verò nec uxores umquam duxerunt*] Ammianus Marcell. lib. 14. *Vilia omnia exiſtimant præter orbos & cœlibes; nec credi poteſt qua obſequiorum diverſitate colantur homines ſine liberis.* Plutarch. περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας. ἀτέκνους οἱ πλούσιοι δειπνίζουσιν, οἱ ἡγέμονες θεραπεύουσιν, οἱ ῥήτορες μόνοις τούτοις προῖκα συνηγοροῦσι (*De amore prolis. Liberis carentes divites conviviis excipiunt, principes colunt, rhetores hos ſolos comiter ſalutant, &c.*) Io. à Wouweren.

4. *ad ſummos honores perveniunt*] Romanis tamen ſemper conjugiorum ſuboliſque magna cura. Ideo Cenſoria illa quæſtio ſolemnis: *Ex animi tui ſententia, tu uxorem habes?* Ideo apud Ciceronem de LL. *Cœlibes eſſe prohibento.* Nec ignominiæ ſolùm cœlibatus, ſed pœnæ erat. Ita apud Valerium lib. xi, c. ix. *Camillus & Poſtumius Cenſores, æra pœnæ nomine, eos qui ad ſenectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre juſſerunt.* Et Feſtus auctor, *Vxorium pependiſſe dici, qui quod uxorem non habuerit, æs populo dedit.* Exemplum videtur ab Spartanis petitum, apud quos ἀγάμιον ζημία (*cœlibatus mulcta*), imò ὀψιγάμιον, καὶ κακογάμιον (*ſeræ nuptiæ, & malo conſiliô initæ nuptiæ*); ut notat Pollux. *Lipſius.* Hinc famoſa illa lex Papia Poppæa *de maritandis ordinibus & cœlibum pœnis*, de qua multa Iuſtus ad l. iii Ann. Tacit. *Gabbem.* Hæc ſic juxta LL; noſter verò de

simi, atque etiam innocentes habentur. Videbitis, inquit, oppidum, tamquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi cadavera, quæ lacerantur, [1] aut corvi, qui lacerant. * † Prudentior Eumolpus convertit ad novitatem rei mentem, genusque [2] divinationis sibi non displicere confessus est. Iocari ego senem [3] poetica levitate, credebam, quum ille, ‡ Vtinam quidem sufficeret

† *Encolpius.* ‡ *Eumolpus.*

[1] lar-

e aliis Romanorum moribus, & quę ræter a contra legem fiebant intelligendus; suffragante Plutarcho, & mmiano, ut vidimus. Nec frustra ubjungit, *soli militares, soli fortissimi abentur*, corruptum statum Curiæ seu ulæ indigitans. Addit Gabbema: Constitutiones Honorii & Iustiniauibûs lex Poppæa sublata fuit, cauli, sam eversionis imperii Romani xistimat Procopius; nam cùm homines matrimonia negligerent, inrequentiores factæ sunt civitates, ita t barbarorum irruptionibus minirè resistere potuerint.

1. *aut corvi qui lacerant*] Lucem mutuatur ab Horatio Arbiter. lib. II ar. v. quum captatorem delusum ab stutò divite Corano, vellet indicare:

— Plerumque recoctus
Scriba ex quinque viro Corvum *deludet hiantem,*
Captatorque dabit risus Nasica Corano.

abbema. Captatores ultim. voluntum, ægris per speciem consolatiis assidentes, *corvi* ac vultures diuntur, expectantes testatorum cadera. *Ge. Erhard.*

2. *divinationis*] Gruterus Suspic. b. I, c. 12, vult *divitationis* legi à *dito*, quod verbi invenire est in Accii styanacte. *Erhardus. Divito* i. dito, u divitem reddo.

3. *poetica levitate*] Apologiam pro oëtis vid. apud Lotichium, comment. in Petron. lib. II, c. VIII. *Gabma.* Rationes Lotichii *pro poëtis*: uod citiùs flectat subtilioris elentiæ facundiæque thymô elaboratum eloquium, quàm nudus & simplex absque ullo nitore atque ingenio deartuatus & elumbis sermo. Quòd poëtæ ad magna nati, de diis, & deabus, itemque Semideis, ut plurimùm gloriosa multa intertexant, & lectorem ad similia invitent; juxta mentem Lipsii, incredibile, dicentis, quantum animus adspectu *Romanarum columnarum, obeliscorum*, taliumque rerum prægrandium, in sublime evocetur. A Petronio, qui ipse poëta facundissimus, heic intelligi pseudopoëtas: porcina venerea spurcitie sua contaminantes, qualis ipse Horatius passim, Ovidius verò libris Amorum, & de Arte, tum Martialis, Tibullus, Propertius, & ejus gregis: gnathones, cœnipetas, quo in numero etiam Flaccus, antequam ab Augusto à parasitica mensa, ad munus epistolicum evocaretur. Non tales Homerus, Hesiodus, Euripides, Lucretius, & inprimis Virgilius, alii: Illius commatis Platonem è Rep. sua proscripsisse; non hos quales potiùs, tamquam Deorum progeniem, ad invidiam usque mirificis laudibûs evehit. Ergo,

Vsus habet laudem, crimen abusus habet.

Lucanus l. 9 Pharsal.

O sacer & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus ævum!

Aliter etiam longè ipse Arbiter infrà de divina poësi; nec novum est peritum de arte sua vario respectu leviuscule loqui. Sic Ausonius in epist.

[1] largior scæna, i.e. vestis humanior, quæ præberet mendacio fidem. Non me-Hercules [2] peram istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem. † At-

† *Encolpius.*

qui

ad Symmachum, *Ternarium suum scabiem* appellat, Nicol. Borbonius elegantissima poemata, in libelli frontispicio, *nugas*, &c.

1. *Vtinam quidem sufficeret largior scæna, i. e. vestis humanior, quæ p. m. f.*] Hoc modo & Lotich. nec non edit. Frellon. nisi quòd hæc pro *scæna*, *scema*. Tornæs. Wouwer. R. Herm. *u. q. s. l. s. i. e. v. h. vestimentum* (Tornæs. al. *instrumentum*) *latius*, *quod p. m. f.* Anonym. MS. (ad edit. Tornæsii:) Fallor? an omnia illa verba ex ora libri in contextum irrepserunt? & sic restituendum est: *Vtinam quidem sufficeret largior schema*, *quæ præb. m. f.* Dousa MS. F. *scema* ex Plauti Amphitr. *cum servili scema*. Iterum Anonym. MS. alio tempore atque charactere: Deleo & lego: *Vtinam suppilaretur schema*, *qua p. m. f.* Dousa in Præcidan. *Vtinam q. ſ l. scena*, *i. e. v. h. q. p. m. f.* Ita enim lego, inductis superfluis illis è glossemate, ut appareat procusis, *vestimentum latius*. Verùm tempestas memini quum quondam fuit, quum *scema* reponendum arbitrarer, motus cum veterum auctoritate, tum Comici nostri cumprimis, apud quem τὸ *scema*, *scema*, h. e. gen. fem. prolatum memineram lectitâsse. ut Amphitr.

Quod ego huc processi sic cum servili scema.

Pro vestimenti genere. Nunc Plin. potius sententiæ accedo, nepotis dico, ita Epist. lib. 7 argumentantis: *Nonne cùm surgis ad agendum, tum maximè tibi ipse diffidis, tum commutata non dico plurima, sed omnia cupis? utique si latior scena, & corona diffusior.* Suspicorque de comitatu suo loqui Eumolpum, quem ampliorem, id est, frequentiorem, minusque adeò æstive viaticatum sibi, tum cultiùs aliquantò exornatum desiderare prædicat sese. ne videlicet simulatas divitis domini partes & quasi mimicam personam actitare videatur. tametsi non ignorem, sumi quoque interdum pro loco ipso, ubi quispiam se ostentat, suique specimen facit. Vnde *in scenam prodire*, μεταφορικῶς quomodo & ipse Arbiter aliquantò pòst in eod. adhuc argumento versans: *Et ne quid scenæ deesset*, &c.

2. *peram istam non differrem*] Sic & Frellon. editio. Tornæs. *pœnam* (c. Pith. *peram*). ubi Dousa, c. M. cum Pith. consentit; unde suspicor πείραν (significat *tentamen*) leg. *Pœnam*, habet & Wouwer. alii. Erhardus: Leg. *peram*. *Pera* est Græcorum πήρα. non, inquit differrem experiri. Palmerius in Spicil. cui adstipulantur Pithœus, Guilielm. alii. Addit Gabbema ex Palmerio: Nam jocòsè illum Ennii ore locutum: *Speram istam differrem*, pro *spem* non ausim dicere. Dousa in Præcidan. πείρα, hoc est, tentamentum, sive adeò experimentum, Gallicè, *la preuve*, vernaculè *Een proeve*, facta à gustatu in alienum migrationem. Sed aliter sensit Fr. Pithœus; qui in suis hìc Collectan. post *peram istam differrem*, hoc subjungit Martialis:

Me mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.

Peram igitur *differrem*, est hîc istic ferrem, diversis in locis circumferrem. Sic Plautus usurpavit in Rud. *Nos cum scapha tempestas dextroversùm differt ab illis.* Idem in Curcul. Act. 4, scen. 4. *Iam ego te faciam, ut hinc formicæ te frustulatim differant.* Et ipse Petronius suprà: *Per totam urbem nos rumoribus different.* *Pera* posita pro squalore ac egestate, quæ ratio fuit Eumolpi. *malè ve-*

qui promitto quidquid exigeret, dummodo placeret [1] vestis rapinæ comes, & quidquid [2] Lycurgi villa grassantibus præbuisset. [3] Nam nummos in præsentem usum Deûm matrem pro fide sua redditurum. ‡ Quid ergo, inquit Eumolpus, cessamus [4] mimum componere? Fac ite ergo me dominum, si negotiatio placet. † Nemo usus est artem damnare nihil auferentem. Itaque ut duraret inter omnes tutum mendacium, [5] in verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri, [6] vinciri [verberari] ferroque

‡ *Eumolpus.* † *Encolpius.*

vestiti &c. ut suprà habuimus, nunc etiam naufragi.

1. *vestis rapinæ comes*] Vestis illa divina, cujus suprà mentio facta à Lyca. *S. A. Gabbema.*

2. *Lycurgi villa*] Repete ex præcedentibus de *expilato navigio*, & in Consalii præludiis, An *Lycurgus* hîc *Lycus?*

3. *Nam nummos in præsentem usum*, &c.] Innuit Petronius, quòd si præiam, ac manubias Isiaci navigii vendidissent, neutiquam mimo componendo potesse pecuniam defore. *Gabbema.*

4. *mimum componere*] Sueton. c. 22. *De pœna acrior mimum divulgaret.* ita assim apud scriptores. *Wouweren. cessimus mimum componere.* Perseverat in ad. tralatione, quam cœperat antè: *Etiam quidem sufficeret*, &c. Ad hæc erba cùm Encolpius respondisset adsse *scenam*, subjicit senex; ergo quid essamus mimicam fabulam compoere? quam illico componunt, & in umolpi verba jurant, & in servem modum ficti dominum eum sarutant, tum quæ ipse proponit de opulentia & orbitate sua, ut legitina verba mimi, condiscunt. Guliel. laut. quæst. in Epidic. c. ult. *Ge. Erardus.*

5. *in verba Eumolpi sacramentum juravimus uri*, &c.] Erhardus: Leg. *jur. virgis ferroque necari*, Turneb Adversar. 20; eumque secutus Durantius Var. lect. lib. 1, c 8. Ego nihil muto: & vulgatam lectionem fulcio hisce Helenii verbis: *uri flammis, virgis secari, ferrôque necari.* ubi Goldastus putat verba esse transposita, reponendáque h. m. *virgis necari, ferrôque secari:* aut certè leg. *virgis verberari, ferrôque necari.* Dousa MS. Vetus versus:

In verba Eumolpi juravimus sacramentum
Vri, vinciri, virgis, ferrôque necari.

& nota, *sacramentum jurare.* Barnab. Brissonius: Gladiatores qui se ludo vendebant in hæc verba addicebant, *Vri, vinciri, ferrôque necari.* Test. Horat. lib. II Sat. VII, his versibus:

Quid refert, uri, virgis, ferrôque necari,
Auctoratus eas. --- Vbi vetus Commentat. *Gladiatores, ita se vendunt, & cautiones faciunt, uri* flammis, *virgis secari, ferrô necari.* & mox: *qui se vendunt ludo, appellantur auctorati. Auctoratio enim dicitur venditio gladiatorum, cum condítione emptoris.* Senec. Epist. XXXVII. Atque hoc modo Auctoratum, Lucianus in Icaromenippo, ἀνθρώπιον ἐπὶ πράγμασιν εἰς τὴν ἀγῶνα μεμισθωμένον, *homulum septem drachmis ludo conductum*), vocat. Manilius verò lib. IV, id genus homines caput in mortem & funus arenæ vendidisse scribit.

6. *vinciri* [*verberari*] *ferroque*] Tornæs. Wouwer. alii, *vincari, verberari, f.*

1. *domi-*

roque necari, & quidquid aliud Eumolpus jussisset, tamquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus. Post peractum sacramentum serviliter ficti [1] dominum consalutamus, elatumque ab Eumolpo filium pariter [2] condiscimus, [3] juvenem ingentis eloquentiæ, & spei. ideoque de civitate sua miserrimum senem exiisse, ne aut clientes sodalesque filii sui, aut sepulcrum quotidie causam lacrumarum cerneret. Accessisse huic tristitiæ proximum naufragium, quo amplius vicies sestertium amiserit. nec illum jactura moveri, sed [4] destitutum ministerio non agnoscere dignitatem suam. Præterea [5] habere in Africa trecenties sestertium fundis,[6] nominibusque depositum.[7] Nam familiam

1. *dominum consalutamus*] cujus hæc formula apud Plaut. *Patrone salve.* Mostell. act. 3, sc. 2. *Ge. Erhardus.*

2. *condiscimus*] Tornæs. Wouwer. cæteri, *condicim.* Erhardus: Leg. *condiscimus*; docet enim fabulam poëta, ut hic Eumolpus: discunt actores, & discunt simul, dum actionem periclitantur. Guiliel. Plaut. quæst. in Epidic. c. 6.

3. *juvenem ingentis eloquentiæ & spei*] Venustissima locutio: sic Cicer. Phil. 11. *Patri persuasi, ut ex alienum dissolveret: redimeret adolescentem summa spe & animi, & ingenii præditum.* in Orat. *Adulescens non tam re & voluntate, quam spe & expectatione laudatus.* S. A. Gabbema.

4. *destitutum ministerio*] ministris. *Ge. Erhardus.*

5. *habere in Africa trecenties sestertium fundis*, &c.] Opes haud contemnendæ, nam septingentorum & quinquaginta millium Philippœorum summam conficiunt. Et rectè ait *fundis in Africa*, nam plures ibi agri feracissimi. adeò ut si Romæ annona deficeret, exinde peteretur. *I. A. Gonsalius.*

6. *nominibusque*] In nominibus esse dicunt I. C. quæ debentur ex obligationibus, *l xxxvij de acquir. Hær.* cùm & ea quæ in nominibus sunt ad hæredem transeant. Cic. v Verr. VII: Top. cap. III. Inde *nominis* adpellatione omnis obligationis, contractusque debitorum venit significatio. Suet. in vir. Valerii Catonis refert versus Furii Bibaculi in æs alienum Grammatici illius ludentis:

Summum Grammaticum, optimum poëtam,
Omnes solvere posse quæstiones;
Vnum difficile expedire nomen. Gabbema. *Nominibus*, h. e. positis in fenore. Ascon. *Tituli debitorum nomina dicuntur, præsertim in iis debitis in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniæ commodatæ.* Nomina igitur debitorum tabulis inscripta, hinc Apul. tabulis flagitari: Apolog. *Pater ejus plurimis creditoribus defeneratus, dum undique tabulis flagitaretur.* I. à Wouweren.

7. *Nam familiam*, &c.] Propriè *familiam* dicit neque enim alio titulo servæ conditionis homines censi antiquitus, nimirum *à famulando*, auctoribus I. ctis, & Vlpiano in *l.* 1 ff *de Vi & vi armata.* Vnde & *gladiatorum*

familiam quidem tam magnam per agros Numidiæ esse sparsam, ut possit vel Carthaginem capere. Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo, [1] ut plurimum tussiat, ut sit modò [2] solutioris stomachi, ciboſque omnes palam damnet; loquatur aurum & argentum, [3] fundoſque mendaces, & perpetuam terrarum sterilitatem. Sedeat præterea quotidie ad rationes, [4] tabulasque testamenti omnibus diebus renovet; &, [5] ne quid scænæ deesset,

rum familiæ apud Ciceronem. Cujus rei causſam reddit Senec. lib. VI Ep. XLVII. *Douſa P.*

1. *ut plurimum tuſſiat*] Nam tuſſientes proximos esse morti. omnino credebant. Valerius Mart. lib. II Ep. XXVI. *Gabbema. Plurimum tuſſiat*, hoc potentiorum erat, uti & procul spuere. vide Casaub. ad Theoph. ad Theoph. Char. περὶ δυσχερείας (*De difficultate, moleſtia*). Io. à Wouweren.

2. *solutioris ſtomachi*] An hìc frequentem vomitum innuit? inquit Celſus lib. I, c. VIII. *Stomachum autem infirmum indicant, pallor, macies, præcordiorum dolor, nauſea & nolentium vomitus.* An ſtomachi ſolutionem illam, ῥεύμαλισμον Græcis adpellatam? Inquit nam Cœlius Aurelianus lib. III de Morbis diut. cap. II. *At ſi ſolutio fuerit ſtomachi, quam rheumatiſmum vocaverunt, ſequitur ſalivarum fluor, & quibuſdam jugis ſputus, & oris humectatio nauſeabilis.* Quæ adfectiones tuſſi, ſed *humectæ* puta, cujus & nunc meminit, haud prorſus abſonæ sunt; & mirè conſonant, ciborum averſioni, quam ſubdit. *ciboſque omnes palam damnet*: quod & arguè accipiendum de delicatiſſimi palati divite. *Gonſal. de Salas.*

3. *fundoſque mendaces*] Horat. lib. III Carm. I.

Funduſque mendax. Commentator vetus: *Infructuoſus, quia agricolæ ſpem nil ferendo deceperit.* S. A. Gabbema.

4. *tabulaſque teſtamenti omnibus diebus renovet*] Sic & Frellon. Lotich. *t. t. omnibus * renovet*, Tornæſ. Wouwer. R. Herm. Douſa MS. ad Tornæſii: Deeſt f. *horis*, vel aliquid tale. Erhardus: Leg. *omnibus horis* (vel, *diebus*) *renovet.* Putſchius. Sic Carinus apud Martialem mutavit ſæpe conditum à ſe teſtamentum, ut illiceret captatores ad ferenda munera, quibus ſpem faciebat hereditatis.

Supremus tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carine, miſi, &c.

Carinus eluſit captatorem, ut Fabius Labienum apud eund. Martial. lib. 7 Epigr. 65. videnda. Senec. l. 6 Benefic. 38. Raderus ad Mart. lib. 4 Epigr. 40: & lib. 6 Epigr. 44. Gonſalius: *renovet*, id est, reſignet. Nam hocce teſtatori permiſſum, legatáque permutare, ac novos heredes inſtituere per *l. ſi teſtamentum. π qui Teſtam. fac. poſſ.* inde *primæ*, & *ultimæ cera* vocatæ, quæ priorem, & extremam teſtatoris continerent voluntatem. Aſtus ille creber olim fuit orbis divitibus, uti & priſcis ſcriptoribus ejus exagitatio.

5. *ne quid ſcænæ deesſet*] Placidus in Gloſſ. MS. *Scæna vocatur compoſitio alicujus criminis, quæ digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis.* Quintil. l. 6, c. 1. *diſcutienda tamen oratione hujuſmodi ſcæna.* pro fraude ac technis uſurpatur Apul. *Scænam propudioſæ mulieris patefecit.* Gabbema. Apul. l. 8. *Omnemque ſcenam ſceleris illuminat. ſcena feralium nuptiarum.* paſſim alii. *Wouweren. Scæna* propriè *umbraculum*, aut *tabernaculum.*

deesset, [1] quotiescunque aliquem nostrûm vocare tentasset, alium pro alio vocaret, ut facile adpareret, dominum etiam eorum meminisse, qui præsentes non essent. His ita ordinatis, [2] quæ bene feliciterque eveniret, precati deos, viam ingredimur. Sed neque [3] Giton sub insolito fasce durabat, & mercenarius [4] Corax detractator ministerii, posita frequentius sarcina, maledicebat properantibus, adfirmabatque, se aut projecturum sarcinas, aut cum onere fugiturum, † Quid vos, inquit, [5] me jumen-

† *Corax.*

naculum. Illo significatu à σκιὰ *(umbra)*, hoc à σκηνὴ *(tabernaculum)* venit. Illi derivationi favet Servius, & origo rei, *scena* enim, inquit, *antiquitus parietem non habuit, sed de frondibus umbracula quærebant; postea tabulata componere cœperunt*, &c. huic, ut ex ipso Servio videmus, tractus temporis quo *scænæ* tabulîs claudebantur, & scriptio in antiquis libb. ac lapidib. per æ, quam textu dignam judicavi; Æoles quippe quos Latini imitati, pro σκηνὴ σκαινὴ, ut pro τίθημι *(pono)* τίθαιμι, μιμναίσκω *(in memoriam revoco)* pro μιμνήσκω dixerunt. Voss. in Etymolog & Iac. Zwingerus in de Dialectis.

1. *quotiescunque aliquem*, &c.] Auctor Rhet ad Herenn. lib. IV, Notatione ostentatoris pecuniosi: *Cùm puerum respicit hunc unum quem ego novi, vos non arbitror novisse, alio nomine appellat, deinde alio atque alio, heus tu, inquit Sannio, ne quid isti barbari perturbent, ut ignoti qui audient unum putent eligi è multis.* Io. à Wouweren.

2. *quæ - precati deos viam ingredimur*] Tornæs. alii, *quod.* Gabbema: *prec. d.* Forsan *Semitales.* in Catalect.

Neque ulla vota Semitalibus deis
Sibi esse facta. --- Erant *Mercurius*, & *Hecate.* Sed & alii Dii peculiares semitales: quos *Lares viales* vocat Plaut. V, II, XXIV. Arnob. l. III. *Possumus, si videtur, summatim aliquid de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos esse. Hercules* erat Romanis Vialis deus. Festus: *Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratiâ, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.* Quapropter, inquit, Gonsalius, in ædiculis Herculis Culinæ erant ad quas peregre abituri sacrificabant. Patet ex illa Herculis Saxani inscriptione toties ab eruditis repetita, & quam videre est apud Gruterum p. XLIX, III.

3. *Giton sub insolito onere*] Latet hîc nequitia. *Fascis* (unde & *fascinus* suprà; *putares hominem fascini laciniam*) positum absolutè pro onere.

4. *Corax detractator ministerii*] *C. detrectator m.* Gonsalius: Frequens olim famulorum querela de iniquis ponderibus, nam jumentorum vice, eîs utebantur iter facientes. *Gangabas* eos Persæ vocabant, teste Curtio lib. III. indè & Comicis Græcis sæpius ducebatur servus, qui præ onere clarisus petitus in suis Fabulis, quum inmaret, θλίβομαι, πιέζομαι *(premor, arctor)*. Conligitur planè ex Aristophane, dum Bacchum introducit in Ranarum principio inculcatam toties querimoniam fastidientem.

5. *me jumentum putatis esse, aut lapidariam navem*] Hac formula uti possumus, cùm volumus innuere, nos illiberaliter haberi. Pflug. *Ge. Erhardus.*

1. *lapi-*

jumentum putatis esse, aut [1] lapidariam navem? hominis [2] operas locavi, non caballi; nec minus liber sum, quam vos, etsi pauperem pater me reliquit. ‡ Nec contentus maledictis, tollebat subinde altius pedem, [3] & strepitu obscœno simul atque odore viam implebat. Ridebat contumaciam Giton, & singulos strepitus ejus pari clangore [4] persequebatur, *olfactui ut officeret. Sed & hic ad ingenium redux Eumolpus,* † Multos, inquit [Eumolpus], ô juvenes, carmen decepit: nam ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque [5] teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo [6] in Heliconem venisse. sic [7] forensibus ministeriis exercitati, frequenter

‡ *Encolpius.* † *Eumolpus.*

[1] ad

1. *lapidariam navem*] Illæ erant lapidibus marmoribusque ferendis idoneæ: quæ omnium maximæ fuere, ex illis scilicet quæ *onerariæ* dicuntur. Conligo ex Plin. lib. xxxvi, c. 1: lib. xvi, c. lx. *I. A. Gonsalius.*

2. *operas*] Inquit Paul. Ictus *l.* 1 ff. *de oper. Libert. Opera sunt diurnum officium*, id est, quæ per singulos dies dantur. Et *l.* 1 ff. *de oper. Serv. Opera in actu consistit, nec antè in rerum natura est, quàm is dies venit, quo præstanda est.* S. A. Gabbema.

3. *& strepitu obscœno*] Id strepitûs supra modum oneratis dederunt scriptores antiqui. Parissimè Atistophan. in Ran. *Strepitus obscœnus* ille, antiquis etiam *flagitium* vocatur. Cicer. lib. ix Ep. ad Pætum. *Suppedit, flagitium est.* Plaut. Pœn. iii, ii, xxxii. *Gonsalius.*

4. *persequebatur*, olfactui ut &c. *Multos, inquit* [*Eumolpus*] *ô juvenes*] Quæ sic in textu alio lucent characteræ, nisi Tragur. codicis faciam mentionem, Gabbem. seu Gonsalii sunt recens infarta, ut jam suprà monui. Sed & reliqua hic ap. alios sic habent. Tornæs. Wouwer. Frellon. cæteri, *prosequebatur* (Tornæs. *perseq.* ubi Dousa, c. M. *proseq.*) *** *Multos, inquit Eumolpus, ô.j.* Tornæs. *Multos, ô j.*

5. *teneriorem*] *teneriore* f. *Dousa* MS.

6. *in Heliconem venisse*] quamplurimos tum Romæ res familiaris domi angusta impellebat, audere aliquid in literis. Multi ad forum se conferebant: plures cùm agere causas nescirent, aut nimis laboriosum putarent, ad Poëtices studium tamquam in portum confugiebant. Ad istos falsò creditos poëtas referenda sunt hæc Petronii verba & Persii versus in prolog. Nam quod illi impudentes jactabant somniasse in Parnasso, & ab ipsis Musis fuisse doctos, id Persius refellit; veram adferens caussam, quæ miserios ad templa Musarum, tamquam ad egestatis suæ asylum compulisset. *Isaac. Casaubonus.*

7. *forensibus ministeriis exercitati*] Videtur notare Silium Italicum, de quo Martial.

Prope suo celebrat nunc Helicona foro:

uti & Lucanum, qui relicto forò ad Heliconam transgressi, pro caussis carmina Apollini quàm Themidi operari elegerunt. Rader. ad Martial. lib. 7 Ep. 53. *Ge. Erhardus.*

1. *carmi-*

[1] ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem refugerunt, credentes facilius poëma exstrui posse, quam controversiam sententiolis vibrantibus pictam. Cæterum neque generosior spiritus vanitatem amat neque concipere, aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundata. [2] Effugiendum est allomni verborum, ut ita dicam, vilitate, & sumendæ voce à plebe submotæ, ut fiat,

[3] *Odi profanum vulgus, & arceo.*

Præterea curandum est, ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ; sed [4] intecto vestibus colore niteant. Homerus testis, & Lyrici, Romanusque Virgilius, & Horatii curiosa felicitas. [5] Cæteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen; [6] aut visam timue

1. *carminis tranquillitas*] C. Plin. lib. 7 Ep. 9. *Fas est & carmine remitti-- Lusus vocantur; sed hi lusus non minorem interdum gloriam quàm seria consequuntur-- Itaque summi Oratores, summi etiam Viri sic se aut exercebant aut delectabant, imò delectabant exercebantque.*

2. *Effugiendum est ab omni verborum vilitate*] Iuven. Sat. 7.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nil expositum soleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triviale moneta. Io. à Wouweren.

3. *Odi profanum vulgus*] Versus est Horatii lib. III Od. 1. Adludit ad Eleusiniorum mysteriorum solemnem morem, unde exesse per præconem jubebantur profani. ïs & ad alia sacra extenditur, ut in *mirabili ignis prodigio* apud Gratium. Cyneget. Vide de hoc more latè scribentes Brissonium, lib. Form. & P. Gregorium Syntag. juris lib. XXXI, c. IIX. *Profanum vulgus* propriè dixit: nam vulgaria sunt profana. *Erhardus. Profana*, ethnico more, extra consecrationem, & initiationem: illud de locis, hoc de hominibus.

4. *intecto vestibus colore*] Editi Plantin & Lugdun. & exempl. Anti *intexto*, quod verius puto. Sic enim paulò antè, *sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit.* Plin. c. 48, l. 8 *Aurum intexere* (vestibus) *in Asia invenit Attalus.* Vtitur & M. Tullius sæpe metaphorixῶς. *Ch. Richard.* Editio citata Lugdun. seu Tornæsiana *intexto versibus* (in marg. h. e. al. *intecto vestibus*) *colore. Intexto versibus* & c. Tragur. Sic & paulò antè, *neque generosior spiritus sanitatem amat*, habet cum ead. edit. Tornæsl. Wouwer. reliqui, *intecto vest. c.*

5. *Cæteri aut non viderunt viam*] Ne mirum, quum angusta nimis sit via quæ Heliconem ascendentibus patet. Propert. l. III El. 1: Horat. lib. II Ep. II. *I. A. Gonsalius.*

6. *aut visam*] Sic & Frellon. a Lotich. *a. versum*, Tornæs. cæteri Dousa MS. ad edit. Tornæsii: procul dubio legendum est *visam*, pro *versum*. In Præcidaneis: Magna cum fiduciâ *visam* reponendum pronuncio, &c. Idque non mihi, sed veræ lectioni MSi credi, atque acceptum ferri cupio. Ibi tamen c. M. non laudat. 1. *vian*

muerunt [1] calcare. [2] Ecce, belli civilis ingens opus uisquis attigerit, nisi [3] plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, uod longe melius Historici faciunt; sed per ambages, deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, [6] ut potius furentis animi vaticinatio adpareat, quam religiosæ orationis

1. *viam calcare*] Horat. *Et calcan- via leti.* Ch. Richard. *Calcare*, est rere. Aristoph. in Avibus: οὐδ' Αἰσχυ- ον πεπάτησας, i. non trivisti, non ligenter pervolutasti. Erhard. ex dv. Turneb. Translatio ut paret, à a, & pedibus, ad studia, ac animum, manusque. *Calcare* enim proiè est pedibûs comprimere; terius autem & manibûs.

2. *Ecce belli civilis ingens opus*] Tant Lucanum, in cujus ut æqualis indiam hoc carmen fecit, & quem è ëtarum numero excludit etiam uintilian. lib. 10, c. 1; Serv. in Æeid. & Iornandes in hist. Gothor. clamante tamen Sidonio Apollinal. 2 Ep. 10. Savaro in Not. Rader. l Martial. lib. 14 Epig. 171; Gyralis Dialog. 4; Barthius ad Claudian. 2227. *Ge. Erhardus.*

3. *plenus literis*] Sic *plenus scientiâ*, xit Claud. Mamertus lib. 2, c. 10; *ni scientia refertus* Eucherius Ep. ad alerian. Savaro ad Sidon. lib. 4 Ep. . Sic infrà Petron. *Eumolpus felicite plenus.* Et iterum, *oratione blanssima plenus.* Erhardus.

4. *Non enim res gestæ*, &c.] Tacitum omma in Lucanum, cui σύγχρονος *oævus*) fuit Arbirer, vult Merula. ibius lib. x. *Lucanus ardens & concitus & sententiis clarissimus, &, ut dim quod sentio, magis oratoribus, quàm ëtis annumerandus.* Servius in 1 Æeid *Quod diximus poëtica arte prohiri, ne apertè ponat historiam, certum est. ucanus namque in numero poëtarum esse non meruit, quia videtur historiam composuisse, non poëma.* Gabbema. Meram historiam canere, eoque ordine, res quo gestæ sunt, describere, à poëtæ omnino munere esse alienum educet in præsentia Petronius, & latiùs in 1 Iliad. Eustath. Minimè verò innuit Arbiter, quòd poëma ex historia non sit conficiendum. tale namque delirium in mentem hominis eruditissimi cadere non potuit, quum nemo nesciat omnibus epicis poëtis *res gestas*, sive historiam esse pro argumento. Quod & Tragicis commune quoque est. Vnde poëta à Scaligero P. adsertus Lucanus, vindicatusque ab nugatorum calumniis Grammaticorum, objicientium videlicet illum historiam conscripsisse, non poëma. *I. A. Gonsalius.*

5. *deorumque ministeria*] Phædrus: hoc interpretatur Fab. LXXXI.

Exigua quum frenaret materia impetum,
Vsus poëtæ, ut moris est, licentiâ,
Atque interposuit gemina Ledæ sidera.

S. A. Gabbema.

6. *ut furentis animi vaticinatio adpareat*] *Animi*, omittit c. Tragur. Lundorpius: *Furor* est enthusiasmus ille divinus, quo cœlitus adflata poëtarum natio ad carmen decantandum rapitur. *Impetum* vocat Ovidius. In tali ἐνθουσιασμῷ constituti Hesiodus, & reliqui antiquissimi poëtæ, à Musis sua se carmina accepisse commenti sunt.

tionis ſub teſtibus fides. [1] tamquam ſi placet hic impe-
tus, etiamſi [2] nondum recepit ultimam manum.

† *Orbem jam totum* [3] *victor Romanus habebat*
Qua mare, qua terra, qua [4] *ſidus currit utrumque,*

† *Bellum Civile.*

[1] N

1. *tamquam ſi placet hic impetus*] *Tanquam* & Tornæſ. alii codexque Tragur. ſed Tornæſ. in m. *deeſt* (antè) *aliquid.* Erhardus ſeu Lundorpius : Putſch. legit *tangam.* ineptè. particulam *tanquam* ſic abſolutè & ſuprà poſuit ; *& me tanquam furtivis ſubinde oſculis verberabat.* Et iterum, *qui tanquam toga virilis ſtolam ſumpſit.* Marius Victorin. de Art. Grammat. lib. 4. *Hoc genus metri maximè deſiderat ſeparari in duas clauſulas, tamquam*

Super alta vectus Atys.

dehinc, Celeri rate maria. Sic vocula ὡσεὶ (*tamquam*) non tantùm ſimilitudinem ſignificat, ſed etiam verè ſpeciem, ut Ioan. 1. *Vidimus eum tanquam unigenitum.* hic ὡς habetur, cui æquipollet ὡσεὶ apud Lucam 22. ubi ſcribitur : *Factus eſt ſudor ejus tanquam guttæ ſanguinis decurrentes in terram.* Quod non ſic accipiendum, quaſi dicere voluerit, Salvatorem emiſiſſe ſudorem ſimilem guttis ſanguinis, ut ipſe tamen ſanguis non fuerit : ſed intelligendum eſt, ſudorem decurriſſe ſanguineis guttîs. Bucerus Annot. in Matth. c. 26, v. 39.

2. *nondum recepit ultimam manum*] Proprium poëtarum, hocce, aut ſimili προλήψεως (*præoccupationis*) genere, puta, *adhuc ſub ſpongia eſſe, in incude verſari,* αὐτοσχεδίως (*extempore, tumultuarie*), *conſcripta & effutita,* præoccupare auditorum animos, ut ſi, quæ nondum exacta numeris ſuîs & perfecta ſunt, elegantiam habeant exſpectatam, aureſque impleant; majus ſic meritò laudis choragium aucupentur ; vel etiam, ſi fortè aliquid occurrerit minùs elegans, minùs conſonum, minúſque politum, calumniandi jam ante habeant anſa præreptam. *I. A. Gonſalius.*

3. *Orbem jam totum victor,* &c. Principium hoc belli civilis, ita an annos ferè octingentos expreſſit æmulatus eſt Hericus, ſatis doct eo ævo vates :

Orbem tum totum victor Romanus gebat,
Quà mare, quà tellus, quà cardo i vergit uterque,
Si quod in orbe fretum, ſi quis ſin abditus uſquam,
Si quod clima foret Phœbœæ lampa expers,
Siqua fuit regio, quæ fulvum gigner aurum,
Nil niſi Romani vivebat nominis un brâ. Gabbema. Salluſt. *tempeſtate mihi Imperium P. R. mu tò maximè miſerabile viſum eſt. Cui cu ad occaſum ab ortu ſolis omnia domi armis parerent, domi otium atque div tiæ affluerent,* &c. Lat. Pac. de Im Rom. *gentibus adoratur, toto orbe te rarum privata & publica vota ei reddu tur.* Hinc Orbis Romanus Vlpian lib. 17 de ſtat. Hom. *Ga. Barthius.*

4. *ſidus currit utrumque*] Sic Clau dian. de Roma :

--*Ad Solem victrix utrumque cucurr* Orientem videl. & Occidentem. P tronius *ſidus* vocat ſolem, ut Græc eſt ἀστὴρ (*ſtella*). Scholiaſt. Pindari C lymp. 1. τὰ γὰρ ἐκ πολλῶν συγκε μένα ἄστρων ζώδια, ἄστρα λέγοντα ὁ δὲ ἥλιος ἀστήρ (*Quæ enim ex mult ſtellis congregantur ſigna Zodiaci, aſtra ſe ſidus dicuntur, ſol verò ſtella* [Ciceron tamen ipſi alicubi etiam *ſidus*]) Bath ad Claudian. n. 1048, & priùs n. 49 Ad rem eſt Pet. Matthæus Hiſt. Fran corum l. 1, narr. 1, n. 11. *Ge. Erhardu*

1. N

[1] *Nec satiatus erat.* [2] *Gravidis freta pulsa carinis*
Iam peragrabantur ; si quis sinus abditus ultra,
[3] *Siqua foret tellus* [4] *quæ fulvum mitteret aurum,*
Hostis erat : fatisque in tristia bella paratis
Quærebantur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia : non usu plebeio trita voluptas.
[5] *Assyria concham laudabat miles in unda.*

Quæsi-

1. *Nec satiatus erat*] Festus Rufus: *Cato Cyprias opes Romam navibus advexit, ita ut jus ejus insulæ avaritiæ magis quàm justitiæ simus assecuti.* Idem scribit Ammian. lib. XIV. *Avidè magis quàm justè* &c. Tale convitium in Romanos Vibii Virii refert Livius decad. III lib. VI ; & Mithridatis Iustinus lib. XXXIIX. *Io. Alex. Brassican.*

2. *Gravidis freta pulsa carinis Iam peragrabantur*] Sic & Tornæs. cæteri. Dousa ad ed. Tornæs. c. M. *G. f. p. c. Iam peragebantur.* Tragur. c. *G. f. pressa carinis l. peragebantur.* Erhardus: *gravidis carinis*, i. onustis. Rubenius : *gravidas carinas* haut satis probo; & puto germanum esse, *Graïs freta pulsa carinis.* Nempe Pontus & loca, per quæ Iason cum suis ad aureum vellus.

3. *Siqua foret tellus*, &c] Ingentem avaritiam P. R. causssam bellandi fuisse ait Iugurtha Ep. ad Bocchum apud Sallust. *Paullo antè Carthaginienses, item Regem Persen, post uti quisque opulentissimus videatur, ita Romanis hostem fore.* Idem lib. IV Hist. *Namque Romanis cum nationibus, populis, Regibus, cunctis una & ea vetus causssa bellandi est, cupido profunda Imperii & divitiarum.* S. A. Gabbema.

4. *quæ fulvum*] M. c. *fulvum quæ.* Dousa MS.

5. *Assyria concham*, &c.] Tornæsius: *Assyria concham l. m. in u.* (Henr. Steph. *Hesperia coccum l. m. in ora.* alii, *Ac spireum,*).

Quæsitus ---
Hinc N. *crustas* (Steph. *silices.* Scalig. *accurrant*) *i. n. v. S.*
Atque A. p. s. despoliaverat (Sic & Wouwer. cæteri) *a.*
Ecce a. c. elisse (al. *& læsæ*) *v. p.*
Quæritur in s. Mauri (al. *auro.* al. *circo.* ubi & Dousa, c. M. *auro. Mauri*, Wouwer. Lotich. R. Herm.) *f. & u. A.*
Afrorum ---
Ad mortes (ibi Dousa : c. M. *mortem*) *p. suas* (al. *fames.* accedit c. M. Dousæ) *p. a. c.*
Tigris ---
Vt b. ---
Heu p. e. perituraque (hîc Dousa : *perituraque* Meller, & v. c.) *p. f.*
Tragur. codex :
Æs pireum cum l. m. in u.
Quæsitus ---
Hinc N. accusatus, i. n. v. S.
Atque A. p. s. despol. a.
Ecce a. c. & læsæ v. p.
Quæritur in s. areo (Germ. Colladonii codex, *an reo*) *f. & u. hamo.*
Afrorum ---
Ad m. p. fames p. a. c.
Tigris & a. g. nectatur (i. *vectatur.* Sic & alia mendosè quidem, sed quocum faciant, liquebit. *a reo*, versu [retro] abhinc 4, puto esse *auro*, vel *circo*, & pro *Mauri* similive irrepsisse.) *in a.*
Vt b. ---
Heu p. e. perituraque p. f.
Barthius : *Assyria concham.* audacissimè ita ad suum sensum interpolavit acumen Palmerii. *Assyriarum gemmarum* mentio ap. Sidonium panegy. Major. Purpuræ ex ead. regione, Maro Culice :

Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera.

Quæsitus tellure nitor certaverat ostro.
Hinc [1] Numidæ crustas, illinc [2] nova vellera Seres,
[3] Atque Arabum populus sua dispoliaverat arva.

Ec

Erhardus: *Assyria concham* &c. al. *Æsopyreum*. Leg. *Ac sese pictum laudabat miles in unda*. Turneb. Adverſ. l.4, c.19. vulgò, *Æs pyreum conlaudabat miles in unda*. Reſtituendum puto: *Æs Ephyreum conlaudabat m.in uda* (ſeu *ima*) *Quæsitus tellure* -- Nam *uda* in *unda* migravit non rarò. Gifanius Ind. Lucret. Totum locum ita emendo:

Æs Ephyreum l. miles : in uda
Quæsitus t. n. c. ostro ;
Hinc N. lapides ---
Atque --- (deeſt)
Ecce a. c. & læsa v. pacis :

Q. i. ſ. Mauris (ſic & edit. Frellon.) *fera ; & v. H.*

Excutitur (puto abeſſe *Aſrorum*. Sic: *A.e.* prout omnes, atque etiam Wouweren, cujus nobis Erhardus textum interpretatur) ---

Ad m. pretiosa : (ſic & Germanus Colladonius hîc diſtinguit atque legit) *fames p. a. classes :*

Tigris & a. g. jactatur in a.
Vt b. -- --
H. p. e. parituraque p. f.

Æs Ephyreum, eſt Corinthium: Iuven. *Ephyræum*, Virgil. *Ephyreium*. Queritur *æs Ephyræum* eſſe in amore militi, quod armis [fabricandis] non faciat; illud quod faciat non eſſe. Palmerius in Spicileg. *fames premit advena classes*. Claſſe ex Ægypto Romam commeatus portabatur. At Imperatores eò dementiæ venerunt, ut annonaria claſſe feras, ac circo arenam peterent. Idem Palmer. Spicileg. Douſa MS. Fidem emendationi facit Sueton. Nerone. *Ex annonæ quoque caritate, licitantium accrevit invidia. Nam & fortè accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nunciaretur Arenam luctatoribus aulicis advexisse*, &c. Meller. Anonym. MSus: *Advenam famem* vocat beſtias, quæ tantùm crudelitatis & voracitatis commendatione a-

luntur. Salmaſius: *Assyria concham*, & Hi verſus ita legendi:

Hesperium coccum laudabat miles, e
dem
Quæsitus tellure nitor certaverat ostri
Coccum Hispanicum laudat miles, e
que veſtiri expetebat; *Eadem tellu*
quæsitus nitor ostrô certabat, id eſt m
nium. Petronius *nitorem* abſolutè
minio dixit, quia inter colores pr
rioſos, & quos Græci ἀνθερῶδες, flo
dos vocant.

1. *Numidæ crustas*] Senec. Epiſ
LXXXVI. *Pauper sibi videtur ac sordidus,*
nisi parietes magnis & pretiosis orbibus
fulserint, nisi Alexandrina marmora Nu
midicis crustis distincta sint, nisi illis u
dique operosa & in modum picturæ vari
gata circumlitio prætexatur. Numidæ cr
stas, id eſt, marmora, hinc cruſt
marmoreæ *l. xvij § quæ tabul. ff.*
action. Empt. Plin. l. XXXVI, c. VI. Sido
l. II Ep. II. *Iam si marmora inquira*
non illic Paros, Charisios, Proconisios, Phr
ges, Numidæ, Spartiatæ, rupium variat
rum posuere crustas. S. A. Gabbema.

2. *Nova vellera Seres*] Senec. Tr
gicus Thyeſte:

Seres vellere nobiles.

Lanuginem quandam Seres pete bant, ex arboribus, quam poſte nentes *Sericum*, ſic ab illis denom natum, conficiebant. Vide Amm Marcell. lib. XXIII, ubi latiùs de *ſe rici* confectura. Puto *nova* Petroni vocari, quæ Senecæ coævo ſcriptor *acu distincta*, tunc primùm beatior bus inventa. Id autem dubium no eſt, primitus *sericum* arboribûs de pecti; *byssum* verò inſtar lini è terr edi; bombycinum à vermiculis gign *Gonsalius*. Errat procul dubio *sericu* bombycino contradiſtinguendo. Vid Iſidorus l.19, c.27; & Scalig. Exerc 158 adv. Cardan.

3. *Atque Arabum populus sua dispo*
liave

Ecce aliæ clades, & [1] læsa vulnera pacis.
[2] Quæritur in sylvis Mauris fera: & altimus [3] Ammon
Afrorum excutitur. ne desit bellua dente,
[4] Ad mortes pretiosa suas, premit advena classes
Tigris, & [5] aurata gradiens vectatur in aula,
[6] Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
Heu pudet effari, perituraque prodere fata!
[7] Persarum ritu male pubescentibus annis

Subri-

averat arva] Vt Romam frutices aromaticos, ac odores mitteret. *S. A. Gabbema.*

1. *læsa vulnera pacis*] Elegantissime. Sic Claudian. *vulnere famæ.* Barth. 1. 1972. *Erhardus.* Barthius hîc: *læsæ*, q. constupratæ. Tertullian. in Sodoma: *--læsum Sodomis amittere sexum.*

2. *Quæritur in sylvis Mauris fera*] additio Lugdunensis *Mauri.* aliquando rectius, nisi fallor: ut sit Enallage numerorum, *in sylvis Mauri*, pro Maurorum, & Mauritaniæ. Potest etiam legi, *Mauro*, tertio casu, pro quæritur à Mauro venatore. Vel *in sylvis Mauris*, *Maura sylvæ.* ut apud Horat. *Maura jacula*, *Mauri angues*, et *Maura unda.* Nam de venatione leonum hîc Petronium loqui, ea quæ de tigride subjicit facile fidem decerint. In Mauritania multi & magni leones. *Ch. Richardus.*

3. *Ammon Afrorum*] pro *Libya*, ubi Iupiter *Ammon* vel *Hammon* ab Graecis sic dictus colebatur: ἄμμος arena. *Libya* item inter quaternas pars Africæ penultima, versus oceanum Æthiopicum. olim excepta Carthaginensi regione, tota Africa Libya audiit. *Mauritania* seu *Mauri* qui præcesserunt, pars sunt Barbariæ juxta oceanum Atlanticum, & fretum Gaditanum. Barbaria primus quadrans Africæ, *Numidarum* quos etiam habimus secundus, quartum Nigritarum terra sibi vendicat. Iuxta hodiernam distributionem. *Car. Steph.*

4. *Ad mortes* &c.] Hic repete quæ paulò ante ad verba *Assyria concham*, in fine ibi collationis 11 versuum, ex Palmerio, Dousa, & Anonymo adducta.

5. *aurata gradiens vectatur in aula*] *Auratam aulam*, clausturam aut caveam interpretor, quibus advehi ferae consueverant. non ineptè, quum clausura illa, quasi ὑπαιθρος sint & *subdialia*, quæ loca Homero sæpius *aula* proprie nuncupantur, ut Rhodiginus fusè observavit, lib. XII. Ferreæ & ligneæ primitus eæ caveæ fuere, sed postea inauratæ coeptæ sub profusis admodum principibus, potissimum Nerone. *Gonsalius.* Adi & Pomponium Sabinum in Cirin Virg. *Gabbema.*

6. *Vt bibat humanum*, &c.] Imitatus est Prudentius:

Funditur humanis Latiali in munere sanguis.

Salvian. l. VI. *In spectaculis primum delitiarum genus est, mori homines, impleri ferarum alvos humanis carnibus, cum circumstantium voluptate.* Gabbema.

7. *Persarum ritu*] Persarum mos pueris virilitatem exsecare formâ præcipue cæteris antecedentibus. Semiramidis illud inventum est, ut refert Ammian. lib. XIV, c. XVII: Claudian. lib. I in Eutrop. Domitianus hoc primus prohibuit, ut ex Stat. Sylv. lib. III de Coma Earin. patet. *Gabbema.* Claudianus:

Subripuere[1] *viros ; exsectaque*[2] *viscera ferro*
In venerem fregere : atque ut fuga mobilis ævi
Circumscripta mora properantes differat annos.
[3] *Quærit se natura, nec invenit. omnibus ergo*
[4] *Scorta placent,* [5] *fractique enervi corpore gressus,*
[6] *Et laxi crines, & tot nova nomina vestis,*
[7] *Quæque virum quærunt.* [8] *Ecce Afris cruta terris*

Citre

-- seu prima Semiramis astu
Assyrium mentita virum, ne vocis acuta
Mollities, leveque genas se prodere possent,
Hos sibi conjunxit similes ; seu Persica ferrò
Luxuries vetuit nasci languinis umbram. I. à Wouweren.

1. *viros*] Genitalia. Catull. Carm. de Berecynthia & Aty :

Itáque ut relicta sensit sibi membra sine viro.

Sic Arnob. *vir* pro crepundiis illis Pyrgopolinicæis. *Gabbema.* Arnobius I. 1. *Attyn spoliatum virô.* lib. 5. *Attys virum sibi abstulit.* Græcis hoc ἀνδρατμεύειν (evirare). *Wouweren.*

2. *viscera*] id est, testiculos. Dicit id quod in Notis Gratioſi Epidauritæ legitur ; A. T. A. *adulescenti testiculos absidit.* S. A. Gabbema.

3. *Quærit se natura*] Huc spectat capitalis illa legis pœna Constantio & Constante auctoribûs perlatæ : *Cùm vir nubit in fœminam virus porrectuam quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum ? ubi scelus est id quod non proficit scire ? ubi Venus mutatur in alteram formam ? ubi amor quæritur nec invenitur ?* Ex Durant. Castellio in l. cùm vir nubit 31 C. ad l. Iul. de adult. *I. Dousa.*

4. *Scorta*] Adolescentes exsecti. *Gabbem.*

5. *fractique enervi corpore gressus*] Salvian. lib. 5 de Provid. *Cùm muliebrem habitum viri sumerent, & magis quam mulieres gradum frangerent.* Hieron. ad Rust. *Qui gradum mollius incedendo frangunt, tamquam ferrent sacra Iunonis, ut Iuvenalis & alii ludunt.* Cicer. lib. 1 de Officiis scribit, esse *similes pomparum ferculis.* Marinus Neapol. putat etiam animi rationem esse incessûs colligi. Vnde & Salluſt. de Catil. *Cujus incessus modo citus, modo tardus.* Ita nobis Iulianum describit Gregorius Theologus : & Cicer. de Antonianis in XIII Phil. *Io. Alex. Brasican.*

6. *Et laxi crines*] Pro quo ego *flexi*, lubenter repoſuerim ad illud Martial. accommodandum :

--- Molleque flagellent
Colla coma. --- vel certè *lixi* reſcribendum, id est, lixiviô (quam *caſticam* seu *Batavam spumam* idem poëta appellitat) loti atque imbuti crines. Verbi causſâ :

Et mutat Latius spuma Batava coma

Nisi ſi tamen, *laxos*, pro ſolutis interpretari malimus. *Dousa.* Cicero dicere ſolebat de Cæſare, ſe quò minùs crederet eum ad tyrannidem aſpirare, adduci capillorum mollitiem fluentium argumentô. Petron. quoque *crines laxos* inter luxus titulos recenſet. *Idem* MS.

7. *Quæque virum quærunt*] Que videbant mollem, victu, ore, veſtu, de eo dicebant, *Hic virum quærit.* Idem olim de Pompeio M. dictum qui cùm omni corporis habitu & incessu mollitiem præferret, hoc effugere non potuit. Ita enim à Cinnæ poëta perſtrictus fuit :

Faſciolâ qui cruta tegit, digito caſ
uno

Scalpi

Citrea mensa, [1] *greges servorum, ostrumque renidens*
Ponitur, [2] *ac maculis imitatur vilibus aurum,*
Quæ turbant [3] *censum.* [4] *hostile ac male nobile* [5] *lignum*
Turba

Scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum, Scaliger F.

8. *Ecce Afris eruta terris Citrea mensa*] Sic mei editi omnes. Dousa ad hornesI: c. M. *Aurea m.* hoc quidem etiam in c. Tragur. latet in *Aurea* (Aurea) *m.* sed non placet propter sequens *imitatur* (c. Tragur. *mutatur* quomodo & Dousæ c. M.) *aurum.* Quamquam Chr. Richardus juxta Plantin. edit. legere suadeat: *ac maculis* (ipsi, Pario lapide) *mutatur* (pernutatur) *vilibus aurum.* Martial. l. 14 Epigr. 89, cujus lemma: *Mensa citrea. Accipe felices Atlantica munera silvas, Aurea qui dederit dona minora dabit?* Videndus Rader. ad Martial. lib. 12 Epigr. 54; & lib. 14 Epigr. 79. *Erhardus.* Mensas è citro intelligit ex Mauritania Africæ regione magno precio Romam adlatas: quæ & eburneis pedibûs fulciebantur. Martial. lib. 11 Ep. XLIII: lib. IX Ep. XXII. Non hîc prætereundum est quod de Seneca Philosophi tradit Dio lib. LXI. Quingentos nimirum tripodas ipsum habuisse de ligno cedrino, pedibus eburneis sustultos, similes prorsus & pares inter se, super quibus epulari consueverat. Singulorum pretium ex Tertull. lib. de Pallio c. V. cognoscere licet. *Adige cautè rem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibûs numûm orbem* Citri *emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro* mensa *ejusdem Mauritaniæ numerat.* Gonsalius. *Quingenta nummûm millia,* seu quingenta sestertiûm millia (quod idem) quibûs una Tullii *mensa citrea* constitit, efficiunt Philippicos 12500. Ex hujus quingenties summæ cumulatione apparebit, qualis Seneca præco frugalitatis & paupertatis fuerit, & tantumnon qualis philosophus? vix suo modò prurigineso Eumolpo nostrô melior. Talem Præceptorem, quidni Deus per talem Discipulum (Neronem) castigârit.

1. *greges servorum*] Plinius *legiones* vocavit; *agmina* Ammianus lib. XIV; Seneca *turbam,* Consol. ad Helv. Sed quid mirum, si unus Pedanius Secundus *quingentos servos* habuerit domi, testante Cornelio Tacit. lib. XIV Ann. imò *millenos* plurimi. Sed ut mireris semel audi Athenæum l. VI. Μυρίας καὶ δισμυρίας (οἰκέτας) ἢ ἔτι πλείους ὁ πάμπολλοι κέκτηντο· ὧν ἐπὶ θεσσεύκοντος ὁ Ἕλλην ζώπυρος Νικίας· ἀλλ' οἱ πλείους τῶν Ῥωμαίων συμπεφορήσας ἔχειν τὰς πλείστας. *Decem, imò viginti mille, & plures quoque servos habent, non quæstus causâ, ut ille Græcorum ditissimus Nicias, sed plerosque in publicum comitantes.* Petronii locus hîc haud dubitanter de pueris in triclinio ministrantibus capiendus. *I. A. Gonsalius.*

2. *ac maculis imitatur vilibus aurum*] Aliter quàm reliqui Interpretes hunc explicat locum Gonsalius, quem refutat Cl. Gronovius lib. III Observ. c. XI. *Gabbema. maculis.* Seneca de Tranquill. cap. I. *Placet minister incultus, & mensa non varietate macularum conspicua.* Wouweren. Sed is legi vult, *à maculis mutatur vilibus aurum.*

3. *censum*] Tornæs. R. Herm. c. Tragur. *sensum.* reliqui, *censum.* Dousa MS. *Quæ sensim trahat h. a. m. n. l.* c. MS.

4. *hostile*] id est, peregrinum. Et *hostem* antiqui vocarunt quem nos hospitem; Ennius de Scipione Africano:

Hic est ille situs cui nemo cive neque hostis
Quivit pro factis reddere operæ pretium.

Turba sepulta mero cicumvenit : omniaque [1] orbis
Præmia, [2] conceptis miles vagus [3] exstruit armis.
[4] Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
[5] Ad mensam vivus perducitur, inque [6] Lucrinis
Eruta litoribus [7] vendunt conchylia cœnas,
Vt renovent per damna famem. jam [8] Phasidos unda
Orbata est avibus : mutoque in litore [9] tantum
Solæ desertis adspirant frondibus auræ.
Nec minor [10] in campo furor est, emptique Quirites
Ad prædam [11] strepitumque lucri suffragia vertunt.

Venalis

In sacris resolutoriis dicebatur: HOSTIS. VINCTUS. MULIER VIRGO. EXESTO. Et *hostius*, id est peregrinus Plaut. in Milit. *Ian. Laurenberg.*

5. *lignum*] Seneca de Benef. *Video istic mensas ac lignum æstimatura senatorio censu.* Tertull. de Pallio: *Heu quantis facultatibus æstimauere ligneas maculas?* I. à Wouweren.

1. *orbis Præmia*] Sulpician.
Omnia bellorum terrâ quæsita marique
Præmia. Fr. Pithœus.

2. *conceptis*] Omnes quotquot aliæ adsunt editiones, quarum 8, quas inter (uti constat) Tornæsii, Dousæ, &c. Tornæs. autem complectitur & Stephani, insuper & c. Tragur. habent *correptis*.

3. *exstruit*] M. c. *esurit*. rectè. *Dousa* MS.

4. *Ingeniosa gula est*] Martial. l. 13 de gallina altili : *-- pascitur in tenebris*
Ingeniosa gula est. -- Fr. Pithœus.

5. *Ad mensam vivus perducitur*] De mullo Seneca l. 11 Nat. Quæst. *Parum videtur recens mullus, nisi qui in convivæ manu emoritur.* Ejus rationem Plinius reddit l. IX, c. XVII. *S. A. Gabbema.*

6. *Lucrinis Eruta litoribus conchylia*] E lacu Lucrino, qui in Campania est. Erythrei, & quorundam aliorum sententiâ, *Lucrinus* lacus mare mortuum adpellatur, unde ferebantur ostreæ nobilissimæ, quæ hic conchylia vocat; lautorum mensæ apponebantur. Martial. l. 13 Epigr. 77.
Ebria Bajano veni modò concha Lucrinò;
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.
Rader. ad Matt. *Ge. Erhardus.*

7. *vendunt conchylia cœnas*] Totarum cœnarum pretiis conchylia comparantur. mira est phrasis. *Ga. Barthius.*

8. *Phasidos unda*] *Phasis* Colchidis flumen ingens, & omnium Ponti amnium clarissimus. *Gloss. Petron. Vnda*, propriè est aqua globata, quales fluctus. Hic synecdochê generis, aut materiæ, pro aqua.

9. *tantum*] *cantum*. Meller. Lepidè; *aura adspirant cantum frondibus.* Lucretius quoque *canere* ait *sylvas*, eod. modo Virgil. *loqui sylvas*; itemque Catullus, *loquentem sæpe sibilum edidit coma.* Et mox Arbiter:
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur. Dousa MS.

10. *in campo*] *Martio* ubi Comitia. æmulatur Lucanum, apud quem ambitiosæ querelæ de suffragiis corruptis lib. I Phars. *Ga. Barthius.*

11. *strepitumque lucri*] *crepitumque lucri.* Quantò enim verius est, *crepare pecuniam* sive *lucrum*, quàm *strepere*. tametsi de hoc nihil scio, nisi nescio: ita omnibus Petronii locis, *strepitum* invenio, ubi meæ aures crepitum requirebant. Itaque nihil ferè in his notis aliud crepo. *Anonym.* MS. Ita quidem est, *strepitum* hic accipi posse imo

Venalis populus, [1] *venalis curia Patrum.*
Est favor in precio, senibus quoque [2] *libera virtus*
Exciderat, [3] *sparsisque opibus conversa* [4] *potestas,*
Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.
[5] *Pellitur à populo* [6] *victus Cato: tristior ille est,*
Qui vicit, [7] *fasceque pudet rapuisse Catoni.*
Namque hoc [8] *dedecus est populi,* [9] *morumque ruina.*
Non homo pulsus erat; sed in uno victa potestas,
Romanumque decus. quare tam perdita Roma
[10] *Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda.*

Præter-

mò debere pro rumore, aut indicio verborum; sed tamen mens nostri Anonymi, potuisse metaphoram ex re ipsa duci, &, si quid video, eleganter.

1. *venalis curia Patrum*] pecuniæ ausâ omnia conceduntur. Nam si quis pecuniosus à Senatu aliquid optat, pecuniam senatoribus exhibendo, statim quod vult consequitur. Hinc M. Cato apud Sallustium in Catil. *pecuniæ servitis.* Ibid. *Quibus omnia honesta atque inhonesta comparare nos erat:* id est, qui per fas & nefas pecuniam comparare studebant. Ipse quoque Petronius suprà:

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat? &c. Gilbert. Cognatus in Adag. *omnia venalia habet.* vide Rund. de Rom. Curiæ venalitate in Adagio:

Prostat & in quæstu pro meretrice sedet.

Apud Iac. Magni Sopholog. lib. 5, cap. 33; & lib. 8, c. 6 legitur, *curia primum.* mendosè. *Ge. Erhardus.*

2. *libera virtus*] *Libertas.* Sic *provida virtus* pro *prudentia* apud Prudentium Psychom. *Ga. Barthius.*

3. *sparsisque opibus*] f. *partisque o.* Anonym. MS. *sparsisque o.* Vid. Florum lib. 3, c. 12. *Barth.*

4. *potestas*] *Magistratus.* Claudian.

— *potestates prisci discriminat ordo.*

Id. Barth.

5. *Pellitur à populo victus Cato*] Sæpius id contigit Catoni publicæ ergo tuendæ libertatis. Insignior verò & effrænatior tum planè fuit seditiosorum audacia, quum Metellum Tribunum plebis legem promulgantem, cujus summa erat, ut Pompeio ab Asia cum magno exercitu in Italiam venire permitteretur: inlustri illo prætextu, nempe ut urbem à Catilina in periculum conjectam servaret, animus verò ejusdem Merelli esset, ut Principatus, ac Resp. in manus Pompeio traderentur, acriter aspernatus est. *I. A. Gonsalius.*

6. *victus Cato: tristior ille est, qui vicit*] Cadmæa isthæc victoria fuit, de qua Plut. *περὶ παίδων ἀγωγῆς* [de Lib. educat. potiùs *περὶ φιλαδελφίας, de Fraterno amore*]. ac postea Parœmiographi. Mirificè autem Petronio facem prætulit Aristenetus, lib. 11 Ep. VI. *Idem.*

7. *fasceque pudet rapuisse Catoni*] Bis enim repulsam tulit Cato, scil. in petitione Præturæ, quum ei prælatus Vatinius; & in Consulatûs. *S. A. Gabbema.*

8. *dedecus est populi*] Tornæs. al. *dedecori populo.* Vbi Dousa: sic & c. M. Ita & c. Tragur.

9. *morum ruina*] Salvianus lib. 6. *Nonne in civitate eadem & rerum ruina & morum?* Barthius.

10. *Ipsa sui merces erat*] Sallust. Orat. Lepidi: *plebis innoxiæ patriæ sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum.*

Præterea [1] gemino deprensam gurgite prædam
[2] Fenoris ingluvies, [3] usuſque excederat æris.
[4] Nulla eſt certa domus, nullium ſine pignore corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens [5] hiris latrantibus errat.

Arma

lerum. Barthius. Florus lib. 3. *Et miſera Reſp. in exitium ſuum merces erat.* Fr. Pithœus.

1. *gemino deprenſam gurgite*] Quænam maria *geminum gurgitem* hîc Petron. adpellat? an ea, quæ Florus in Civili hoc bello *Inteſtinum*, & *Externum*, hoc eſt, *Mediterraneum*, & *Oceanum?* illud Plinio & *Internum*, Straboni Ἔνδοι; hocce *Exterius* Lucano, Ἐκτὸς Ptolemæo. An illa quæ ſub nominibus *Superi* & *Inferi* extiterunt? Ita indigitantur *Adriaticum & Tyrrhenum.* An denique Geographiæ illi adſentiens Græcorum, univerſum, quantum maris eſt toto in orbe bifariam dividentium, ſub *gemini gurgitis* adpellatione integrum Thetidos Nepturique vaſtum imperium voluit ſubintelligi? Docti viderint. *Gonſalius. gemino deprenſam gurgite prædam.* Metaphora ex re tradu&ta, in mari periclitantibus convenientiſſima Douſa Præcidan. pro Catullo, cap. 6. *gemino gurgite*, i. avaritia & prodigalitate ſeu luxu. Vide de his Rom. moribus Salluſt. in Catil. & Iugurth. Lucan. lib. 3, & 7: alios, quos allegat P. Broſſæus Animadverſ. in Caſſiodor. lib. 12 epiſt. 39. *Erhardus.* Senſus eſſet, *Præterea--æris:* Iam ferè fenus matrem (avaritiam) & filiam (prodigalitatem, (illam per hanc, peſſum dederat.

2. *Fenoris ingluvies* &c.] M. Cato in Orat. de actionibus apud populum: *Facite vobis in mentem veniat, Quirites, ex ære alieno in hac civitate, & tu alios omnibus, propter diem atque fenus ſæpiſſimum diſcordiam fuiſſe.* Salluſt. firmat. 1 Hiſtor. Inventum ſanè conſtat optimatum vitiô atque culpâ. Cùm enim penes hos, urbis agrique Romani eſſent divitiæ, ſervili imperiô patres plebem exercere, de vita atque tergo, regio more conſulere, & agrô pellere, ac cæteris expertibûs, ſoli in imperio agere. Plebs inops, atque indiga, ſemper ære alieno obrui. Inde turbines Romæ ſpiſſiſſimi, & ſpurciſſimi: & ſæpe compoſiti, ſæpe renaſcentes. Inde feceſſus in Aventinum, inde Tribunitii tumultus. Lucillius ita de iſto malo:

Sublatus pudor, omni' licentia, fenu' refertur. Et alibi:

Cætera contemnit, & in uſura omnia ponit.

— Stultis nihil eſt ſatis omnia cum ſint.

Et idem, ut notes fenus in ditioribus:

Luciu' Cotta fenex, Craſſi pater, hujus' Panati,
Magnus trico fuit nummariu', ſolvere nulli
Lentus. --- S. A. Gabbema.

3. *uſus*] Notandum pro *uſura.* Obtinent enim locum fructuum uſuræ. l. 34 ff. de Vſur. *Ga. Barthius.*

4. *Nulla eſt certa domus*] Diductio præmiſſi gurgitis, & agendi feneratorum modus. Barthius: Nullius domus certum dominium, feneratoribus omnia obtinentibûs.

5. *hiris latrantibus*] Sic & edit. Frelon. Tornæſ. reliqui, una cum c. Tragur. *curis l.* Erhardus: *curis latr.* loquitur de Romanæ, juventutis effuſione & ære alieno, nulli ajens, patrimonium ſuum relictum, ſed ut tabem æs alienum in omnes defluxiſſe. Itaque commodiùs legeretur, *hiris latrantibûs.* Notum enim eſt *hiram* eſſe

Arma placent miseris, detritaque commoda luxu
Vulneribus reparantur. [1] *inops audacia tuta est.*
[2] *Hoc mersam cœno Romam, somnoque jacentem*
Quæ poterant artes sana ratione movere,
Ni furor, & bellum, ferroque excita libido?
[3] *Tres tulerat Fortuna Duces, quos obruit omnis*
Armorum strue diversa [4] *feralis Enyo.*
[5] *Crassum Parthus habet,* [6] *Lybico jacet æquore Magnus,*

[1] *Iulius*

esse intestinum jejunum, quod ut inane & vacuum semper est: ita isti gumiæ satiabantur numquam, sed hiabant luxu & avaritiâ semper. semper autem famelicorum intestina à bonis scriptoribus *crepare* aut *latrare* dicuntur. *Guiljelmius.* Plaut. Q. in Mostell. c. 4.

1. *inops audacia tuta est*] Sallust. *Semper in civitate, quibus opes nullæ sunt bonis invident, malos extollunt: vetera odere, nova expetunt: odiô suarum rerum mutari omnia student: turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facilè habetur sine damno.* Dousa. *inops a. t. e.* Exemplum apud Horatium lib. 2 Epist. 2. *Barthius. inops aud. t. e.* proverbialiter. Idem alio loco:

Quisquis inops peccat minor est reus.---

Cognatus in Adagior. sylloge. *Ge. Erhardus.*

2. *Hoc mersam cœno R.*] Florus: *Illæ opes atque divitiæ, afflixere seculi mores; mersamque vitiis suis quasi sentinâ Remp. pessumdedere.* Fr. Pithœus.

3. *Tres tulerat Fortuna Duces*] Sic omnes, etiam c. Tragur. Dousa in Præcidan. c. XII. In membranaceo codice: *Tres dederat fortuna Duces*, liquidò referebatur. A sequentium verò versuum argutia Martialis noster Epigrammatis unius acumen, quod magni Pompeji, ejusque filiorum manibus imputandum censuit, mutuatus videri potest, nimirum: *Pompejos juvenes Asia, atque Europa* &c. quod referetur paulò post. Subjungit Dousa hæc memoranda unde de ætate Petronii statuere liceat. Quid mirum verò? (inquit) qui vel acutissimum hemistichium illud ex hoc ipso poëmate ad alterius item epigrammatis conclusionem transcripserat sibi:

Ingeniosa gula est.

Alterum præterea quoddam à D. Hieronymo, in epist. ad Demetriad. de virginitate servanda, Arbitro, non Martiali auctori condonatum:

Non bene olet, qui bene semper det.

Quem tamen versum nulla sui parte minutum, aut immutatum, apud Martialem reperias etiamnum hodie lib. II Epigr. XII. Gabbema: Florus in bello civili: *Fortè tum Crassius, genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen auctiores opes. Cajus Cæsar eloquentiâ & spiritu, & jam Consulatu adlevabatur. Pompejus tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem comparare, Crasso augere, Pompejo retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiæ cupidis de invadenda Republica facile convenit. Ergo quum mutuis viribus in suum quisque decus niteretur, Galliam Cæsar invadit, Crassius Asiam, Pompejus Hispaniam, tres maximos exercitus: & jam sic orbis imperium societate trium Principum occupatur.*

4. *feralis Enyo*] Latinis *Bellona*, Dea belli, & Martis *Aurigatrix* Virgilio: sic *civilis belli Envo* Mart. lib. VI Epigr. XXXII: sic *navalis* Mart. In Amphith. ep. XXIV. *S. A. Gabbema.*

5. *Crassum Parthus habet*] De M. Crassi interitu sic Obsequens: Annô Vr-

[1] *Iulius ingratam perfudit sanguine Romam.*
Et, quasi non posset tot tellus ferre sepulcra,
[2] *Divisit cineres. hos gloria reddit honores.*
Est locus exciso penitus demersus hiatu,
[3] *Parthenopen inter magnæque Dicarchidos arva,*

[1] *Cocyta*

bis DCC, G. DOMITIO & APPIO CLAUDIO COSS. *M. Crassus ad Parthos profectus, quum Euphratem transiret, multa prodigia neglexit. Quum etiam exorta tempestas, signifero signum ereptum mersisset gurgite, & offendenti nimborum caligine prohiberentur transire, pertinaciter perseverans cum filio, & exercitu interiit.* S. A. Gabbema.

6. *Libyco jacet æquore Magnus*] M. Pompejus in Ægypto occisus. *Æquor Libycum* vocat abusive Ægyptium pelagus, quia vicina hæc maria. *In Pelusiaco litore*, ait Florus, *fuisse trucidatum.* hoc est, juxta Pelusium Ægypti civitatem, sed antequam in terram exscenderet. Cædem ejus scripsere Plut. Dio, Patercul. Lucanus, alii. Funus ex Appiani lib. II Bell. Civ. lubet referre: *Pompei caput per ministros Photini resectum, servatum est in adventum Cæsaris, exspectatione maximi præmii. Sed ille nefarium scelus pro merito ultus est. Reliquum truncum in litore quidem sepeliit, aggesto exiguo tumulo: cui alius quispiam hanc inscriptionem addidit.*

Pane caret tumulo cui tot modo templa fuerunt. Gonsalius. Lucanus lib. 8.

Pompejo raptim tumulum fortuna paravit,
Ne jaceat nullo, vel ne meliore sepulchro.

Petrus Comestor in Scholast. Histor. *Pompejus Hircano favens contra Aristobulum, Ierusalem templum obsedit, profanavit, in porticibus equos stabulavit. Unde numquam postea fuit fortunatus, qui prius erat fortunatissimus, & diu jacuit inhumatus.* Adi Iosephum Matthiadem in Antiquit. Iud. & Gortonidem in Epitom. & Conrad. Thuricensem in Fabulario. *Georg. Erhardus.*

1. *Iulius ingratam perfudit sanguine Romam*] De Ingrata illa urbe, habemus Paterculi testimonium, simulque fortissimi Ducis lenissimam vocem, II, LVI2, 1. *Laudandum experientiâ consilium est Pansæ atque Hirtii: qui semper prædixerant Cæsari*, ut principatum armis quæsitum armis teneret. *Ille dictitans*, mori se quàm timeri malle, *dum clementiam quam præstiterat expectat, incautus ab ingratis occupatus est.* S. A. Gabbema.

2. *Divisit cineres*] In Veterum poëtarum Catalectorum l. 1, extant epitaphia Pompejorum, in quorum IV.

--- --- *Divisa ruina est:*
Vno non potuit tanta jacere solo.

Simile quid Martialis habet libro V Epigr. LXXVI. *Gabbema.* Martial. lib. 5 Epigr. 71.

Pompejos juvenes Asia, atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes; si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? jacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

I. Dousa.

3. *Parthenopen inter magnæque Dicarchidos arva*] i. inter Neapolim & Puteolos. Campaniæ urbs Puteoli. vicina Neapoli, *Dicarchæa* Silio dicta lib. XII; & hic Petronio *Dicarchis*: Plinio verò & Festo *Dicæarchia colonia.* Describit hic Petronius summum Vesuvii montis hiatum: mons ille juxta Dionem Amphitheatri formam refert. *Gonsal. Dicarchidos arva. Cumarum*, MS. Bongarsini glossat. *Erhardus. Dicæarchia*, Puteoli dicti quòd juste

[1] *Cocyta perfusus aqua. nam spiritus extra*
Qui furit, effusus funesto spargitur æstu.
Non hæc auctumno tellus viret, aut alit herbas
Cespite lætus ager : non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu [2] *virgulta loquuntur :*
Sed chaos, & [3] *nigro squallentia pumice saxa*
Gaudent [4] *ferali circumtumulata cupressu.*
Has inter sedes [5] *Ditis pater extulit ora,*
Bustorum flammis, & cana sparsa favilla,
Ac tali volucrem Fortunam voce lacessit :
† *Rerum humanarum, divinarumque* [6] *potestas,*

† *Dis Pater.*

Fors,

justè regerentur. *Gloss Petron.* Cæterùm *Cumæ* & *Puteoli* vicinæ quidem, haud eædem.

1. *Cocyta perfusus aqua*] *Cocytia* c.M. Dousæ, & Tragur. Richardus : Probo *Cocyta* pro *Cocytia*, ut *Ceraunum saxum*, pro *Ceraunio* dixit Propert.

Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno. Et ut idem dixit *Parthum tellurem*, & *Parthos focos*, ac Virgilius *Romulam tellurem.* Gabbema : Circa *lacum* Lucrinum Geographi constituunt fluvium *Cocytum.*

2. *virgulta loquuntur*] Mart. Capella in Mus. *Quóque procerior arbor est & in altum tendit, eò magìs acutum sonum reddit : quæcunque verò quàm minimum ab radice absunt, graviùs & rauco murmure quatiuntur.* Gabbema. Manil. lib. 3. --- *totumque canora*

Voce nemus loquitur. ---- Longus 1 Parmen. εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν ἠρέμα ῥέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας (*Conjectaret quis fluvios quietè labentes canere, & ventos pineta perflantes fistulare*). Ga. Barthius.

3. *nigro squallentia pumice saxa*] Plinius de Vesuvio ardente Ep. XVI lib. VI. *Iam navibus cinis incidebat, quò propiùs accederent calidior ac densior; jam* pumices *etiam* nigrique *& ambusti.* S. A. Gabbema.

4. *ferali circumtumulata cupressu*] Horat. *Cupressus funebris.* Acro : *Inferis consecratas & funeri aptas, quia funeribus adhibebantur : nam ut cupressus recisa nunquam repullulat, ita mortui non redeunt ad vitam.* quod & adnotat Servius in IV Æneid. Lutatius : *Apollo misertus Cyparissi, vertit eum in arborem sui nominis ; Hæc causa est, quare cupressus divitum funeribus adhibetur. Lucan.*

Et non plebejos luctus testata cupressus,
Quia funestatas familias Romani hac notabant. Quidam volunt ad hoc electam arborem, quia infructuosa apta defunctis, vel quod in tutelam dixerint inferorum, &c. Gabbema ex Wouweren.

5. *Ditis pater*] *Ditis* recto casu in Glossar. *Ditis pater*, πλούτων (*Pluto*, deus inferorum). Scaliger in Cirin. *Ex observ. Variorum.* Scalig. in Catal. ad Ætnam. Adde Goldastum in Parænætic. ad Columban. *Ge. Erhardus.*

6. *potestas*] Italico idiotismô hodie Magistratum sive magistrum sonat. *Barthius.* Optatus Afer lib. III. *Potestatibus & Regibus injuriam facere.* Frisii, ferox & libertatis retinentissima gens est, legatum Imperatoris qui ageret, & diffusis Reip. membris uno imperio legitimo colligendis, concordiam ordinum tueretur, è medio sui creabant, POTESTATIS nomine more Italorum ei imposito ; ut loquitur Emmius lib. VI Histor. Fris. Sic antequam prælium, quod

cum

[1] *Fors, cui nulla placet nimium secura potestas,*
Quæ [2] *nova semper amas, & mox possessa relinquis;*
Ecquid Romano sentis te pondere victam?
Nec posse ulterius perituram extollere molem?
Ipsa suas vires odit Romana juventus,
Et quas struxit opes, male sustinet. adspice late
Luxuriam spoliorum, & [3] *censum in damna furentem.*
[4] *Ædificant auro, sedesque ad sidera mittunt.*
[5] *Expelluntur aquæ saxis; mare nascitur arvis;*

Et

cum Frisiis commisit Guljelmus IV Hollandorum comes, juxta Staveram, die VII Kal. Oct. M CCC XLV inire tur, fœdus cum Guiljelmo ferire voluerunt Frisii, ac in signum candidi & non fucati animi, ut IV Frisii claritate natalium præ cæteris insigniores Comitem scuto imponerent, ac quaquà versum humeris sustinentium vibraretur, cum sonitu exclamarent: Libera gens & Exercitus, HÆC EST POTESTAS FRISIÆ. Quem morem à priscis Caninefatibus usque, quibus teste Tacit. Hist. lib. IV hoc in usu, intemeratum adservaverant in illum diem Frisii. *Gabbema.* Suetonius in Claud. *Iurisdictiones de fideicommissis, quotannis & tantùm in urbe magistratibus delegari solitam, in perpetuum: atque etiam per provincias potestatibus demandavit.* Liv. 6 ab urbe: *Et potestate transacta.* loquitur de Tribunatu. Sic videmus *potestatem* pro magistratu olim jam dixisse. Et habuimus suprà: *potestates priscus discriminat ordo.* Claudian. *potestas* magistratus; in Racematt. Barthius. Hic vero *potestas* absolutè sumitur, pro vi & imperio.

1. *Fors cui nulla*] *Fors*, Fortuna, Huguitioni, Papiæ, Balbo, Buttoni. Sed hunc versum totum omisit Scaliger in Catalectis. *Erhardus.* Nec agnoscit cod. Tragurienſis. isque est cujus in Recensione suprà mentio facta. Et suspectus mihi vel propter mox geminatum *potestas.*

2. *Fors nova semper amans*] Græcè: Ὡς μεταβολὰς χαίρουσα πανδιοῦς τύχη. Menand. *Fr. Pithœus.*

3. *censum in damna furentem*] Seneca Epist. 106. *Memini quondam fuisse nobilem Æsopi patinam, in quam quidquid solet apud lautos diem ducere, properans in damnum suum popina congesserat.* Ga. Barthius.

4. *Ædificant auro, sedesque* &c.] Auream hic Neronis domum Arbitrum insectari, palam est, cujus pluri ma apud Scriptores mentio, Suet xxxi; Tacit. lib. XV Ann. Plin. lib xxx, c. III: lib. XXXVI, c. XV. *Gabbema* Senec. lib. 2 Controv. *Sedes ipsas i tantum exstruxere, ut domus ad usum munimentum paratæ, sint nunc pericul non præsidio, tanta altitudo ædificiorum est,* &c. Io. à Wouweren.

5. *Expelluntur aquæ saxis,* &c.] Put primum hemistichium delirium Ne ronis designare, sic proditum in x Ann. à Cornelio, quum de Vrbi restauratione agit post Neronis in cendium: *Ruderi accipiendo Hostiensi paludes destinabat, utique naves quæ frumentum Tiberi subvectassent, onustæ rude re decurrerent.* Hemistichion verò al terum plura ejus admiranda opera quæ refert Tranquillus c. XXXI. pr mum ubi de insana ejus domo loqui tur: *Item stagnum maris instar, circum septum ædificiis ad urbium speciem.* & mox: *Præterea inchoabat piscinam à Misseno ad Avernum lacum, contectam, po*

ticibu

Et [1] *permutata rerum ſtatione rebellant.*
En etiam mea regna petunt. perfoſſa debiſcit
Molibus [2] *inſanis tellus, jam montibus hauſtis*
Antra gemunt: &, [3] *dum varios lapis invenit uſus,*
Inferni manes [4] *cœlum ſperare jubentur.*
Quare age, [5] *Fors, muta pacatum in prœlia vultum*
Romanoſque cie, ac noſtris da funera regnis.
Iam pridem nullo [6] *perfundimus ora cruore,*

Nec

ticiis concluſam, quò quidquid totis Bajis calidarum eſſet, committeretur. Foſſam ab Averno Hoſtiam uſque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per milliaria &c. Rebellant igitur *aquæ & arva.* Gonſalius. *aquæ ſaxis.* Ad vivum Papinianus 1 Sylv. 3. *Barthius. mare naſcitur arvis.* Sen. 5 Controv. *Ajunt in ſummis culminibus mentita nemora, & navigabilium piſcinarum freta.* Idem.

1. *mutata rerum ſtatione*] contra naturam. Sen. Ep. 123. *Idem Ga. Barthius.*

2. *inſanis*] Vſque ad miraculum magnis. Vide Caſaubon. ad Athen. 13, 5. *Idem.*

3. *dum varios lapis invenit uſus, Inferni manes* &c.] Tornæſius: *dum varius* (al. *varios*) *lapis inv. uſum* (al. *uſus*), *Inferni m.* Tragur. c. *dum vanus* (i. *varius*) *lapis i. uſum I. m.* Erhardus: Leg. *Parius lapis inv. uſus.* Palmer. in Spicileg. Imò leg. *varius lapis*, ut ap. Horat. lib. 2 Sat. 4. ubi malè Glareanus & Eraſmus *Parior* ſubſtituunt. Douſa Comm. in Horat. *varius lapis*, marmor quod eſt varii coloris. Vitruv. lib. 7, c. 7. *Ex eo antiqui qui initia expolitionibus inſtituerunt, imitati ſunt primum cruſtarum marmorearum varietates.* Savaro ad Sidon. lib. 1 Ep. 2. Poteſt tamen & vulgata lectio non incommodè retineri. Ait Pluto: dum lapidibus, quorum cottidie novos uſus inveniunt, & novis inventionibus adhibent, cædendis & eruendis montes & valles excavantur, metuere ſe ne terra penitus excisâ ac inferis apertis animæ incluſæ evolent & ad cœlum tendant.

4. *cœlum ſperare jubentur*] pro *ſperant.* Eſt enim hoc verbum nonnunquam cum actione conjunctum. Iuven. Satyr. 6.

-- minùs ergo nocens erit Agrippina
Boletus: ſiquidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere juſſit
In cœlum. h. e. coëgit Claudium mori: Virgil. 2 Æneid.
Hectoris ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori. -- h. e. juſſu occiſa. Eſt autem Hebraiſmus, de quo multa Caſtalio Annotat. ad Ps. 138. *Erhardus.* Tornæſius & c. Tragur. *pro jubentur* habent *fatentur*, ille tamen: al. *jubentur.*

5. *Fors*] *Fors Fortuna*, à pleriſque *Fortis Fortuna* adpellatur; non rectè. à Servio Tullio conſecrata eſt, qui ei primus ædem fecit extra urbem in ripa Tiberis: quam bello Hetruſcô, vel auxit, vel reſtituit Carvilius, multò que pòſt Claudius Tiberius Imp. Hanc Deam colebant qui ſine arte aliqua vivebant. Vid. Donatum in Ter. Phorm. & in eumdem Georg. Fabric. & hujus Romam, cap. 12. *Roſinus.*

6. *perfundimus*] Sic omnes, etiam c. Tragur. Douſa: c. M. *perfudimus.*

1. *Tiſi-*

Nec mea [1] *Tisiphone sitientes perluit artus*
Ex quo [2] *Syllanus bibit ensis, horrida tellus*
Extulit in lucem [3] *nutritas sanguine fruges.*
Hæc ubi dicta dedit, [4] *dextræ conjungere dextram*
Conatus, rupto tellurem solvit hiatu.
Tum Fortuna levi defudit pectore voces :
† *O genitor, cui Cocyti penetralia parent.*
Si modo vera mihi fas est impune profari,
[5] *Vota tibi cedent. nec enim* [6] *minor ira rebellat*
Pectore in hoc, leviorve exurit flamma medullas.
Omnia, quæ tribui [7] *Romanis arcibus, odi ;*
Muneribusque meis irascor : destruet istas
Idem, qui posuit, moles Deus & mihi cordi
Quippe cremare viros, & sanguine pascere luxum.

† *Fortuna.*

[1] *Cerno*

1. *Tisiphone*] una ex Furiis à plectendis cædibus sic dicta. *Gloss. Petron.* Furiæ autem 3 : Alecto, Tisiphone, & Megæra.

2. *Syllanus ensis*] Senec. lib. 1 de Clement. *Sylla cùm in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationem tot militum sub gladio gementium, extemplo Senatu ; hoc agamus, inquit, Patres conscripti : seditiosi pauculi meo jussu occiduntur. Hic non est mentitus ; pauci Sylla videbantur*, &c. *Gabbema. Sylla* ex antiqua Scipionum familia, flagitia adolescentiæ Quæstor exuit. Græcè & Lat. bene doctus : fortis ac felix. Dictator effectus ita Remp. oppressit, ut nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere potuerit. Periit constituta Rep. depositaque Dictaturâ morbo pediculari. Sallustius, Cicero (in Verr.), Plutarchus, alii. Sed ultimam in *ensis* producam, qua ratione excusabimus ? Video demum alias edit. subjungere *&*, quod Gabbem. omisit.

3. *nutritas sanguine fruges*] Eruditissimè dictum. Servius in Virg. lib. XII. *& diis communibus aras grammeas. Marti gramen est sacrum, quod secundum Plinium ex humano cruore procreatur*, &c. Est apud Plinium lib. II, c. LXIII : & alibi. Meminit & Apulejus lib. de Herb. & Leontius Mythographus. *Io. Al. Brasicanus.*

4. *dextræ conjungere dextram Conatus*] Tacit. Ann. lib. II. *Iuravere amici dextram contingentes.* Cic. lib. V in Verr. vide Hansenium *de Iurejurando, c. ix.* S. A. Gabbema.

5. *Vota tibi cedent*] i. e. evenient quæ vovisti. *Douza P.*

6. *minor ira rebellat*] L. *rebullat.* Definire voluisse videtur iram. Est enim ea fretum (fervorem dicunt, sive rebullitionem) sanguinis circa cor. Palmer. *Ex observat. Varior.* Quid si *rebullit ?* quod non metuam in textum recipere. *Ge. Erhardus.*

7. *Romanis arcibus*] Romæ supplicia :

In freta Sicaniæ & Carthaginis exiit arces. (Sulpicia.)

Barthius. Leg. *artibus.* Putsch. & Pflugius. *Erhardus.* Sed frustra ; præstat *arcibus :* sequitur enim, *moles istas destruet qui posuit.*

1. *Cerno*

[1] *Cerno equidem* [2] *gemina jam ſtratos morte Philippos,*
[3] *Theſſaliæque rogos, & funera gentis Iberæ:*
[4] *Et Lybiæ cerno, & tua Nile gementia cloſtra.*
Iam fragor armorum trepidantes perſonat aures,
[5] *Actiacoſque ſinus, &* [6] *Appollinis arma timentes.*
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum,
Atque animas arceſſe novas: Vix navita [7] *Porthmeus*
Sufficiet

1. *Cerno equidem*] Enthuſiaſmus poëticus. Stat. 1 Achill.

-- *video jam mille carinis*
Ægeum Ioniumque premi. --

et Horat. 1 Carm. 15. *Ga. Barthius.*

2. *gemina jam ſtratos morte Philippos*] Tornæſius: *gemino jam ſtrictos Marte Phil.* al. *gemina jam ſtratos morte ſub.* Vbi Douſa: Sic & c. M. nimir. *gemina i. ſtrat.* Tragur. c. *gemina jam ſtrictos morte P.* Erhardus: Leg. *ſtruſos morte P.* Palmer. in Spicileg. Anonym. it. MS. (ad ed. Tornæſ.) L. *ſtruſos*, vel *inſtructos*. Douſa ſubnotavit: auctos ſtruicibûs ſeu immanibus cadaverum acervîs. Gronovius: Geminas exercituum occidiones, *Pharſalicam* & eam quæ dicitur *Philippenſis* intelligit Arbiter. Florus de congreſſu Iulii, & Pompeji: *Sic præcipitantibus fatîs prælio ſumpta eſt Theſſalia, & Philippicis campîs urbis, imperii, generis humani fata commiſſa ſunt.* Lucan. lib. 1 extremô, ubi vates cernit pugnam Pharſalicam: --- *Video Pangæa nivoſis*
Cana jugîs, latoſque Æmi ſub rupe Philippos.

et ubi eâdem videt Philippenſem:

-- *Nova da mihi cernere litora ponti,*
Telluremque novam. vidi jam Phœbe, Philippos.

3. *Theſſaliæque rogos*, &c.] Florus etiam loca recenſet: *Si locum, & ſpatium, ubi commiſſum eſt* [bellum civile *ſcis?*] *inter Italiam, indè ſe in Galliam, Hiſpaniamque deflexit, reverſumque ab Occaſu, totis viribûs in Epiro* Theſſaliaque *conſedit; hinc in Ægyptum ſubito tranſiit; indè reſpexit Aſiam, indè Africæ incubuit, poſtremò in Hiſpaniam remigravit, & ibi aliquando defecit.* S. A. Gabbema.

4. *Et Lybiæ*, &c.] Clauſtra Libyæ, *Mauritania.* Aſt *gementia* quoque, nempe ob interitum ejus Regis Iubæ, Pompejanarum partium fautoris. Ipſe quum foret à Cæſarianis victus in certamine ad Thapſon Africæ oppidum, in regiam ſe recepit, magnificéque epulatus, ſuper menſas & pocula interficiendum ſe præbuit Petrejo fugæ comiti, Auctoribus Florô lib. IV, & Appianô lib. II. *Gonſalius.* Sed *clauſtra Libyæ*, mallem *Numidiam* cujus quoque Rex Iuba Plutarcho in Cæſare, quam Mauritaniam. Cæterùm hi verſus in edit. Tornæſ. & MS. Tragur. hoc ordine leguntur: *Theſſaliaque r. è. f. g. I. Iam fragor. a. t. p. a. Et Lybia c. e. t. N. g. c.*

5. *Actiacoſque ſinus*] Pugnam navalem reſpicit ad Actium, Cæſaris Auguſti cum Antonio & Cleopatra. *Gabbema.*

6. *Apollinis arma timentes*] Tutelare numen continuò Auguſtus agnovit Apollinem, præcipuè eo in prælio; Dionè teſte initiô lib. II. Plenè Propert. lib. IV El. VI. Vbi ad Auguſtum Apollo:

Vince mari: jam terra tua eſt; tibi militat arcus,
Et favet ex humeris hoc onus omne meis. I. A. Gonſalius.

7. *Porthmeus*] i. Charon. πορθμὸς enim ſignificat fretum: πορθμὶς, ἰδ. naviculam: & πορθμεὺς tranſfretatorem. *Gabbema.*

Sufficiet [1] *simulacra virûm traducere cymba,*
Classe opus est. tumque ingenti satiare ruina,
Pallida Tisiphone, concisaque vulnera mande.
Ad stygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, quum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſoſque abſcidit ignes.
[2] *Subſidit pater umbrarum, gremioque reducto*
Telluris, pavitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hominum venturaque damna
Auſpiciis patuere Deûm; [3] *namque ore cruento*
Deformes Titan vultus caligine texit.
Civiles acies jam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos exſtinxit Cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit. [4] *rupta tonabant*
Verticibus lapſis montis juga, nec vaga paſſim
Flumina [5] *per notas ibant morientia ripas.*

[1] *Armo-*

1. *ſimulacra virûm*] Animas hominum: quas mox vocat *umbrarum facies*; & Pluto ei *pater umbrarum* i. animarum. *Ge. Erhardus.*

2. *Subſidit*] Sic & Frellon. edit. *ſubſedit*, Tornæſ. alii, & cod. Tragur.

3. *namque ore cruento Deformes Titan vultus*] Sic & Frellon. ac Lorich. *namque ore cruento Deformis Titan vultus*, Tornæſ. alii. & ſic legendum vidit Ian. Paſſeratius: cùm antè legeretur *Deformis titubans*. Erhardus: Simile eſt illud Virgilii 1 Georg.

Cùm caput obſcura nigrum ferrugine texit.

Mirum verò in re prorſus inepta (*Deformis titubans*) tot MSS. codices, etiam quoſdam Tornæſio viſos, & jam Tragur. coire. Sic. quoque pro *Porthmeus* quod præceſſit, quot non legerunt *Proteus!* illud Ant. Delrio debemus. Gonſalius: Pariſſimè defectus illos Solis & Lunæ deſcripſit Lucanus l. 1. Tetigit Florus: *Interdiu tenebræ.* Item Dio Ὅτε ἡλιος ἅπαις ἐξέλιπε. *Sol totus de-*l. xli. *liquium pertulit.* Erhardus: De oſtentis, ominibus & præſagiis bellorum Barthius ad Claudian. n. 1432, 1635, 39, 2638. ubi varia adducit.

4. *rupta tonabant*, &c.] Ejuſdem belli oſtentum. Dio: *Et terra motu crebri cum mugitibus editi ſunt.* S. A. Gabbema.

5. *per notas ibant morientia ripas*] *Morientia flumina* omnino ſunt deficientia. Vt apud Manilium:

Ingentique ſinu fugientes æquora terræ:
Donec in Ægyptum redeant curvata per undas
Litora, Niliacis iterum morientia ripis.

τὸ *nec* dividendum, & mox ſenſus erit planus: *& flumina, non morientia per notas ripas* (quod ſcilicet faciunt ordine & termino à natura præfixo,) *ibant vaga paſſim. Per ripas, i.* in ipſis ripis. Ibi enim moriuntur & deſinunt. *Grovius. Morientia intra ripas flumina* ſunt flumina ſtatum ſuum curſum uſque ad exonerationem in mare, ſimilemve aquarum receptum conſervantia.

1. *Armo-*

[3] *Armorum ſtrepitu cœlum furit, & tuba Martem*
Sideribus tremefacta ciet : [2] *jamque Ætna voratur*
Ignibus inſolitis, & in æthera fulmina mittit.
[3] *Ecce inter tumulos, atque oſſa carentia buſtis,*
[4] *Vmbrarum facies diro ſtridore minantur.*
Fax ſtellis comitata novis incendia ducit ;
[5] *Sanguineoque recens deſcendit Iupiter imbre.*
Hæc oſtenta brevi ſolvit Deus. Exſuit omnes
Quippe moras Cæſar, vindictæque actus amore
Gallica projecit, civilia ſuſtulit arma.
[6] *Alpibus æreis, ubi Grajo nomine, vulſæ*
Deſcendunt rupes, nec ſe patiuntur adiri,
[7] *Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc nive dura*

Claudit

1. *Armorum ſtrepitu cœlum furit*] ic & Lucanus :
Tum fragor armorum [auditus].
ed oſtentum hocce ſpeciatim alii re-ſenſent inter illa, quæ pridie eodem-e die, cladem Pharſalicam porten-erunt. Iul. Obſequens : *Clamorem, epitumque armorum Antiochiæ, bis t curreretur in muros, auditum ; indé-ue ſonum tympanorum Pergami.* I. A. Gonſalius.

2. *jamque Ætna*, &c.] Hoc inter ortenta citat Xiphilinus : καὶ τὸ τῆς Αἴτνης πῦρ πολλὴν ῥύην, καὶ πόλεις μεγάλας ἔφθειρον (*Et ignis Ætnæ multùm volans, atque oppida vaſtans*). S.A.Gabema.

3. *Ecce inter tumulos*] Lactant. l. 2, . 2. *Vulgus exiſtimat mortuorum ani-as circa tumulos, & corporum ſuorum eliquias oberrare.* Sed eadem inter ſtenta numerat Ovidius 2 Faſt. *Io. à Vouweren.*

4. *Vmbrarum facies*] Capiebam lo-um hunc de oſtento, quod pugnam pſam Cæſaris & Pompei anteceſſit. Ejus ſic Obſequens meminit: *Noctur-ni terrores in exercitu fuere.* Sic & Val. Max. *Gonſalius.*

5. *Sanguineoque recens*, &c.] Hujuſce meminit Appianus l. 11 B. c. Αἷμά τε γὰρ ἔδοξεν ὁ Θεὸς ὕσαι (*Sanguinem enim Deus viſus pluendo fundere*). Gabbema.

6. *Alpibus æriis*] Sunt verò eæ *Alpes* quas hodie *montem S. Bernardi minorem* nominant à cœnobiolo in ſummo vertice D. Bernardo ſacro. Ægid. Tſchudus in deſcriptione Rhetiæ: Iunius Philargyrus in III Georg. Virg. *Gallorum autem linguâ albi montes Alpes vocantur.* Forte Galli Germanique veteres *Alperch* dixerunt, ejuſque ſonum magis quàm notionem percipientes Romani *Alpes* conformavere : *alperch* autem non quidem propriè *altos montes*, ſed locum ſignificet, qui totus & omnimodè, utpote Alpes, montoſus eſt. *Io. Iſ. Pontanus.*

7. *Eſt locus Herculeis aris ſacer*] Idem affirmant Æm. Probus, ſive Corn. Nepos in Annib. Ammianus, Silius Italicus, alii. *Alpes Penninas* eſſe contendit Gaud. Merula, ſic dictus ab Hercule *Pennino* in ſummo vertice conſecrato ; Antiquit. Gall. Ciſalp. lib. 3, c. 5, 9, 10 ; & lib. .. ſect. 2, c. 11. Quem refutat Simlerus. nam etſi Livius *Pennini Dei* meminerit,

Claudit hiems, canoque ad sidera vertice tollit,
Cœlum illinc cecidisse putes: non solis adulti
Mansuescit radiis, non verni temporis aurâ:
Sed glacie concreta rigens, hiemisque pruinis
Totum ferre potest humeris minitantibus orbem.
Hæc ubi calcavit Cæsar juga milite læto,
Optavitque locum, summo de vertice montis
Hesperiæ campos late prospexit, & [1] ambas
Intentans cum voce manus ad sidera, dixit:
† *Iupiter omnipotens, & tu [2] Saturnia Tellus.*
Armis læta meis, olimque onerata triumphis:
[3] *Testor ad has acies invitum arcessere Martem,*
Invitas me ferre manus, sed vulnere cogor,
Pulsus ab urbe mea, dum [4] Rhenum sanguine tingo,

† *Cæsar.* *Dum*

non tamen indè evincitur, eum *Herculem Penninum* appellari. Et, quod ipse Merula non diffitetur, diversæ sunt *Alpes Penninæ*, atque *Grajæ*; & bono spatiô diffitæ: contrà quàm existimavit Raimund. Martianus, & eum secuti Cuspinianus atque Iovius. Nam *Penninæ Alpes* sunt, quas mediæ ætatis scriptores vocant, *montem Iovis*, vulgus Helvetiorum *S. Bernhardi majorem*, qui idolum Iovis, quem puto *Penninum* veteribus dictum, in summo vertice destruxit atque dejecit. At *Grajæ Alpes* sunt *mons Bernhardi minor* (vide Ioann. Stumpfium in Chron. Helv. Leandr. Albert. in descriptione Ital. & Ioann. Simlerum commentar. de Alpibus p. 92, b. Barth. in Claud. n. 2227), quibus à nonnullis annumeratur mons Cales seu Cinisius è mediæ ætatis scriptoribus dictus. *Herculeis.* Hoc Livius inter fabulas refert: quibusdam tamen non prorsus vana & inanis narratio videtur, quando Herculis transitus multa vestigia indicantur, *Herculis Monœci portus*, & harum Alpium nomen. & *Lepontii* ita dicti creduntur, quòd ab Hercule eo loco relicti fuerint. Simlerus comment de Alpibus. *Ge. Erhardus.*

1. *ambas Intentans manus*] Trag. c *amb. intendens m.* Erhardus: Deo orantium vetus mos est, *manus supi nas* ut loquuntur Virgilius, Horatius *cœlo attollere.* Barth. in Ceir. Virg n. 403. Id quod flagrantis animi indi cium est. Dav. Ps. 73, v. 5. *Sic benedi cam te in vita mea, & in nomine tuo le vabo manas mens.* Bucerus Annot. i Psalm.

2. *Saturnia Tellus*] hemistichium Ennian. apud Varronem, i. e. *Italia* Erhardus.

3. *Testor ad has acies invitum*, &c. Sic & Tornæsius, alii, atque c. Tra gur. Erhardus: Leg. arces. Massilian indicat, & subjecta Insubriæ oppida id postea etiam clarum fit: *Dum Cæsar tumidas -- deprimit arces.* Palmer. i Spicileg. Gabbema: *Testor* &c. In quit Paterculus lib. 11. *Nihil relictum à Cæsare, quod servandæ pacis causâ tentari posset, nihil receptum à Pompejanis.*

4. *Rhenum*] Scribendum *Renum* si ne *h*, ut est in vet. cod. *Petr. Daniel* Sic & editio Tornæsii (ac Dousæ) *Renum.*

1. *sexa*

Dum Gallos iterum Capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo : vincendo, certior exſul :
Sanguine Germano, [1] *ſexagintaque triumphis,*
[2] *Ecce nocens cœpi. quamquam quos gloria terret,*
Aut qui ſunt, qui, bella [3] *volunt ?* [4] *mercedibus emptæ,*
Ac viles operæ : [5] *quorum eſt mea Roma noverca,*
Vt reor, haud impune ; nec hanc ſine vindice dextram
Vinciet ignavus. victores ite [6] *furentes,*
Ite mei comites, [7] *& cauſſam dicite ferro.*
Namque omnes unum crimen vocat. omnibus una
Impendet clades. reddenda eſt gratia [8] *vobis :*
Non ſolus vici. quare, quia pœna trophæis
Imminet, & [9] *ſordes meruit victoria noſtra,*
[10] *Iudice Fortuna cadat alea. ſumite bellum,*

Et

1. *ſexagintaque triumphis*] Ἑξηκοντάκις ſeu hyperbolicè pro 50 ; tot nim prælia vicit Cæſar, bis ſiniſtra nanu prælıatus. Solinus l. 6. *Io. Bourelotius.*

2. *Ecce nocens cœpi*] i. *ecce nocens eſſe cœpi.* Exprobratio ingrati animi. Reus e peragor &c ?

3. *volunt*] Tornæſ. editio, *vident.* bi Douſa : f. *volunt.* German. Coladon. *vident. ἴσως (forſan)* timent. *Vident*, & c. Tragur. i. quoquo modo n ſe recipiunt, bellant non tam voentes & ſponte propria, quàm ab liis inducti h. e. conducti. Id magis uto congruere mercenariis illis, uàm *volunt.*

4. *mercedibus emptæ, Ac viles operæ*] Mercenarii milites, & Auxiliares. Apianus ait lib. 11 ; juſſiſſe Senatum, ilicet Pompejum ξενολογεῖν καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν ὅσα ἀλκιμώτατα. *conducere ex circumvicinis, fortibuſque nationibus mercenarios.* At de auxiliaribus pud ipſum Cæſar & ita contemptim oquitur : *Et hactenus de ſolis loquor talis. nam de auxiliaribus nolo vos eſſe llicitos, aut ullo eos in numero ponere, aut armis invadere. Mancipia Syra, Lydáque & Phrygia, ad fugam tantùm & ſervitutem nata.* Gonſalius de Salas.

5. *quorum eſt mea Roma noverca*] Sic Vellejus Paterculus in princip. Hiſtor. *Erhardus.* Id ſumptum eſt à Scipionis voce libera, qui in media concione : *Taceant,* inquit, *quibus Italia noverca eſt.* quaſi dicat libertinos aut exteros & nec ſanguine Romanos eſſe. *Phil. Rubenius.*

6. *furentes*] Sic & c. Trag. Cæteri omnes, *ferentes*, Tornæſ. in m. *frequentes.*

7. *& cauſam dicite ferro*] Suprà : *gladiò jus dicturum ignaviæ ſuæ.* Ge. Erhardus.

8. *vobis*] Mallet Palmer. *votis.* Sed c. Tragur. *nobis* ; quod tantumnon utrique præſtat.

9. *ſordes meruit victoria noſtra*] Alludit ſordes reorum, dum in judicio præſentes accuſantur. *Erhardus.*

10. *Iudice Fortuna cadat alea*] Idem Cæſar apud Suet. c. XXXII. *Eatur, inquit, quò Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea eſt, inquit.* Erhard.

Et tentate manus. certe mea causa peracta est.
Inter tot fortes armatus nescio vinci.
Hæc ubi personuit, de cœlo [1] *Delphicus ales*
Omina læta dedit, populitque meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris [2] *de parte sinistra*
Insolitæ voces flamma sonuere sequenti.
Ipse nitor Phœbi vulgato lætior orbe
Crevit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus movit Mavortia signa
Cæsar; & insolitos gressus prior occupat ausu.
Prima quidem glacies, & cana [3] *vincta pruina*
Non pugnavit humus, mitique horrore quievit:
Sed postquam turmæ nimbos fregere ligatos,
Et pavidus quadrupes undarum vincula rupit,
Incaluere nives, mox flumina montibus altis
Undabant modò nata; sed hæc quoque [4] *justa putares:*
Vinctaque mox stabant, fluctus stupuere pruina,
Et paullo ante [5] *lues jam concidenda jacebat.*
Tum vero malefida prius vestigia lusit,
Decepitque pedes, passim turmæque virique,
Armaque congesta strue deplorata jacebant.
Ecce etiam rigido concussæ flumine nubes

Exon

1. *Delphicus ales*] Naturalis historiæ adserunt architecti, aquilam scilicet adversos solis radios intueri sine nictatione potesse, eoque indice legitimam experiri pullorum suorum ingenuitatem. Legitimo ergo & jure ejus numinis audiret ales, quæ eousque esset oculatissima. *I. A. Gonsal. de Salas.*

2. *de parte sinistra Insolitæ*, &c.] Lætum omen. Donatus in illud 11 Æneid. --- *Subitoque fragore*
Intonuit lævum. -- Inquit: *quod dixit* lævum, *debet hoc prosperum intelligi, nam ejus in hac causa est ratio.* Læva *in aliis contraria significantur. In sacris autem signis idcirco prospera accipiuntur, quæ sunt* læva, *quia sacrificantis vel precantis lat* lævum, *dexterum est ejus qui postula largitur.* S. A. Gabbema.

3. *vincta*] Sic & c. M. Douſæ, que Tragur. Tornæſ. cæteri, *juncta*.

4. *justa*] Sic quoque c. M. Dou & editio Frellon. Tornæsius, *mis* Wouwer. cæteri, codexque. Tragu *jussa*. Douſa in ſuis hic Præcidan c. 12. l. 2. Alii *spissa* legunt: at Roger mei codex calamô exaratus, *justa* h bebat. Vnde noviſſima editio, *jus* nobis concinnaſſe videtur.

5. *lues*] *Lues* eſt Petronio ſolu aqua, ut cùm nives in tabem aquar que liquatæ ſunt. Ait enim aqua quæ ante labebantur ſolutæ, reper

Exonerabantur, nec [1] *rupto turbine venti*
Deerant, [2] *aut tumida confractum grandine cœlum:*
Ipsæ jam nubes ruptæ super arma cadebant,
Et concreta gelu [3] *Ponti velut unda ruebat.*
Victa erat ingenti Tellus nive, victaque cœli
Sidera, victa suis hærentia flumina ripis;
[4] *Nondum Cæsar erat: sed* [5] *magnam nixus in hastam*
Horrida securis frangebat gressibus arva.
[6] *Qualis Caucasea decurrens arduus arce*
Amphitryoniades; aut torvo Iupiter ore,
Quum se verticibus magni demisit Olympi,
Et periturorum [7] *desjecit* [8] *tela Gigantum.*
Dum Cæsar tumidas iratus deprimit arces:
[9] *Interea volucer motis conterrita* [10] *pinnis*

Fama

in pruinam concrevisse & glaciem, ut ferrô earum rigor frangendus esset. Turnebus l.4 c. 19 Adv. Dousa MS. Livius vocat, *fluentem tabem liquescentis nivis.* itemque, *tabidam nivem.* Ge. Erhardus.

1. *rupto*] Pro, erupto. *Idem.*

2. *aut*] Sic & Wouwer. alii etiam c. M. Dousæ; sed Tornæsius, & c. Tragur. *ac.*

3. *Ponti velut unda ruebat*] *Pontus* pro mari, aut freto quod concrescere solet. Synecdochicè. Erhardus suadet legendum, *ruebant* scil. *nubes.* Omnes quidem sic habent, *unda ruebat*; c. tamen M. Dousæ & Tragur. *umbra ruebat.* quod referre pigeret, nisi Dousæ manus præîsset: puto, ut scrutemur: & tandem acquiescamus.

4. *Nondum Cæsar erat*] sc. Victor.

5. *magnam hastam*] Pro, *longam.* ut, *magnum tempus.* Infrà: *Dum hæc magno tempore Crotone aguntur.* Alibi tamen noster:

--- *& ingentem quatiens Mavortius hastam.* Erhardus.

6. *Qualis Caucasea* &c.] Quando scil. Hercules *Aquilam Typhonis & Echydnæ filiam, Promethei jecur in Caucaso monte depascentem, sagittis confecit & Prometheum, detracto permolesto vinculô solutum liberavit,* ut inquit Apollodorus lib. 11 Biblioth. *Gabbema. Amphitryoniades,* est Hercules. *Erhard.*

7. *desjecit*] f. *disjecit*, quomodo Wouweren. alii. *dejecit* Tornæs. & c. Tragur.

8. *tela Gigantum*] Apollodorus l. 1. Ἠκόντιζον δὲ εἰς οὐρανοὺς πέτρας, καὶ δρῦς ἡμμένας. *In cœlum saxa atque accensas arbores jaculabantur.* S. A. Gabbema.

9. *Interea volucer*] Sic & c. M. Tragur. sed Dousæ *volucris.* Richardus: Dictum *volucer* genere fœminino, ut *acer hyems* Ennius apud Priscianum:

Æstatem autumnus sequitur, post acer hyems fit.

quem versum laudat quoque Servius in VI Æn. scribitque veteres etiam dixisse, *alacer,* tam fœminino, quàm masculino genere.

10. *pinnis*] Tornæsius, & c. Tragur. *pennis.* quod præstare videtur: nam non solis pinnîs volatur, sed pennîs quæ & plumam, & pinnas seu pennas duriores complectuntur.

Fama volat, ſummique petit [1] juga celſa Palati :
Atque hæc Romano attonito fert [2] omnia ſigna :
Iam claſſes fluitare mari, totaſque per Alpes
[3] *Fervere Germano perfuſas ſanguine turmas.*
Arma, cruor, cædes, incendia, [4] totaque bella
Ante oculos volitant. ergo pulſata tumultu
[5] *Pectora per dubias ſcinduntur territa cauſſas.*
Huic fuga per terras, illi magis unda probatur ;
Et patria eſt pontus jam tutior. eſt magis, arma
Qui tentata velit : fatiſque jubentibus actus ,
[6] *Quantum quiſque timet, tantum fugit.* [7] *ocior ipſe*
Hos inter motus populus, miſerabile viſu ,
Quo mens [8] *icta jubet, deſerta ducitur urbe.*
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris ſonitu mœrentia tecta relinquunt.

Ille

1. *juga celſa Palati*] Montis nempe, qui *Palatium* dictus. Varro lib. IV L. L. & plures. Inter omnes Romanos colles præcipuus ille, ubi & ſedes Romani Imperii, & domus Imperatorum. Iure ergo hîc poſitus pro tota urbe Roma. *I. A. Gonſalius.*

2. *omnia ſigna*] Sic & c. Tragur. alii. L. *omina dira*, nam *ſigna* gloſſa eſt, ad illud omina. Anonym. MS.

3. *Fervere*] Fervo, & ferveo ejuſdem ſignificationis. Virgil. 3 Georg.

Omnia tunc pariter ventô, nimbiſque videbis
Fervere. ——

4. *totaque bella*] Leg. *notaque belli.* Anonym. MS. Mihi aliquando ſuſpicio incidit ſcripſiſſe Arbitrum *notáque belli.* ſic enim Tac. loquitur. & Propertius :

Tu loqueris cùm ſis jam noto fabula libró. Meller. *Ian. Douſa MS.*

5. *Pectora per dubias*] Tornæſius: al. *perque duas.* Vbi Douſa: ſic & c. M. Ita quidem & c. Tragur. Quæ talia vel ideo notare juvat, quò ſciamus, nos hujuſmodi verſus vix habere integros, & ſine labe. Quales paulò ante,

Atque hæc Romano attonito f. o. s. &,
Vinctaque mox ſtabant, f. s. p. Vbi codices MSS. Tornæſii, Douſæ, Trag.
Atque hoc (Tr. *hæc*) *R. tonitru ferit o. s.* Editio Pariſienſis (H. Steph) laudante Douſa in Præcidan. & ipſe c. M. Douſæ :
Stabant & vincta fluctus s. p. Tornæſ.
Stantibus at victa f. s. p. Tragur.
Stabat. . . juncta f. s. p. Et alia quæ non ſemper reſecare vacat; ſed iis hoc incumbit, qui primi lectiones mutant: ut quidem Stephan. & Tornæſius ſuo locô fecere, & ego in Fragmento. Io. Alex. Braſſicanus : *Pectora per que duas ſcinduntur.* Virgil.
Atque animum celerem nunc huc, nunc dividit illuc. Quod & ipſum eſt Homericum.

6. *Quantum quiſque* &c.] Leg. *Q. q. t. tanto fugit ocyor. ipſe Hos inter. Ocyor* enim præcedentia reſpicit. *Anonym. MS.*

7. *ocior*] vel *ocyor.* Gr. ὠκίων, & ὠκύων.

8. *icta*] perculſa, territa. *Erhard.* inſana, *German. Colladonius.*

t. votis

Ille manu trepida natos tenet : ille Penates
Occultat gremio, deploratumque relinquit
Limen, & absentem [1] *votis interficit hostem.*
Sunt qui conjugibus mœrentia pectora jungant,
Grandævosque patres : [2] *onerisque ignara juventus*
[3] *Id, pro quo metuit, tantum trahit. omnia secum*
Hic vehit imprudens, prædamque in prœlia ducit.
Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Auster,
Et pulsas evertit aquas, non arma [4] *ministris,*
Non regimen prodest : ligat alter [5] *pondera pinus,*
Alter tuta sinu tranquillaque litora quærit :

Hic

1. *votis*] i. desideriîs. Sic etiam Scalig. ad Tibull. *Gabbema. votis interficit h.* Vide Scalig. ad Tibull. l. 4. *Variorum Observationes. absentem votis interficit hostem.* V. Scalig. ad Tibull. lib. 4 Eleg. 6. *Erhardus.* Sic Oedipus ap. Sophoclem :

--- ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε
ἄψαυστος ἔγχους· εἴτι μὴ ἐμῷ πόθῳ
κατέφθιθ'· οὕτως δ' ἂν θανὼν εἴη
ἐξ ἐμοῦ.

Nisi (inquit) *votis ipsum interfeci, nisi imprecatione mea mors illi properata sit.* Scaliger in Tibull. lib. 4. *Dousa MS.* Interpres verò Latinus editionis Colon. A. 1614, verba hæc Oedipi sic expressit : *egoque hic sum, Neque arma attigi. nisi fortè desiderio mei Contabuit : nam tunc quoque à me interfectus esset.* Ad verbum sic reddo : *egoque hic sum, Neque ensem* (aut hastam) *attigi. nisi fortè meo desideriô Extinctus : nam sic quoque ex me mortuus esset.* Si jam in τῷ ἐμῷ πόθῳ possessivum ἐμῷ pro primitivo ἐμοῦ accipiamus, quod Græcis & Lat. usitatum (ut *mea causâ* pro *mei causâ*, &c.) ut sensus & vera versio omnino exigunt, malè intellexit locum Scaliger. Certè si quis integrum Sophoclis Oedipum tyrannum perlegat, planè contrarium sententiæ Scaliger. deprehendet, vehementerque falsum, & tot exscriptores. Nam ibi Oedipus, ne juxta oraculum in parricidium incideret, Polybum quem patrem putabat & Corinthô fugit, ac imprudens planè in via in Lajum verum patrem incidit, & hunc orta subitò rixâ interficit; quo cognito ipse se postea præ dolore oculîs privat : cúmque hæc antè Thebis loqueretur, de oraculo & mortuo naturali morte Corinthi Polybo sermo erat, cujus vitæ amore solum mutârat.

2. *onerisque ignara juventus*] id est, oblita oneris, non sentiens pondus præ amore. *Colladonius.* Talis Æneæ pietas celebratur. Meminit Solinus c. v. Duorum juvenum, quorum pietas in Catinensi regione patuit, in quam se cùm Ætnæ incendia protulissent, sublatos parentes evexerunt inter flammas illæsi ignibûs. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulchri locus nominaretur CAMPUS PIORUM. S. A. Gabbema.

3. *Id pro quo metuit, tantum*] Colladonius : *Id pro quo metuit tantum.* Hæc verba sunt parenthesi includenda. Tollendîs & (:) post *patres.* ut Tornæs. & (,) post *metuit.*

4. *ministris*] ἴσως (f.) *magistris.* Germ. Colladonius.

5. *pondera pinus*] Rates, naves, quæ lignis pineîs conficiuntur. *Ge. Erhardus.*

Hic dat vela fugæ, Fortunæque omnia credit.
Quid tam parva queror? [1] gemino cum Consule Magnus,
[2] *Ille tremor Ponti, [3] sævi quoque terror Hydaspis,*
Et [4] piratarum scopulus: [5] modo quem ter ovantem
Iupiter horruerat, [6] Quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat submissa Bosphorus unda,
Prô pudor! Imperii deserto nomine fugit,
Vt Fortuna levis Magni quoque terga videret.
[7] *Tergo tanta lues Divûm quoque numina vidit;*

Con-

1. *gemino cum Consule Magnus*] Consules C. Claudius Marcellus, & L. Cornelius Lentulus annô ab V. C. si Fastorum Capitol. & Dionis stat fides DCC V. si Annæi Flori DCC IV. Si Fatercculi DCC III. Postquam ab illis Pompeio bellum contra Cæsarem mandatum est, omnes unà cum majori Senatus populique parte, deserta Vrbe in fugam se dederunt. Velleius lib. II. *Gonsal. Magnus*, i Pompeius. *Ge. Erhardus.*

2. *Ille tremor Ponti*] *Pontus* hîc Asiæ regio est, regnumque Mithridatis, Lucan. in x. Ipsam Pompeium subjecisse, ex eaque tertium triumphum duxisse, tradit Plut. in Pomp. *I. A. Gonsalius.*

3. *sævi quoque terror Hydaspis*] Sic nostri editi omnes. sed antiquiores Herm. Buschius, Hadr. Iunius; etiam G. Colladon. alii, legerunt *sævique repertor H.* quomodo est & in c. Tragur. *Hydaspes* fluvius Mediæ, & alius Indiæ. *H. Busch. Repertor Hydaspis*, vocatur Pompeius, quia fabulosum illum fluvium existimabant: qua ex opinione vulgi scripsit Horatius: *vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.* Steph. *sævique repertus Hydaspis.* &c. Ch. Richardus. *terror H. Hydaspes* Indiæ flumen, per quod designat populos plurimos Orientis. *Gonsalius.*

4. *piratarum scopulus*] Piratas attrivit Pompeius. unde pulcrè *scopulus piratarum* dicitur. Ita Cassius eod. tempore *reorum scopulus* dictus fuit, auctore Val. Max. lib. III, c. VII. Cic. lib. III de Orat. *Scopulus patrimonii & vorago.* Florus lib. IV de bello Parth. *Scopulus publicæ securitatis Antonius.* Io. Al. Brassican.

5. *modo quem ter ovantem*] Te triumphavit, singulos scilicet triumphos de singulis Orbis partibus, tum temporis cognitis, ducens. Plut. in Pomp. *Gabbema.* De Pompeio Ped. Albinovanus Rer. Rom. l. I.

Ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte Deûm patuere: cui freta null. repostos
Abscondêre sinus: non tutæ mœnibûs urbes.

Scaliger in Catal. *Erhardus.*

6. *Quem fracto gurgite Pontus*] Si Gabbem. in textu. in Nota verò *Q. f. in g.* P. Quomodo & Wouwer. alii sed Tornæs. & c. Tragur. absque *in* Gonsalius: Nam *Pontum* Euxinum circumquaque, *Bosphorumque* Thracium frequenter Magnus Pompeius adiit dum Mithridatem debellaret *Fractum gurgitem* vocat vel quòd Boreæ vi & cæterorum violentissimorum ventorum septemtrionalium ferociâ mare illud agitari atque turbari creberrimè solet, ut in ejus Periplo docet Arrianus. Vel quòd medium *frangi* velut videatur, quum pe: terra sese ingens effundit.

7. *Tergo tanta lues* &c.] Tornæs. cæteri, codexque Tragur. *Ergo tanta lues*

Forsan

Consensitque fugæ [1] *Cœli timor. ecce per orbem*
Mitis turba Deûm, terras exosa furentes
Deserit, atque hominum [2] *damnatum avertitur agmen.*
Pax prima ante alias, niveos pulsata lacertos
[3] *Abscondit galea victum caput, atque relicto*
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it [4] *submissa Fides, & crine soluto*
Iustitia, ac mœrens [5] *lacera Concordia palla.*
At contra, [6] *sedes Erebi qua rupta dehiscit,*
Emergit late Ditis chorus, horrida Erinnys,
[7] *Et Bellona minax, facibusque armata Megæra:*
Letumque, Insidiæque, & [8] *lurida Mortis imago.*
Quas inter Furor, [9] *obruptis ceu liber habenis,*

Sangui-

Forsan: *E. t. l. Divûm quoque numine fidit.* Vt lues sit ipse Cæsar: aut, *divûm quoque numina abegit.* Anonym. MS. Leg. *Tergo tanta lues.* Tergô videre, est fugientem videre, ut ap. Catullum de Achille:

Hostibus haud tergô, sed forti pectore notus.

Hoc vult Petron. Deos è terris fugisse belli crudelitate territos, h. e. tergô visos esse. Gulielm. Plaut. quæst. in Mostell. c. 4. *Erhardus. Ergo tanta lues.* Rectè qui primi sic reposuerunt. pro eo quod erat *Tergo tanta lues.* Dii de re desperantes imagines suas è templis auferunt, & aufugiunt. Lampridius in Commodo, *Vestigia Deorum in foro visa sunt exeuntia.* Olim sic locum integrum legebam, *E. t. l. D. q. n. fudit?* Nec fortasse malè. *Io. Bourdelotius.*

1. *Cœli timor*] Pompeius. *Germ. Colladon.*

2. *damnatum avertitur agmen*] Aversatur, abominatur, fugit: ad quam rationem *antevortitur* & *prævortitur* Plautus ἐνεργηλικῶς (*significanter*) usurpavit. *Ge. Erhardus.*

3. *Abscondit galea victum c.*] ἴσως (forsan) *A. oleâ.* quid enim paci cum galea? Quidam legunt *vinctum c.* Colladonius. Mirarer *galeatam pacem,* nisi continuò pòst ad inferos eam præcipitaret: atque etiam, si diis placet, *justitiam & fidem* comites daret: quas alii ad cœlum remittunt. *Anonym. MS.*

4. *submissa Fides* --] Tornæs. alii, *sincera F.* Sed c. MS. Dousæ, & edit. Frellon. *summissa.* Tragur. MS. *summa* (i. *summissa*) *f. & crure soluto.*

5. *lacera Concordia palla*] *Palla* muliebre vestimentum dicitur ad vestigia usque demissum. Plautus:

Pallam ad phrygionem fert confecto prandiô. Herm. Buschius.

6. *sedes Erebi*] *Erebus* pars inferni, in qua teste Servio super Æneid. 6 tantùm illi morabantur, qui bene vixerant: unde ad Elysios campos non nisi purgati proficiscerentur. *Buschius.*

7. *Et Bellona minax*] Virgil. Æneid. 8. Stat. Theb. 1. Senec. de Ira 2, 35. *Io. à Wouweren.*

8. *lurida Mortis imago*] *Luridum* supra modum pallidum, q. *lorô* percussum. Ovid.

Stulte quid est somnus lurida nisi mortis imago? Buschius.

9. *obruptis*] Tornæs. omnes, codexque MS. Tragur. *abrupt.*

Ma-

Sanguineum late tollit caput, oraque mille
Vulneribus confossa cruenta casside velat.
Hæret detritus læva[1] *Mavortius umbo,*
[2] *Innumerabilibus telis gravis: atque*[3] *flagranti*
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra Deos, mutataque sidera pondus
Quæsivere suum. namque omnis Regia cœli
In partes diducta ruit: primumque[4] *Dione*
Cæsaris[5] *acta sui ducit. comes additur illi*
Pallas, & ingentem quatiens[6] *Mavortius*[7] *hastam.*
Magnum cum Phœbo Soror, &[8] *Cyllenia proles*
Excipit, ac totis similis[9] *Tirynthius actis.*
[10] *Intremuere tubæ, ac scisso Discordia crine*
Extulit ad superos Stygium caput. hujus in ore
[11] *Concretus sanguis, contusaque lumina flebant.*

Stabant

1. *Mavortius umbo*] *Vmbo*, media pars clypei. hinc umbilicus quicquid in aliqua re est medium, & ligamentum instrumentorum. *Herm. Buschius.*

2. *Innumerabilibus telis gravis*] Vti Cæsaris ille adversus juniorem Pompeium in Hispania dimicantis, quo scilicet Tela ducenta, mirum! excepisse testatur Appianus lib. 11 Bell. civ. Minutium verò strenuum militem ejusdem Cæsaris apud Dyrrachium uno itidem clypeo centum & triginta, ibidem quoque ipsus scriptor. *I. A. Gonsalius.*

3. *flagranti Stipite*] ligno ardenti, lignea face. Stunckel. Infrà: *Vexat cubitum ipsa stipite ardenti.* Balb. Catholicô: *Stipes, titio, vel truncus ligni.* Ge. Erhardus.

4. *Dione*] Vna ex Nymphis, Veneris mater ex Iove. Vnde ipsa Venus *Dionæa.* Virgil. 3 Æneid.

Sacra Dionææ matri, divisque ferebam,
Auspicibus cœptorum operum. ---

5. *acta*] f. *astra.* Colladon. consentit historia. Præterea Veneris stella diem, noctemque ducit; & astra pro diis rursus non est novum. *Anonym. MS.*

6. *Mavortius*] Mavort. substantivè, pro Mavorte vel Marte. Glossar. Petron. ex Erh.

7. *hastam. Magnum cum Ph.*] Tornæs. reliqui etiam c. Tragur. *hastam: Magnaque c. P.*

8. *Cyllenius*] Mercurius à *Cyllene* monte Arcadiæ in quo Maja mater à Iove compressa.

9. *Tirynthius*] Hercules. à *Tirynthe* (Tiryns) patria Argis proxima in Peloponneso.

10. *Intremuere tubæ--Discordia*] c. M. Dousæ: *I. jubæ.* quomodo & leg. Fr. Pithœus, cùm ait *I. jubæ.* Ex illis Virgilianis 5 Æneid.

--- & discordia demens
Viperium crinem vittis innexa cruentis.

Et VII.

--- & scissa gaudens Discordia pallâ,
Quem consanguineo sequitur Bellona flagellô.

Erhardus: Vid. Æneid. 6, v. 283. Crinit. de Hon. disc. l. 13, c. 2. Weitz. Not. in Prudent. Psychomach. l. 1 v. 685.

11. *Concretus sanguis*] Prudent. l. 1 contra Symmach. *concreto processit crine.*

Stabant [1] *ærati scabra rubigine dentes,*
Tabo lingua fluens, [2] *obsessa draconibus ora.*
[3] *Atque intertorto laceratam pectore vestem*
[4] *Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.*
Hæc ut Cocyti tenebras: & Tartara liquit,
Alta petit gradiens juga [5] *nobilis Appennini,*
Vnde omnes terras, atque omnia litora posset
Adspicere, ac toto fluitantes orbe catervas:
[6] *Atque has erumpit furibundo pectore voces:*
† *Sumite nunc gentes accensis mentibus arma,*
Sumite, & in medias immittite lampadas urbes.
Vincetur quicunque latet; non femina cesset,
Non puer, aut ævo jam desolata senectus.

† *Discordia.* *Ipsa*

1. Weitzius in Not. v. 491. *Ge. Erhardus.*

1. *ærati scabra rubigine dentes*] Sic & Wouwer. reliqui. Tornæs. cum c. Tragur. *irati s. r. d.* Ovid.

--scabra rubigine dentes. Fr. Pithœus.

2. *obsessa draconibus ora*] *Dracon.* serpentibus, anguibûs. *Erhard.* En habitum, quo Furiæ depingebantur: vetulæ, caput anguibûs pro capillitio unctæ, sanguineam manu facem gestantes & flagellum. Vide Delrion. Comment. in Medeam Sen. v. 14. *Erhard.*

3. *Atque intertortô* --] Sic & Wouwer. alii. Tornæs. & c. Tragur. *Inter toto.* Colladonius: *Atque inter toto.* Mutant *intertorto*, perperam. Ch. Richardus: *Atque intertorto* &c. Editio Lugdun. *inter toto*, quomodo legisse etiam Lilium Gyraldum apparet, commoda & aperta sententiâ. Inter vestem, inquit, toto pectore laceratam, quatiebat lampada. Nam vestis, utpote lacera, non obstabat quò minùs per illam vibraret facem. De lacera veste Discordiæ Virgilius:

Et scissa gaudens vadit Discordia pallâ.

4. *Sanguineam tremula quatiebat lampada*] Videtur adludere ad priscum illum vetustæ militiæ morem. nam ante inventum tubæ usum incensis facibûs acies instructas præibant, quibus utrinque conjectis manus conserebant. *Meursius. Sanguinea lampas*, ob sanguinei coloris flammam, ut ap. Virgil.

Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent. -- Ch. Richardus.

5. *nobilis Appennini*] Tragur. MS. *Apenini.* Et Buschius: *n. Apenini. Apœnius*, mons altissimo jugô ab Alpibus ad Siculum fretum tendens, à Pœnis ita dictus, ut quidam putant. Vnde Alpes primi Pœni pervias fecerunt, cùm antea redderent Italiam inaccessam. Erhardus: *Appennini.* Al. *Apennini*: cujus scripturæ rationes pete ab Io. Chrysost. Zanchio de Cenomanor. orig. l. 2.

6. *Atque has erumpit*] Sic omnes; c. Tragur. *A. h. effudit.* Erhardus: *has erumpit voces.* Quomodo Virgil.

Et caput undæ altus primùm se erupit Enipeus.

Sic quoque *erumpitur*, pro *erumpit se.* Lucret.

Vis venti exagitata foras erumpitur.--

Sic

Ipsa tremat Tellus, laceratăque tecta rebellent.
[1] *Tu legem Marcelle tene :* [2] *Tu concute plebem*
Curio : Tu fortem [3] *ne supprime Lentule Martem.*
[4] *Quid porro Tu Dive tuis cunctaris in armis ?*
[5] *Non frangis portas ? non muris oppida solvis ?*

Thesau-

Sic *prorupit se in fugam*, ap. Plaut. ni fallor.

1. *Tu legem Marcelle tene*] Virgil. 6 Æneid. ibique Servius, & Tib. Donatus. *Erhardus. Tu legem M. tene*, de mittendis scil. in Galliam Cæsari ante tempus succesſoribus, quod imprimis diſſidium illud inteſtinum excitavit. Conſul tunc temporis erat G. Claudius Marcellus, qui Pompeii partes ſequebatur, Cæſari vehementer infenſus. Suet. in Iul. c. XXVIII. *I. A. Gonſalius.*

2. *Tu concute plebem Curio*] Nam Curio eo anno Trib. erat plebis & ipſi commovendæ aptiſſimus, utpote qui ἡδὺς τὸ δῆμον διαλαπτικῶς, καὶ εὐπρεπῶς ἐκφυκτικῶς, *et apud plebem gratioſiſſimus, & ſimul eloquentiſſimus foret*, Appiano teſte. Ipſe autem quum primùm eſſet valde Cæſari adverſus, poſtea muneribus largis induſtus eſt, ut eidem tamdem faveret. *Gonſal.* Sidonius libro 4 Ep. 4. *Æſtuat ut Cethegus, incitat ut Curio.* Alanus Anticlaud. lib. 2. *Succendit ut Curio.* Savaro ad Sidonium lib. 1 Ep. 11. *Ge. Erhardus.*

3. *ne ſupprime Lentule Martem*] Imò excita, quod haud ſemel Cornelium Lentulum Conlegam Cl. Marcelli anno ſequenti & ultimô libertatis Romanæ feciſſe, Hiſtorici tradunt. Exſtat apud Lucanum initiô lib. v Lentuli oratio, qua Senatores, Pompeianumque exhortatur exercitum, magnis ſcilicet animis adverſus Cæſarem eſſe decertandum. *Gonſalius.*

4. *Quid porro Tu Dive*] Sic noſtri omnes, Tornæſ. *Q. p. t. die* (al. *dive*). Ch. Richardus: *Dive* retineri poteſt ἐκ προλήψιν (*per auticipationem, præſumptionem*), quia Diſcordia ut dea futurum *divum* ſciebat: magis tamen probo quod eſt in edit. Lugdun. *Die:* quoniam Iulô prognatus Cæſar, & à Venere ac ipſo Iove ducebat originem. Sic ejuſd. gentis Ilia, *dia* vocatur ab Ennio, ap. Nonium in Nepos fem. generis:

Ilia dia nepos, quas arumnas tetuliſti ?
Dium, appellabant inquit Feſtus, *antiqui ut à Deo ortum.* Erhardus: *Quid porrò tu Dive tuis.* Corrigunt, *Die.* illud retineri debet. *Divum* vocat communi & plebeio tum nomine. Nam & Auguſtus ſemper ſe *Divi* filium dixit, & Divus pro Cæſare κολακευτικῶς (*abuſivè*). Nepos in vita Attici: *In affinitatem pervenit Divi Iulii filii*, i. e. Octaviani, qui fuit Iulii Cæſ. adoptivus filius, quod monere ferè putidum foret, niſi aliorum corrumpendi (ſ. corrigendi volebam dicere) libido aurem vulſiſſet. Douſa: *Quid porrò tu Dive* &c. Apoſtrophe poëtica ad Div. Iulium, infeſta patriæ ſigna inferre ſatagentem.

5. *Non frangis portas*] Ærarii ſcil. Romani. Plut. in ejus Vit. Τοῦτο τὸν πρὸς τὸν Μέτελλον εἰπὼν, ἐκέλευσε τοὺς τῆς ὑγρᾶς τὸ ταμιεῖον. μὴ φαινομένων ἢ τὰ κλειδῶν, καταξαίνειν μεταπεμψάμενον τέκτονας ἐκέλευσεν. *Sic fatus ad Metellum, profectus eſt ad fores ærarii. non comparentibus clavibus, fabros accivit, rumpi jubens eas.* Florus l. IV, c. II. *Ærarium quoque ſanctum, quia tardiùs aperiebant Tribuni, juſſit effringi : cenſumque & patrimonium populi Rom. antè rapuit, quàm imperium.* Ideo addidit:

Theſaurosque rapis ?

Adi Rubenium lib. I, c. XXIV. Elector. *S. A. Gabbema.*

1. *neſcii*

Thesauroſque rapis ? [1] *neſcis tu, Magne, tueri*
[2] *Romanas arces ? Epidauria mœnia quære,*
[3] *Theſſaliæque ſinus humano ſanguine tinge.*
Factum eſt in terris, quicquid Diſcordia juſſit.

† Quum

1. *neſcis tu, Magne, tueri, Romanas arces*] Notiſſimum eſt ut Pompeius inventante Cæſare, urbem reliquerit, quid tamen impedit Ciceronem audire in epiſtola undecima lib. 7 ad Atticum : *Per fortunas, quale tibi consilium Pompeji videtur ? Hoc quæro, quòd habem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ (hæreo). Tum, quid abſurdius ? Vrbem tu relinquas ? Ergo idem ſi Galli venirent.* Et in Epiſt. 25 lib. 8, ideo vocat Pompejum ἀπολιλοιπότα τὸν καὶ ἀσφαλῶς ἄρχοντα (*rerum polit. & modi agendi in bello imperitiſſimum*); quibus iſta planè reſpondent, *neſcis tueri Romanas arces.* Et Epiſt. 2 ejuſdem libri : *nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore Reipub. ac luce turpius factum eſſe videtur, quàm à noſtro amico factum eſt : cujus ego vicem doleo, qui urbem reliquit, id eſt, patriam, pro qua, & in qua mori, præclarum fuit.* Ch. Richardus.

2. *Rom. arces ? Epidauria mœnia q.*] ic & Wouwer. cæteri. Tornæſ. *Rom. cies ? Epidauria (arces ? Epidamnia.* aſſer.) *m. q.* ubi Douſa : c. M. *R. rces? Epidauria nomina quare.* Tragur. c. *omanaſque acies. Epidauria nomina q.* Ch. Richardus : Legendum videtur *rces*, ut ſuprà,

Omnia quæ tribui Romanis arcibus odi.

Virgilius :

Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. Item :

Aſcanione pater Romanas invidet arces.

Sic alibi. Gabbema : Legunt alii *Epidamnia. Epidamnus* civitas Epiri eſt, eadem ſcil. quæ & Dyrrachium. quod indè factum, quia Epidamni nomen ominoſum ac infauſtum erat Plinio eſte lib. 1x, cap. xxv11. Eò alludit Plaut. Menæchm. *Ne mihi damnum in Epidamno duas.* Buſchius : *Epidaunia mœnia. Epidaurus* urbs Achaiæ à Septentrione Theſſaliæ conterminæ, Noronico quaſi marmore redimita, Æſculapii delubrô præcelebris. Colladonius : *Epidauria mœnia. ꝑ. (Manuſptm) Epidauni nomina. ἴσως (forſitan) Epidamni.* Fr. Pithœus legit *Epidamni nomina q. Epidamnum*, ſive *Epidamnus* (vulgò *Durazzo*) oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit, triſtiſſimo è Græcis in Italiam trajectu nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno Rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (Plin. lib. 4, c. 27) Dyrrachium dicere maluerunt, propter inauſpicatum nomen Epidamni, tanquam à *damno* dicatur *Epidamnum.* Carol. Stephani. Corruptum illud quoque ſub finem, legendumque, *arces : Epidamnia nomina quære.* Neſciit enim Romam tueri Pompejus, totamque adeò Italiam vacuam & nudam præſidiis Cæſari occupandam reliquit : atque ita Dyrrachium cum exercitu tramiſit, cui *Epidamni* nomen vetus mutarant Romani, ominis causâ (inquit Plutarchus). Plaut. Menæchm.

Propterea huic urbi nomen Epidamni inditum &c.

Itaque eleganter *Epidamnia nomina* dicit, alludens ad ſignificationem vocis. Neque non tamen *nomen* pro re dicunt ſcriptores. Albinovanus :

Fluminâque & fontes & nomina magna locorum.

Cato Grammaticus Diris : -- *Et felix nomen agelli.* Accius Neoptolemo : *Quid ſi ex Græcia omne nomen illius par nemo reperiri poteſt.* Scribo : *Q. ſ. e. G. omni n. i.* &c. Mirè, *nemo nomen*, pro *nemo homo.* Meller. *Io. Douſa MS.*

3. *Theſſaliæque ſinus*] Ita Gabbem. in textu ; in exegeſi ſeu Nota *Theſſalicoſque*

† Quum hæc Eumolpus [1] ingenti volubilitate verborum effudisset, tamdem Crotona intravimus: ubi quidem parvo diversorio refecti, postero die amplioris fortunæ domum quærentes, incidimus in turbam [2] heredipetarum sciscitantium, [3] quod genus hominum, aut unde veniremus? [4] Ex præscripto ergo consilii communis, exaggerata verborum volubilitate, unde, aut qui essemus, haud dubie credentibus indicavimus. Qui statim opes suas summo cum certamine in Eumolpum congesserunt. certatim omnes muneribus gratiam Eumolpi sollicitant. * *

† *Encolpius.* † Dum

licosque, quomodo & Tornæs. cæteri. c. Tragur. *Thessalioque*. Gonsalius: *Thessalia* Græciæ regio est, Macedoniæ propinqua, ubi Pharsalici campi conflictu illo maximo Cæsaris & Pompeji oppidò famigerabiles. Sic *Thessaliæ clades, ruinæ, cades, dies, pugna*, &c. pro Pharsalicis passim Lucano sunt. eo autem prælio victus tamdem Pompeius. idque quum illum adloquitur Discordia, jubetque humano sanguine tingi eos sinus, intelligendum omnino est.

1. *ingenti volubilitate verborum*] Sic omnes, etiam c. Tragur. sed Tornæsius: al. *verborum bile*. ubi Douza, sic & c. M. Ch. Richardus: Temerarium non est, quod in v. c. legitur, *ingenti bile*. siquidem per *bilem*, insaniam poëticam intelligit, de qua suprà: *Imò, inquam, si ejuras hodiernam bilem una cœnabimus*. Horat in arte Poët.

--- ô ego lævus,
Qui purgo bilem sub verni temporis horam!
Non alius faceret meliora poëmata.

Quare illa verba: *volubilitate verborum*, inducenda puto, ut quæ huc ex mox sequentibus irrepserint. *Ex præscripto ergo consilii communis, exaggerata verborum volubilitate. Bilis* est ὀργή, vehementia, zelus; ne quis *insaniam* Richardi aliter intelligat quàm par est. Virgil. Eclog. 3, *Insanire lubet*. Vbi Servius: nam insani ἐνθουσιῶντες dicuntur, i. e. Deò pleni. *Verborum bilis*, fervor esset animi in verbis declaratus.

2. *heredipetarum*] Papias: *Heredipeta, qui alterius hereditatem petit vel cupit; & componitur ab heredium, & peto. Heredicapa, qui hereditatem alterius capit; & componitur ab hereditas vel heredium, & capio. Heredifcinda, qui alterius hereditatem scindit, aufert; & componitur ab hereditas vel heredium & scindo*. Piccartus eleganter horum aucupia delineavit, observ. Histor. Politic. dec. XII, c. III. *Gabbema. Haredipetæ κλῆρον ἁρπάζοντες (successionem aucupantes)*. Wouweren. Iidem statim vocantur *captatores*. ad eandemque faciem dicitur *lucripeta* Dionysio Catoni in Districho. *Ge. Erhardus*.

3. *quod genus hominum, aut unde veniremus*] Leg. *quod genus homines*, ut, si non amplius, id saltem relinquamus Petronio, ne non Latinè loquatur. Quamvis ne quid dissimulem, malim, *qui genus, aut undo domo venissemus*: Quæ fuit antiquorum percontandi hospites forma. *Anonym. MS.*

4. *Ex præscripto ergo consilii communis*] Vetus Senatusconsulti formula; D. C. C. S. id est, *de communis consilii sententia*. Io. Sambucus.

1. *tam*

† Dum hæc magno tempore Crotone aguntur, & umolpus felicitate plenus prioris fortunæ esset obli- is statum, adeo ut suis jactaret, neminem gratiæ suæ oi posse resistere, impuneque suos, si quid deliquissent n ea urbe, beneficio amicorum laturos. Cæterum ego, tsi quotidie magis magisque superfluentibus bonis sa- inatum corpus impleveram, putabamque à custodia nei removisse vultum Fortunam: tamen sæpius ' tam onsuetudinem meam cogitabam, quam causam. &, Quid, ajebam, si callidus captator exploratorem in A- ricam miserit, mendaciumque deprehenderit nostrum? Quid, si etiam mercenarius præsenti felicitate lassus, ndicium ad amicos detulerit, totamque fallaciam invi- iosa proditione detexerit? Nempe rursus fugiendum rit, & tandem expugnata paupertas nova mendicitate evocanda. Dii, deæque, [2] quam male est extra le- em viventibus! [3] quidquid meruerunt, semper exspe- tant. * * *

‡ Quia [4] nosti Venerem tuam, superbiam captas,

† *Polyæno.* ‡ *Chrysis* ancilla Circes *ad Polyænon.* ven-

1. *tam*] Præponendum hîc putat ousa *non. non tam.*

2. *quam male est extra legem viv.*] laut. *Nihil est miserius quam animus ominis conscius.* De hoc flagello con- cientiæ, & metu qui eum neces- ariò sequitur, vide Casaubon. in ers. Sat. 3: Barth. ad Claudianum um. 292, & num. 635 multîs. *Ge. rhardus.*

3. *quidquid meruerunt, semper exspe- tant*] Cicer. pro Mil. *Magnam vim abet conscientia in utramque partem, ut emper pœnam ante oculos versari putent, ui peccaverint, & nihil timeant, qui ni- il admiserint.* Senec. Ep. XCVIII. Plut. le Sera num. vind. *Gabbema.* Senec. *Conscientia aliud agere non patitur, ac ubinde respicere ad se cogit. Dat pœnas uisquis expectat. quisquis autem me- uit, expectat.* Fr. Pithœus. *Quid- quid meruerunt semper expectant.* Aspexit indubiè hæc verba Macrob. in Somn. Scip. *Sibi videntur exitium, quod merentur, excipere.* Is. Pontanus in Not. Puto particulam *semel* excidisse, ut scripserit Petronius: *quod semel meruerunt.* Barth. ad Claudian. n. 635. In Historia Marculphi minimè nupera, ut vulgò putatur, sed perveteri, & cujus jam ante annos quasi 10. mentionem fecit Guilhelmus Archiepiscopus Cypri in Belli sacri Hist. legitur: SAL. *quod timet impius, veniet super eum.* MAR. *qui malè facit, & bene sperat, totum se fallit.* Nec frustra ille; *Conscientia scelerum, metus judiciorum* &c. *Erhardus.*

4. *nosti Venerem tuam*] τὴν Ἀφροδίτην σὴν σε εἶναι (*Venerem tibi adesse*). Io. à Wouweren.

vendisque amplexus, non commodas. Quo enim spectant [1] flexæ pectine comæ? quo [2] facies medicamine adtrita, & [3] oculorum quoquo mobilis petulantia? [4] quo incessus tute compositus; & ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam prostituis, [5] ut vendas? Vides me? [6] nec auguria novi, nec Mathematicorum cœlum curare soleo: ex vultibus tamen

1. *flexæ pectine comæ*] An *pecten* abusivè pro acu comatoria dixit? *Ge. Erhardus.*

2. *facies medicamine attrita*] Iuvenal. *--- inducitur atque fovetur*
Tot medicaminibus.-- Tertull. *Cutem medicaminibûs ungunt.* Antipater: ψιμμιθίῳ τὰς παρείας ἐντριβόμεναι (*cerussâ maxillas infrictæ*). Artemidor. lib. 1. ἔδοξε καταχρίεσθαι τὸ πρόσωπον, ὥσπερ αἱ γυναῖκες (*Existimatus fucare vultum ut mulieres*). Io. à Wouweren.

3. *oculorum quoquo mobilis petulantia*] Sic quidem Gabbema in textu cum Frellon. & Lotich. verùm in exegesi ponit, *o. quoque mollis p.* quomodo & Tornæsius, reliqui. Erhardus: L. *quoquo mobilis*, aut certè, *quáque mollis.* Haud absimile Apul. *Et nunc mitè conniventibus, nunc acrè criminantibus, gestire pupulis, & nonnunquam saltare solis oculis.* ipsius Arbitri epigrammation:

O blandos oculos & inquietos,
Et quadam propria nota loquaces!
Illic & Venus & leves amores,
Atque ipsa in medio sedet voluptas.

Deinde dictio *petulantia* signanter admodum hîc expressa est, & valet, quod in notissimo versiculo legitur:

Minerva flavo lumine, Venus peto.

4. *quo incessus compositus, & ne vest.*] Senecæ *incessus compositus*, qui Ambros. 3 de Virg. *sobrius.* Vetus inscript. *incessus commodus.* Ep. 69. *modestus incessus ac compositus, ac probus vultus.* At Petr. fictus ad mollitiem. Apul. Mil. *superfluo incessu fœminam mentiebatur.* Hieron. ad Eustoch. *solutis genibûs fractus incessus.* advers. Helvid. *gressum frangere.* Idem: *ludentibus pedibûs incedunt.* Seneca Natur. Quæst. l. 7, c. 31 *Tenero & molli incessu suspendimus gradum.* Firm. l. 8, c. 7. *Molliter ambulant, vestigia sua cum delicata quadam moderatione suspendunt.* Senec Ep. 15 Clem. Alex. Pæd. lib. 2, c. 11. *Wouweren.* Sic Catullus:

--- quam videtis
Turpe incedere, rhytmicè, ac molestè.

Erhardus.

5. *ut vendas*] Tibull.
Sit procul à nobis formam cui vendere cura. Fr. Pithœus.

6. *nec auguria novi, nec Mathem,* &c *ex vultibus tamen hominum mores conligo*] *nec auguria novi.* Martial.
Non sum divinus, sed scio quid facias.

Pithœus. Eadem de se ferè Tibullum promittentem operæ pretium fuerit auscultare lepidissimis versiculis illis:

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum;
Præcinit eventus nec mihi cantus avis.
Ipsa Venus magico religatum brachia nodô
Perdocuit multis non sine verberibus.

Dousa. *Mathemat.* Gellius l. 1, c. 9. *Vulgus quos gentilitio vocabulô Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.* Wouwer. *ex vultibus* --. Cic. 1 de LL. *Et is, qui adpellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores.* Indè Orat. in Pison. *Vultum mentis sermonem* vocavit. Sic in princ. ait: *Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo*

ien hominum, mores conligo; & [1] quum spatiantem di, quid cogites, scio. Sive ergo nobis vendis quod pe-), mercator paratus est: sive quod humanius est, com-iodas, [2] effice ut beneficium debeam. Nam quod ser-im te & hmilem fateris, accendis desiderium æstuan-s. [3] Quædam enim feminæ sordibus calent: nec [4] li-idinem concitant, nisi aut servos viderint, aut [5] statо-s altius cinctos. [6] harenarius aliquas accendit, aut [1] per-

mo quidam tacitus mentis est, hic in er-om homines impuit, &c. *Gabbema.* ippolytus in Harpocrat. pag. 17. Ex la orationis figura homines nosci iam Homerus indicat Odyss. I

--- ἕ μὲν γάρ τι πάμπαν ἐώικε.
(--- *neque enim promittebat mala vul-tus.*)

rasmus in Adag. *Ex habitu bonum vi-m præ se fert.* Ge. Erhardus.

1. *quum spatiantem vidi*] Nota, ex cessu cognosci mores mulierum. Iugius. *Erhardus.* Sed & hîc Polyæ-juvenis.

2. *effice ut beneficium debeam*] fugit b finem litera, qua reprehensa, ro-ndior erit oratio: *efficis ut ben. de-am.* Heraldus Analect. lib. 3, c. 12. l pro *debeam* leg. est *debeat*, nempe omina. Iungermannus. *Erhardus.*

3. *Quædam enim feminæ sordibus ca-nt*] vide Cælestinum. *Erhard.*

4. *libidinem concitant*] Ea formâ u-rpatum, qua Poëtarum Deus, *Mar-mque accendere cantu.* Martialis verò: *Indè lego, Musasque cio, Phœbumque lacesso,*

Stitare ausi. *Dousa.* Activum pro pas-vo. *Anonym. MS.*

5. *statores altius cinctos*] *Stator* ser-is carceris est custos; aut aliubi ja-cularius, qua voce latet hîc nequi-a: *Statorque* scortillo nunc est, cui *ret* scilicet mentula opportunè, sic πλῶς sumptum *stare* priscis fre-uenter, pro, Tam rigidum stare uàm cornu. Apul. lib. 11 Mil. *Ste-runt & membra, quæ jacebant antè.* Martial. lib. 111 Ep. LXXV. Quod epigramma lepido jocô claudit ab ambiguitate τῷ *stare* petitô. Iuvat commentum nostrum illud, *altius cinctos*, quod, paratos ad opus Veneris interpretor. Similis prorsus fuit & Faustinæ Antonini uxoris libido, de qua sic Capitolinus: *Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: siquidem Faustinam satis constat apud Cajetam conditiones sibi & nauticas, & gladiatorias elegisse.* Caussam reddit Lamprid. in Alagabo: *Idque diligenter curatum est, ut ex tota penitus urbe, atque ex nauticis monobelos quærerent: sic eos adpellabant, qui viriliores videbantur.* Alioqui & *statores* tabellarii sunt, ut ex Cicerone, aliisque constat. Ideoque utpote qui iter facturi, *altius cincti.* Et sic quoque Arbiter luderet argutè dilogiâ. *Gonsalius. Statores altius cinctos.* Catalect. *Iam primum stator hic libidinosus* &c. *Pithœus. Statores* servi præsentes dominis ad custodias, eorumque jussa ac nutus exequendos. Glossar. Petr. ex Erhardo. *statores* propriè sunt carcerum aut ædium custodes, quos janicularios vocamus. Nam *stare* est verbum ejus rei. Manilius lib. 5. *Immitis veniet* &c. *I. Dousa MS.*

6. *harenarius aliquas accendit*] *Harenarius*, bestiarius, qui cum bestiis depugnat. Gloss. Gabbema: De Faustinæ M. Antonini uxoris libidine jam dictum est: De Hippia Fabritii Vejentonis Senatoris Viri, & Consiliarii Cæsaris videndus Iuven. Sat.

[1] perfusus pulvere mulio, aut [2] histrio scænæ ostentatio
ne traductus. Ex hac nota domina est mea. [3] usque al
orchestra [4] quatuordecim transilit, [5] & in extrema ple
be quærit, quod diligat. † Itaque oratione blandissim
plenus, Rogo, inquam, numquid illa, quæ me amat
tu es? Multum risit ancilla post tam frigidum [6] scema
&, ‡ Nolo, inquit, tibi tam valde placeas: [7] ego adhu
serv

† *Polyænos.* ‡ *Chrysis*

VI, LXXXII. Tertull. *Scenicos, Xysticos, Harenarios illos amentissimos, quibus viri animas, fœminæ autem illis etiam corpora sua substernunt.*

1. *perfusus pulvere mulio*] Sic ex c. Pithœi etiam edit. Frellon & Lotich. *p. p. multo* Tornæs. cæteri. Wouweren: *Perfusus pulvere multo*, h. e. luctator. Palæstritæ pulvere se aspergebant post unctionem, ut firmius lubricos alioquin artus tenerent. Adi Plutarch. Sympos. probl. l. 2 quæst. 4. & Heliodor. lib. 10, ubi Theagenes parat se luctæ. Tertull. de Pall. *Studia palæstræ malè senescentia, & lutea unctio, & pulverea volutatio.* Apul. l. 9 Mil. *In modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimicant.* Lucian. de Gymnast. Isid. Orig. l. 15, c. 2.

2. *histrio scænæ ostentatione traductus*] Huc mirificè faciunt quæ Iuvenal. habet Sat. VI, LXXI. *S. A. Gabbema.*

3. *usque ab Orchestra quatuordecim transilit*] Orchestra Græcis ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως, *à saltatione.* Isid. lib. XVIII, c. XLIV. *Orchestra autem, pulpitum erat scenæ, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare.* Scholiast. Iuven. ad illud Sat. VII.

Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

Ait: *Orchestram spatium in theatro dicit esse, quod pantomimo saltanti vacat. Ejusmodi autem poëta legitur, in quo stans recitet.* Cassiod. lib. Var. Quintil. lib. III, c. VI. Erant in *orchestra* Senatorum sedibus loca designata. Erant & in XIV gradibus *orchestræ* primis vel proximis equitum sedes. Nam & his lege sua in theatro loc restituit Otho Roscius. Lege Thea trali à XIV primis prohibebatur, qu artem ludicram exercuisset, ut Fab ait. *P. Pithœus.* Iuvenalis *orchestra & populum* dixit pro primoribus & plebe. P. Pithœus Adversar. vel sub sec. lib. 1, cap. 17. Eleganter de mu liere dictum, quæ amatoribus ple bejis & vilissimis delectatur. Turneb Adversar. lib. 4, c. 19. *Ge. Erhardus.*

4. *quatuordecim*] Suet. Aug. c. XL Macrob. lib. 11, c. III: Sueton. Iul c. XXXIX. *Gabbema.*

5. *& in extrema plebe quærit quod di liget*] *In extrema plebe*, hoc est, in lo co tertio, populo adtributo, unde *Popularia.* Suet. Claud. cap. XXV, Do mit. c. IV. *Dieque proximo omne genu rerum missilia sparsit: & quia pars ma jor intra Popularia deciderat, quinqua genas tesseras, in singulos cuneos Equestri & Senatorii ordinis pronuntiavit.* Dispertita ergo tria loca, *Orchestra, Equestria, Popularia*, tribus Pop. Rom. ordinibus, Senatui, Equiti, Plebi, scil. *I. A. Gonsalius.*

6 *scema*] vel *schema*, cultus; habitus orationis.

7. *ego adhuc servo nunquam succubui*] Licet ingenuæ, inquit, ac nobiliores matronæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum servis crebrò flagella passis, & mox cruci suffigendis consuescant, ego tametsi ancilla sim, cum Equitibus tantùm rem habeo. Petrus Faber Semestr. lib. 2, c. 8. *Erhardus.*

ervo nunquam succubui; nec hoc dii sinant, [1] ut amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ, quæ flagellorum vestigia osculantur: ego, etiam si ancilla um, nunquam tamen [3] nisi in Equestribus sedeo. † Miari equidem tam discordem libidinem cœpi, atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matroiæ superbiam, & matrona ancillæ [5] humilitatem. Procedentibus deinde longius logis, [6] rogavi ancillam, ut in platanona produceret dominam. [8] Placuit puellæ con-

† *Polyanos.*

1. *ut amplexus meos in crucem mittam*] *Amplexus*, pro eo qui amplectitur, id est, me amplectendam. Sic *excessitudines* pro necessariis, *convivia* ro convivis, *regna* pro legibus, &c. equentari observavit Bern. Schol. d Statium, lib. 6 Thebaid. *In crucem ittam.* Servilis pœna *crux.* Iuvenal. *me crucem servo.* Vid. Gretserum de truce, l. 1. Venustè verò *crucem* servum uciarium appellat, qua facie sermoi*s scelus* pro sceleste. *Ge. Erhardus.*

2. *flagellorum vestigia*] Vlpian. in ragm. pro stigmatibus. *Anonym. in* ot. lib. 1 Regul. *Dedititiorum numerò nt quibus vestigia scripta fuerunt.* Piœus. *flagellorum vestigia.* Σημεῖα τῶν πληγῶν (*plagarum signa*). Tertull. de all. *vestigia cestuum viria occupavit.* Odius 3 Amor.

Cerne cicatrices veteris vestigia pugnæ.

Vouweren. Plauto *mastigiæ*, Sidonio *actores ferularum*, Tertulliano *flagra umpentes.* Savaro ad Sidon. lib. 3 Ep. 3. quæ hoc loco *flagellorum vestigia*, ifra vocat, *verberum notas.* Idem. Erh.

3. *nisi in Equestrib. sedeo*] *Equestria* ro locis theatralibus equitum, & odificatis verbis pro *equitibus* usurvit. Id verò est: nunquam est miires, nisi cum illis qui sedent in uatuordecim ordinib. Turneb. Adrs. lib. 4, cap. 19. Metaphora ab equestribus, hoc est, locis in spectalo equiti datis. Pet. Faber Semestr. b. 2, c. 7: Lipsi. de Amphith. c. 14: Petr. Pithœus Adversi. lib. 1, c. 17. *Erhardus.* Rectè convenit hoc epigramma, quod hîc inserui:

Inveniat quod quisque velit, non omnibus unum est
Quod placet, hic spinas colligit, ille rosas.

Bourdelotius. *in equestribus sedeo.* Significatur libidinis genus, de quo Ovidius, Martialis:

Mastrubabantur Phrygii post ostia servi,
Hectoreo quoties federat uxor equo.

Et hic ipse *equum* suprà ea mente dixit. *Dousa MS.*

4. *inter monstra numerare*] Cornel. Fronto: *In monstro rectus ordo naturæ invertitur.* S. A. Gabbema.

5. *humilitatem*] Senec. *Si quis nulla se amicâ fecit insignem, nec alienæ uxori æmulum præstat, hunc matrona humilem, & sordidæ libidinis & ancillariolum vocant.* Fr. Pithœus.

6. *rogavi ancillam*] Has ancillas honestiùs habebant, utpote conscias non solùm libidinum, sed consiliorum & mentis dominæ: dicebantur *Fabiæ.* Gloss. *Fabia* παιδίσκη. Talis illa apud Plaut. Milit.

Quasque hunc anulum Fabiæ suæ dederit, ea porrò mihi
Militi ut darem. Io. à Wouweren.

7. *in platanona*] Ita est in editione Gallicana, & quidem utraque (Paris. & Lugdun. seu Steph. & Tornæsii), in prioribus verò: *Vt platea nova duceret*, lectum hactenus. Vnde fuit tempus, quum, *in prata nova*, emen-

consilium: itaque conlegit altius tunicam, flexitque [1] in eum daphnona, qui [2] ambulationi hærebat. nec dimorata, dominam producit è latebris, laterique adplicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem. Nulla vox est, quæ formam ejus possit comprehendere: nam [3] quidquid dixero, minus erit. [4] Crines ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderant: [5] frons minima

dandum hariolarer. nunc Turnebi potiùs sententiæ accedo, &c. Addo fidei caussâ bina à Poëta Celtibero testimonia, ut:

Exornant pictæ quà Platanona feræ:

Item,

Disposuit daphnôna suis Torquatus in hortis.

Dousa. *Vt in platea nova* habet c. M. Tragur. Gabbema: *Platanona*, i. *platanetum*; locum ubi plures *platani*. Senec. Ep. LV. *Platanona medius rivus, & à mari, & ab Acherusio lacu receptus, Euripi modô dividit.* Martal. lib. III Ep. XIX. *Pithœus:* Martialis,

Daphnonas platanos, ac aërias cyparissos,
Et non unius balnea solus habes.

Erhardus: Iacobus Gaudensis lib. 3 Ærarii aur. Poët. *Platanon, locus platanis consitus.* Magnus olim usus *platanorum* in deliciis æstivis. Cicero: *Hæc tua platanus ad opacandum hunc locum patulis diffusa ramis.* Videndus Plato in Phædro, Iacob. Pontan. ad Virgil. 4 Georg. & alii.

8. *Placuit puellæ*] ancillæ, sicut *puer* pro servo: & dicitur hîc de stuprata. *Ge. Erhardus.*

1. *in eum daphnona*] Δαφνὼν, lauretum, sive loretum. Mart. lib. X Ep. LXXVI: lib. XII Ep. L. *S. A. Gabbema.*

2. *ambulationi*] ambulacro. Locus in quo deambulatur. Zwinglius in Compilation. Suetonius Augustô, c. 100. *circumjectasque silvas & ambulationes in usum populi tunc jam publicarat.* Sic *cœnatio* pro cœnaculo. *Erhardus.*

3. *quidquid dixero minus erit*] Hieronym. epitaph. Nepot. *Vincitur sermo rei magnitudine, & minus est omni quod dicimus.* Io. à Wouweren.

4. *Crines ingenio suo flexi per totos*, &c.] Apul. lib. II Miles. *Vbere enim crines, leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos sensimque sinuato patagiô residentes,* paulisper ad finem conglobatos, *in summum verticem nodus adstrinxerat.* Rursus lib. II. *Iamque primùm crines uberrimi, prolixique* & sensim intorti, *per divina colla passivè dispersi, molliter defluebant.* Iterum lib. II Apul. *Sed ut mihi morem pleniùs gesseris in effusum laxa crinem, & capillo fluenter undante ede complexus amabiles.* Gabbema. *Crines ingenio suô.* ut, *sponte sua sandix.* Anonym. in Not. *ingenio.* Gloss. *ingenium* εὐφυΐα, φύσις (*bona indoles, natura*). Nævius: *Ingeniô arbusta consita.* Sallust. *Ingenium loci.* Tertull. de Habitu mul. c. 2. *Herbarum ingenia traduxerant.* ita *ingenuus* αὐτοφυὴς (*suapte natus*), ut Aus. *Ingenui fontes. Crines ingeniô flexi*, sponte aut naturâ flexi, Apul. *inaffectatum capillitium. Crines flexi.* Alii calamistrô flectebant: Hieron. ad Eustoch. *Crines calamistri vestigiô rotantur.* Hinc finxit Iuvenal. Sat. 6. --- *taurea punit*

Continuò flexi crimen facinusque capilli, per totos se humeros fuderant. Vide Heliodor. lib. 3. ἡ κόμη δ' οὔτε (*Coma verò neque*) &c. Apul. Mil. X. *Crines sensim intendi, per colla passim dispersi.* multîs hoc in Fotide describit lib. II. Tertull. de Cultu fœm. 6. *Wouweren.*

5. *frons minima*] Et frontes breves, Antiquis; haud secus ac nobis hodie fuere

na, [1] & quæ radices capillorum retroflexerat: ſupercilia
ſque ad malarum ſtricturam currentia, [2] & rurſus con-
inio luminum penè permixta: oculi clariores ſtellis ex-
ra lunam fulgentibus: [3] nares paullulum inflexæ: & [4] oſcu-

ere laudatiſſimæ. Laudem peritam
xin neſcit nemo. è contraria autem
quidem præbeo convitium. Sic me-
etrix comparem infectatur apud Lu-
anum Ἑταιρικ. Διαλόγ. (meretric.
ialog.) *Caterùm illud miror, quidnam
deò laudet in ea miles iſte, niſi ſi omnino
ecus eſt, qui non viderit, capillitium il-
am rarum habere, & in multam uſque
ontem deductum.* Id autem magìs jam
nihi dignum fuit obſervatione, vi-
elicet naturæ illi defectui Priſcos
ariſſime ut nos ſuppetias quondam
viſſe: Fœminæ Hiſpanæ calamiſtris
n annulos cincinnoſque illud comæ
onvertunt, quod potiſſimùm totam
rontem circumdat; minuunt & ſic,
bumbrantque id latitudinis illis
cilicet viſum minùs decorum. Si-
nillimè & ſuo ævò factum oſtendit
ucianus in Amorib. ut & Commo-
ianus vetus poëta. *Gonſal.* Martial.

*Audi quem puerum, Flacce, locare
velim:*
*Lumina ſideribùs certent, molleſque
flagellent*
*Colla comæ: tortas non amo, Flacce,
comas.*

*Frons brevis, atque modus breviter ſit
naribus uncis:*
Paſtanis rubeant amula labra roſis.

Arnob. *Imminuerent frontes nimbis.* Sic
nim legendum videtur. Iſidor. *Nim-
us eſt faſciola tranſverſa ex auro aſſuta
n linteo, quod eſt in fronte ſeminarum.*
r. Pithœus. Frontem tenuem etiam
præferunt Horatius, Silius, Arno-
ius; ſed patulam Virgilius. Barthius
n Ceir. Virgil. numer. 497. Veteres
nguſtam & pauxillam frontem inter
ormæ dotes collocabant. Horatius de
Lycoride ſua: --- *inſignis tenui fronte.*
Silius:

Et caſtigata collecta modeſtia fronte.

Porrò de frontis parvæ ac modicæ indiciis & ſignificationibus variant ſcriptores. Trogus Pompeius apud Plin. lib. 11. *Quibus parva frons, mobilem animum ſubeſſe ſignificat.* Meletius de Natura hominis, cap. 8. *Parva verò ac modica fronte ingenii acumine praditos, & ad dicendum propenſos opinati ſunt.* Polemon de Natura ſignor. interpret. lib. 1, cap. 4. *Frons anguſta perſe, rudem hominem arguit.* Melampus lib. de Nævis corporis, in princ. *In fœmina fronte nævus poſitus, regnaturam, vel magnæ poteſtatis futuram denotat.* Ge. Erhardus.

1. *& quæ radices capillorum retro flexerat*] En crinium Circes tertia & inſignis commendatio, licèt cum fronte quoque iſthæc communis ſit. Retroflexerat enim puella capillos antependulos: itaque aliter eſſe non poterat, quin eorum, modò adſcititii ne forent, conſpicerentur radices, eorum ſaltem, inquam, qui à fronte circumcirca pullulaſcerent. Id autem maximi haberi, ideo animadvertitur planè, quòd adulterinarum comarum uſus eſſet quondam creberrimus. *I. A. Gonſalius.*

2. *& rurſus confinio luminum pene permixta*] Commendatæ olim quæ pulcritudine inſignes à ſuperciliorum quoque commixtione, hoc eſt, brevi adeo intercapedine ea habere disjuncta, ut anceps in confinio luminum divortium relinqueretur. *Idem.*

3. *nares paullulum inflexæ*] Sunt inter venuſtos formarum ſpectatores, qui naſum incurvum laudibùs vehant. Adſtipulatorem habent Ariſtenætum lib. 1 Ep. XVIII, τίς δ' νέων ὅτι σιμὸς ἐπίχαρις παρά σοι κληθεὶς ἐπαινεῖται, τὸ δὲ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης; (*Quis juvenum preſis naribùs gra-*

[1] osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Iam mentum, jam cervix, jam manus, [2] jam pedum candor

tiosus apud te celebratur, aquilinum verò nasum regium dicis?) Sidonius de Theod. Rege l. 1 Ep. 11. *nasus venustus, incurvus; labia subtilia.* Barthius. Artemidorus lib. 1, c. XXIX rationem elegantem reddit, cur nasuti cordatiores sint, eóque bis venustiores. *Gabbema.* Duo in forma nasi Martialis requirit: alterum moderatum debere esse nasum: alterum. flexuram illam modica uncitate decoram:

--- *Aque modus breviter sit naribus uncis.*

Sidon. lib. 1 Ep. 2. *nasusn ustissimè incurvus.* Ramirez Hypomn. ad Martial. lib. 4 Epigr. 42, n. 7. *Erhardus.*

1. *osculum*] *Osculum*, parvum os. Elegans vox est, elegantioribus scriptoribus haud infrequens. Supr. Petr. *exseruit ad osculum caput.* Eximium etiam ab ore pulcritudinis encomium. *Gabbema.* Ovid, 1 Metam.

--- *videt igne micantes*
Sideribus similes oculos, videt oscula, quæ non
Est vidisse satis. --- Wouweren.

2. *jam pedum candor intra auri gracile vinculum positus*] Calcei hoc genus fenestrati perforatique frequenter quondam in usu habitum Græcis & Romanis; fœminis tamen potissimúm. Tales igitur erant *soleæ, sandalia, crepidæ, Gallicæ, Tyrrhenici, baxeæ, obstrigilli.* Mirificè ad rem Pollux. lib. VII, c. XX. de Tyrrhenicis loquens: Τυῤῥηνικὰ, τὸ κάττυμα ξύλινον, τετραδάκτυλον. Οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι· σανδάλιον γὰρ ἦν· ὑπόδησε δ' αὐτὸ Φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν (*Tyrrhenica, solea lignea quatuor digitorum; corrigiæ verò inauratæ: quippe sandalium est, quali Phidias Minervam induit*). Prorsus ferme describit Circes calceatum Cephisodorus in Comico:

--- --- Σανδάλια τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
Ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα.

(--- --- *Incisa sandalia, quibus*
Aurea supernè florum decora congruunt).

Λεπτοσχιδεῖς vocat *calceos fenestratos*, ac *supernè apertos.* Addit etiam Comicus χρυσᾶ ἄνθεμα, *flores aurei*; nempè qui superiore erant pedis parte, ubi vincula in nodo complicabantur. Et *vinculum* propritim dictum de ejuscemodi calceamentis, minimè verò de pedem undequaque munientibus: & aptè quidem, nihil quidpe præter illorum vincula superiori pedis parte visitur. *Gonsalius, pedum candor intra auri gracile vinculum positus.* Quod *sicyonia* vocabant, quæ sunt soleæ muliebres, quæ obstragula habebant, sed tantùm corrigiis aliquot sive ligulis aut vinculîs, quas *ansas* nominabant, superiori pedis parti obstringebantur. idque quàm poterat arctissimè, quò videlicet aptior comprehensiorque eniteret pedis forma. Tibullus:

Ansâque compressos colligat arcta pedes. Ovidius:
Pes erat exiguus; pedis est aptissima forma.

Dousa Præcidan. pro Tibull. cap. 4. *Erhardus, Intra auri gracile vinculum.* Seneca: *Crura distincto religavit aurô.* Eas aureas compedes non à matronis, sed à libertinis gestatas, illud argumento est, quòd matronæ fluente stola velatæ, non crura modò sed & pedes veste contectos habebant & omnia, ut ait Horat. præter faciem veste tegebant. ita nullus auri ad ostentationem parati usus in parte quæ latebat. At libertinæ, quibusque Venus non impermissa, cùm altiùs tunicas succingerent, ut ex Ovidio & aliis scriptoribus liquet, crura, pedesque aureis circulîs cultos ostentabant, quæ periscelides à plebe mulierum ob earum pretium non gestabantur:

dor intra auri gracile vinculum positus, [1] Parium marmor exstinxerat. Itaque tunc primum Dorida vetus amator contempsi.

Quî factum est, quod tu projectis Iupiter armis,
Inter cœlicolas fabula muta taces?
[2] *Nunc erat à torva submittere cornua fronte.*
Nunc pluma canos dissimulare tuos.
Hæc vera est Danaë, tenta modo tangere corpus,
[3] *Iam tua flammifero membra calore fluent.*

Delectata illa [4] risit tam blandum, [5] ut videretur mihi,

antur: atque ita quemadmodum viris aurum in annulis distingue-at à Curia, & à plebeio ordine equi-es, atque medium ordinem facie-at, ita in mulieribus aurum peri-eliô, compedéque gestatum distin-uebat, libertinas à stola, id est ma-ronis honestis, & à plebe inope, fic-ue veluti medium quendam eque-rem fœminarum ordinem faciebat; id. Plin. lib. XXXIII, c. 111; item ap.v. *Ferrarius. vinculum.* θελκτήριον *crurale).* Manil.

Et pedibus niveis fulserunt aurea vin-cla.

lin. lib. 13, c. 3. *Habeant fœminæ* (au-um) *in armillis* (L. *armis*) *digitisque to-s, collo, auribus, spiris: discurrant ca-næ per latera & inserto margaritarum ondera è collo dominarum pendeant: et-mne pedibus induitur?* Catenæ au-eæ, si in collo, *monilia* & *torques:* si lacertis, *viriæ, armillæ,* & *brachio-aria:* si in cruribus *periscelides.* Glos-e: *Periscelides, ornamenta vel circuli au-i crurum muliebrium.* Tertull. de Cul-u fœm. *Nescio an crus de periscelio in ervum se patiatur artari.* Senec. Hip-ol. *Crura distinēto religavit auro.* Cha-es Mytilenæus apud Athen. lib. 3. ηρδύετεν κ τὸν Ινδικὸν θάλασσαν ὁ δ' ἐστὶν ἀλθὼν καὶ ἀθρόμηκες, ἔχων ν αὐτῷ σάρκα κ μεγάλων ἐλεφάν-λων, ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ, ἀφορ-γηρδυσι μὲν μαργαρίτας, καπε-σκευάζουσι δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε καὶ ψέλια καὶ τοὺς χείρους κ τὰς πόδας (*Capitur juxta mare Indicum. estque crassum & prælongum, carnem habens la-xam & candidam, ex quo albæ eximun-tur ossa, quas margaritas appellant, præ-parantes ex his armillas & periscelides*). Aristoph. etiam πέδας χρυσᾶς. verba-tim Cypr. *compedes aureos.* Io. à Wou-weren.

1. *Parium marmor exstinx.*] Horat. *Vrit me Glyceræ nitor,*
Splendentis Pario marmore purius.
Fr. Pithœus. Arnob. libro quartô: *Vlnarum nivei marmoreique candores.* Wouweren. *extinxerat.* Candorem de-leverat, & pulchritudine superaverat. *Innomin. in Emendat.*

2. *Nunc erat à torva submittere cor-nua fronte*] *Erat submittere.* ἑλληνικῶς (*imitatione Græcorum*). pro, nunc e-rat tempus submittendi. Ammianus lib. 31. *Tunc erat spectare cum gemitu facta dictu visuque pradira.* Erhardus. *Cornua,* Iovis Ammonis, qui umbi-lico tenus ut aries fingebatur.

3. *Iam tua flammifero membra calore fluent*] Quare? quia Iupiter in aurum imbrem mutatus illapsus in sinum Danaæ. *Ge. Erhardus.*

4. *risit tam blandum*] Græci dicunt ἁπαλὸν ἢ χλιαρὸν γελᾶν. de quo de-centi ac moderato risu videatur Bern. Martinus Var. lect. lib. 3, c. 26. *Er-hardus.*

hi, plenum os extra nubem Luna poferre. [1] Mox digitis gubernantibus vocem, † Si non faſtidis, inquit, feminam ornatam, & hoc primum anno [2] virum expertam, [3] concilio tibi, ô juvenis, ſororem. habes tu quidem, & fratrem, [4] neque enim me piguit inquirere: ſed quid pro-

† *Cave.*

5. *ut videretur mihi plenum os luna prof.*] Horat.

— ſimulac vaga luna decorum Protulit os.

Fr. Pithœus. Creberrimè occurrit comparatio venuſtæ formæ cum Luna. Planè ut Petronius, Nonnus Dionyſ. lib. 4 de Cadmi forma:

Εἰποτε δινεύων φρενοβερπέα κύκλον ὀπωπῆς,
Ὀφθαλμὸς ἐλίλιξεν, ὅλη σελάγιζε Σελήνη.

(Si quando frontem lætans exporrigit ipſe
Atque oculos volvit, lunam lucere putares.)

Et Q. Calaber lib. 1. de Penthaſilea; Salomon in Cant. Canticor. cap. 6, v. 10. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens: pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Erhard.

1. *Mox digitis gubernantibus vocem*, &c.] Argutè, de actione, ſeu geſticulatione digitorum verius, nimium illecebroſa, concinnaque, ac prorſus meretricia. cui non multùm abſimile, in diſſimili licèt argumento, illud Tibulli noſtri:

At poſtquam fuerant digiti cum voce loquuti I. Douſa.

2. *virum expertam*] Horat. l. 3 Od. 14.

— & puella Iam virum experta.

Io. à Wouweren.

3. *concilio tibi, ô juvenis, ſororem. habes tu quidem & fratrem*, &c.] Propriè, *Concilio*, in re lenocinii uſurpat Petronius. Sed enim & Ovidius, non minùs urbanè de Tithoni nuptiis apud Auroram expurgans ſeſe:

Cur ego plector amans, ſi vir tibi marcet in armis:
Non me nupſiſti conciliante ſeni.

Vnde & *conciliatrix*, pro *adductrice*, id eſt, lena, ſeu ſtupri ſequeſtra Plauto, Comicique antiquitus frequentata. *Douſa.* Sed perductores (προαγωγεῖς) hoc differunt à lenonibus, quod *lenones* ſint ſcortorum, *perductores* etiam invitarum perſonarum, ut tradit Aſconius in Cic. Verr. 3. Franc. Modius Not. in Iuſtin. lib. 9. Porrò, *concilio* peculiare huic rei verbum. Iſidor. Origin. lib. 10. *Conciliatrix ob ſocietatem flagitioſa conſenſionis dicta, eò quòd intercurrat, alienumque mundinet corpus. hanc & lenonem vocant.* Lucillius:

-- Saga & bona conciliatrix. Barth. ad Claud. n. 1498. *Erhardus. Frater & ſoror*, inter ἐρωτικὰ (*amatoria*) ſunt. Sic ut puellæ eos, quibus dare conſuevisſent, *fratres* vocarent: & contrà amatores ſuam comparem, cum qua caput limarent, *ſororem.* Sic Tibullus intelligendus lib. III El. II: ut & Senec. in Hippol. Sic & apud Petronium ampliùs viginti locis Giton frater nominatur, qui non reapſe frater erat, ſed pullipremoni officium præſtabat, & noctu pro culcitella erat. Patet ex epiſtola, *Si vis ſanus eſſe, Gitona roga: recipies inquam nervos, ſi triduò ſine fratre dormieris.* Lipſius. *Gabbema.* Martialis:

O quam blanda es, Ammiane, matri!
Quàm blanda eſt tibi mater, Ammiane.
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur:
Cur vos nomina nequiora tangunt?

Eadem notione apud Tibull. Senec. alios. Lipſ. Antiq. lect. lib. 3. Cinædos ergo tecto nomine *fratres* appellabant. *Ge. Erhardus.*

4. *neque enim me piguit inquirere*] Nequiter ſanè, atque ex præſcripto diſcipli-

prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantum dignare & meum osculum, quum libuerit, adgnoscere. ‡ Imo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter [1] cultores admittere: invenies religiosum, si te adorari permiseris. Ac ne me judices, ad hoc templum Amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum. † Quid? inquit illa, donas mihi eum, sine quo non potes vivere? ex cujus osculo pendes? quem sic tu amas, quemadmodum ego [2] te volo? ‡ Hæc ipsa quum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aëra, ut putares [3] inter auras canere Sirenum con-

‡ *Polyænos.* † *Circe.* ‡ *Polyænos.*

disciplinæ lenoniæ, ita in Menæchmis adumbratæ à Plauto; ubi quum herus admirans dixisset:

Sed miror, quî ille noverit nomen meum:

Ecce servus non paulò sapientior;

Minimè hercle mirum. (inquit) *morem hunc meretrices habent;*
Ad portum mittunt servolos, ancillulas:
Siqua peregrina navis in portum advenit,
Rogant, cujatis sit, quid ei nomen siet.
Post illæ (scribo, *Postillà*) *extemplo se adplicant, agglutinant.*
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.

Quo etiam applicare possis Ovidianum illud, ex ipsis Helenes persona benigniùs sanè, quàm necesse fuerat probæ, ad captiosissima Paridis blandimenta rescriptum:

Nec tamen ipse negas: & nobis omnia de te
Quærere, si nescis, maxima cura fuit.

Ain vero, mi Helena? tantumne à re domestica operæ otiique fuisse tibi, ut oblita &c. & Horat. l. Sermon. 1, Satyr. 6. -- *puellis*

Injiciat curam quærendi singula; quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo, & reliqua. *I. Dousa.*

1. *cultores*] Amatores. tralatione verecunda. *Glossar. Petron.* ex Dousa.

2. *te*] Leg. *me.* Iungermann. *Ge. Erhardus.*

3. *inter auras canere Sirenum concordiam*] Sic & Wouwer. cæteri. Tornæsius: alii *i. aurès c. S. c.* quomodo & c. Tragur. *aures.* Erhardus: *ut putares inter aures canere Sirenum concordiam.* Leg. *intus canere.* Digitîs psallere, canere intus: plectrô, foris dicebatur. Difficilior autem intus canendi modus: & ratio in proclivi. nam qui foris canebant, plectrô velut uno digito chordas impellebant, id est, simpliciùs: qui intus, quinque digitîs velut totidem plectrîs. Er. Puteanus in Musathen. cap. 11. *Seirenum concordiam* dixit, ut Claudian. *concordiam vulgi.* Barth. nu. 2419. Gonsalius: Frequens apud priscos conlatio Sirenum cum voce suavi puellarum. Heliod. de Char. loquens lib. 1. Ὑπὸ δὲ τῶν λόγων, ὥσπερ τινος σειρῆνος κεκηλημένος (*Verbis ad instar Sirenis alicujus, delinitus*). Ælianus de Aspasia lib. XII. ἱπ. στορ. cap. 1. Φώνημα δὲ εἶχες ἡδὺ, καὶ ἁπαλὸν, &c. (*vocem habebas dulcem & suavem, qua audita quis Sirenem visus audire.*) Princeps autem hic Pausanias, quum in Atticis inquit: Εἰώθασι δὲ, καὶ ὧν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν. Vertit Amasæus: *Obtinuit certè consue-*

concordiam. Itaque miranti, & toto mihi clarius cœlo nescio quid relucente, libuit [1] deæ nomen quærere. † Ita, inquit, non dixit tibi ancilla mea, Circen vocari? [2] non sum quidem Solis progenies; nec mea mater, dum placet, labentis mundi cursum detinuit: [3] habebo tamen quod cœlo imputem, si nos fata conjunxerint. Imo etiam nescio quid tacitis cogitationibus Deus agit. [4] nec

† *Circe.*

sine

consuetudo, ut nunc etiam, poëmata, & Orationum quodvis genus, in quo insit suaviloquentia, cum Sirenum cantu conferatur. Glossar. Petron. *Sirenum cantus.* suavissima illa modulatio qua omnes penè audientium sensus subripiebantur. Innuit historiam Vlyssis & sociorum.

1. *deæ nomen*] Frequens cum Deabus pulcerrimarum puellarum collatio. Apul. lib. IV. *Puella supplicatur, & in humanis vultibus Deæ tantæ numina placantur: & in matutino progressu Virginis victimis* &c. *S. A. Gabbema.*

2. *non sum quidem Solis progenies, nec mea mater, dum placet,* &c.] Sic omnes etiam c. Tragur. Dousa verò suadet legend. *dum* (i. cùm, quotiescunque) *placuit.* ad exemplum opinor, (inquit) Tibulliani illius in materia huic prorsus parissima:

Cùm libet, hæc tristi depellit nubila cœlo:
Cùm libet, æstivo provocat orbe nives.

Denique Ovidii quoque ex libro Amorum I.

Quum voluit, toto glomerantur nubila cœlo.
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.

Erhardus: Leg. *cum placeret.* Iungermannus. *non sum.* &c. Non sum, quam videor nomine præferre, Circe: quî enim? mea mater non detinuit cursum Solis. Persem autem parentem Circes fuisse, eamque amatam à Sole, habemus Odyss. κ. Iam fingi, Solem diutiùs hærere in cœlo probaverit Ovid. lib. IV Metam. cxcv. Grutetus Suspicion. lib. 6, c. 15. Ne longiùs eamus, Circe fuit venefica, at magicis artibûs sagæ dicuntur Lunam deducere, & Solis cursum inhibere. Ita enim infrà gloriatur saga mulier;

--- Lunæ descendit imago
Carminibus deducta meis, &c.

Ait ergo, se quidem Circen vocari, non tamen esse veneficam, ut illa antiqua Circe fuit, qua de eadem saga mulier: --- *Phœbeia Circe*
Carminibus magicis socios mutavit Vlixis.

Phœbeia, i.e. (uti hoc loco explicatur) *Solis progenies.*

3. *habebo tamen quod cœlo imputem*] Habeo, inquit, quod cœlestibus debeam, si te frui datur. Lipsi. Antiq. lib. I, c. 8. *Dousa MS.* Adeò dulce amor malum est, ut cum Diis ex pari vivere se putent, qui feliciter amant: imò Diis ipsis de felicitate controversiam moveant. neque aliter loquens introducitur Leander à Musæo:

Οὐκ ἂν ἐγὼ κεῖθ' ὅλυμπον ἐφιμείρων
Θεὸς εἶναι,
Ἠ μετέρῳ παρακοίτιν ἔχων ἐνὶ δώμασιν Ἠρώ.

Zinzerling. Miscellan. Criticor. l. 5, c. 6. *Erhardus.* Hos ego hexametros sic expressi:

Cœlum diis ipsis non invideam, modò pulchra
Herûs conjugiò læto mihi vivere fas sit.

Alius, forsan Samuel Rossæus, poëta coronatus, sic:

Non deus in cœlis optarem dicier ipsis,
Hero si mihi sit nupta ferenda domi.

4. *nec sine caussa Polyænon Circe amat*] Vlysses

ſine cauſſa Poliænon Circe amat. Semper inter hæc nomina fax ſurgit. [1] Sume ergo amplexum, ſi placet. neque eſt, quod curioſum aliquem extimeſcas: longe ab hoc loco frater eſt. ‡ Dixit hæc Circe, implicitumque [2] me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram [3] varie gramine indutam.

[4] *Idæo qualis fudit de vertice flores*
Terra parens, quum ſe [5] *confeſſo junxit amori*
Iupiter, & toto concepit pectore flammas:

‡ *Polyænus.* *Emicue-*

Vlyſſes quem Circe adamavit, appellatur Odyſſ. μ. πολύαιν@ (*multa laude dignus*) à concinentibus molliſſimum carmen Sirenibus. *Erhardus.* Vid. Ovid. Eleg. 6 lib. 3 Am. *Fr. Pith.* Idem Vlyſſ. & πολύαιν@ dicitur Iliad. ν & λ, alia tamen acceptione; nam πολύαιν@ etiam garrulus, fabuloſus.

1. *Sume ergo amplexum, neque eſt quod curioſum a. e. longe* &c.] De hac ridicularia veterum ſuperſtitione, qua nimiæ fœlicitatis ſucceſſum, certumque ac præfinitum bonarum rerum numerum *Faſcino* obnoxium opinabantur, conſulendus Scaliger ad Votum illud Baſiaturientis Catulli:

Tam te baſia multa baſiare
Veſano ſatis & ſuper Catullo eſt,
Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint, aut mala faſcinare lingua.

Douſa. Superſtitio veterum: laudantes aut numerantes dicebant, *præfiſcini*, quo omnem invidiam ſe amoliri putabant. Scalig. ad Catull. *Erhardus.* Zelotypum interpretor: ſubdit enim, *longe ab hoc frater eſt.* Zelotypi quidpe admodum curioſi ſunt, omniáque occulta pernoſcere cupiunt, quod genuinum eſt *curioſi* ſignificatum. *Conſ. De Salas.*

2. *me*] Abeſt codice MS. Tragur.

3. *varie gramine indutam*] Tornæſ. omnes, etiam c. Tragur. *vario.* Sambucus: *vario g. i.* Cicero, aliique dicunt *veſtitam.*

4. *Idæo qualis*] Omnes *quales.* etiam c. Tragur. Fr. Pithœus: *Idæos quales.* Tale quiddam in Diris Val. Catonis. Erhardus: Deſcriptio eſt loci amœni. Scalig. in Catalect. In eadem hiſtoria eadem deſcriptione utitur Val. Cato in Diris:

Et mecum tenera gaviſa eſt ludere in herba,
Purpureos flores, quos inſuper accumbebat,
Candida formoſo ſupponens brachia collo.

Idem ad Catal. Comment. in Diras. Similis locus & apud Philoſtratum in Epiſtolis. Lindenbrog. Not. in Catal. Eum habes apud Duſam F. in Spicil. cujus pleraque in Notas illas ſuas transcripſit Lindenbrog.

5. *confeſſo junxit amori*] Quæ vulgò ſeſe omni abjecto pudore proſtituebant, non tenebantur Lege Iulia de Adulteriis, quia ſeſe per criminis profeſſionem omnis honeſtatis ac juris redderent expertes. Hinc fœminæ famoſæ, ut ad evitandam legis pœnam jure ac dignitate maritali exſolverentur, lenocinium profiteri cœperant. & hoc eſt quod ait Mart.

Ne lex Iulia te notare poſſit,
Non nubis, Proculina, ſed fateris.

Et hinc *confeſſus amor* pro impudico. Virg. Ceir.

Sin confeſſus amor noto te macerat igne.

Et Petron. hîc. Petrus Perrenonus Animadv. & Var. lect. l. 2, c. 4. *Ge. Erhardus.*

1. *roſa*

Emicuere [1] *rosæ,* [2] *violæque, &* [3] *molle cyperon,*
Albaque de viridi riserunt [4] *lilia prato:*
[5] *Talis humus Venerem molles clinavit in herbas,*
Candidiorque dies secreto favit amori.

In hoc gramine pariter compositi [6] mille osculis lusimus, quærentes voluptatem robustam. * *

† Quid est, inquit, numquid te osculum meum offendit? numquid [7] spiritus jejunio macer? [8] numquid alarum

† *Circe ad Polyænon.*

1. *rosæ*] Carol. Paschal. in tessellato Coronarum opere lib. III, c. VIII: C, V, VI, VII. *S. A. Gabbema.*

2. *violæque*] Idem. ib. c. III. & IV. *Idem.*

3. *molle cyperon*] τὸ κύπειρον dicitur Græcis & ἡ κύπειρος, herba odorifera, quæ ut *rosmarinus*, in nostris hortis vulgatia, & retento Græco nomine Cyperis dicitur. Barbaris etiam *Cypria.* Balbus Cathol: *A Cyprus Cypria, genus holeris, quia ibi valde abundet.* Videnda. Scholiast. Nicandri in Alexiph. At *cupressus* est arbor, κυπάρισσος. Suprà: -- *ferali circumtumulata cupressu.* Ge. Erhardus.

4. *lilia*] Paschal. lib. d. c. VIII. *Gabbema.*

5. *Talis humus Venerem molles clinavit in h.*] Sic & Frellon. Lotich. *T. h. V. m. clamavit i. h.* Tornæs. cæteri cum c. Tragur. Anonym. MS. Fuit cùm probarem, *clunavit:*

Ad terram trepido descendunt clune puellæ.

Ita Plinio *conclunati* boves. Quid si *mollem inclinavit in herbam?* Dousa MS. Ego malim, *T. h. molles Venerem inclinavit i. h.* Erhardus: *clamavit.* Leg. *clinavit*, unde *inclinare*, Lipsius Antiq. lect. lib. I, cap. 8. Recte, & verificant hæc Petronii verba; *Inclinavit se in lectulum, ac me semel iterumque basiavit.*

6. *mille osculis lusimus*] Catull. *Multa millia ludi.* Fr. Pithœus. Tacitus Annal. 14. *Iamque lasciva oscula, prænuntias flagitii blanditias annotantibus proximis.* Dousa. F.

7. *spiritus jejunio macer*] i. fœtidus, graveolens. *Glossar. Petron.* ex Schoppii Susp. lect. l. 5, Ep. 3. Ch. Richardus: Corpus quidem jejunio macessit, spiritus verò, anima, & anhelitus, quî potest? An legendum *spiritus jejunio acer?* ut acrem spiritum gravioris odoris dicat, quomodo dixit Virgilius:

Sævamque exhalat opaca Mephitin.

Et Catullus:

Ladit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper. Item:
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem.

Dicitur *sæva Mephitis, trux caper, crudelis, nasorum pestis*, ut *acer spiritus. Spiritus* quoque *acer* dicitur ab Horatio, quamvis alia notione verbi:

Idcirco quidam, Comœdia, nec ne Poëma
Esset, quæsivere, quod acer spiritus,
ac vis
Nec verbis, nec rebus inest. ---

Videri possit etiam legendum *marcet*, pro putret ac putet, ut Plinius ait: *avis lagopodis acciso corpus statim marcescere.* Erhardus: *sp. i. macer.* Lege totum locum: *Numquid spiritus jejunio macet? numquid alarum negligens sudor putet? si hæc non sunt*, &c. Lips. Epistol. quæst. lib. 2, Ep. 2. Vel. leg. *jejunio acer*, ut alii habent, id est, gravis; aut *marcet*, id est, putet. Jejunia enim graveolentiam creant, ut

rum negligens ſudor? Porro, ſi hæc non ſunt, numquid Gitona times? Perfuſus ego rubore manifeſto, etiam, ſi quid habueram virium, perdidi; totoque corpore ve-ut [2] laxato, † Quæſo, inquam, [3] Regina, noli ſuggillare miſerias: veneficio contactus ſum. *

‡ Dic Chryſis, [4] ſed verum: numquid indecens ſum? num-

† *Polyænos.* ‡ *Circe.*

t etiam parœmia oſtendit νηστείας ζῇ (*jejunium olet*). Hinc & Martia-is Baſſum ait hircum olidum & fœ-idum olere *jejunia ſabbatathariorum*, d eſt, Iudæorum. *Spiritus jejuniô acer*, t Cæcilio apud Gellium, *jejuna ani-ma*, pro fœtida & graveolenti. Ra-erus ad Mart. l. 4 Epigr. 4.

8. *numquid alarum negligens ſudor*] œtor ſub alis naſcitur, qua parte pi-ant, iis quîs per ætatem licet cum ulieribus rem habere, gravior, ſi ſæ-ius, ſi corporo ſudoro. Fœtor iſte ræcis τράγος, Latinis *hircus*. Ho-at. 12 Epod. -- *hirſutis cubet hircus in lis*. Marcell. de Medicam. *Ad hircos alas fœtentes remedium*. Itaque φι-λόκαλοι (*elegantiæ ſtudioſi*) ut odorem bigerent, vellebant alas pice aut re-nâ, quod Clemens Pæd. lib. III, 11. πιττοῦσθαι (*pice illini*); Capitol. ertin Vaſa calefactandæ reſinæ di-ellendis hominibus. hinc δέδρω-τακισμένοι, *reſinati*. Volſi levigaban-ur pumicibûs. unde φιλοκάθαροι (*munditiem amantes*), qui Senecæ *Volſi expoliti*; Plinio *pumicati*. Wouweren. idon. lib. 3 Ep. 13. *Alarum ſpecubus ircoſis & aceſcentibûs*. ſcitiſſimè; nam læ *ſubhirci* ſunt Iſidoro lib. II, c. 1. avaro ad Sidon. *Ge. Erhardus*.

1. *ſi quid habueram virium perdidi*] ic Ovid. -- *pudor ipſe nocebat*,
Ille fuit vitii cauſa ſecunda mei.
ouſa MS.

2. *laxato*] Sic & Tornæſ. alii. *luxa-* Frellon. & Lotich. Erhardus: *laxa-*. Leg. *luxato*. ut ſit metaphora à gla-iaſchius. ſumpta. Iungerm. & Put-oribus optimé.

3. *Quæſo, inquam, Regina*] Vrbana olim amatorum compellatio, *Regina*. Mart. lib. X Ep. LXIV. Sic & *Dominam* compellabant amaſiam. *Gonſal.* Mar-tialis:

Quem regem & dominum prius voca-bam. Et,
Sollicitus donas, dominum regemque ſalutas.

Diogenes quidem τὰς εὐμόρφους τῶν ἑταιρῶν ἐκάλει βασιλίσσας, πολλοὺς γὰρ πράττειν ἃ ἂν προστάττωσι (*Specie decoras amicas vocabat reginas; multos enim agere quæ hæ imperant*). Fr. Pi-thœus.

4. *Dic Chryſis, ſed verum* &c.] Leg. *Dic Chryſis, ſed verum, numquid incom-pta, numquid indecens ſum? numquid ab aliquo* &c. Bern. Martinus Var. lect. lib. I, c. 7. ubi tractat de mulierculа-rum cultu & nitela corporis. *Erhar-dus. Dic Chryſis* &c. Puellas habue-runt in miniſterio tum ornatrices, tum quæ velut à conſiliis formæ; quod ſtringit Iuven. Sat. 67.

Eſt in conſilio materna, admotáque la-nis,
Emerita quæ ceſſat acu; ſententia prima
Hujus erit, poſt hanc ætate atque arte minores
Cenſebunt, tanquam famæ diſcrimen agatur,
Aut animæ: tanta eſt quærendi cura decoris.

Hieron. *Crines diſponebant ancillæ*. edo-ctæ autem certis magiſtrîs ad hoc miniſterium, velut ad artificium. L. 65 § Ornatricibus. D. de Leg. III. Di-cebantur *Ornatrices* ab officio, uti & Græcis κομμώτριαι. Vetus Inſcript.

CINE-

numquid incompta? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco? noli decipere dominam tuam; nescio quid peccavimus. † Rapuit deinde tacenti speculum, &, postquam omnes vultus tentavit, quos solet inter amantes risus frangere, [1] excussit vexatam solo vestem, [2] raptimque ædem Veneris intravit. Ego contra damnatus, & quasi quodam [3] visu in horrorem perductus, interrogare animum meum cœpi, an vera voluptate fraudatus essem.

† *Polyænus.*

[1] *Nocte*

CINERIBUS. HAMILLÆ. ALPIONIÆ. QUINTÆ. ORNATRICI. FESTUS. M. SEPTIMI GALLI. DISPENS. CONTUBERNALI. B. M. F. *Wouweren. Dic Chrysis, sed verum.* Non absimiliter Philematium Plautina ad Scapham in Mostell. act. 1, scen. 2.

Contempla amabo, mea Scapha, satin' hac me vestis deceat?
Volo meo placere Philolachi. —
Ego verum amo, verum volo mihi dici: mendacem odi.

Vtraque hæc ancilla, & Scapha & Chrysis, ex ornatricibus, de quibus Scalig. in Priap. & ad Festum, Rævardus Conjectan. lib. 2, c. 18, & seq. Bernartius ad Statii Silvar. l. 1 Radul. Fornerius Quotidian. lib. 1, c. 22. Hæ & *cinisiones* dictæ. nec puellæ tantùm, sed pueri huic ministerio adhibiti. Sarisberiensis lib. 3, c. 12. *Quot cubicularii aut cinisiones, nanive aut quicumque nebulonum, quibùs delicatus divitis sensus aut furor carere non potest!* Balbus Catholicô: *Cinisio, qui calamistrum calefacit, sc. ferrum quo capilli crispantur. hic vulgò crinifer dicitur.* Ge. Erhardus.

1. *excussit vexatam solo vestem*] *Vexatum*, inquit, quod nos opinor, *gekreuckt*, diceremus; scilicet superiori illa in gramine volutatione, malo astrô, Deaque Persica non favente, hoc est sine *robustæ* adeò *voluptatis* effectu præter speciem, ætatem, atque utriusque sententiam denique, cum Polyæno amatore suo tentata, sive inchoata potiùs, quàm ad *patratum* perducta. *Dousa P. vexatam vestem.* Martialis:

A te vexatas malo tenere rosas.

Iuvenal.

Humida suspectis referens multicia rugis
Vexataque coma. — Fr. Pithœus. *Vexata solô vestis*, pulvere respersa, rugisque deformata. *Gloss. Petron.*

2. *raptimque ædem Veneris intravit*] Ergo Veneris sacellum in isthoc horto, non Priapi. *Erhardus. ædem V. intr.* Vt vota scil. susciperet, aut sacra faceret pro valetudine Polyæni nervorum. Opportunè autem in horto illo sacellum Veneris foret, nam & *Venerem Hortensem* Ethnici coluerunt. Planè Varro lib. 1 R. R. sub princ. Sed omnium facetissimè Lucianus quodam Meretricio dialogo, qui locus rem totam mirificè inlustrat. Loquitur Mater ironicè ad Musarium filiam: *Ergo si talem amatorem posthac inveniamus, Musarium, qualis Charea hic est, immolare opportebit nos, Publica quidem Veneri capram candidam; Cœlesti autem, & ei quæ in hortis est, juvencam utrique*, &c. I. A. Gonsal.

3. *visu*] Quid, si hoc potius est, ut, *viso*, reponatur, pro *spectro*, & quasi somnio quodam turbulento? proinde ut idem loquutus suprà. *Visa*, certè, pro *Insomniis* poni quis nescit, qui Musæas fores vel primis digitis impulerit

[1] *Nocte soporifera veluti quum somnia ludunt*
Errantes oculos, effossaque protulit aurum
In lucem tellus, versat manus improba furtum,
Thesauroque rapit, sudor quoque [2] perluit ora
Et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit, [3] animus, quod perdidit, optat;
Atque in præterita se totus imagine versat.

* * *

† Itaque hoc nomine tibi gratias ago, [4] quod me Socratica

† *Giton.*

pulerit modó? *I. Dousa* MS. & Prædan.

1. *Nocte soporifera*] Scribit Tacitus in princ. lib. XVI. *Illusit de hinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius, ex promisso Cesellii Bassi, qui origine Pœnus, mente turbida, nocturna quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit. Vectusque Romam, Principis aditum emercatus, extromit repertum in agro suo specum altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur.* &c. Inspice ipsum Tacitum. Existimat Ludovicus Dorleans Arbitrum super istis Bassi insomniis hos versus concepisse: nam erant contemporanei, nec postea diu supervixit. Somnia sunt, inquit idem Interpres, imagines, quæ corporibus dormientibûs, semperque vigilantibus animis nascuntur, & intereunt. Amm. Marcell. lib. XIV. *Sopitis corporibûs*, ait, *animus semper vigens motibus indefessis & cogitationibus subjectus & curis, quæ mortalium sollicitant mentes, colligit visa nocturna quas phantasias nos appellamus.* Sed avarorum sunt somnia opes. Sallust. III frag. *Contrà ille calvi ratus* (id est decipi) *quærebat num somnio thesaurus portenderetur?* Apul. IV Mil. *Nocturnæ visiones contrarios eventus nonnunquam pronuntiant, denique flere & vapulare, & nonnunquam etiam jugulari, lucrosum prosperumque proventum nuntiant. Contrà ridere, & mellitis dulciolis ventrem saginare, vel in voluptatem Venereum convenire, tristitiâ animi, languore corporis, damnisque cæteris, anxiatum iri prædicant.* Sic illudunt hominibus dormientibus dæmones per insomnia. *S. A. Gabbema.*

2. *perluit ora*] Sic quidem nostri omnes. Tornæsius: al. *proluit.* quomodo & c. Tragur. *proluit ora.* Dousa MS. *perluit ora*, alii *p. artus.*

3. *animus, quod perdidit, optat*] In eadem ipsissima re Dionys. Cato in Distich.

--- Mens humana quod optat.

Ge. Erhardus.

4. *quod me Socratica fide diligis. Non tam intactus* &c.] Maximum Tyrium Diss. IX. videsis. *Gabbema.* Socratem ut pædiconem & puerarium distulerunt antiqui, Lucianus, Theodoretus Græcan. affect. serm. 12: Senec. Ep. 104: Tertullian. Apologet. c. 148: Cassianus Collat. 13, c. 5: Lucillius apud Nonium in *signare*, & in *Discrimen.* unde convitium in Socratem ὁ μεμφλὸς παιδεραστὴς (*oculi puellarii*). Savaro ad Sidon. lib. 4 Ep. 3. *Erhardus.* Plut. serm. 1 de virt. Alex. Σωκράτης ἠνείχετο συγκοιμηθεὶς Ἀλκιβιάδῃ. *Socrates se continebat Alcibiade una dormiente.* Gabbema.

cratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in præceptoris sui [1] lectulo jacuit. *

‡ Crede mihi frater, [2] non intellego me virum esse, [3] non sentio. funerata est [4] pars illa corporis, [5] qua quondam Achilles eram. * [6] Veritus puer ne in secreto deprehensus daret sermonibus locum, proripuit se, & in partem ædium interiorem fugit. * Cubiculum autem meum [7] intravit Chrysis, [8] codicillosque mihi dominæ suæ reddidit, in quibus hæc erant scripta.

[9] CIRCE POLYÆNO SALUTEM.

[10] *SI libidinosa essem, quererer decepta. nunc etiam languori tuo gratias ago.* [11] *In umbra voluptatis diutius lusi. quid* [12] *tandem*

‡ *Polyænos.*

1. *lectulo*] Erhardus: al. *cubiculo.* sicut D. Paul. ad Rom. 13 *non in cubilibus & impudicitiis.* ubi tamen veriùs dixi fornices lupanares intellegi.

2. *non intellego me virum*] Tertull. *Simulque se mulieres intellexerunt.* Fr. Pithœus.

3. *non sentio*] Ovid.

Nec juvenem nec me sensit amica virum. Idem.

4. *pars illa*] Sæpe *pars* pro mentula nominatur. Scires propter excelcentiam & præstantiam ejus factam; quòd illa melior sit & major Priapi pars, & quam mavult sibi, quàm caput manusque siqua est non fatui puella cunni. in carm. lib. XXIX, XLIIX, &c. Scioppius. *Gabbema.* Alibi, *Cum illa parte corporis.* Ovid.

Quin istic pudibunda jace pars pessima nostri. Fr. Pithœus.

5. *qua quondam Achilles eram*] totus quasi corneus. *Ge. Erhardus.*

6. *Veritus*] Tornæsius: al. *Vetitus.*

7. *intravit Chrysis*] Ovid.

Vna ministrarum, ---

Flava comes aderat faciendis strenua jussis. Fr. Pithœus.

8. *codicillosque*] *Codicilli* hîc, scripti genus solitum ad præsentes mitti. Indicat Seneca Ep. LV: item Tacitus lib. IV Ann. Morem autem istum, *præsentem* sc. *scriptô adeundi* primus excogitavit Cæsar, ut Plut. in Cæs. retulit. Eundem morem tenuit Augustus. Suet. c. LXXXIV. *S. A. Gabbema.*

9. CIRCE POLYÆNO SALUTEM] Sic & Tornæs. edit. Frellon. Lotich. codexque MS. Dousæ; sed Tragur. R. Herm. Wouwer. his omissîs, sic: *scripta. Si.* Quomodo & Fr. Pithœum legisse deprehendas ex notula proximè sequente ad, *Si libidinosa essem.* Lipsius adducente Gabbema: In Nominibus olim receptum, ut in ipsa fronte Epistolæ bina semper ponerent, *suum* & *alienum:* illo præposito, etiam ad digniorem. Cum caussa: quoniam prima legentis cogitatio & desiderium, est scire à quo missa. Etiam hoc observatum, ut nomina nuda, nec blandientia aut laudantia verba, sibi alterive tribuerent. Excipio, si quis in Imperio aut Magistratu. Tum enim verbô additum: *P. Servilius Rullus Trib. pl. x vir Cneo Pompejo proconsuli.* At epitheta nulla: nisi ad unicè caros aut domesticos; quos interdum *Humanissimos, Optimos, Suavissimos, suas animas* adpellabant, & receptissimo verbô *suos.*

10. *Si libidinosa essem*] Αἲ αἲ τάλαν (*Heu*

dem agas, quæro, & an tuis pedibus perveneris domum? negant enim medici [1] *sine nervis homines ambulare posse. Narrabo tibi adulescens,* [2] *paralysin cave. numquam ego* [3] *ægrum tam magno periculo vidi.* [4] *me-Dius Fidius, jam peristi. Quod si idem frigus genua manusque tentaverit tuas, licet* [5] *ad tubicines mittas. Quid ergo*

(*Heu, heu miserum*), exclamat Drose ap. Lucianum, οὐδὲ τὸ χαίρειν προσέγραψε (*ne quidem salutem adscripsit*)! Fr. Pithœus.

11. *in umbra voluptatis diutius lusi*] Illud interpretatur Achilles Tatius lib. v. Ἀλλὰ τὸ πάντων ὑβριστικώτατον· προσαπτόμενος καταφιλῶν οὕτως ἀνέστης ὡς ἄλλη γυνή. τίς αὕτη τῶν γάμων ἡ σκιά; *Quin imò (quod contumeliosissimum est omnium) è complexu meo, ex ipsis dissuaviationibus æquè discedis atque alia mulier. At quid hoc est, nisi nuptiarum umbra?* S. A. Gabbema.

12. *tandem*] Dousa ad edit. Tornæs. c. M. *tamen.* Sic & Tragur.

1. *sine nervis homines ambulare posse*] Tornæsius: al. *s.n. posse ire.* Anonym. MS. Deleverim *homines*, & scripserim, *negant enim medici sine nervis ire potesse:* aut potiùs, *stare potesse:* quia id alteri illi convenit. Tragur. c. *sine pedibus posse ire.* Petr. Danielis: *sine nervis posse ire.* Bapt. Pius lib. 4 Commentar. in Lucretium circa fin. fol. 124, citat hunc Petronii Arbitri locum; *sine nervis ajunt stare nil potesse.*

2. *paralysin*] Quæ à lucta palæstræ Veneris nervos occupare solet. *Gloss. Petron. Paralysis* alio nomine hemiplexia, morbus frigidus, à nervis obstructis per pituitam crassam oriundus, huic languorem suum frigididatemque in coëundo Polyænos comparat. Lotichius.

3. *ægrum tam magno periculo*] Negat hanc phrasin Latinam esse H. Stephanus in Pseudocicerone; asserit Schopp. Verisim. lib. 4, c. 14, quem vide. *Erhardus.* In Epistola illa multo urbanitatis sale cumulatissima: *Narrabo tibi adolescens, paralysin cave. Nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi.* Eadem loquutionis formâ usus quoque ad Ciceronem suum M. Cælius; de absoluto Messalla scribens: *Itaque relictus Lege Licinia: majore esse periculo videtur.* I. Dousa.

4. *me-Dius fidius jam peristi*] τὸ *Medius fidius* quamvis jurisjurandi specie positum videatur, habet tamen vernilius quid ac Petronianum magìs in recessu: atque ad *mediam partem* illam, qua viri sumus, vocabuli multò honestissimi ambitu obnuptum, applicari potest. Dousa Centurionat. lib. 1, c. 9. *Ge. Erhardus.*

5. *ad tubicines mittas*] Tornæsius: *tibicines* Pith. Erhardus: al. *tibicines.* id est, de te actum est, & jam jamque animam ages. specie quadam adagionis venustè & cavillatoriè dictum à Petronio, veluti de mortuo, aut jam jamque morituro: pro, accersere eos, qui in funere canant, pompamque funeris suo cantu concelebrent. Turneb. Adversar. lib. 26, cap. 6. Alludit ritum veterem, quo mortuos deflebant πρὸς τὸν αὐλὸν (*ad tibiam*). Casaubon. Not. in Matth. 9, v. 23. vel quo mortui ad tubam efferebantur. Videndus Vatablus, Beza, Fr. Iunius ad Matth. Euangelistæ c. 9, v. 23. Muretus & Scaliger ad Catull. Wouweren: Respondebant planctu præficæ aliæque lugentes mulieres lamentabili tubæ clangori. Dicuntur tymbaule, Apul. Flor. *monumentarii ceraulæ*, propriè *siticines, quòd apud sitos canere soliti, h. e. vitâ functos & sepultos.* Gell. libro vicesimô, capite 2. D. Matth. cap. 7. Gabbema: *tubicines.* Hi & *siticines* dicebantur, & *monumentarii ceraulæ,*

ergo est? etiamsi gravem injuriam accepi, homini tamen misero non invideo medicinam. Si vis sanus esse, Gitonem roga: recipies, inquam, nervos tuos, si triduo sine fratre dormieris. Nam quod ad me adtinet, non timeo, ne quis inveniatur, cui minus placeam. [1] *nec speculum mihi, nec fama mentitur. Vale si potes.*

† Vt intellexit Chrysis, me perlegisse totum convitium: ‡ Solent, inquit, [2] hæc fieri, & præcipue in hac civitate, in qua [3] mulieres etiam Lunam deducunt. *

Itaque hujus quoque rei cura [4] agetur: rescribe modo blandius dominæ, animumque ejus candida humanitate restitue. verum enim fatendum est, ex qua hora injuriam accepit, apud se non est. † Libenter quidem parui ancillæ, verbaque codicillis talia imposui.

POLYÆ-

† *Polyænos.* ‡ *Chrysis.* † *Polyænos.*

raulæ, Græcis τυμβαῦλαι. *Gonsal.* De *siticinibus* Gellius lib. xx, c. 11. Hi iterum erant duplices: *Tubicines*, & *tibicines*. Nam & *tubarum* & *tibiarum* frequens fuit in funeribus usus. Ad tubam funera fuisse elata ψαμμακόσιοι (*arenæ numerum æquantes, innumeri*), ut cum Græcis dicam, mihi testes sunt. Persius Sat. III. *Hinc tuba, candelæ.* Vbi Cornutus: Quia sepultura tubis *apud antiquos celebrabatur.* item Serv. in XI Æneid. *Ante enim mortui ad tubam deducebantur.* Hinc & Epicteto in Altercatione, *tuba funeris deploratio.* Pertinet huc & jucunda historiola Plutarchi de Pica, quam P. Victorius lib. IX Var. Lect. c. XIV inseruit. Ad *tibias* venio: Sunt qui *tibias* ad puerorum solùm exsequias restringant. Serv. lib. V Æneid. *Sciendum majoris ætatis funera ad tubam solere proferri, minoris verò ad tibias.* Placidus in Stat. *Iubet religio, ut majoribus mortuis tubâ, minoribus tibiâ caneretur.* Sed id ubique verum esse non arbitror. Suetonium enim in C. Iulii Cæs. funere tibiam agnoscere video, c. LXXXIII: & Senecam in Claudii. &c. adi Kirchmannum lib. II de Funer. R. c. IV, V: Meurs. c. XVIII de Funere.

1. *nec speculum mihi nec fama mentitur*] Lucillius: ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθένης (*mendax habet speculum Demosthenis*). Dousa F. Tertull. de Habitu mul. cap. I. *Iam & speculo tantum mentiri liceret.* Wouweren. Ovid. 3. Trist.

Et speculum mendax esse querere tuum: id est, expostulabis speculum, quod tamen nescit mentiri. Savaro ad Sidon. lib. 7 Ep. ult. *Speculum non mentitur*, adagio cessit. Car. Bovillus lib. 3 Adag. 44. *Ge. Erhardus.*

2. *Solent, inquit, hæc fieri*] Hadr. Iunius: *Solent inquit fieri.* L. *S. i. ista fi.* Tornæsius: *Solent i. h. f.* v. c. Brit. *Solent, i. hæc frater.* Tragur. c. ut Hadr. Iunii, *S. i. f.* Suprà in Fragmento: *Deprecari tamen omnes cœperunt, & dicere: Solent fieri.* Erhardus: *S. i. h. f.* Leg. *Solent, inquit, hæc frater:* vel, *solent, inquit, hæc, & præcipue* &c. illud, *fieri*, inculcatum. Palmer. in Spicileg.

3. *mulieres lunam d.*] magicæ, veneficæ. *Glossar. Petron.*

4. *agetur*] c. M. Dousæ & Tragur. *agitur.*

1. *Fa-*

POLYÆNOS CIRCÆ SALUTEM.

[1] *Fateor me, domina, sæpe peccasse : nam & homo sum, & adhuc juvenis : numquam tamen ante hunc diem usque ad mortem deliqui.* [2] *Habes, inquam, confitentem reum. quicquid jusseris, merui. proditionem feci, hominem occidi, templum violavi. In hæc facinora quære supplicium.* [3] *Sive occidere placet, ferro meo venio : sive verberibus contenta es, curro nudus ad dominam.* [4] *Illud unum memento, non me, sed* [5] *instrumenta peccasse.* [6] *Paratus miles arma non habui. quis hæc turbaverit, nescio.* [7] *Forsitan animus antecessit corporis moram : forsitan, dum* [8] *omnia concupisco, voluptatem tempore consumpsi. non invenio quod feci. Paralysin tamen cavere jubes; tamquam major fieri possit, quæ abstulit mihi, per quod etiam te habere potui. Summa tamen excusationis meæ hæc est : Placebo tibi, si me culpam emendare permiseris.* [9] *Vale.*

Dimissa

1. *Fateor me, domina, sæpe peccasse*] Aristinæt. lib. 2 Ep. 13. Bongarsi. *Ge. Erhardus.*

2. *Habes confit. reum*] Ambros. l. 5 Epist. 28 ad Theod. *Quid mandas in absentes indicium? Habes præsentem, habes confitentem reum.* Io. à Wouweren.

3. *Sive occidere placet, ferro meo venio*] Philostrat. Epist. τὸλεῖν κέλευσον, ἑμὸ σώματι τὴν ἀς τομεῖνχι, χρῆσθε ῥῶ, ῥίψας τὸ ψυχῶ, σὸκ ἐχνῶ. *(Plus impera, amplectar : plagas expectare, tolero, animam abjicere, non pigror).* Dousa F. ad Tibullum. *Erhard.*

4. *Illud unum*] Sic nostri editi omnes. Tornæsius : al. *Id tantum.* cum his facit c. Tragur.

5. *instrumenta*] Arnob. *Ergóne Deûm mater genitalia - sustulit flagitiosi operis instrumenta fœdique?* Fr. Pithœus.

6. *Paratus miles arma non habui*] Leg. potiùs, *peritus m. a. n. h.* Innominatus. Forsan, *parata m. a. n. h.* Io. Sambucus. *Miles*, Veneris nempe. Apul. lib. 11. *Commodùm prima stipendia Veneri militabant novi & nudi milites.* Arma pro instrumento virili usurpantur. Sutrius Comicus : *Murrhinum mihi adfer, quo virilibus armis occurram fortiusculo.* Gabbema. Catull.

Nam quamvis videar satis paratus.

Ovid.

At deus obscœna nimium quoque parte paratus. Priap.

Hæc mei te ventris arma laxabant.

Fr. Pithœus. Propert.

Osculáque admota sumere & arma manu. Wouweren.

7. *Forsitan animus antecessit corporis moram*] Tragur. c. *anteceserit.* Petr. Danielis : *corporis moram.* Infrà ; *ætatisque longæ moram.* suprà : *Ignis an fluctus, an mora consumat corpus, nihil interest.* Erhardus : *Forsitan animus* &c. Tamquam Vulcani, quem Hyginus fabulatur sperma, dum luctaretur cum Minerva, ejaculasse veramque voluptatem perdidisse, antequam omnia feciſſet. Hanc fabulam opinor respexit Petronius.

8. *omnia habere*] Nupta sunt verba. *S. A. Gabbema.*

9. *Vale*] Habent quoque Frellon. & Lotich. ap. cæteros desit, etiam codici

Dimissa cum ejusmodi pollicitatione Chrysíde, [1] curavi diligentius noxiosissimum corpus, [2] balneoque præterito, modica unctione usus, mox cibis validioribus pastus, id est, [3] bulbis, [4] cochlearumque sine jure cervici-

dici Tragur. Quin in hoc quoque desideres prius, *Vale si potes.*

1. *curavi* &c.] Cicero lib. 16, ad Tiron. *Curationes ejus non probo*, scil. medici. *noxiosum corpus*, quod suprà dixit *ægrum*, item *veneficio contactum*, & *damnatum*. Ge. Erhardus.

2. *balneoque præterito*] An, *præcedente?* an vero, intermisso & neglecto? *Erhard. balneoque præteritò, modica unctione usus sum.* Verba hæc sic interpretanda arbitror, ut intelligatur, oleo, vel unguine ad venerem suscitandam appropriato, non quidem universum corporis ambitum (sicut *Balneum* totum, *Insessus* verò medium corpus ad umbilicum usque comprehendit) neque latus corporis hoc vel illud, sed perinæum: sed interstitium illud inter *anum* & *testes* duntaxat inunctum fuisse. Is enim locus cùm non amplus sit, neque etiam amplam inunctionem postulat. *Io. Petr. Lotichius.*

3. *bulbu*] Plin. lib. xx, c. ix. *Per se triti nervorum contractionem* [*bulbi*] *medentur*, Ibid. *Ad sudorem tusi illinuntur nervis utiles. ideo & paralyticis dantur juxtà in pedibus.* Ibid. *Venerem maximè Megarici stimulant.* Heraclides Tarentinus: Βολβοὶ, καὶ κοχλίαι. τὸ ὠὸν, καὶ τὰ ὅμοια, δοκεῖ σπερματῶν εἶναι πτικτικά, διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς σωζομένας φύσεις, καὶ τοῖς αὐτοῖς δυναμένοις τοῦ σπέρματος (*Bulbus, cochlea, ovum, & similia videntur semen gignere, quod eadem cum hoc principia & facultates obtineant*). Schemata ipsorum apud Portam videre licet l. iii Phytognom. c. xiiv. *S. A. Gabbema.*

4. *cochlearumque* &c.] Leg. *struicibus*; voce Plautina. Vulgatam lectionem confirmat Athenæus lib. 3, de ostreis, expeti cervices eorum oftendit in cibis, & nominat τραχήλους πορφυρῶν, κηρύκων (*cervices purpurarum, cerycum*). Lipsius Epistolic. quæstion. lib. 3, Epist. 2. *Cochleæ* sunt τραχηλοι sive purpuræ, conchylia. partes autem cerycis, aut purpuræ, aliusve conchylii fuisse ad cibum expetitas scribit Hesychius, in Ταραπναι. Casaubonus Animad. in Athen. lib. iii, c. xx. Plin. lib. xxx, c. ix. *Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum, & articulorum dolores.* & lib. xxxiii, c. iv. *Terrestrium carnes suffusionibus propriè magicisque artibus refutandis salutares produntur.* Erhardus. *cochlearum* i. purpurarum *cervices* propriè τράχηλοι sive trachali. De horum esu Athenæus lib. 3, c. 10. Ἐψοῦμεν ἢ τὸ καθ' ἑαυτὸς, καὶ οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν, δύνανται πρὸς τὰς τῶν στομάχων διαθέσεις. *Per se elixa purpurarum cervices conducunt stomacho infirmo & languenti.* Vossius in de Orig. & Progr. Idololatr. lib. 4, c. 35. Sed audiamus hac de materia Medicum, Lotichium: Rectè præscribitur victus è bulbis, cochleisque, utpote quæ tum apprimè nutriunt, tum ex specifica proprietate semen mirificè augent, tum flatus quoque cumulant, virgamque erigunt. &c. Farnabius in Martialis lib. 12 Ep. 34 ex Alex. ab Alex. auctor est, ex *bulbis* cum *nucleis pineis, eruca, pipere*, in nuptiali cœna sponso ferculum olim parari solitum. Apud Athenæum l. x in opere περὶ τοῦ καλοῦ (*De eo quod bonum, aut honestum. credo Dipnosophistarum lib.* 13, *c.* 6 *velle*) certum quoddam cibi genus refertur, bulbis & lenticulâ confectum, Græcis in deliciis erat, & βολβοφακὴ dicebatur. De Cochleis idem sentiunt auctores, atque ipsa experien-

tia

vicibus, [1] hausi parcius merum. hinc ante somnum leviſſima ambulatione compoſitus, ſine Gitone cubiculum intravi. Tanta erat placandi cura, ut timerem, [2] ne latus meum frater convelleret. Poſtero die, quum ſine offenſa corporis, animique conſurrexiſſem, in eundem platanona deſcendi, etiamſi [3] locum inauſpicatum timebam, cœpique inter arbores ducem itineris exſpectare Chryſidem. Nec diu ſpatiatus conſederam, ubi heſterno die fueram, quum illa intervenit, comitem aniculam trahens. Atque, ut me conſalutavit; † Quid eſt, inquit, faſtoſe, ecquid [4] bonam mentem habere cæpiſti? ‡ Illa de ſinu [5] licium protulit varii coloris filis intor-

† *Chryſis* ‡ *Polyanos.*

tia teſtis eſt: ut hoc etiam nunc temporis pueris in ore ſit, *cochlearum* comeſtione venerem proritari. Quò facit Iuſti Lipſii calculus, qui ad hæc verba Petronii &c. (prout paulò antè Erhardus retulit) Sic hodie etiam *vevices cochlearum, oſtreorum, cancrocrumque*, apud delicatulos, rite præparatæ in uſu ſunt. Martialis de Anate lib. 13 Ep. 52. *-- anas - pectore tantum Et cervice ſapit.* Veriſimile itaque eſt, eas *cochlearum cervices*, quas ſine juſculo uſurpavit Poliænus, *pipere*, aut pulvere quodam aromatico, convenienterque ſtimulante, conditas fuiſſe &c. Noſtrates aliquando *lacte dulci* cum *ſaccharo*, & *pipere albo* ad Venerem utuntur. &c. Addam ex Voſſio Idololatriæ lib. 4, c. 43. Plinius lib. 32, c. 2, *Concitant venerem cochlearum fluviatilium carnes ſale adſervatæ, & in potu ex vino datæ.*

1. *hauſi parcius merum*] Flacc. Argon. lib. 111. *-- lapſas*
Reſtituunt vires & parco corpora Bacchô. Sammon.
Languidus antiquo curatur penis Iacchô. S. A. Gabbema.

2. *ne latus meum frater convelleret*] Laſcivè. Ovid. lib. 1 de Arte.
Inſere te turbæ, leviterque admotus euntî,
Velle latus digitîs, & pede tange pedem.
Et in Priap. Tib. *-- uſque dum mihi Iocoſa Venus molle ruperit latus.* Idem.

3. *locum inauſpicatum timeb.*] quaſi omen haberet. Ovid.
Ire per hanc nolî, quiſquis es, omen habet. Fr. Pithœus.

4. *bonam mentem*] Aut planè me fallit augurium meum, aut ſcripſit Arbiter, *bonam mentam:* captato ex affinitate riſu. & pro materia *mentam* potiùs quàm *mentulam* debuit; tum etiam quia *bona* addidit, quod valet magnam. Vt *bonam partem*, aliáque dicimus. Ter. Eunuch. act. 1, ſcen. 2. *Anonymus MS.*

5. *licium protulit varii coloris filis intortum*] Ovid.
Scitbene quid gramen, quid torto concita rhombô
Licia. -- Fr. Pithœus. Liciorum uſus ad magica nobilis poëtarum locîs. Virgil. Pharm. Ceiri. Nemeſian.
Hac eadem nobis, quæ verſicoloria fila
Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.
Quanquam inguinum morbos ligaturîs curarint. Plin. lib. 28, c. 4. *Wouweren.* Leg. *v. coloris, filis intorti.* Ramirez. In veneficiis *licia* adhibebantur *diſcoloria*, non tantùm illigandi

intortum, cervicemque vinxit meam. Mox [1] turbatum ſputo pulverem [2] medio ſuſtulit digito, frontemque repugnantis ſignat. hoc peracto carmine, [3] ter me juſſit ex-

incantandique gratiâ, ut in Pharmaceutria; ſed etiam ſolvendi & expiandi, ut hîc. *Turnebus. Licia*, quas alii auctores in hoc argumento *tænias* nominant, in magis olim ſacris uſurpabantur, erantque diverſi coloris, quorum numerum non exprimit: cæterùm plurima aliquando miſcebantur: ferè tamen pauciores, puta tria, aut etiam duo. *Caſaub.* Clem. Alex. infinitè: *ταινίαις ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένας (tæniis lana & purpurâ variegatis).* Et novena expreſſit Virg. in Ciri. *Scip. Gentil.* in Apul. Apol. Morbos venefici ligamentis ſanabant. Mar. Victorinus in Cic. *Medici officium curare eſt, ſed quia multi & incantatione, & ligamentis curant; curare, inquit, ſed adpoſitè ad ſanitatem.* Sed præcipuè morbos inguinum: quod & Plin. docet lib. XXVIII, c. IV. *Inguinibus medentur aliqui, licium telæ detractum alligantes novenis ſeptenisque nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina alligantes liciô.* Cornel. Celſus: *Imponendum licium ex viro eſt, aut amurca cocta cum eodem.* Hujus rei multi præterea meminerunt. Horat. Satyr. 8 lib. 1.

-- *Herbas atque incantata lacertis*
Vincula cum magno riſuque jocoque videres. Lindenbrog. Not. in Catal. ad Cir. Adde Plinium de re Medica. lib. 2. c. 43. *Licia* hæc mediæ ætatis ſcriptores *ligaturas* vocabant: Gregorius Turonenſ. &c. *Ge. Erhardus.*

1. *turbatum ſputo pulverem*] Plin. lib. XXVIII, c. XI, & IV. *Wouweren.* Sputum fronti illinebatur luſtrale, infami digitô, & exſpuebatur. Hæc & Perſium illuſtrant. Satyr. 2 canentem,

Infami digitô & luſtralibus antè ſalivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Turneb. Adverſ. lib. 26, cap. 6. *Erhardus.*

2. *medio ſuſtulit digito*] Perſio *infamî.* is verò *medius.* neque aliæ res niſi probroſæ porrectione hujus digiti indicabantur. Vid. Dio Chryſoſtomus Oratione 33. Caſaubon. in Sat. Perſ. 2. *Erhard.*

3. *ter me juſſit exſpuere*] Sputum apud Veteres extra naturalem uſum duplex, religioſum & contumelioſum. Illo utebantur in avertendis malis omnibus, ut hîc. At de ſputo contumeliæ cauſsâ immiſſo, infrà Petron. Sed, *cui non dictus Hylas?* Gabbema. Plin. lib. 28, c. 4. *Torperem ſedari quocunque membro in ſtupente, ſi quis in ſinum expuat, aut ſi ſuperior palpebra ſalivâ tangatur.* Vet. Interpr. in illud Iuven. *Conſpuiturque ſinus:* Propter faſcinum, inquit, verborum, ter ſibi in ſinum ſpuunt, & videntur faſcinum arcere. Scholiaſt. Theocr. *εἰώθασι αἱ γυναῖκες ποιεῖν ὡς μὴ βασκανθῶσιν, εἰς τὸν κόλπον ἐπτύειν τρὶς, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι.* hoc eſt: *Solent mulieres ne faſcinentur id agere, ut ter in ſinum exſpuant, eo modo faſcinum odioſum avertentes.* Anonymus. Tibull.

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.

Sanè latiſſimi uſus hæc ſuperſtitio. *terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt*, ait Plin. Marcell. de medicam. *Varulis remedium* faciens &c. Nec tantùm ad faſcinum arcendum, ſed etiam omina expuere familiare, quo forte alluſit Senec. Conſol. ad Mart. c. 9. *Quis non ſi admoneatur ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum abire illa jubeat?* imò ad omnia quæque dira, horribilia aut averſanda, ut ſi rabioſum, ſi comitiali morbô correptum vidiſſent. Plin. lib. 28, c. IV. *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus.*

Plau-

exſpuere, [1] terque lapillos conjicere in ſinum, quos ipſa præcantatos purpura involverat, admotiſque manibus tentare cœpit inguinum vires. Dicto citius nervi paruerunt imperio, manuſque aniculæ [2] ingenti tumore repleverunt. At illa gaudio exſultans, † Vides, inquit, Chryſis mea, vides, quod [3] alis leporem excitavi? *

† *Troſelenos.*

[1] *Dum*

Plautus Capt. Sc. *Quo illum.* Io. à Wouweren.

1. *terque lapillos conjicere*] Lapidum in magicis uſus varius. Philoſtr. de vit. Apoll. Tyan. lib. VII. ἀνήκοοι δ' ἡ τέχνη τὰς ἐρώσας μόλυβα. νοσοῦντες γὰρ δύσερώτων οὕτω νόσον ὡς ἡμᾶ ῥᾳδίους ὄντας αὐτοῖς ἀλγεῖν, θαυμαστὸν οἶμαι ἐδὲν πρᾶγμα ποιοῦντας τοῖς σοφισμάσι τούτοις, οἱ κίονται αὐτοῖς φέρειν δῶρα, λίθους, τοὺς μὲν ἐκ τῆς ἐρυθραίας, τοὺς δὲ, ἐκ σελήνης τε καὶ ἀστέρων. *Wouweren.* Hæc ita verba Wouweren corruptè, & corruptius Gabbema attulit. Principiò legendum ἀνύτε (non ἀνήκοοι). Exſculpam quò tendant. *Afficit verò hæc ars maximè amantes, qui facilè morbum ſibi fingentes concinentibus aniculis, nihil magni præſtare videntur, ſi hujuſmodi impoſtores accedant, qui illis ceſtum ferentium, & reconditos lapides ex terra latebris, ex luna & aſtris præbent.*

2. *ingenti tumore*] Tornæſius, omnes, uno ore, *i. motu.* Neſcio quid hoc mutandi ſtudium portendat. Quaſi verò interpretis eſſet in talibus quidquam ad delectationem moliri. Longe alio fine hæc caſtiſſimis viris, etiam S. Hieronymo lecta. Quidam Romanam nequitiam interpretando, ingenium ſuum mirificè produnt, nudata per ſe ipſo etiam operimento cutis & oſſibus quaſi exuere ſtudentes. tales hîc deprehendas. cætera magnos viros, ſed in hoc egregie laſos. Non hæc ad titillationem ducenda, ſed compunctionem, contractionem ob oculos poſitione (quamquam ipſe Petronius in aſſumptis variis nominibus aliud longè teſtetur, quàm joculò appareat), & ob nefanda Ethniciſmi ſcelera, ob quæ Deus ipſam linguam & Remp. ſubvertit. Magnique ſemper faciendus Arbiter, qui de talibus ſi quiſquam alius, nos non celavit. Non in illis ſenſi Erhardus, ſeu quod verum viri nomen Michaël Caſpar Lundorpius, qui tamen occaſionem videtur præbuiſſe, auctoritatem credo nunquam commodaſſet, huic textus perverſioni, ſeu quem is adducit Gruterus: *ingenti motu.* Leg. *inquieti motu.* Tibull.

Et inquietus inguina arrigat tumor.

Gruterus Suſpic. lib. 4, c. 12. *Erhardus. ingenti motu.* Non hôc dicitur quid manus repleverit, ſed unde, & quomodo proceſſerit. Cauſa, & adjunctum, pro effectu, ac ſubjecto: metonymice, urbanè.

3. *alis leporem excitavi*] Sic mei editi omnes. Gabbema: *Leporem exc.* Et hæc inter nupta numerantur. Tornæſ. *alis l. e.* v. c. MS. *aliis l. e.* Fr. Pithœus. *alis l. e.* Vet. Ex. *aliis.* Erhardus: vet. ex. *aliis.* Bene, dum quid melius. Iungermann. Et ſic eſt legendum. Macrobius lib. 6, c. 5. *Prædicant aurito parente me natum.* Afranii ait verſum eſſe, qui ita in prologo ex perſona Priapi. Quod itaque *aurito parente*, id eſt, lepore, genitum illum Divum prædicabant, non puto temerarium. Nam quid hic Petron. velit, facilè capitur & rectè aptatur illud Naſonis:

Credula ſi fueris, aliæ tua gaudia carpent,
Et lepus hic aliis exagitatus erit.

[1] *Dum vivis, sperare licet : tu rustice custos*
Huc ades, & [2] nervis tente Priape fave.
* *
† *Nobilis [3] æstivas [4] platanus diffuderat umbras,*
Et circumtonsæ [5] trepidanti vertice pinus,

† *Polyanos.* Et

Pontanus Not. in Macrob. lib. 6, c. 5. Iungermannus etiam corrigit, *quod saltu lep. exc.* quod minùs placet: & pro Pontani lectione stare videtur, quod Germani dicere solent de erecta mentula; *Er raget wie ein Hasenohr. Alis lep. excitare* (Glossario Petron. *mentulam erigere*), existimem dictum præter pernicitatem pedum alas quasi addidisse, & ex insano insaniorem fecisse. Vossius lib. 3 de O. & P. Idololatr. c. 66. Lepus animal libidinosissimum, imò subinde unum idemque init & initur: quia non pauci androgyni. Hanc rem Clem. Alexandr. pluribus explicat in 2 Pædag. ubi, cur leporinâ à Mose sit interdictum, hasce adfert causas: quòd lepus omni coëat tempore, singulis concipiat mensibûs & superfœtet, nec uno contentus sit matrimonio, & lactens etiam concipiat: quibus fusiùs enarratis, tandem subjungit. *A vehementibus ergo abstinere appetitionibus, mutuisque congressibus, & coitu, cum feminis prægnantibus, & initu alterno, & puerorum stupris, & adulteriis, & lasciva feminis profusione, hujus nos ænigmatis adhortata est prohibitio.* Et ad rem Plin. lib. 8, c. 55. *Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.*

1. *Dum vivis - Huc ades -*] Hi duo versus ap. Tornæs. non leguntur, nec in c. Tragur. Erhardus: Exstant hi duo versus in Priapejis, quos Petronio adscripsere Scalig. in Catalect. & Schopp. in Comment. ad Priap. qui tamen in eo fallitur, quòd existimavit in pervigilio Priapi, recitato fuisse.

2. *nervis tente Priape fave*] *Tentus* millies ille audiit, quidpe qui *Tormento, citharâque tensiorem* suum penem extollat. Carm. libero XXVI. Observa etiam *tendere esse* in obscœnis pro tentigine adfici & habere supinum tentus vel tensus. *Tensus ergo est*, ut Pater castissimus libidinantium ac lividinantium Scioppius ait, *qui tentigine rumpitur.* Hinc *tentigo* & *penitentia*, &c. inter impudica. *S. A. Gabbema.*

3. *Nobilis est.*] Descriptio loci amœni. Scalig. in Catalect. *Ge. Erhardus.*

4. *platanus*] Porta lib. 11 Villæ, c. XXIV. Heresbach. lib. 11 R.R. Platanus arbor ad opacandum locum tantùm idonea est. Plin. lib. XII, c. 1. unde ei nomen ἀπὸ τοῦ πλατύνειν (*à dilatando*). Dicitur Horatio *Celebs*, & Vidua Martiali. Umbra tamen admodum celebris fuit. Idcirco sub platanis, opacitate quidem earum mirificè adlectante, crebriter convivabantur Veteres. Vnde *Genialis* adpellata est Ovidio lib. x Met. & pluribus mirum in modum in delitiis habita. Macrobius refert lib. 11 Satyr. c. IX. *Q. Hortensium platanus suas vinò irrigare consuevisse.* Et, *Xerxem aliam in Lydia adamasse.* Ælianus lib. 11 de var. Hist. c. XIV. *Gonsalius.* Est platanus ea vi imbuta, ut venenata quæque arceat, ac serpentes longè abigat, adeò ut vespertilionibus hæc arbor adversetur, nec facilè sub ea nidulentur, ejusque umbram ferre sustineant. *Levin. Lemnius.*

5. *trepid. vert. pinus*] Sept. Sever. *Pinea brachia cùm trepidant.* Fr. Pithœus. De Pinu, Porta lib. 11, c. x. Paschal.

Et baccis redimita [1] Daphne, tremulæque [2] cupressus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo versabat rore lapillos.
Dignus amore locus. testis [3] silvester Iasdon,
Atque urbana [4] Progne: quæ circum gramina fusæ,
Et molles violas, cantu sua rura colebant.

[5] Premebat illa resoluta marmoreis cervicibus [6] aureum torum, [7] myrtoque florenti quietum verberabat. taque ut me vidit, paullulum erubuit, hesternæ scilicet injuriæ memor: deinde ut remotis omnibus secundum invitantem consedi, ramum super oculos meos posuit, & quasi pariete interjecto audacior facta: † Quid est, inquit, paralytice, ecquid hodie [8] totus venisti? ‡ Rogas inquam ego, potius quam tentas? totoque corpore in am-

† *Circe.* ‡ *Polyænos.*

aschal. lib. VI Cor. cap. XXVII. Hesb. lib. II. *S. A. Gabbema.*

1. *Daphne*] Paschal. lib. V Cor. c. , & seq. Mylius in horto Phil. p. 74. *S. A. Gabbema.*

2. *cupressus*] Porta lib. II, c. IX. *dem.*

3. *silvester Iasdon*] Sic & c. Tragur. *iasdon.* Tornæsius: al. *aëdon.* Douſa ni: c. M. *silvestris hirundo.* Erhardus: eg. *aëdon.* Ἀηδὼν namque Græci isciniam vocant, qua Græca dictione non abstinuit & Virgilius Baptist. ius Annotation. poster. cap. 43.

4. *Progne*] *hirundo.* à Progne Terei , uxore Philomelæ sorore, deorum commiseratione in hirundinem ommutata. Ovid. 6. Metam.

5. *Premebat illa resoluta marm. cervicibus*] al. *crinibus.* Leg. *premebat hiare soluta marmoreis clunibus a.t.* Lipsius antiq. lect. lib. I, cap. 8. Non probo. *Resoluta* est in lectulum projecta. *rhardus.* Ovid.

Sentiat ex imis venerem resoluta medullis

Fœmina. — Douſa MS & Præcid.

6. *aureum torum*] Virg. *aurea Venus.* Io. à Wouweren.

7. *myrtoque*] Probus in Virgil. I Georg. *Myrtus est arbuscula Veneris subjecta tutelæ.* Serv. in II Georg. *(Solido Paphiæ de robore myrtus) Paphiæ, Venereæ, à Papho insula, in qua Venus colitur. Huic autem myrtus consecrata est, vel quòd hac arbor gaudet litoribus, & Venus de mari dicitur procreata: vel quòd, ut Medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis.* Folia, inquit Lemnius, profert oleæ aut liguſtrō anguſtiora, saturati viroris, baccas nigras junipero affines, sapore vinoso, ex quibus, ut etiam ex mollissimis ejus foliis oleum exprimitur: quo Hester delibuta regi Assuero in matrimonium assumpta est. Hujus arbusti ramis Hebræos adornasse ædes suas ac vestibula in Encæniis, hoc est, solemnitate festorum, quæ celebrari solent, ob templum post Persarum exilium instauratum: in *Scenopegiæ*, hoc est, tabernaculorum festo à fingendis tabernaculis nomen sortito, scriptura passim testatur. *Gabbema.*

8. *totus venisti*] Apul. *Arctissimè namque complexatum me prorsus, sed totum recepit.* Fr. Pithœus.

I. *non*

amplexum ejus immissus [1] non precantis usque ad satietatem osculis fruor. *

Ipsa corporis pulcritudine me ad se vocante trahebat ad Venerem. jam pluribus [2] osculis conlisa labra crepitabant. jam implicitæ manus omne genus amoris invenerant. [3] jam adligata mutuo ambitu corpora, [4] animarum quoque mixturam fecerant. * *

Manifestis matrona contumeliis verberata, tandem ad ultionem decurrit, vocatque [5] cubicularios, & me jubet [6] catorogare. Nec contenta mulier tam gravi injuria

1. *non precantis*] Sic etiam c. Tragur. Tornæsius: fortè *comprecantis* pro *non p.* quæ etiam est sententia Erhardi. MS. quidam ad oram edit. Schonwetter. *non precantis*, i. non dira mihi imprecantis ob hesternam impotentiam. Lipsius: Leg. *non pernegantis.* Gruterus: *non repugnantis.* ap. Erhard. *non precantis* i. non jam pellectus & precibûs q. invitatus ut heri, sed suopte motu.

2. *osculis conlisa labra crepitabant*] *Popysmata* osculorum intelligit Iuven. Sat. VI, 582. Vbi Scholiast. *Popysma, oris pressi sonus, ut labiorum in se collisorum strepitus.* Eleganter Paul. Silentiarius in basia tria puellarum, apud Nobiliss. D. Heinsium,

Μακρὰ φιλεῖ Γαλάτεια καὶ ἔμψοφα, μαλθακὰ Δημώ,
Δωρὶς ἐπακνάζει· τίς πλέον ἐξέρετε. &c. Vertit Vir Nob.
Cum sonitu Galatea dat oscula longáque, Demo
Mollia, cum morsu Doris. age eligite. S. A. Gabbema.

3. *jam adligata mutuo ambitu corpora*] *Mutuum ambitum*, honestè vocat insinuantium, se amantium tenacissimum complexum; unde Horat. *ambitiosam* puellam dicit habilem agilemque in circumplectendo penitissimè pullo suo, Odar. lib. I.

------ Nec Damalis novo
Divelletur adulterô,
Lascivis ederis ambitiosior.

Ad eamdem formam Plauto *axitiosa mulier*, quæ satagit curiosè omnia, ab agendo dicitur. *Ian. Guilielmius.*

4. *animarum quoque mixturam fecerant*] Eustathius: *Et totam mordebam osculô, & totam exsugebam labris, & totam, ceu hedera adstringit cupressum, amplexabar puellam, copulabar ipsi, & naturam seu animam quærebam communicare.* Phavorinus: *τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσι οἱ τῷ στόματι ψαύοντες, συνάπτουσι τὰς ψυχάς; quid enim aliud faciunt ora jungentes, quàm quòd animas conjungant?*

5. *cubicularios*] Qui sint *cubicularii*, docet l. 103 D. de V. S. Græcè *κοιτονίτης*; recentioribus *camerarii.* Bebelius de Abus. ling. Lat. *Ge. Erhardus.*

6. *catorogare*] Turneb. *catomô ligare.* forsan *κάτῳ (deorsum) rogare.* Tornæsius. *me jubet catorogare.* Id est fortassis, *me jubet catomis cædi.* Scriptor passionis S. Viti: *Tunc iratus Valerianus jussit infantem catomis cædi.* Et in passione S. Afræ: *Catomis te cædi jubeam.* Subsequitur enim, *verberibûs sputisque ejectus sum.* Fr. Pithœus. *catomis.* intelligunt de spatio inter scapulas. Wouweren: al. *catamolidiare.* Leg. *catamidiare*, h. e. ludi. Spart. in Hadriano. possemus vel alio modo sanare hanc vomicam, sed silere optimum. nam hujusmodi desperatissimis locis medelam conjecturis quærere;

ia mea, convocat omnes [1] quasillarias, familiæque sor-
idissimam partem, ac [2] me conspui jubet. Oppono ego
manus

re, Andabatarum more digladiari
bitror. Salmasius: Vulgò legitur,
torogare. libri quidam ibi habent,
tamolidare. omnino scribendum, *ca-*
midiare, vel *catomadiari*, quod idem
t. hoc, κατωμαδιασθῆναι. quam
rrectionem indubitatè veram esse
guunt, quæ, sequuntur: *Oppono ego*
anus oculis meis, nullisque precibus ef-
sis, quia sciebam quid meruissem, ver-
ribus, sputisque extra januam ejectus
m, en verbera & sputa. nam cato-
idiatus, hoc est, verberatus est à
bicularis, & consputatus à quasil-
riis. Catomidiari non simpliciter
t verberari, sed scapulis verberari,
l catomis. Dicitur à κατωμάδια vo-
Græca, quæ κατ' ὤμων significat
rbum Latinum *Catomidiare*, hoc est
apulas verberare, pro catomadiare
m *a* in *i* mutant Latini in plerisque
cibus, quas ex Græco deflexerunt.
κάτωμον, vel κάτωμα, pars est
b collo inter scapulas, quod Latini
erscapulum, vel *interscaplium*, &
nscaplium adpellant. hoc est, συνω-
μίαν. hîc autem aliquis catomô aut
tomis cædi dicitur, cui catomum
t catoma cæduntur, quemadmo-
m *capite cædi* ille dicitur, cui caput
ditur. Bourdelotius: *me jubet cato-*
gare. Saccatô rigare. Aliud meum
gitium, emendatio in textum re-
pta, quæ tamen tutorem habet Lu-
etium multis in locis. *saccatô* i. uri-
i. Recensitis interpretum senten-
s, ex veteris scripturæ vestigiis &
i circumstantiis putarim legendum
amithiare vel--*ri*, aut *catamitare*, seu
re, similive modo (à κατάμιθος),
atamitum fieri, ut mollem & cinæ-
m tractari, stuprô adfici; vel sim-
iciter *constuprare:* quod quidem pœ-
e genus quàm maximè in eum
ngruere videbatur, qui *de thero Cir-*
sine voluptate surrexerat:

(Femina cùm non sis, vir tamen esse
nequis)

ut infrà clarè exprimit Proselenos a-
nus, quæ & ante illa verba ei expro-
brat, *quòd ne quidem à puero* (cubicu-
lario) in ædibus Circes *se vindicarit*,
sed mollis, debilis, lassus, &c. *operam &*
sudorem perdiderit. quæ ad hanc lectio-
nem non incommodè traherentur.
Diceretur verò *catamito à catamitus*,
quemadmodum *veneror à Venus*, *do-*
minor à domus, & talia. rei ingratæ in-
gratum vocabulum quæsitum. Neque
obstant *verbera* secuta; sic enim Po-
lyænos: *Nec contenta tam gravi* mea
injuria, &c. *verberibus* tandem, *sputisque extra januam ejectus sum.* Tor-
tuosa vox, sed planè res respondet
negotio præsenti. nec minùs hor-
ridum *catomidio* & unde hoc deduci-
tur κατωμαδιάζω: nominandi au-
ctores erant, qui, quales hîs usi?

1. *quasillarias*] Hoc est, genus an-
cillularum omnium spurcissimum si-
mul ac despicatissimum: quas *robu-*
stum ad *codicem* detrusas, inibique he-
rilibus pensis in perpetuum damna-
tas interpretabamur ex Plauto, Ti-
bullo, Propertio, Ovidio, Iuvenali
denique. Vnde & *Codicariatum* cogno-
mentô insignitæ olim. *Dousa P. Qua-*
sillariæ à quasillo, seu calatho dictæ
sunt. Romæ olim, MUSA. QUA-
SILL. VIX. ANN. XXX. CRA-
TINUS. LANIPEND. DE. SUO.
Pignorius. Quasillariæ, ancillæ quasil-
lis affixæ. Tibullus: *pressumque qua-*
sillô scortum. qualem ancillam intel-
lexit & Iuvenal.

Horrida quale facit residens in codice
pellex.

Scalig. ad Tibull. *Ge. Erhardus.*

2. *me conspui jubet*] Clemens lib. x
Recogn. *Omnes exspuentes in faciem e-*
jus, expulerunt eum de civitate, dicen-
tes, tu eris reus mortis tuæ. Senec. lib.
III de

manus oculis meis, nullisque precibus effusis, quia scie bam, quid meruissem, verberibus, sputisque extra januar ejectus sum. [1] Ejicitur & Proselenos, Chrysis vapulat totaque familia tristis inter se mussat, quæritque, qui dominæ hilaritatem confuderit. * *

Itaque pensatis [2] vibicibus animosior verberum no tas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hila rior fieret, aut tristior Giton. Quod solum igitur salvo pudore poteram confingere, languorem simulare cœpi conditusque lectulo, totum ignem furoris [3] in eam con verti, quæ mihi omnium malorum caussa fuerat.

[4] *Ter corripui* [5] *terribilem manu bipennem,*

Ter

III de Ira, c. XXXIIX. Ex hoc more in sacra historia Romani milites Servatorem, cùm omni genere ludibrii adficerent, conspuerunt. D. Marc. cap. XIV, & XV. *Gabbema.* Senec. *Cùm modò per populi levatus manus, & obrutus sputis per forum traheretur.* Muson. πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι ὡς τὸ χαλεπώτατον πληγή (*verberari, conspui, sævissimi ictus*). Fr. Pithœus.

1. *Ejicitur & Proselenos, Chrysis vapulat*, &c.] Ridiculè. Sed tamen ex ejus seculi consuetudine stolatis pariter ac togatis mulieribus recepta: quæ libidine indomita ad furorem usque prurientes, nihil pejùs metuebant sibi, quàm ne vir suus, vel adulter utique haud paullò virilior vidua pudicâque contentus nocte fundum familiarem colere negligens existeret. Ideóque quoties evenisset fortè, ut admissarius suus virum se esse quodammodo quasi oblitus videretur, reliquum erat, ut in servorum, ancillarumque insontium gregem herilis expeteret culpa: hoc est, ut *Caudicariæ* omnes cum librariis, ac ornatricibus, cæteráque familiæ pars multò sordidissima, piaculares ob alienam fierent ignaviam. Eleganter Iuven. Sat. 11, ibi: *Est operæpretium* &c. *Dousa P.*

2. *vibicibus*] Tornæs. *vicibus.* Erhardus: Leg. *vibicibus*, vel *viribus.* Putschius. illud magìs est.

3. *in eam*] *partem.* Et mox, *illa.* alibi, *illud.* Quæ præcisa provocabula videntur per *antonomasiam*, & *excellenter* de illa parte corporis dici, sine qua id dici, quod sumus, non possumus, atque adeò sine qua genus humanum periret. ita enim describit Huguitio; *Penis à penetro, quod est officium ejus circa juncturam humani generis.* Ge. Erhardus.

4. *Ter corripui*] Hippocrat. de Scythis in lib. De aëre, aquis, loc. *Fr. Pithœus. Ter corripui.* lusus Sotadicus. Scalig. in Catal. *Erhard.*

5. *terribilem bipennem*] Martial.

Drauci nata sui vocat bipennem.

Fr. Pithœus. *terrib.* Columella lib. X.

Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli

Terribilis membri. — Wouweren. *terr. b.* id est, mentulam. Schopp. in Priap. Carmin. 12. sed qui obscœna omnia cogitat, ipse obscœnus est. *Bipennem* appellat ferrum illud biceps, quo volebat partem illam abscindere, à forma sic dictam, quæ erat hujusmodi, [*hanc figuram hîc apponere supervacuum visum, quia vulgaris & facilè imaginabilis*] à qua & anceps securis

Ter [1] languidior coliculi tepente thyrſo,
Ferrum timui, quod trepido male dabat uſum.
Nec jam poteram, quod modo conficere libebat.
Namque illa metu frigidior rigente bruma,
Confugerat in viſcera [2] mille operta rugis.
[3] Ita non potui ſupplicio caput aperire:
[4] Sed furciferæ mortifero timore luſus,
Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi.

[5] Erectus igitur in cubitum, hac fere oratione contuma-

uris dicitur: Gazæ δίτομος ἄζυξ, Heſychio πέλεκυς δίτομος, & ἀμφίτομος. Formam expreſſit Simmias Rhodius, quem vide. *Ge. Erhardus.*

1. *languidior coliculi tepente thyrſo*] Thyrſus enim coliculi ubi intepuit, et languidior. Diſſimile autem non illud Catullianum:

Languidior tenerâ cui pendens ſicula beta.

Ph. Richard. Hinc *thyrſum* pro mentula. Schopp. Comment. in Anonom. Apul. Contingit Schoppio, quod hominibus nequam, qui ſemel mules, ſemper præſumuntur nequam, et eſt in Regula Bonifacii Papæ in ſecretalibus relatæ. *Erhardus.* Eſt aud nequitiæ genus longè periculoſius quàm cujus Schoppius accuſatur. Quamquam nullus nego, ubi non ex ipſis vocibus agitur, nuditatem noſtram modeſta circumlocutione reſtiendam. Cæterùm in iſtis 2 verculis *Ter languidior--uſum* latet propopœia membri languentis. Et in illioris verſus *bipennem* abſque dubio amphibolia eſt. patet ex forma anciis ſecuris, qua ad hanc rem uſus erat. Virgil. 4 Georg.

Vre ſata: & validam in vites molire bipennem.

2. *mille operta rugis*] Sic eſt quum anguorem paritur. Contrà, illa quæ primitur devirginato in carmine.

Verſibus obſcœnis offendi deſine: non eſt Mentula ſubducti noſtra ſupercilii.

Tenta quidpe perpetuò illa olim efficta eſt. Ideóque abſque rugis, quæ in ſupercilio cogi atque ſubduci ſolent. *I. A. Gonſalius.*

3. *Ita non potui ſupplicio caput aperire*] Capite intecto incedebant Romani; ut ſuprà jam declaratum. *Caput aperire*, denudare omnino erat. unde Petron. jocum nequam petivit. Nam parti illi, de qua in præſentia queritur, & *caput* tributum. Illi autem aperiendo requiri videbatur tumor ſat rigidus, *confugerat*, namque *in viſcera mille Operta rugis.* Voluit igitur Polyænos jocularitèr nunc illam bipenne decollare. Græci dicunt, κεφαλοτομεῖν (*caput amputare*), ſive ut Phrynicus, κομματομεῖν (idem: *decollare*). Ei igitur ſupplicio neceſſariò caput denudari aut aperiri debebat; quod quum fieri nequiſſet, ſupplicii quoque executio pariter non potuit. res tota prorſus ridicularia. *Idem.*

4. *Sed furciferæ mortifero timore*] *Furcifera*, acutè. quidpe quæ egeat furcâ, qua ſublevetur. nam

--languidior illa coliculi tepente thyrſo,

Et,

Quam lentæ ſalices, laſſove papavera collo.

Illud autem *mortifero timore* mirificè explicat ſup. *Mille jam mortibus frigida. Namq; illa metu frigidior rigente brumâ.* Et præ timore *frigidior hieme Gallica facius* ſuprà Encolpius. *Id.*

5. *Erectus igitur in cubitum*] Fulgent.

tumacem vexavi: Quid dicis, inquam, omnium hominum, deorumque pudor? nam nec nominare quidem te inter res serias, fas est. Hoc de te merui, ut me in cœlo positum [1] ad inferos traheres? ut traduceres annos primo florentes vigore, senectæque ultimæ mihi lassitudinem imponeres? [2] ROGO TE, MIHI APODIXIN defunctoriam REDDE. Hæc ut iratus effudi,

[3] *Illa solo fixos oculos aversa tenebat:*
Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quam lentæ salices, lassove papavera collo.

Nec minus ego tam fœda objurgatione finita, pœnitentiam agere sermonis mei cœpi, secretoque rubore perfundi, quod oblitus verecundiæ meæ, [4] cum ea parte corporis

gent. *Adstiti proptèr ego erectus in cubitum veneratus verbosam viraginem.* Fr. Pithœus.

1. *ad inferos traheres*] Sic de *Lucifero*, hoc est, Assyriorum Rege, Isaias Propheta, cap. 14, v. 12. *Qui ad cœlos usque elatus eras, ad inferos deturbaberis.* Et Matth. 11, 23 de *Capernaum.* Dinamius item epist. ad Discipulum: *Deus nos invitat ad cœlum, quos Diabolus in infernum mergit.* Ge. Erhardus.

2. ROGO TE, MIHI APODIXIN *defunctoriam* REDDE] Vetus debitoris formula petentis à creditore soluti jam debiti professionem, quam prisci Ictiapocham vocarunt. *Adodixis defunctoria* libellus est, quo ostenditur scilicet, quempiam jam defunctum esse, vitæque debitô liberatum. Iocularitèr etiam isthæc Petronio nunc translata. *Gonsalius.* Ἀποδεῖξαι est I.C. protestari: & ἀπολιπτικὴ ἀπόδειξις, est ἀποχὴ seu cautio receptæ pecuniæ *Apodixis defunctoria*, libellus quo ostendit quispiam se defunctum esse; quod est; profiteri defunctoriam. *Wouweren. apodixin def.* Remissionem senilis ætatis. *Apodixis* est *apocha, securitas, ostensio, experimentum, potestas,* &c. Cujacius, Brossæus, Huguitio. In vita B. Agnetis: *Ad filium meum voluisti apodixin tuæ artis magicæ demonstrare.* Auctor Mamotracti. *Erhardus. Apodixis def.* Libellus, quo ostendit quispiam se defunctum esse. hîc remissio senilis ætatis. *Gloss. Petron.*

3. *Illa solo fix.*] Suprà, *illa metu frig.* Arnob. *Priapum circumferentem res illas præliorum expeditione paratas.* Catull.

--- unde foret nervosius illud.

Wouweren. *Illa s. f.* ex illo lib. 1 Æneid. *Diva solo fixos.* & illo lib. 6. *Illa solo fixos,* &c. *Nec magis,* &c.

Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Vltimus partim ex Eclog. 5 Virg. *Lenta salix quantum,* &c. partim Æneid. 9. *Lassôve papavera collo.* Iungermannus. *Erhardus.*

4. *cum ea parte corporis*] Cœl. Aurel. Acutar. pass. l. 3. *Pati eas partes, quarum usu congressus venerius celebratur.* Ovid. 11 de Arte amandi:

Invenient digiti quid agant in partibus illis,
In quibus occultè spicula tingit amor.

Arnob. lib. v. *Partem illam corporis, per quam sexus fœmineus sobolem solet prodere.* Io. à Wouweren.

1. *quam*

corporis verba contulerim, [1] quam ne ad cognitionem quidem admittere severioris notæ homines solent. Mox perfricata diutius fronte, Quid autem ego, inquam, mali feci, si dolorem meum naturali convitio exoneravi? aut quid est, quod in corpore humano ventri maledicere solemus, aut gulæ, capitique etiam quum sæpius dolet? quid? [2] non & Vlyxes cum corde litigat suo? Et quidem Tragici oculos suos tamquam audientes castigant. Podagrici pedibus suis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis; & qui offenderunt sæpe digitos, quidquid doloris habent, in pedes deferunt.

[3] *Quid me constricta spectatis fronte Catones,*
Damnatisque novæ [4] simplicitatis opus?
[5] *Sermonis puri non tristis gratia videt,*
Quodque facit populus, candida lingua refert:

[1] *Nam*

1. *quam ne ad cogn. quidem admittere s. n. h. s.*] Arnob. lib. v. *Propudiosa corporum monstratur obscœnitas, objectanturque partes illæ, quas pudor communis abscondere: quas naturalis verecundiæ lex jubet: quas inter aures castas, sine venia nefas, ac sine honoribus appellare præfatis.* Wouweren. *cognitionem.* Leg. *ad cogitationem.* Similis locus apud Arnob. *Insignire his partibus, quas enumerare, quas prosequi, probus audeat nemo, nec sine summæ fœditatis horrore mentis imaginatione concipere.* Meursius Crit. Arnob. lib. 3, c. 3. *Erhard. Ad cognitionem admittere* rectum putamus. al. *cogitationem.* Sed partes illæ pudendæ vocantur, quòd ea pudeat severioris notæ homines *ad cognitionem*, sive ad oculos admittere, &c. *Io. Bourdelotius.*

2. *non & Vlyxes cum corde litigat suo*] Ad lib. xx Hom. Odyss. respexit haud dubiè, ubi in corde agitat, quonam modo de Ancillis, procis se immiscentibus supplicium sumat. *S. A. Gabbema.*

3. *Quid me constricta* &c.] excusatio lascivioris materiæ. Scalig. in Catal. *Erhardus. constricta fronte.* Id est, adducta, seu contracta, & quasi caperata fronte. Usus eodem loquendi genere & Martial. lib. x:

Et numeras nostros adstricta fronte trientes.

Adde huc *adductus*, ex Cornelio Tacito, pro severo, tetricoque ac superciliosо, cujusque frons semper adeò matutina, id est, striata, seu corrugata. *Ian. Dousa.*

4. *simplicitatis opus*] *Simplicitas* verborum est, cùm rem sine ullis ambagibus & circumlocutione, ut est, simpliciter & naturaliter eloquimur. *Ge. Erhardus.*

5. *Sermonis puri*] Non temere apud alium reperias, *purum sermonem*, pro *Latino.* Latina oratio nuda, & obscœna, quæ nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Sic Mart. *per quos in nulla pagina Latinè loqui licet*, hoc est, *suis nominibus adpellare. Palmerius.* Vid. & Sciopp. in Priap. Carm. 11. *Gabbema.*

[1] *Nam quis concubitus,* [2] *Veneris quis gaudia nescit?*
Quis vetat in tepido membra calere toro?
[3] *Ipse pater veri doctus Epicurus in arte*
Iussit, & hanc vitam dixit habere [4] *Deos.*

[5] Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius. Hac declamatione finita Gitona voco, &, Narra mihi, inquam, frater, sed tua fide, ea nocte, qua te mihi Ascyltos subduxit, usque in injuriam vigilavit: an contentus fuit [6] vidua pudicaque nocte? [1] Te-

1. *Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit*] ita distinxit Scaliger, eumque secuti Dousa in Præcidan. & Sciopp. d. l. vulgò, *Concubitus Veneris, quis gaudia nesc.* Ge. Erhardus.

2. *Veneris gaudia*] Petron. suprà: *Pertrectavi gaudiò dispoliatum torum.* Iterum; *Vltimum hoc gaudium fatis properantibus rape.* Ausonius:

— ubi cassa libido
Fœmineos cœtus, & non sua bella lacessit,
Irrita vexato consumere gaudia lecto.

Erhardus. Lucret. l. 4.

Denique tum membris collatis flore fruuntur
Ætatis, jam cùm præsensit gaudia corpus.

Catull. nupt. Manl. Cato Dir. & alii. *Is. à Wouweren.*

3. *Ipse pater veri*] Ita & Carus noster Epicurum vocat. Videntur honoris caussâ philosophi auctores suæ doctrinæ soliti adpellare patres; ut Academici Platonem, Epicurei Epicurum; Aristotelem Peripatetici. Nam & ita Cicer. lib. III de Nat. Deor. Vbi de Zenone. *Gifanius. Pater veri.* Lucret. de eod. *Tu pater & rerum inventor.* F. Pith. Cicer. lib. 4 Acad. *Epicurus, qui voluit subvenire erroribus, videtur conturbare veri rationem.* Et lib. 1 de Finib. *insector ille veritatis.* Anonym. in Notis.

4. *Deos*] Sic & edit. Frellon. cæteræ, codexque Tragur. Tornæsius: alii, *telos.* quomodo & Wouwer. cum Rutg. Hermann. *telos* i. exitus, *Gloss. Petron.* finis. Fr. Pithœus: Varro περὶ αἱρέσεων (*de Sectis*). *Porrò indè ab unoquoque compito ternæ viæ oriuntur è quibus singulæ extimæ exitum ac telos habent proprium. A primo compito dextram viam munit Epicurus.* Rutg. Hermannides in Notis crit. Bourdelotii: *telos.* Non aliter quoque, inquit, editio Bourdelotiana, & in Commentario: Frustra diu pugnatum de veritate hujus lectionis, quam veram cum Scaligero præstamus. Præcipua Epicuri Philosophiæ capita, ἀλήθεια, τέλος (*veritas, finis*). Rectè igitur in arte *veri & habere telos*, ut patet ap. Senecam & Athenæum lib. 2. Vnde Ch. Richardus istos duos versus sic maluit legere:

Ipse pater veri, doctus Epicurus in arte,
Lusit, & hoc vitam dixit habere telos.

5. *Nihil est hominum inepta persuasione falsius* &c.] Hoc vult dicere adulescens, sibi vitio dari non oportere si liberiùs loquatur, contemptis aliorum, qui diversa sentiant, reprehensionibûs: nam & illos, qui liberiùs dicta ferre non possunt, falsis opinionibûs laborare, & sibi autem fictam gravitatem minimè convenire, &c. Sciopp. (seu Schopp.) Element. Philosoph. Stoic. m[illegible]ral. c. 132. *Erhardus.*

6. *vidua p. nocte*] Ovid.

Cui

[1] Tetigit puer oculos suos, conceptissimisque juravit verbis, sibi ab Ascylto nullam vim factam: * *Vtut res ha-*
„ *beret, spem vultu simulavi*, [2] sitoque in limine genu, sic deprecatus sum numina versu:

[3] *Nympharum, Bacchique comes, quem pulcra* [4] *Dione*
Divitibus sylvis numen dedit, inclita paret

Cui

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes.
Fr. Pithœus. Catull.
Nam te non viduas jacere noctes.
Ge. Erhardus.

1. *Tetigit puer oculos suos*] Amatorium, *per oculos*, jusjurandum, creberrimumque rerum eroticarum scriptoribus. *Gabbema. Tetigit*, &c. *conceptissimisque v. i. sibi nullam vim factam.* Nihil hoc mirum; quippe cupienti omnia Gitoni facta; neque quicquam adeò grave, vel præter animi sui sententiam passus. Sic suprà idem de Iove:

Et peccaturus in terris, nemini tamen injuriam fecit.

Festivè; atque ex opinione nostris etiamnum ICtis celebrata, qui, *Volenti nullam fieri injuriam*, serio nobis ac vero vultu asseverant. *Dousa P. Iuravit sibi ab A. n. vim f.* Suspicor hîc inserendos versus qui leguntur in Fragmentis: *Naufragus ejecta* &c. sed nihil adfirmo. *Dousa F.*

2. *sitoque*] *positoque* sic omnes, etiam c. Tragur. *positoque in limine genu.* sc. templi vel sacelli Priapi. *Erhardus.*

3. *Nympharum, Bacchique comes, quem pulcra Dione*, &c.] *Priapus* Veneris & Dionysii filius est. Scribunt Venerem Baccho ex Indica expeditione domum revertente, Lampsaci Hellesponti urbe gravidam decubuisse, & parere inibi, quodcunque esset decreviſſe. Ad quam cùm Iuno officii, ut præ se ferebat, caussâ, accessisset, uterum ejus venefica adtigisse dicitur manu, eóque factum, ut Venus puerum, cùm cætera informem, tum vel maximè ob virilis illius supellectilis commendatam bonitatem terribilem, enixa fuerit. Patriæ meminere Carm. lib. IV: LXXXVI. *Helleſpontiacus* dicitur Virgil. lib. IV Georg. Petr. infr. *Lampsaci* cùm adulevisset. Lampsacenis mulieribus, scitus nimirum admissarius, ob non usitatam illam fascini sui luculentitatem gratissimus & intimus, tandem factus fuit. Hac ergo re Lampsaceni cives patriâ multandum mentulatum istum Priapum censuerunt. non impunè illud. Vxores enim suppliciis suis hoc à dis impetrarunt, ut periculosus maritis suis pudendorum morbus invaderet, ad quem levandum xe oraculi Dodonæi sententia Priapô placato & in patriam postliminiô revocato usus erat. Reducitur ergo desideratus Lampsacenis mulieribus Priapus, & plausu ab illis maximo exceptus deorum tamdem numero inseritur. *Priapum* Ægyptii *Horum* vocabant. *Horus* ille pingebatur *Iuvenis alatus*, cum *disco ad pedes* adjacente, & *sceptro in dextra, mentulam reliquum corpus aquantem sinistrâ tenens.* Idem *Mutinus* Guilielmio videtur. non rectè, ut opinor. *Mutinus* enim aliud à Priapo numen, *publicum habens*, ut test. Festus, *Romæ sacellum.* Is *sedebat in sacello suo mentula arrectâ*, & *in sinum ejus, priusquam ad maritum deduceretur, nova nupta locari solebat*, ut ejus pudicitiam, prior Deus prælibasse videatur. Dicitur quoque *Phallus*, & *Ithyphallus* ac *Triphallus.* Columell. Tibull. Niceph. Callist. Eccl. hist. lib. XIV, cap. XLIV. *Phallus* veretrum seu mentulam notat. Herodotus *Phallophoros* in Bacchi sacris fuisse scribit,

Cui Lesbos, viridisque Thasos, quem Lydus adorat
[1] *Vestifluus, templumque tuis imponit* [2] *Hypæpis.*
Huc ades, ô Bacchi tutor, Dryadumque voluptas,
Et timidas admitte preces: non sanguine tristi
Perfusus venio; non templis impius hostis
Admovi dextram, sed inops, & rebus egenus
Adtritis, facinus non toto corpore feci.

[1] *Quis-*

scribit, h. e. qui statuas gerebant cubitum longas, cum veretris longis, reliquum penè corpus æquantibus. Talibus Phallis, ex vitro, ebore, auro, serico & panno lineo mulieres usas, & hodiéque uti ad explendam libidinem Gyraldus refert. *Hortis præficiebatur.* Et ideo *hortorum custos* dici solebat. Carm. lib. XXIII. Etiam *pomaria, vineas & agros tuebatur.* Carm. LXXII: XIV: LXXXVII Etiam *in nemore fuit*, sed is *rudis* admodum & *informis* de trunco nondum evulso factus. Carm. LXXXIV. In talibus locis statui solebat, ut ejus *adspectu fures & aves repellerentur.* Carmin. XXIX: & LXXIII. Effigies ejus alia apud Ægyptios, alia apud Latinos fuit. apud illos *cubitalis erat*, & *juvenilis* ut sup. de Horo. apud Latinos *commoda & justæ*, ut Plaut. vocat, *statura*; eratque *Agricolæ barbato similis.* Carmin. LXIII: & LXXVII. *Ruber* quoque fuit & *nudus* Carm. ad lect. & XXV. & apud Tibull. *Dextrâ falcem sinistram* Carm. V, *sinistrâ mentulam arrectam tenebat.* Carm. XXIV: XXII: V. & illam quidem *pedalem.* Carm. X: & XXVII. *In capite ejus ramus vel pertica* figebatur. Horat. lib. I Sat. VIII. *Asinus ligneus* adjungi illi solebat, ut ex Carm. LV odoratus sum. Græci *asinum Priapo immolabant.* alia etiam animalia ipsi immolabant, ut *porcum*, Carm. LXV. *hircum* & *capellam*, Carm. XXCVII. *In horto sacellum* ipsi statuebatur, in eoque *mensa seu ara.* Carm. XV. *Honores illi ab agricolis & villicis variis habebantur.* Ejus caput vere *corollâ rosea*, æstate *spicea*, auctumno *pampinea*, hieme *olivâ* donabatur, ut ex Carm. XXCV. & XXCVII videre est. Eidem *poma* offerebant: Carm. XV: XX: XLII. *libum* eidem, *lac* & *ordea tosta* offerebant, Carm. XXI. Carm. XXXIV. *puella quadam, quot viros una nocte experta fuerat, tot verpas salignas Priapo dedicat:* Carm. XXXVII. pro sanato fascino suo quidam tabellam votivam in Priapi sacello suspendit. Ejus denique mentulam coronis cingere solebant, Carm. XL, & L. Hæc breviter ex Scioppii elegantis, mehercle, rei Venereæ interpretis, commentis. *S. A. Gabbema.*

4. *Dione*] una ex Nymphis, Veneris mater.

1. *Vestifluus*] Sic & Frellon. Lotich. *Septifluus* Tornæsius, alii, codexque Tragur. Erhardus: Leg. *Vestifluus.* vestes enim Lydorum erant fluxæ, ut ex Herodoto constat. *Septifluus* autem *Nilo* convenit, non *Lydo.* Turneb. Adversar. lib. 26, c. 6. & tacito auctoris nomine Lindenbrog. Var. Lect. in Catalect.

2. *Hypæpis*] Est Lydiæ oppidulum *Hypæpa*, ut lib. XI Met. testatur Ovid. Alioqui etiam Dianæ sacer Hymnus est Hypœpus Theodoreto teste. *Junius.* Gabbema. Fortè etiam leg. *suis imponit Hypæpis.* Iungermann. Nam *Hypæpa* Lydiæ Veneri & Priapo sacra, ut scribunt Stephanus & Strabo. *Erhardus.* De *Hypæpis* Ovid. Transformat. lib. 5.

Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis. Io. Bourdelotius.

1. *Quis-*

[1] *Quisquis peccat inops, minor est reus. Hac prece, quæso,*
Exonera mentem, culpæque ignosce minori.
Et [2] *quandoque mihi fortunæ adriserit hora,*
Non sine [3] *honore tuum patiar decus: ibit ad aras,*
[4] *Sancte, tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras*
Corniger, & querulæ fetus suis, hostia lactens;
Spumabit pateris hornus liquor: & ter ovantem
Circa delubrum gressum feret ebria pubes.

Dum hæc ago, sollertique cura [5] depositio meo caveo, intravit delubrum anus laceratis crinibus, [6] atraque veste deformis; extraque vestibulum me injecta manu duxit *cuncta trementem.* * † Quæ [7] striges comederunt nervos tuos? aut quod [8] purgamentum nocte calcasti [9] in trivio,

† *Proselenos.*

1. *Quisquis peccat inops, minor est reus*] ita Virg. in Culic.

Dignus amor veniâ, gratum si Tartara nossent
Peccatum minus esse. — id est, quisquis in gratiam alicujus peccat, minor est res. Scalig. Comment. in Culic. *Erhardus.* minor est res. *Si* Tartara nossent.

2. *quandoque*] quandocunque, ut aliàs sæpe. *Io. Sambucus.*

3. *honore*] Honor pro sacrificio & libatione. Etiam pro quovis munere: Cicer. ad Tir. *Honor medico habendus.* Ex Erhard.

4. *Sancte — aras*] Hunc versum apud Tornæs. non legas, nec codice in Tragur.

5. *depositio meo caveo*] *Deponi* dicebantur olim ægri jam prorsus desperati: Aut etiam recens mortui, quando de sublimiori lectulo humi conlocabantur. Hinc patet *Depositum* aptè vocari membrum illud, de cujus valetudine jam propè desperaverat, quod ingenti laboraret paralysi. sive eò quòd jam illud membrum haberet demortuum, *depositum* haut inconcinnè nuncuparet. *I. A. Gonsal.*

6. *atraque veste deformis*] De veste lugubri, vide Savaronem ad Sidonium: Lipsium lib. 11 Ann. Tacit. Rævard. lib. conject. 1, c. xx. *Ge. Erhardus.*

7. *striges*] Plin. lib. xi, c. xxix: Ovid. Fast. vi. *S. A. Gabbema.*

8. *purgamentum*] Purgamenta quæ quidem καθάρματα adpellant, quibus februabatur aut expiabatur aliqua noxa, mittebantur in profluentem, plerumque interdum & in mare: interdum in trivium: jaciebanturque ab aversis trans caput, ut in Pharmaceutria scriptum est: nec respiciebant, ne eorum aspectu malum traherent. ea autem secum sceleris & culpæ admissæ omne nefas omnemque noxam auferre credebant, & contagione quadam aliis tradere, si quis tangeret. itaque erant purgamenta ea omnibus invisa, ut ea vel pede calcasse nefarium haberetur, & inauspicatum, & mali alicujus præsagium. Hanc tamen superstitionem Cynici irridebant, qui ut apud Lucanum scriptum est sæpenumero ovis purgamentò vescebantur. *Adrian. Turnebus.*

9. *in trivio*] *Trivia*, τρίοδοι, loci in urbe dicuntur, in quo veteres conjiciebant omnia inquinamenta: ipsáque

trivio, aut [1] cadaver ? Nec à puero quidem te vindicasti: sed mollis, debilis, [2] lassus, tamquam caballus in clivo, & operam, & sudorem perdidisti; nec contentus ipse peccare, mihi deos iratos excitasti, *ac pœnas mihi nullas dabis?* † Ac me iterum in cellam Sacerdotis nihil recusantem perduxit, impulitque super lectum, & harundinem ab ostio rapuit: iterumque nihil respondentem mulcavit. ac nisi primo ictu harundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan etiam brachia mea, caputque [3] fregisset. Ingemui ego, utique propter [4] mascarpionem, lacrumisque ubertim manantibus, obscuratum

† *Polyanos.*

que adeò domorum & urbium purgamenta. *Ge. Erhardus.*

1. *cadaver*] Omen ab Hebræis ad Græcos translatum. Num. c. XIX, IX. *Qui tetigit cadaver hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus: aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur.* Gabbema. Ominosum mortuum tangere, imò domum funestam ingredi, adeò ut mirum quàm formidârint busta aut sepulchra. Theophr. Char. περὶ δεισιδαιμ. καὶ ὅτε ἐπιθῆναι μνήματι, ὅτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν (*neque monumentum, neque mortuum accedere*). Gellius lib. X, c. XV. *Locum in quo bustum est nunquam ingreditur: mortuum numquam attingit.* Apul. Apolog. *Omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta.* Ammian. lib. 31. *Io. à Wouweren.*

2. *lassus, tamquam caballus in clivo*] Est hoc παροιμιῶδες. quod proverbium aliter extulit Ovid. in 1 Remed.

Principiò clivi noster anhelat equus.

Casaubon. Comment. in Persi. in prolog. *Erhardus.*

3. *fregisset. Ing.*] Gabbem. *fregisset. Nec ing.* Sed & p. 485 *fretus* pro *fœtus.* & p. 491 *fames edocuit* confuso charactere.

4. *mascarpionem*] Sambucus, v. c. Tornæsius, al. *masturbatorem.* Vide tamen, addit Sambucus, num retineri possit vulgata lectio, *mascarpionem.* quæ & c. est Tragur. Erhardus: *mascarpionem.* al. *masturbatorem.* Leg. *masturbionem* vel *mastuprationem.* Philoxenus Gloss. *Masturbat, manuturbat,* δέφει, καὶ δέφεται, ἐστὶ ῥῆμα κοινόν (*penem pelle nudat, est enim verbum obscœnum*). Aliud Glossar. *Mastuprari,* δέφεσθαι. ut id dicat de calamitate Sicula. Iungermannus. Iac. Gaudensis l. 3 Ær aur. Poëtar. *Masturbari, id est, virilia turpiter turbare.* Alexander poëta apud Bedam in Proverb. Poëtarum;

Monstripare monstro nihil est corruptius isto.

Leg. *Manstupro monstro.* Vossius: *Masturbare*, vulgò dicunt; ac volunt esse à *manu*, & *turbo*: quomodo in Glossis Philoxeni legere est, *Masturbat, manu turbat,* δέφει καὶ δέφεται· ἐστὶ ῥῆμα κοινόν. Quo significat esse *verbum dictu fœdum.* Sane *masturbare* Græci dicunt χειρίζειν, q. d. *manibus operari*, quomodo & transtulit in Diogenis apophtegmate. Reprehendit Erasinum Robortelius, quòd non verterit, *virilia ad feminis effusionem tractare.* Sed idem quod Robortelius sensit; verùm, Græcorum exemplò, verecundiùs expressit. Videndum autem annon *manstuprare* potiùs dici debeat. Sanè in vet. Onomastico *mastuprari* exponitur δέφεσθαι. leviculo errore: solùm enim lineolam, primæ vocali

tum dextra caput super pulvinum inclinavi. Nec minus illa fletu confusa altera parte lectuli sedit, [1] ætatisque longæ moram tremulis vocibus cœpit accusare, donec intervenit sacerdos,&,[2] † Quid vos, inquit, in cellam meam tamquam ante recens bustum venistis? [3] utique die feriarum, quo etiam lugentes rident? ‡ O, inquit, ô Enothea, hunc adulescentem quem vides, [4] malo astro natus

† *Enothea.* ‡ *Proselenos.*

vocali impositam neglexere. *Manstuprare* autem dicetur, q. *manu*, vel *manum stuprare*, Hoc nisi verum putarem, dicendum dicerem *mastrupare*, atque esse à μαστροπεύω, *prostituo ad impudicitiam*. Vti hoc est à μάστρωπος, quo significatur *leno* vel *lena*. Itaque *mastrupare* propriè esset, *sui ipsius leonem esse, ac secum libidinosè agere*. Sed nimis multa ea de re, quam scelus esse ingens, etiam impurissimus Martialis agnoscit. Hæc Vossius. Quid si *mastuprare* à *mas* simul & *manu* ac *stupro*? Martialis l. XI Ep. XXIII in pædiconem masturbantem: — *inguina saltem*

Parce fututrici sollicitare manu.

Levibus in pueris plus hæc quàm mentula peccat:

Et faciunt digiti, præcipitantque virum.

Indè tragus, &c.

1. *ætatisque longæ moram*] Seneca Troade:

Abrumpere ense lucis invisæ moras.

Val. Flaccus lib. 6.

Sæva quidem lucis miseris mora. —

Idem Seneca eâdem Troad.

Vbi hanc anilis exspuam leti moram.

Zinzerling. Miscellor. Crit. l. 3, c. 14. *Ge. Erhardus.*

2. *Quid vos, inquit, in cellam meam tamquam ante recens bustum venistis*] *Culinam* his verbis circumscribere videtur, unde & *inquilini* etymon deductum. Ita enim *loca quædam sub Vrbe inopum funeribus destinata, ubi ferales, sive sepulcrales epulas comburi mos erat, antiquitus indigitata*, ex Festo, & Aggeno Vrbico docuit nos omnium doctissimus Ios. Scaliger. Quasi innuat Enothea, Encolpion, & Proselenon ex hac esuritorum nota esse, *quos cibum è flamma petere posse*, urbanè sanè cavillatur Terentius: hoc est (ut Catulli quoque interpretamentô in rem Petronii utamur) *in sepulcretis*, tuburcinandi causâ, quamvis *semiraso ustore* prohibente, *ipso carpere è rogo cœnam*. I. Dousa.

3. *utique die feriarum quo etiam lugentes rident*] Quæ verba codici debentur Pithœi. ap. Tornæs. & in Tragur. non leguntur. F. Pithœus: *die feriarum quo* &c. Non absimiliter Tacitus: *Vbi inter sacra & vota, quo tempore etiam profanis abstinere verbis mos est, vincla & laqueos inducat*. Wouweren: *die fer.* Plut. ὡδὲ δ' ὑμέας, παίζων καὶ γελῶν, ὥσπερ ὃν ἑορτὴν τὸν βίον διετέλεσε (*de Tranquillitate. Ludens & ridens velut diem festum vitam transegit*). Erhardus: Val. Maximus lib. 1, c. 1. exemplò ult. *Quantò nostræ civitatis Senatus venerabilior in Deos? qui post Cannensem cladem decrevit, ne matronæ ultra trigesimum diem luctus suos extenderent, uti ab his sacra Cereris peragi possent*, &c. Nec apud Romanos tantùm sive Ethnicos, sed etiam Iudæos. In Protevangelio Iacobi; ἤγγικεν ἡμέρα κυρίε, καὶ σὺ ἔξεσι σοι πενθεῖν (*appropinquavit dies Dominicus, & non licet tibi tristari*). V. Historiam Iudith.

4. *malo astro natus*] Isidorus l. 10, c. 1. *Astrosus ab astro dictus, quasi malo sidere natus*. Wouweren. *m. a. n.* Id est, ut Plautus ait, *Diis iratis* (sive *inimicis*)

natus eſt:nam neque puero,neque puellæ [1] bona ſua vendere poteſt. Nunquam tu hominem tam infelicem vidiſti. [2] lorum in aqua, non inguina habet. Ad ſummam, qualem putas eſſe, qui de Circes toro [3] ſine voluptate ſurrexit? † His auditis Enothea, inter utrumque conſedit,motoque diutius capite;‡ Iſtum,inquit,morbum ſola ſum, quæ emendare ſcio. Et ne putetis perplexe agere, rogo ut aduleſcentulus mecum nocte dormiat, [4] niſi illud tam rigidum reddidero quam cornu.

[5] *Quicquid in orbe vides, paret mihi; Florida tellus,*
Quum volo, ſpiſſatis areſcit languida ſuccis,
Quum volo fundit opes: Scopulique, atque horrida ſaxa
Niliacas jaculantur aquas: Mihi pontus inertes
Submittit fluctus: Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. [6] *Mihi flumina parent;*

† *Polyænos.* ‡ *Enothea.*

Hirca-

micis) omnibûs. Erhardus. Dicitur etiam quis *ſideratus.* Plaut. *ſideratus eſt moveri non poteſt.* De quo & ſuperiús.

1. *bona ſua vendere*] Tibull.

Quid tenera tibi conjuge opus, tua ſi bona neſcis
Servare, an fruſtra clavis ineſt foribus?

Plaut. Caſin. *Vt ego hodie Caſinam deoſculabor, ut mihi bona multa faciam clam meam uxorem.* Fr. Pithœus.

2. *lorum in aqua*] Mart. lib. 1 Ep. 61: l. 7 Ep. 59: l. 10 Ep. 55. *Wouweren.* Martial.

— madidoque ſimillima loro
Inguina. — Et
Loro cùm ſimilis jacet remiſſus.

F. Pithœus.

3. *ſine voluptate ſurrexit*] Lamprid. Heliogab. *Mulieribûs uteretur & ipſe & amici cum jurejurando, quòd efficerent voluptatem.* Apul. *& libidinem incitantes, & voluptatem integrantes.* Idem.

4. *niſi illud tam rigidum reddidero quam cornu*] Demetrius Apameus in lib. Signorum: *Tenſionem autem fuiſſe veretri nimiam, cum parvo dolore, ut cornu putaretur.* S. A. Gabbema.

5. *Quicquid in orbe*, &c.] Nullus ſcripſit (f. *Nullus non ſcr.*) de Magorum incantationibus, ut legenti veterum monumenta obvium eſt, idcirco heic exempla quà Græcorum quà Latinornm, non congero. *Gabbema. Quidquid* &c. Prorſus his gemina apud Tibull. lib. 1 Eleg. 2. *Quicquid in orbe vides.* ſaga mulier. Scalig. in Catal. Ejuſmodi veneficam, qualem hîc Petronius, effinxere etiam Tibullus, Lucianus, Martialis, Apuleius, Claudianus. Delrio ad Claudian. 1 in Ruffin. Raderus ad Martial. lib. 9 Epigr. 22. multîs. Barth. ad Claudian. num. 162. *Ge. Erhardus.*

6. *Mihi flumina parent*] Apoll. Arg. lib. 3 de Maga:

Καὶ ποταμοὺς ἵστησιν ἄφαρ κελαδεινὰ (al. ἀφαρβελωδεινὰ) ῥέοντας,
Ἄστρα τε καὶ μήνης ἱερῆς ἐπέδησε κελεύθους.

(Et fluvios ſiſtit currentes more ſagittæ,
Quin ipſis via ſideribus lunæque negatur). Io. à Wouweren,

1. *Lunæ*

Hircanæque tygres, & jussi stare dracones.
Quid leviora loquor ? [1] Lunæ descendit imago
Carminibus deducta meis : Trepiduſque furentes
Flectere Phœbus equos revoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum flamma quiescit
Virgineis exstincta sacris : Phœbeia Circe
Carminibus magicis [2] socios mutavit Vlyxis :
Proteus esse solet, quicquid libet. his ego callens
Artibus [3] Idæo frutices in gurgite sistam,
Et rursus fluvios in summo vertice ponam.

† Inhorrui ego tam fabulosa pollicitatione conterritus, anumque inspicere diligentius cœpi. ‡ Ergo, exclamat, ô Enothea, imperio para te : † deterſisque curioſe * manibus, inclinavit se in lectulum, ac me semel iterumque basiavit. Enothea [5] mensam veterem posuit in medio

† *Polyænus.* ‡ *Proselenos.* † *Polyæno.*

1. *Lunæ descendit imago Carm. d.m.*] Quod tum credebant fieri, cùm objectis umbris eam videbant deficere. Id cùm fieret, pulsabant æra, quod antidotum habuere contra artes sagarum. vide Rader. ad Martial. lib. 9, Epigr. 23. & Io. Seguinum in Excursu in Battologiam Quercetani de Alchymia, c. 8. *Erhardus.* Ovidius :

* *Et quamvis aliqui Themesæa removerit æra,*
Numquam luna suis excutietur equis.

Seneca Hippol.

At nos sollicitis lumine turbido,
Tractam Thessalicis carminibus rati,
Timitus dedimus, tu fueras labor.

Adi de sono æris tamquam re validissima contra talia Macrob. Saturn. 5, c. 19. *Io. à Wouweren.*

2. *socios mutavit Vlyxis*] Virgil.

Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis. Fr. Pithœus.

3. *Idæo frutices in gurgite sistam*] Ita & Wouweren, reliqui, insimul c. Tragur. Sed Tornæsius, *I. latices* (al. *frutices*. ubi Dousa : sic & c. M.) *in g. s.* Id. Dousa in Præcid. *Idæo frut.* — Hoc modo edi-

tio (Stephani) Parisiensis. malim tamen cum Lugdunensi, *latices*, in *fruticum* locum reponere ; tum *Ægæo* potius, quàm *Idæo* legere, ex conjectura. Wouweren : *Id. frut. in g. sistam.* Nemesianus :

— Cantant quod luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt scopuli, migrant fata, vellitur arbos.

Claud. lib. 1 in Ruff. Virgil. Æneid. Lucan. lib. 6: Manil. lib. 1.

4. *deterſisque curioſe manibus*] Dictum juxta veterum religionem, quibus absque manuum ablutione, rem sacram auspicari, piaculum erat. Ideo pro foribus templorum marmorea vasa præfigere mos erat aquæ continendæ lustrali, qua priùs videlicet lavarent sacrificaturi. Eorum jam pridem vasculorum dederunt imagines Antiquarii. Tute vide Choulium. *I. A. Gonsalius.*

5. *mensam veterem posuit in medio altari*] Festus : *Mensæ in ædibus sacris ararum vicem obtinebant.* Festus iterum : *Anclabris mensa ministeriis divinis apta.*

dio altari, quam vivis implevit carbonibus, & [1] camel lam etiam vetustate ruptam pice temperata refeci Tum clavum, qui derahentem secutus cum camell lignea fuerat, fumoso parieti reddidit : mox [2] incinct quadrato pallio [3] cucumam ingentem foco adposuit simulque [4] pannum [5] de carnario detulit furca, in quo fab

Ab *Anculare* quod Priscis erat ministrare. Dyon. Halyc. l. 11 Ant. Rom. Ἐγὼ γὰρ ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις δεῖπνα παρακείμενα θεοῖς ἐν τραπέζαις ξυλίνοις ἀρχαϊκαῖς. *Ipse certè spectavi in sacris adibus cœnas diis adpositas in* mensis ligneis *antiqui operis*, &c. primæ quidpe frugalitatis remanserant ejusmodi reliquiæ. *Gabbema. mensam veterem.* ἐσχάραν (*foculum*). Tertull. --- *festas extruet altè*
Cespitibus mensas. --- Lusit Ovid. de Arte amand.
Tange manu mensam, tangunt quo more precantes.
Optimè Festus, quem vide. Prudent. contra Symmach.
Omnibus ante pedes posita est sua cuique vetusta
Arula. --- Vocatur & *altarium*. Glossæ : *Altarium* ἐπιθώμιος. Auson. Ephem.
Foculumque vivi cespitis
Vanis relinquo altaribus.
Nam & *foci* ἐσχάραι, ut Glossæ exponunt. Ovid lib. 4 Metam.
---focos totidem de cespite ponit.
Stat. 4 Theb. --- *ara profunda*
Erigitur Cereri. --- Lutacius : *Tria sunt in sacrificiis loca, per quæ piationem facimus. Scrobiculo factò inferis, aris terrestribus sacrificamus, calitibus exstructis focis.* Festus : *Altaria ab altitudine dicta sunt, quòd antiqui diis superis in ædificiis à terra exaltatis sacra faciebant, diis terrestribus in terra, diis infernalibus in effossa terra.* Sanè hoc veteres sollicite servasse ex Homero apparet. Heliod. lib. 9 : Lucian. Necromant. Apul. Mil. lib. 1. *Devotionibus sepulchralibus in scrobem procuratis.* l. 12 de Pag. sacrif. C. Theod. *Redimita vitti arbore, vel erecta effossis ara cespitibus* Iuvenalis Satyrâ 12 : Horat. Sat. lib. Sat. 8. *Io. à Wouweren.*

1. *camellam*] Vas. mox : *Infra manus meas camellam vini posuit.* Ovid lib. v Fast.
Dum licet, adposita veluti cratere camellâ
Lac viveum potes purpureamque sapam.
Turnebus. *camella lignea.* Sacrificiis lignea vasa adhibita vel hinc lucet, tum quòd Festus : *Patella vasa picata sacrificiis apta.* Frequens usus vasorum Samiorum in sacris. Plaut. Capt. *ea non tantùm operis figlini, sed lignea.* Cic. ad Q. Fr. *Wouweren.*

2. *incincta quadrato pallio*] *Pallium quadratum* promiscua vestis fuit, hoc est, communis viris ac fœminis. Tertull. cap. 1 de Pall. Videtur & fœminarum *quadratum pallium* vocari olim etiam *palla*, aut hæc satis similis fuisse. Isidor. lib. XIX, cap. XXV. *Palla, est* quadratum pallium *muliebris vestis, deductum usque ad vestigia.* Habuit à Serv. lib. XI Æn. Incingi *quadratis palliis*, aut pallis sagas quondam solitas, quum sacris suis vellent operari, paret & Horat. lib. 1 Sat. VIII. *I. A. Gonsalius.*

3. *cucumam*] Ahenum est aquæ calefaciundæ, unde Martialis; *cucumam fecit Itacilius.* Brouwerus ad Fortunatum lib. 6, poëm. 10. Ejus diminutivum *cucumion.* aliud *cucumula.* Ge. Erhardus.

4. *pannum*] Sacculum ex panno. *Erhardus.*

5. *de carnario detulit furca*] *Carnarium*

ba erat ad usum reposita, & sincipitis vetustissima par-
icula mille plagis delata. Vt solvit ergo licio pannum,
partem leguminis super mensam effudit, jussitque me
iligenter purgare. Servio ego imperio, granaque sor-
idissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego.
At illa inertiam meam accusans improba tollit, denti-
usque [2] folliculos perite spoliat, atque in terram velu-
i muscarum imagines despuit. [3] Mirabile quidem pau-
ertatis ingenium singularumque rerum quasdam artes
mes edocuit. *

[4] *Non Indum fulgebat ebur, quod inhæserat auro,*
Nec jam calcato [5] radiabat marmore terra,
Muneribus delusa suis: sed crate saligna
Impositum Cereris vacuæ nemus, & nova terræ
Pocula, quæ facili vilis rota finxerat [6] actu.

[1] *Hinc*

um tabula erat cum pluribus unci-
is, quibus succidiæ, ac quævis alia
d victum necessaria suspendi con-
ieverant; parietique adfixa erat jux-
n focum in culina. Auctor Moreti:
Non illi sustensa focum carnaria. &c.
arro lib. II R.R. c. IV. *I. A. Gonsalius.*

1. *partem leguminis super mensam ef-
undit*] Nam ad veneficia & sortes
dhibitæ olim *fabæ*. Causam perspi-
uam reddit Lucian. in Vit. auct. de
abis differens. *Primùm quidem pla-
è genitales sunt, & si fabam adhuc viri-
em exsuas videbis eam omnino virilibus
milem naturam habere: elixam autem si
eponas, certis noctibus sanguinem feceris.*
dem.

2. *folliculos*] *Folliculus* fabæ est λέ-
πυρον: *siliqua*, est quæ fabas plures
ontinet, Græcis λοβὸς: *vulvula*, est
κέρτος, cortex. *Ge. Erhardus.*

3. *Mirabile quidem paupertatis in-
enium*] Plaut. Stich.

--- *Illa* [paupertas] *omnes artes per-
docet.*

Apul. Apol. *Paupertas prisca apud
icula omnium conditrix, omnium ar-
tium reparatrix.* mille talia apud Scri-
ptores. Vide Dominici Nani Mira-
bellii Polyantheam, alios. Exstant
& libri *De bono paupertatis*, ad quorum
mentionem Nicolaus Abbas Panor-
mitanus in Gloss. jur. Canon. ita
ἐπιφωνεῖ (*in fine exclamat:*) *A tali bo-
no custodi nos Domine.* Erhardus.

4. *Non Indum*, &c.] In tenuis for-
tunæ homines. Scalig. in Catal. *In-
dum ebur.* Sidon. Carm. 5.

Fert Indus ebur. --- Quintilianus
Architremius in Cleopoli:

Inda ebore, argentò Sardinia. --
Savaro Notis ad Sidonium. *Erhardus.*
Horat. Carm. II.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar, &c.
I. Dousa.

5. *radiabat marmore terra*] Cic. in
Paradox. c. 6. *Illi aurata tecta in villis;
& sola marmorea facienti*, &c. *Erhard.*

6. *actu*] Sambucus: vet. cod. *astu.*
& Tornæsius: al. *astu.* quò facit Tra-
gur. *hasta.* Consimiliter Sambuc. &
Tornæs. de *falcato* ad secundi versus
calcato. Nam & Tragur. c. habet *falcato.*
Erhardus.

[1] *Hinc mollis stillæ lacus, & de caudice lento*
Vimineæ lances, maculataque testa Lyæo:
[2] *At paries circa palea satiatus inani,*

For

Erhardus: *actu.* hoc est, ut Poëtæ dicunt, ἀγῆ. ut, περιδινέος ἀγῆς (*verticosi actûs*) Scalig. in Catal. ad Moret. & post eum Lindenbrog. Var. lect. in Catal.

1. *Hinc mollis stillæ lacus*] Sic & Frellon. editio, Lotichius. Wouweren, R. Hermann. *H. molli stilla latus.* Tornæsius: *H. mollis Scyllæ* (al. *molli stilla.* Pith. *mollis tiliæ*) *latus.* Trag. c. *H. molli scille lacus.* Wouweren: *Hinc molli stilla latus.* Non libet meminisse quid alii dixere. restituo ex vestigiis veteris scripturæ: *Hinc mollis stillæ lacus.* Varro 4 de Ling. Lat. *Lacus, lacuna magna, ubi aqua contineri potest.* Glossæ: λάκκος *lacuna, lacus, cisterna.* hinc *laccarii* λακκόποιοι, qui in iisdem Gloss. *lacunarii.* Innuit Petr. prisca ætate non fossîs inducta fuisse maria, nec tantis impensîs piscinas habuisse, sed contentos lacunâ. qualem stillæ confluvia fecerant. Incredibile quanta luxuriâ piscinas habuerint, quem luxum festivè increpat Seneca lib. 2 Controv. 1.

2. *At paries circà paleâ*, &c. *clavis numerabat agrestes*] Wouwer. reliqui, *At p. -- clavus n. a.* Tornæsius: *Et p. -- clavus* (al. *clausos* [ubi Dousa, sic & c. M.], al. *avos*) *n. agrestes. Et. clavus. agrestes* etiam c. Tragur. Dousa MS. & in Præcid. *clavus num. agrestes. Clavos* procul dubio emendandum, distinguendumque hoc modo:

Fortuitoque luto clavos numerabat agrestes.

Vt de *Clavis annalibus* loquatur, qui pangebantur, id est, figebantur in parietibus sacrarum Ædium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. qua de re Festum, qui volet, adito, in dictione *Clavus annalis.* Adde ex Livii lib. VII. *Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nursciæ Etruscæ Deæ, diligens talium monimentorum auctor Cincius adfirmat.* Wouweren: *clavus n. agrestis.* Si rectè advertas proba etiam hæc lectio. In V. C. *Clavis numer. agr.* Erhardus: Ex S. Pompeio didicimus *Clavos annales* dici, ex quib. numerus colligeretur annorum: *Clavis annalis* inquit, *appellabatur, qui figebatur in parietibus ædium; per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum.* Petronius igitur barbari & inculti seculi mores describens, dicit clavîs annos numerari solitos, quos secuta ætas eleganter per Consules numeravit. Durantius Var. lect. lib. 1, c. 5. aut legend.

Fortuitôque luto clavos numerabat agrestes.

Nam in templis, &c. (ut paulò antè Dousa) Palmerius in Spicilegio. Salmasius: *At paries circà paleâ*, &c. Pro calce & arena multi utebantur luto subactô & paleîs mixtô in parietum structura. Ideo vicem luti bitumine fartos Babylonis muros tradit Herodotus. Palladius: *quibus copia suppetit macerias lutô & lapide excitant, plerique sine luto congesta in ordinem saxa componunt.* Petron:

Et paries circa palea satiatus inani
Fortuitoque luto clausos munibat agrestes.

Qui versus ita legendi & exponendi sunt. Quod enim de cespiticio pariete accipiunt, & de clavo annali, strenuè nugantur. Festi abbreviator: *Aceratum lutum, & paleis mixtum.* de hoc *luto* intelligit. Propriè autem locutus est Petronius, *parietem lutô satiatum & paleâ* dicendo, qui fartus erat lutô. Vitruv. lib. II, cap. VIII. Vtráque autem ex minutissimis sunt instruenda, & uti materia ex calce & arena crebriter parietes satiati, diutiùs

Fortuitoque luto : clavis numerabat agrestis,
[1] *Et viridi junco gracilis pendebat harundo.*
Præterea [2] *quæ fumoso suspensa* [3] *tigillo,*
Conservabat opes humilis casa [4] *mitia sorba*
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et [5] *thymbræ veteres,* [6] *& passis uva racemis.*
Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
[7] *Digna sacris Hecates, quam Musa loquentibus annis*

[1] *Battia-*

ùs contineantur. Ita & lutô satiantur.

1. *Et viridi junco gr. p. har.*] Prisca tate tecta arundinea aut straminea. eneca : *stipula aliisque silvestribus, opeuere fastigium, & pluviis per devexa latentibus, hiemem transire securi. pendeat.* Idem Sen. Epist. 109. *Vt lacuaria penderent.* Io à Wouweren.

2. *quæ---*] Dousa emendat *quas.* dditque, ut *mitia sorba,* & *veteres,* quæ nox sequuntur, *thymbras, uvamque non sine passis racemis, pariter inter odoratas coronas pendentia*, appositione decentissima appellet *opes tugurii istius paupertini :* quas ego sanè (si quidem optio utriusque eveniat mihi) adiparis Regum Epulis, omnique Persico apparatu recusem commutare :

Sat, ô, beatus unicis Camœnîs.

3. *tigillo*] *Tigillum* sive tegillum significat transtillum, id est, longurium transuersum : unde lardum tumacula, succidias, alia id genus ad diuturnitatem usus in carnario salilita suspendimus. Tibullus pro adversariis aut perticis, quibus ex more pectinata villarum pergularumque culmina fulciri & suffundari solent. Ex Douza Schopp. in Miscellan. Apud Gulielm. legitur, *tegillo*, quem vide Verisimil. libro 2, cap. 5. *Ge. Erhardus.*

4. *mitia sorba*] Paschal. de Coron. c. 1 lib. III. *S. A. Gabbema.*

5. *thymbræ veteres*] *Thymbra*, conila, satureja. *Erhard.* cunila. *Dousa.* Plurima *thymbræ,* sive *satureiæ* mentio est apud Theophrastum, Dioscoridem, & Plin. Indè συμβροφαγεῖν de parcis ac frugalibus dictum proverbium, de quo Hesychius & Suidas, usurpatque Aristophanes in Nub. *Veteres,* aridæ interpretor. Nam Columella de eadem herba inquit, lib. 11, cap. ult. *Nam & viridis esui est jucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. I. A. Gonsal.*

6. *& passit uva racemis*] *Vvæ pensiles* sunt. Plin. lib. XV, c. 1. *Durant aliæ uvæ per hiemem pensili concameratæ modô.* Plaut. Pœn.

Si quidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis.

Varro lib. I R.R. c. LXIIX. *Pensilia, ut uvæ, sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi.* Gabbema.

7. *Digna sacris Hecates*] Sic & Wouweren, cæteri, codexque Tragur. Tornæsius : *D. s. Hecale* (al. *Hecate*). *Hecale* legit & Hadr. Iunius, pariter I. Sambucus. Erhardus : *Hecates.* Leg. *Ecale : quam Musa.* de qua in Priap.

Æqualis tibi, quam domum revertens
Theseus repperit in rogo jacentem.

Scalig. in Catal. comment. ad Priap. A Petronio anus dicitur *digna sacris Hecates*, anus pauperrima & mendicissima, quòd cùm in trivio soleret adponi vilissima Hecatæ cœna, ut alecarum & mænarum, eam, ut est apud Aristophanem in Pluto, pauperes consuessent penè priusquam adposita esset. sic autem scribit Petronius,

Qualis

[1] *Battiadæ veteris mirando tradidit ævo.*

* *

[1] Dun

Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecates.

significatur Hæc Hecale pauperrima, quæ hospitiô Theseum recepit. *Turnebus* Adversar. lib. 26, cap. 7. Veteres cœnam perparcam & impendiò frugalem, *Hecatæ cœnam* appellabant: quod apud inferos tenuissimo victu minimôque cibo eoque vilissimo vivitur, juxta poëtarum Theologiam. Siquidem umbræ plebeiæ malvâ porrôque victitant. Hecatæ mænides ac triglidas pisces, apud nos contemptissimos, habent in deliciis, ut sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum *Triglam*, atque inibi simulacrum *Hecates Triglantinæ*. Verùm illud expendat eruditus lector, an proverbium accipi possit de cœna illa, quam singulis mensibus in triviis Hecatæ collocabant divites, diripiebant pauperes. cujus rei meminit etiam Aristophan. in Pluto, ubi videndus Interpres. Erasmus in Chiliad. adag. *Cœna Hecates*, est τῆς ἑκάτης δεῖπνον, de qua supra dictum est. Eâ mendici vivebant. Indè Hecale mulier pauperrima dicitur digna sacris Hecates sive Hecatæ, quod cœna Hecatæ sacra à pauperibus raperetur. Nisi si quis Hecalen dignam Hecates sacerdotiô fuisse interpretetur. Turneb. Adversar. lib. 1, cap. 15. De frugali admodum tenuique apparatu effertur *Hecales cœna*: ab Hecale paupercula, cujus apud Ovid. fit mentio, & cujus egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur, ut scribit Iulianus Cæsar ad Iamblichum philosophum. Dicitur autem *Hecale* anus Theseum tum invenili in ætate hospitiô solere excipere, proque illius ad pugnam profecturi sospite reditu vota nuncupasse: in cujus beneficii memoriam Theseus instituit postea *Hecalesion* festum, qu *Iovi* ab illius nomine *Hecalo* dicti sacrificabatur. Callimachus scribit i opere, quod ab anu inscripsit *Hecalen*, habuisse illam φιλοξενίης τε ἀκλιτέων, id est, hospitii lares cunctipatentes. Had. Iunius in Adag. Ἑστιοῦχον, *Lari sacrificanti*, in tenaces dicitur, qui de suis nemini quicquan impartiunt: aut in convivas edaces qui nihil de appositis epulis mittun amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex iis quæ Laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Huic diversum adagium fingi poterit, τῇ Ἑκάτῃ θύειν, *Hecatæ sacrum facere*. siquidem in hujus Deæ sacris, ii qui cœnam inferebant, ipsi nihil inde gustabant, neque quidquam auferebant propter tumultum & fumum, ut in Symposiac. Plutarch. Idem Iunius in Adag. *Cynice vivere* quid sit, suprà dictum est. *Cœna* quoque *Hecates* & ovis lustrationum, ut mendici, & sepiis crudis vivebant. *Hecale* mulier paupera, quod cœna Hecatæ à pauperibus diriperetur: de qua Aristophan. Plato, Lucianus in Dialog. Diogenis & Pollucis, item Charont. ac Menippi. De *Hecate* Plaut. Ciistellar. & Ovidius. Gilb. Cognatus in Adag. *Cynicè vivere*. *Hecate* ergo Græcis est Ἑκάτη: unde Nicephoro in Synes. Ἑκατικὴ σφαῖρα (*Hecatica sphæra*). *Hecaten* porrò, *Proserpinam*, & *Dianam* idem numen fuisse Philologi tradunt. *Ge. Erhardus*.

1. *Battiadæ veteris mirando*] Leg. *Bat. vatis vivendo Battiades*, i. Callimachus, videtur de Aruspicina scripsisse secundum Fulgent. lib. III Mythol. in tab. Orphei. quin & idem Fulgent. Battiadem in Paredris citat, in principio Expositionis Virgilianæ continentiæ. Hecalesia scripsisse. refert

[1] Dum illa carnis etiam paululum delibat : & [2] coæquale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, quæ staturæ altitudinem dejecerat, anumque suo pondere dejectam super focum mittit. frangitur ergo cervix [3] cucumæ, ignemque modo convalescentem exstinguit. vexat cubitum ipsa stipite ardenti, faciemque totam excitato cinere perfudit. Consurrexi equidem turbatus, anumque non sine risu meo [4] erexi : statimque ne res aliqua sacrificium mora-

rt Plut. Battiades verò à Batto nomen deflectit. *P. Daniel. Battiades*, est Callimachus. v. Plinium. *I. Sambucus. attiadæ veteris.* Sic leg. puto, non *Baccineæ veteres*, ut intelligatur poëma Callimachi, Batti filii, quod *Hecale* inscriptum erat. Turneb. Adversar. l. 26, c. 7. Scalig. in Priap. *Battiades* tiam Callimachus dicitur Catullo pig. 117. ut ibi notarunt Ant Parnenius & Pall. Fuscus. item Ovio in Ibin, ut observavit Ach. tatius ad Catull. in fine. *Erhardus. attiadæ.* Tornæsius : al. *Baccineas.* ita laniſſimè & c. Tragur. *mirando.* Sic mnes & Tragur. Tornæsius : al. *virendo.* Erhardus : Leg. *vivendo.* Scag. in Priap. Al. *mirandam* quo modo Dionys. Cato in Distich.

Nam miranda canunt, sed non credenda Poëtæ.

1. *Dum illa*] Apud Politian. legitur, *Tunc illa*, c. 30 Miscellan. Erardus. Tragur. c. *Tum i.*

2. *coæquale*] Frellon. Lotich. *coæquali.*

3. *cucumæ*] Tornæsius, cæteri, *cucumæ* : necnon ipse Gabbema in Nola sua ex Erhardo, *cucumulæ.* Tornæsius : al. *cucumæ.* quod & c. est Tragur. Erhardus : *cervix cucumulæ. Sic* Phædro *lagenæ collum*, l. 1. fab. 26. sic supr. Petron. *amphoræ vitreæ, quarum in cervicibus* &c. Rittershusius & Rigaltius ad Phædr. Legendum *cucumæ.* Politianus Miscellan. c. 30, & Calepinus in Dictionar. Est autem lebes & olla. Giphanius Observat. ling. Lat. Imò *cucumula* vasis genus est, quod *cucumella* in l. 1 § penult. D. ad l. Corn. de sicar. Cuiac. Observat. l. 10, c. 15. *Cucumella* vasculi genus, quod à forma cucumeris nomen suum invenit, ad eundem usum, ad quem & labra & crateres paratum. Connanus ad l. *si quando.* D. Si servit. vindicet. *Ge. Erhardus.*

4. *erexi : statimque ne res a. s. m. ad refic. i. in v. cucurrit. vix ad casæ ostiolum processerat, quum ecce*] Wouwer. reliqui, *cucurri. processeram* (his cum facit c. M. Dousæ). Frellon. insuper & *ostium* pro *hostiol.* Tornæsius : *erexi itaque ad casæ ostiolum processi : statimque ne res aliqua s. m. a. r. i. i. v. cucurri : cum ecce.* Tragur. c. *erexi : Itaque ad c. hostiol. processi. & ecce.* Diversas lectiones, unde vera sententia, rei totius intellectus, & de Petronio exactum judicium pendet, Tornæsio potissimùm cum cod. MS. Tragur. coëunte, & aliis unde sua hauserint, quo studio & successu paralyticum hactenus Petronium curârint, postliminiò q. mortis ac in aurem scisciante, non facilè prætereo. pagina tamen suprà 379, pro *sententia, ut tu Tryphæna neque --- quereris.* & p. 380, *sententia, ut tu Encolp. --- insequeris.* Tornæs. Wouwer. R. Herm. habent, *s. u. t. T. n. --- queraris.* & *s. ut tu E. --- insequaris.* quomodo & Lotich. nisi quod

moraretur, ad reficiendum ignem in vicinia cucurrit vix ad casæ hostiolum processerat, quum ecce tres anseres sacri, qui, ut puto, medio die solebant ab anu diaria exigere, impetum in me faciunt, [1] fœdeque, ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem: atque alius tunicam meam lacerat, alius [2] vincula calciamentorum resolvit, ac trahit: unus etiam dux ac magister sævitiæ, non dubitavit crus meum serrato vexare morsu. Oblitus itaque nugarum, pedem mensulæ extorsi, cœpique pugnacissimum animal armata elidere manu: nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi.

[3] *Tales Herculea Stymphalidas arte coactas*
Ad cœlum fugisse [4] *reor, sanieque fluentes*
Harpyias, quum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaque regia cœli

[1] *Visa*

quòd pro *insequaris*, *insequeris*. Frellon. *sententia*, *neque* --- *quereris*. & *s. u. t. E.* --- *insequeris*. quod ibi notandum. Hìc verò textus nostri, *cucurrit*. *processerat*. omnino præstare videtur. ut patebit ex seqq. Nisi fortè defectus intercurrat, qui sententiam variet; quod ego vix sentio. Gonsalius: *ad refic. ignem in vic. cuc.* Vix absque igne ullum sacrum, nedum magicum peractum. Vnde nonnullis *ara*, quasi, *ardea* est, ab *ardendo*; vel quasi *ura* ab *urendo*.

1. *fœdeque*] Leg. *fœdòque* Iungermann. *Ge. Erhardus.*

2. *vincula calciamentorum resolvit*] *Vincula* hic ligamina sunt, quæ calceos vinciunt, adstringuntque, *corrigiæ* Ciceroni lib. 11 de Divinat. dictæ, ubi earum *abruptio* inter omina adversa recensetur. *Retinacula*, ut puto, Apollinari carm. 11. Habuere enim Antiquorum nonnulla calceamenta, ut nostratia, hoc genus vincula; etiamque brachiola, quæ ansæ adpellabantur. *Gonsalius.* Hæc vincula Latinis *fasciæ*. In Historia S. Eugendi: *Constrictus ocreis crura, fasciolisque plantas.* Festo *amenta*, *quibus vinciuntur soleæ rum lora.* Genus hoc calcei *obstrigilus* est dictus veteri Glossographo MS. Savaro ad Sidon. lib. 8 Ep. 11. Ovidius: *Vincla duæ demunt pedibus.* --- Latini etiam *corrigias* dixerunt, lora nimirum calciamentorum, Græcis ἱμάντες, de quibus ap. Matth. c. 3. *Erhardus.*

3. *Tales Herculea*, &c.] Est hoc ex sententia Pisandri Camirei, qui Stymphalidas horrendæ magnitudinis aves in Arcadia non interfectas ab Hercule, sed crotallorum sonitu fugatas tradidit; ut auctor est Pausanias lib. VIII. *Claud. Puteanus.*

4. *reor*, *sanieque fluentes - Phineo -*] Concinunt Frellon. & Lotich. *r. peneque f.* Wouwer. R. Herm. Tornæsius: *pæneque f.* al. *pænaque luentes.* Tragur. c. *penneque fl.* Fr. Pithœus: Videtur leg. *pennaque fluentes Harpyas cum Peneo mad.* Similiter Douza hic MS. Lipsium 1 Antiq. c 8 *pennâque fl.*

poëtica

[2] *Visa suas moto transcurrere cardine metas.*

[2] Iam reliqui [3] revolutam, passimque per totum [4] effusam pavimentum conlegerant fabam, orbatique ut existimo, duce redierant in templum, quum ego præda simul atque hac vindicta gaudens, post lectum occisum anserem mitto, vulnusque cruris haud altum [5] aceto diluo. Deinde convitium verens, abeundi formavi consilium: [6] conlectoque cultu meo ire extra casam cœpi. [7] Nec dum libaveram cellulæ limen, quum animadverto Enotheam [8] cum testo ignis pleno venientem. Reduxi igitur gradum, projectaque veste, tamquam expectarem morantem, in aditu steti. Conlocavit illa ignem [9] cassis harundinibus conlectum, [10] ingestisque super pluribus lignis, excusare cœpit moram, quod amica se non dimisisset [11] tribus nisi potionibus è lege siccatis.

† Quid

poëtica phrasi pro *volantes* legentem adducit. Pariter Erhardus. qui & de *Phineo* Barth. ad Claud. n. 2114 citat. Constat verò *Phineum* Arcadiæ regem, ob excæcatos filios, crudeliter ab *harpyis* mensam & cibos ejus turpissime foedantibus vexatum. Sophocles, Flaccus, alii.

1. *Visa suas moto transcurrere cardine metas*] Hunc ap. alios non legas. neque in c. Tragur.

2. *Iam reliqui*] sc anseres. *Dousa.* unum è 3 occiderat.

3. *revolutam*] Leg. *resolutam*, quia supra; *dentibusque folliculos spoliat.* Iungermann. *Ge. Erhardus.*

4. *effusam fabam*] Intellige eversione mensæ, cui tripedi, forsan, unum pedem Polyænos extorserat. *I. Dousa.*

5. *aceto diluo*] Plin. lib. 8. *Fr. Pithœus.* Dioscorides lib. v de Mater. med. c. 21. *Acetum refrigerat, & adstringit, stomacho est utile, & appetentiam cibi excitat: crumpentem undecunque sanguinem potu, incessuve sistit: prodest alvi fluxionibus cum cibariis coctum: cruentis vulneribus idoneum est, ac inflammationes arcet, insuccidu lanis aut spongiis impositum.* Io. Petr. Lotichius.

6. *conlectoque cultu meo*] *Ornatu & vestitu.* mox enim ait, *projectaque veste*, &c. *Erhardus.*

7. *Nec dum libaveram c. l.*] *Libare limen.* Legend. *superaveram.* Turneb. Adversar. lib. 26, c. 7. quem refellit Douza. *Libare limen* dixit, ut Apulejus *haurire portum*, & Aristoph. γεύεσθαι τῶν θυρῶν *(libare fores).* Wouwer. Emend. in Apul. *Erhard.*

8. *cum testo ignis pleno*] Ovid. *Hic ignem curto fert rustica testo.* Fr Pithœus. *Testum* genere neutro. Solebant autem antiqui testâ ignem petere. Hinc Cornificius ad Herenn. lib. 4. *Hic de tanto patrimonio tam citò testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.* Turneb. Adversar. lib. 26, cap. 7. *Erh.*

9. *cassis harundinibus*] An *cassis*, pro *quassis*, id est, fractis? *Idem.*

10. *ingestisque super pluribus lignis*] Tmesis, pro, *superingestis.* Idem.

11. *tribus nisi potionibus è lege siccatis*]

‡ Quid porro tu, inquit, me absente feciſti? aut ubi eſt faba? † Ego, qui putaveram me rem laude etiam dignam feciſſe, ordine illi totum prœlium expoſui; &, ne diutius triſtis eſſet, [1] jacturæ penſionem anſerem obtuli. quum protuli anſerem, anus ut vidit, tam magnum æque clamorem ſuſtulit, ut putares iterum anſeres limen intraſſe. Confuſus itaque & novitate facinoris attonitus, quærebam quid excanduiſſet, aut quare anſeris potius quam mei miſereretur. At illa [2] complosis manibus,† Scelerate, inquit, etiam loqueris? neſcis quam magnum flagitium admiſeris. [3] Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis acceptiſſimum. Itaque [4] ne te putes nihil egiſſe, ſi ma-

‡ *Enothea.* † *Polyænos.* ‡ *Enothea.*

Eubulus ex verſione Florentis Chriſtiani:

Nam terna tantùm temperari pocula
Catis jubeto: ſanitatis gratiâ
Primum hauriatur, alterum oblectaxinis
Et amoris ergo, deinde ſomni tertium.
Vbi iſtud ebibêre, quis pectus ſapit,
Domum redibunt. ---

Idemque numerus Synodo Nannetenſi definitus eſt can. IV. neque quaternos potandos eſſe cyathos. Democritus Phyſicus volumen condidit; Plin. lib. XXVIII, c. VI. erantque antiquitus Magiſtratus, qui convivas, ne ſe nimio vinò proluerent, legis ſympoſiacæ admonerent, quos Plato de Rep. μνάμωνας (q. *memores, admonitores, ſympoſiorum præfectos, modiperatores*) vocat, quodque bibendi modum, illa lege definitum imperarent, *Moduperatores*. Varro lib. XX Rer. Human. quique dicti ſunt ὀφθαλμοὶ, qnòd toti Argi & *oculei* eſſent in convivarum compotationes, quódque convivis ſpectatores adnotatoreſque immminerent. *Ioann. Savaro.* Legem convivialem de tribus poculis Auguſtum diligenter obſervaſſe Suetonius, & Carolum Magnum ſcribit Emhardus. *Potio* pro potu, hoc eſt, id quod bibitur, *ein trunck*. Schorus de Phraſib. ling. Lat. Schopp. in Obſervat. ling. Lat. *Ge. Erhardus.*

1. *jacturæ penſionem anſ. obtuli*] *Penſionem*, pro *penſatione* poſuiſſe videtur. qua voce idem quoque uſurus poſtea: *Sequetur imperium, ſi promiſeris illi pro unius horæ faſtidio multorum bonorum penſationem.* I. Douſa.

2. *complosis manibus*] Apul. *Suoſque caſus graviter ingemiſcens, depenſis pro prandio lacrymis, vacuaſque manus complodens.* Fr. Pithœus. *Complodere manus* ſolent, quos ira poſſidet. Seneca de Ira lib. I, c. I. *Articulorum ſeipſos torquentium ſonitus, complosæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus.* Io. à Wouweren.

3. *Occidiſti Priapi delicias, anſerem*, &c.] Sacratos hinc Priapo anſeres edifcimus, ipſius in templo diverſarii, alique, eorum ſc. cura ſacerdoti commiſsâ. *Gonſ.* Suſpicari poſſit aliquis, improbius neſcio quid ſub matronalis ſcematis integumento occultari. nec aliò fortaſſe accommodandum, quàm quòd avis ejuſce lingua in cibo, vel potione certe adſumpta, fœminarum libidinen concitare, maximumque adeò pruriginis muliebris ſuſcitabulum eſſe credatur. *Douſa.*

4. *ne te putes nihil egiſſe*] *nihil*, pro rem

si magistratus hoc scierint, ibis in crucem. Polluisti sanguine domicilium meum ante hunc diem inviolatum; feciſtique, ut me quisquis voluerit inimicus sacerdotio pellat.

† [1] *Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos,*
Consecuitque genas, oculis nec defuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Quum gelidæ periere nives, & languidus Auster
Non patitur, glaciem resoluta vivere terra:
Gurgite sic pleno facies manavit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

Tum ego, Rogo, inquam, noli clamare: ego tibi pro anſere [2] ſtruthiocamelum reddam. Dum hæc, me ſtupente, in lectulo ſedet, anſeriſque fatum complorat, interim Proſelenos [3] cum impenſa ſacrificii venit, viſoque anſere occiſo, ſciſcitata cauſſam triſtitiæ, & ipſa flere vehementius cœpit, meique miſereri, tamquam patrem meum, non publicum anſerem occidiſſem. Itaque tædio fatigatus, Rogo, inquam, [4] expiare manus

† *Polyanos.*

pretio

rem parvam & contemnendam. *Ge. Erhardus.*

1. *Hæc ait*] Horum verſuum iſthoc loci inſertio debetur I. Douſæ F. Erh. vult Goldaſto. ſecuti Frellon. & Lotichius.

2. *ſtruthiocamelum*] Struthiocamelus dicebatur, etiam, *Paſſer marinus*, & κατ' ἐξοχὴν (*per excellentiam*) *Afra* & *Pœna avis*, ut στρουθὸς Græcis ſimpliciter, & *Paſſer* Latinis. Vetus inſcriptio: ÆDILITATEM. LAUDABILITER. ADMINISTRAVIT PT. DIEM. FELICISSIMUM III. IDUS. JANUAR. NATALEM. DEI. PATRIS. NOSTRI VENATIONE. PASSERIS. DENIS. BESTIIS. &c. *Gonſal. ſtruthiocamelus* (στρουθοκάμηλος) q. *paſſer-camelus*. Maxima avium, quæ tamen pennis ad juvandum duntaxat cursum prædita, cætera voluctis non eſt, nec à terra tollitur. V. Plin. 10, cap. 1.

3. *cum impenſa ſacrificii*] Arn. 7. *Quid cum pultibus Deo ſit, quid cum libis, quid diverſis cum fartibus confectionis jure multiplici atque impenſarum varietate conditis?* Fr. Pithœus.

4. *expiare manus*] Piaculum eſt ſacrificium, quod fit liberandi ſupplicio ejus cauſâ, qui facinus in ſe admiſit, in quo victima patitur. Cato de R. R. c. CXXXIX. *Porrò piaculo facito, ſic verba concipito: Si Deus, Si Dea, cujus, illud ſacrum eſt, uti tibi jus ſiet, porco piaculo facere, illiuſce ſacri coërcendi ergo.* Hoc facto propriè dicebatur ille, qui facinus admiſerat aut ipſum etiam facinus piari vel expiari, hoc eſt, piaculo ſolvi, pœnâ liberari. Quia in locum peccantis ſuccedebat hoſtia vel ſacrum, ideo etiam ſubjici dicebatur. Lex Numæ: *Si quis hominem*

pretio licet, si vos provocassem, etiam si homicidium fecissem? Ecce duos aureos pono, unde possitis & deos, & anseres emere. Quos, ut vidit Enothea, † Ignosce, inquit, adulescens sollicita sum tua caussa: amoris est hoc argumentum, non malignitatis. Itaque dabimus operam, ne quis hoc sciat. Tu modo Deos roga, ut illi facto tuo ignoscant.

‡ *Quisquis habet* [1] *nummos, secura naviget aura,*
Fortunamque suo temperet arbitrio.
[2] *Vxorem ducat Danaen, ipsumque licebit*
[3] *Acrisium jubeat credere, quod Danaen.*
Carmina componat, declamet, concrepet, omneis
Et peragat caussas, sitque Catone prior.
Iurisconsultus, [4] PARET, NON PARET, *habeto,*

† *Enothea.* ‡ *Polyænos.*

Atque

liberum dolô sciens morti duit, parricida esto: si imprudens se dolo malo occisit, pro capite occisei agnateis ejus in concione arietem subjicito. Quo volebat, si quis imprudens hominem occidisset, pro capite occisi agnatis ejus in concione arietem offerret: qui cæsus in locnm imprudenter occidentis, quasi luiturus substituebatur. *S. A. Gabbema.*

1. *Quisquis habet nummos*] in avaritiam & pecuniæ studium. Scalig. in Catalect. Ioannes Sarisberiensis Policrat. lib. 7, cap. 16. *Avaro nihil vile videtur aut sordidum, & sibilante populo seipsum consolatur, imò & sibi applaudit, simul ac nummos contemplatur in arca. Petronianum istud ingestum omnibus credas,* &c. *Erhardus.* Horat. lib. 2 Satyr.

— omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanáque pulcris
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiensve etiam, & rex
Et quicquid volet -- Io. à Wouwer.

2. *Vxorem ducat Danaën*] Danaës corruptæ fabula sive historia planè in proverbium erat apud veteres. Ejus ἐπιμύθιον (*adfabulatio, usus fabulæ*) est, ut Pecuniæ, omnia facilia esse sciamus. Τὰ γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα πειρηθῆναι τῷ χρύσῳ ῥάδιόν ἐστι καταπολεμῆσαι, τῷ ἀργυρίῳ δὲ ὑποτάσσεται πάντα (*Quæ armis impervia, aurô facile vincuntur; pecuniæ enim parent omnia*). ut ait Diodor. Siculus. Et non sua magìs ætate quàm nostra Oraculi veridici vicem fuit:

Ἀργυρίαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις.

(*Argentô dives si tu vis vincere pugna.* vel, *Spicula si tibi sint ex argento bene vinces.*)

Barthius ad Clandian. n. 1411. *Ge. Erhardus.*

3. *Acrisium jubeat credere, quod Danaën*] Acrisium jubeat idem credere, quod Danaë credidit, sc. se compressam à Iove fuisse: quod Acrisius (*pater Danaës*) noluit credere, ut patet ex Appollodor. lib. 2. Iungerman. *Idem.*

4. PARET, NON PARET] Veteres dicebant, *Si paret*, teste Festo, quod posteriores, *Si apparet*. Fuit autem formula, *Si apparet, Titium dare oportere*, propria actionis in personam, ut notum ex Cic. *Obertus Gifanius.*

1. *Labe*

Atque esto quicquid Servius, & [1] *Labeo.*
[2] *Multa loquor: quidvis nummis præsentibus opta,*
Et veniet. clausum possidet arca Iovem.

Interea hæc satagens, [3] Infra manus meas camellam vini posuit, & quum digitos pariter extensos [4] porris apio-

1. *Labeo*] Petronius Arbiter Labeonem inter ICtos. ponit. Ait autem Tacitus *intra Præturam stetisse*, quod verum est: ejusque dignitatis gratiâ, scripsit librum *de Prætore urbano*. nam suam Spartam ornare voluit. Hic autem liber citatur. *l. xix de Verb. sign.* Ejus pater civilibus bellis Reip. partes sequutus, sibi violentas manus attulit, post factum testamentum & scrobe parata in tentorio. Appian. de bell. Civ. Erat Labeo de quo apud Petron. mentio, vir probus, & libertatis amans, etiam usque ad periculum, & pro ea contumax, quæ ICtorum virtus fuit singularis. Talis enim fuit M. Porcius Cato juris Romani consultissimus, *& incertum an propter Resp. amorem & libertatem magis præsserit eum Nobilitas, an ille agitaverit Nobilitatem*; ut ait Livius. Certè P. Rutilius Senator Tribunos militares innocentia suâ Equitumque ambitionem retudit acriter. Et etiam magnanimiter, qui secundus à Catone in tuenda Reip. libertate. Caselius Aulus I. C. *doctus & sapiens, nec prece nec precio compelli potuit, ut de his rebus, quas Triumviri statuerant, formulam ederet*, ait Valerius lib. VIII, c. II. Quemadmodum & Servius Sulpitius, etiam alter Iurisconsultus, qui Cæsaris ausis viriliter restitit; & ejus exemplo Labeo. Nam cùm Senatus, adulatione summa, censeret excubandum pro foribus Augusti: *Ego* inquit *Labeo, excubitor fui nunquam, quia somnolentior.* Et cùm potestas fieret illi Senatum legendi ab Augusto, Lepidum legit, hostem Augusti. Interrogatusque num essent alii digniores, *suum*, inquit, *cuique judicium est.* Horatius poëta, qui uti capito, inter aulicos, & falsos fuit, *stultum Labeonem* nominabat, quòd oblatum Consulatum ab Augusto respuisset. Sat. III. Sed fuit sapiens insania. Nam aliud est virum bonum agere, aliud adulatorem: aliud Iurisconsultum, aliud mancipium togatum & aulicum. Nec solus respuit Consulatum, cùm alter coætaneus, & ut Labeo, etiam Iurisconsultus Q. Mutius idem fecerit *lib. II ff. de Orig. juris.* Sextus etiam pater à D. Iulio oblatum latum clavum respuit. Senec. Epist. XCIIX. *Lud. Dorleans.*

2. *Multa loquor: quidvis - Et ven.*] Vincent.

Parva loquor, quodvis nummos præbentibus opto.

Et veniet. Vincent. *Eveniet:* & rectè. vide Henricum Stephanum in fragm. Comicorum Græcorum, qui versum Græcum adducit, à quo videtur Petronii Carmen desumptum. & tamen Henric. *Et veniet* male retinuit; cùm versus Græcus *Eveniet* legat. *P. Daniel. quidvis nummis præsentibus opta.* Theodoricus Abbas S. Trudonis apud Flaccium Illyric. in Catalogo. Test. Verit. -- *Fit nummis Præsul & Abbas.* Idem; *Quid non speremus, si nummos possideamus?* Vide Casp. Waseren de Antiq. nummis Hebræor. lib. I, c. 2, & c. 12. *Ge. Erhardus.*

3. *infra*] Pro *intra.* Anonym. MS. ad edit. Schonwetter.

4. *porris apioque l.*] Hæc fors in lustrationibus quia contra venena faciunt, & per consequens contra veneficia. *I. P. Lotichius.*

apioque lustrasset, avellanas nuces [1] cum precatione mersit in vinum: & sive in summum redierant, sive subsederant, ex hoc conjecturam ducebat: [2] nec me fallebat, inanes scil., ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem & plenas integro fructu ad ima deferri. *Tum ad anserem adpellens sese* [3] recluso pectore extraxit fortissimum jecur, & inde mihi futura prædixit. Imo, nequod vestigium sceleris superesset, totum anserem laceratum verubus confixit, [4] epulasque etiam lautas, paullo ante, ut ipsa dicebat, perituro paravit. [5] Volabant inter hæc potiones meracæ.

*

Profert Enothea [6] scorteum fascinum, [7] quod ut oleo & mi-

1. *cum precat. mersit in vinum*] Lotichius hæc ad Catoptromantiam, aut Hydromantiam refert.

2. *nec me fallebat, inanes scil.* &c.] Quod hîc de *nucibus* Petronius, id ipsum de *ovorum* ingenio refert M. Varro in lib. Rei Rust. verbi gratiâ: *Ovum inane natat, plenum desidit.* Ian. Dousa.

3. *recluso pectore extraxit fortissimum jecur,* &c.] Virg. lib. IV Æneid.

--- *Pecudemque reclusis*
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Signanter Ἡπατοσκοπίαν (*hariolationem ex inspectione jecoris*) protulit Arbiter, quæ princeps species *Haruspicinæ.* inquit apud Philostrat. l. VIII Apollonius: *Iecur, in quo vaticinii sedem esse, dicunt ejus artis periti.* Gonsal. Videnda. Iuven. Sat. V: Plin. lib. X, c. 22: Apul. Mil. 2: Cicero I de Divinat. *Wouweren.* Lucianus de Sacrific. *Erhardus.* Extispicii sive Aruspicinæ objectum potissimùm pecudum cor & *jecur*, quæ si sana reperissent bona, si lapidosa, macilenta, marcidáque, aut penitus nulla, pro pessimo habebant præsagio. P. de Albano cap. 22. *I. P. Lotichius.*

4. *epulasque etiam lautas*] Nam anseres olim in delitiis valde gulonibus fuere, eorum autem præcipuè jecinora. indicat Athenæus l. X, c. XXII: Mart. lib. XIII Epigr. LIIX. Alagabalus apud Lampridium insana prodigalitate *canes jecinoribûs anserum pavit*, ita, *ut psittacis atque fasianis leones.* I. A. Gonsalius.

5. *Volabant inter hæc potiones*] Macrob. dixit, *variantibus poculis.* Pontanus in Not. lib. 7, c. 1. *Ge. Erhardus.*

6. *scorteum fascinum*] i. Rubrum penem coriaceum ut Suidas exsertim tradit voce Φαλλοί. Confecti & ex varia materia varios in usus olim *phalli* ex ligno, *ficu* potissimum qui *ficulnei* sæpius adpellati, ex *ebore*, ex *auro*, ex *serico*, & ex *lineo panno*, quibûs Lesbiæ tribades abutebantur. Item ex *vitro*, qui *phallovitroboli*, vel *phallovitrobeli* Capitolino, dicuntur. Erant videlicet *vitrea pocula*, in obscœnam pudendi figuram effigiata. Iuven. Sat. II.

--- *Vitreo bibit ille Priapô.*

Scholiast. *In Vitreum penem, quos adpellant Drillopotas.* Pocillatorum icunculas; manibûs illos Priapos extollentium, Pignorius opere de Serv. exhibuit. Obscœnitates etiam eas edebant.

& minuto pipere atque [1] urticæ trito circumdedit ſemine, paulatim cœpit inſerere ano meo. Hoc crudeliſſima anus ſpargit ſubinde humore femina mea. * [2] Naſturcii ſuccum cum abrotono miſcet, perfuſiſque inguinibus meis, viridis urticæ faſcem comprehendit, omniaque [3] infra umbilicum cœpit lenta manu cædere. *Vrticis uſtum, fuga ſubductum exæſtuans conſectatur.* * * Aniculæ, quamvis ſolutæ mero ac libidine eſſent, eandem viam tentant, & per aliquos vicos ſecutæ fugientem, Prehende furem, clamant. Evaſi tamen, omnibus digitis inter præcipitem decurſum cruentatis. * *

† Chryſis, quæ priorem fortunam tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis perſequi deſtinat.

* *

‡ [4] Quid huic formæ aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? quid contra hanc Helene, quid Venus poſſet? Ipſe Paris [5] Dearum [6] lividinantium judex, ſi hanc in com-

† *Chryſis, aut de Chr.* ‡ *Polyænos.*

bant. nam *ſiligineos Priapos* habuere, Mart. lib. XIV Epigr. LXIX. Item placentæ fuere aliæ in muliebria inguina. Sed ohe! *I. A. Gonſalius.*

7. *quod ut oleo* &c.] Omnia hæc Venerem languentem inritant. *S. A. Gabbema.*

1. *urticæ trit.*] Ovid. 2 de Arte am.

Sunt qui præcipiant --- Sumere, --
Aut piper urticæ mordacis ſemine miſcent,
Tritáque in annoſo flava pyretra mero. Fr. Pithœus. Iuven. Satyr. XI.

Irritamentum Veneris languentis, & acres
Divitis urticæ. -- hinc Satyr. 2.
Hæc tetigit Gradive tuos urtica nepotes.
id eſt, hæc prurigo. *Io. à Wouweren.*

2. *Naſturcii ſuccum cum abrotono*] Dioſcorid. lib. 2, c. 185. *Cujusvis naſturtii ſemen calefacit, acre eſt, ac ſtomacho inimicum, alvum turbat, lumbricos pellit,* &c. *menſes ciet ac venerem ſtimulat.* Plinius ſcribit *abrotonum (vulgus ſylveſtrem cupreſſum vocat)* pulvino ſubditum venerem ſtimulare, imò eand. herbam contra quævis veneficia, quibûs coitus inhibeatur, efficaciſſimam eſſe, lib. 21, c. 22. *Io. Petr. Lotichius.*

3. *infra umbilicum*] Martialis:

Et prurit tamen uſque ad umbilicum.
Fr. Pithœus.

4. *Quid huic formæ habuit aut Ariadne aut Leda ſimile*] Similis huic locus alibi apud Nicetam Choniatem, qui jam non ſuccurrit. *I. Douſa F.*

5. *Dearum*] Iunonis, Palladis, & Veneris.

6. *lividinantium*] Ita & Frellon. *libidinantium*, Tornæſ. cæteri. Douſa vult *litigant.* aut *licitant.* Erhardus: *Dearum libidin.* Leg. *lividinantium*, ut ſit: dearum æmularum & livore laborantium. Gruter. Suſpicion. lib. 1, c. 12. *Libidinantium*, i. cauſam libidinis pararium (Pallade excepta) formæ agentium.

comparatione vidisset [1] tam petulantibus oculis, & Helenen huic donasset, & Deas. Saltem si permitteretur osculum capere, si illud cœleste ac divinum pectus amplecti, forsitan rediret hoc corpus ad vires, & resipiscerent partes veneficio, credo, sopitæ. [2] Nec me contumeliæ lassant. Quod verberatus sum, nescio: quod ejectus sum, lusum puto; [3] modo redire in gratiam liceat.

* *

[4] Torum frequenti tractatione vexavi, amoris mei quasi quandam imaginem. * * [5] *Sic pervicax,*

Non solum me numen, & implacabile fatum
Persequitur; prius [6] *Inachia Tirinthius ira*
Exagitatus [7] *onus cœli tulit: ante* [8] *profanam*

Iuno-

1. *tam petulantibus oculis*] Alibi, *Oculorum quoque mollis petulantia.* Rutilius Lupus ex Lycurgo: *Cujus omnes corporis partes ad nequitiam, sunt appositissimæ: oculi ad petulantem lasciviam.* Fr. Pithœus.

2. *Nec me contumeliæ lassant. Quod verberatus sum, nescio: quod*] Sic distinguit Tornæsius. alii post *lassant* (:), Gabbema ad summum (,) habet si non continuat. idque moneo propter superius *catorogare. Quod verberatus sum nescio.* Ovid. 2 de Arte amandi:

Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ
Turpe. -- Wouweren. Tibullus:
Vltro contemptus rogat, & peccasse fatetur
Lasus, & invitis ipse redit pedibus.
Idem:
Nil ego non patiar. numquam me injuria mutat,

Dousa F. ad Tibull. *Ge. Erhardus.*

3. *modo redire in gratiam liceat*] Vix dubito, quin & hîc interponendi sint illi versus è Fragmentis:

Candida si dereis ardescunt lumina flammis.

Nam omnino, idem eos dicere cum eo quod Petronius hic vult, manifestum est. *I. Dousa F.*

4. *Torum frequenti tractatione vex.*] Ausonius:

Defectos sic fama viros, ubi cassa libido
Fœmineos cœtus, & non sua bella lacessit,
Irrita vexato consumere gaudia lecto.

Fr. Pithœus.

5. *Sic pervicax*] Hoc addititium. cæteri non habent.

6. *Inachia*] i. Iunonia. dicta Iuno Inachia, ab Inacho fluvio Argivæ regionis Iunoni sacrato, ut tradit Pausan. de eoque fusè Plut. εἰ γνήσιος (*si genuinus*) *de Fluminibus.* Ita l'Ἰναχὶς Ἥρη (*Inachia Iuno*) dicitur Nonno initiô lib. ult. Dionys. hoc est, *Argiva*, ut *Inachides mulieres*, & *Inachia fora*, &c. pro *Argivis* eidem usurpantur. *I. A. Gonsalius.*

7. *onus cœli tulit*] Undecima Herculis ærumna fuit Aurea mala ab Hesperiis reportare. Ast quum præmonitus à Prometheo foret, ne ad Hesperidum hortos ipse accederet, sed ad ea accipienda Atlantem mitteret, necesse habuit Atlantis interea subire vices, eique in cœlo sustinendo succedere, *Idem.*

8. *profan. Iunonem Pelias sensit*] *profanam.* Tornæsius: al. *profanus.* Similiter

Iunonem Pelias ſenſit : [1] *Tulit inſcius arma*
Laomedon : [2] *Gemini ſatiavit numinis iram*
Telephus : Et regnum Neptuni [3] *pavit Vlyxes.*
Me quoque per terras, per cani Nereos æquor
[4] *Helleſpontiaci ſequitur gravis ira Priapi.*

* * *

Quærere à Gitone meo cœpi, num aliquis me quæſiſſet. ‡ Nemo, inquit, hodie: ſed heſterno die mulier quædam haud inculta januam intravit: quumque diu mecum eſſet locuta, & me accerſito ſermone laſſaſſet, ultimo cœpit dicere, [5] te noxam meruiſſe, daturumque [6] ſerviles pœnas, ſi læſus in querela perſeveraſſet. * *

† Nondum querelam finieram, quum Chryſis intervenit, [7] amplexuque effuſiſſimo me invaſit, &, ‡ Teneo te,

‡ *Giton.* † *Polyænos.* ‡ *Chryſis.*

militer Erhardus: apud Scalig. in Catalect. legitur *prophanus*. Sed exiſtimo *profanam* hîc valere *profanatam*: ut res ſanctæ, ſanctificatæ. vel *profanam* ob dirum odium quod in nonnullos exercuit, Æneam & ſimiles. Gabbema: *Iunonem P. s.* Pelias Neptuni filius ex Tyrone, qui quum primùm adultus novercam matris occidit, ſuperque ipſam Iunonis aram jugulavit. *Eam ob rem nullo unquam honore Iunonem adfeciſſe memoratur; atqui poſtea inter ſe diſcordiam exercere non deſierunt.* inquit Apollod. lib. 1.

1. *Tulit inſcius arma Laomedon*] Fusè narrat Apollodorus lib. 11. *S. A. Gabbema.*

2. *Gemini ſatiavit numinis iram Telephus*] *Gemini numinis.* Minervæ interpretor, quà Artium omnium, quà Bellorum Dea. *Gonſ.* videndus & hîc Apollod. lib. 11. *Gabbema.*

3. *pavit Vlyxes*] Sic & Frellon. Lotichius, Tornæſ. (cæteri) *cavit V.* Vbi Douſa: *pavit.* à paſcendo nempe, quòd ut Plautus loquitur, piſcibus in alto præbuerit pabulum naufragiis ſociorum. Gabbema: plenè Homerus.

4. *Helleſpontiaci Priapi*] Servius in IV Georg. *Hic autem Priapus fuit de Lampſaco civitate Helleſponti, de qua pulſus propter virilis membri magnitudinem, pòſt in deorum numerum receptus, meruit numen eſſe hortorum.* Gabbem.

5. *te noxam meruiſſe*] Olim jam diſſertatum eſt de *Noxa* & *Noxia*. *Noxia* peccatum eſt, *Noxa* pœna peccati. Cornel. Fronto diſertim: *Noxa pœna eſt, Noxia culpa.* Marius Servius: *Noxia eſt culpa, id eſt, peccatum, Noxa pœna.* Feſtus latiuſculè. ita & hîc Petronius planè. Symmachus lib. 1 Ep. XLIX. *Id.*

6. *ſerviles pœnas*] plagas & verbera. Bongarſ. Not. in Iuſtin. lib. 1. *Ge. Erhardus.*

7. *amplexu eff. - &, Teneo te*] Totidem propè verbîs Heliodor. προσδρομοῦσά τε τῷ Θεαγένει, τοῦ αὐχένος ἐξήρτητο, καὶ ἦ μὴν, ἔχω σε Θεάγενες (*accurens ad Theagenem, & de collo ejus pendens, profectò, ait, teneo te Theagenes*). Apul. Mil. l. 8. *Charitem non tenebis, non frueris nuptiis.* lib. 2. *Nequeunti tenere Fotidem.* Wouweren. Apul. Metam. 10. *Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum, meum paſſerem.* Douſa F.

te, inquit, qualem speraveram : [1] tu desiderium meum, t
voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, [2] nisi san
guine exstinxeris.

* * *

† Vnus ex novitiis servulis subito adcucurrit, & mi
hi dominum iratissimum esse, adfirmavit, quod bidu
jam officio defuissem ; recte ergo me facturum, si excu
sationem aliquam idoneam præparassem. Vix enim possi
fieri, ut rabies irascentis sine verbere considat. *

[3] Matrona inter primas honesta, Philumene nomine
quæ multas sæpe hereditates [4] officio ætatis extorserat
tum anus & floris exstincti, filium filiamque ingereba
[5] orbis senibus, & per hanc successionem artem suam
perseverabat extendere. Ea ergo ad Eumolpum venit
& com-

† *Polyænus.*

1. *tu desiderium, tu voluptas*] D. Hieron. ad Nepotianum : *Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delitias & lepores, & risu dignas urbanitates, & cæteras ineptias amatorum, in comœdiis erubescimus, in seculi hominibus detestamur.* Io. à Wouweren.

2. *nisi sanguine exstinxeris*] Summa latet hic nequitia. frequentiori namque coitu sanguis emittitur, cujus manifestaria ex Medicorum filiis, didicique ex Avicenna. purus putusque sanguis semen est in testiculis dealbatus, constatque plane in creberrimo coitu dealbari non posse. Quæ haud dubiò sententia Iuvenal. est, Satyr. 1.

Partes quisque suas ad mensuram inguinis heres
Accipiat, sanè mercedem sanguinis.

Gonsal. Voce *sanguinis* in obscœnis usus est & Senec. Pater lib. 7. Controvers. 5. *Quòd amicæ suæ sanguinem misit.* Et postibi ; *Facit quod facere solet : pro amatore sanguini suo non parcit.* Iuvenal. Satyr. 1.

Accipiat sanè mercedem sanguinis.

nempe ex medicorum doctrina, non Aristotelis. Nic. Faber Not. ad Senec. Controvers. lib. 7 Contr. 5. Arsic capiendum & illud Plauti Bacchid. act. 3, scen. 1, ubi ait Lydus pædagogus de meretricibus :

Apage istas à me sorores, quæ hominum sorbent sanguinem.

Et Curcul. act. 1, sc. 2, in fin. de amica:

Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.

ubi videatur Theocriti locus à Taubmanno annotatus. *Ge. Erhardus.*

3. *Matrona inter prim. honesta, Philumene*] *honesta* deleo. Sic Sallust. & Apoll. *Anonym. MS.*

4. *officio ætatis extorserat*] Ovidius:

At nuper bis flava Clide, ter candida Pitho,
Ter Libas officio continuata meo est.

Propertius : — *experta puella*
Officium tota nocte valere meum.

Fr. Pithœus.

Innuit Philumenen ex illis fuisse,

— *Qui testamenta merentur*
Noctibus. — S. A. Gabbema.

5. *orbis senibus*] Tres heredipetarum notæ quas captabant, locuples, orbus, senex. ut patet ap. Cic. Paradox. penult. *Io. Bourdelotius.*

& commendare liberos [1] suos ejus prudentiæ, bonitatique credere se, & vota sua. Illum esse solum in toto orbe terrarum, qui præceptis etiam salubribus instruere juvenes quotidie posset. Ad summam, relinquere se pueros in domo Eumolpi, ut illum loquentem audirent, quæ sola posset hereditas juvenibus dari. Nec aliter fecit ac dixerat, filiamque speciosissimam cum fratre ephebo in cubiculo reliquit, simulavitque se in templum ire ad vota nuncupanda. Eumolpus, qui tam frugi erat, ut illi etiam ego puer viderer, non distulit puellam [3] invitare ad Pygiciaca sacra. Sed & podagricum se esse, [4] lumborumque solutorum omnibus dixerat, & si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam [5] pene tragœdiam evertere. Itaque, ut constaret commendacio fides, puellam quidem exoravit, ut sederet supra [6] commendatam bonitatem, Coraci autem imperavit, ut lectum, in quo ipse jacebat, subiret, positisque in pavimento manibus, dominum lumbis suis com-

1. *suos*] Provocabulum hoc aberat Manuscriptô: potestque etiam à libris nostris salva sententiæ integritate abesse. *I, Dousa.*

2. *quæ sola posset hereditas juvenibus dari*] Cic. Officior. 1. *Optima hereditas à patribus traditur liberis omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum, cui dedecori esse nefas & vitium judicandum est.* Ge. Erhardus.

3. *invitare ad Pygiciaca sacra*] Tornæsius: cæteri, *Pigiciaca s.* Id. Tornæsius: al. *Pygiaca.* Erhardus: Leg. *pygiaca sacra*, id est, coitum, quod *pygarum* sive clunium usus in Venere sit permagnus. Schopp. in Priape. carm. 18. An leg. *pygisiaca*, à πυγίζειν? quod tamen propriè est cum aversô coire. Wouweren: *Pigiciaca*, Πυγηστικά. & Bourdelotius: *Pygesiaca.* Laurenbergius: *Pygiciaca sacra* coitum vocat. Motus exigebant in re venerea & agitationem, ut illæ meritò damnarentur, quæ immobiles jacebant. Habet enim nescio quid mobilitas illa incentivum, efficitque viris Venerem concinniorem teste Lucret. lib. IV circa fin. Coitus, qui, ut hic, à fœmina superstante peragitur, ab Apul. dicitur, *pendula venus.* lib. II Met. *Hæc dicens, insceuso grabatulô super me sensim residens, ac crebra subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiavit, usquè dum lassus animis & marcidis artubus defatigati simul ambo corruimus.*

4. *lumborumque solutorum*] Lumbi valentes & vegeti ad Venerem requiruntur. Hinc Eumolpus absterrebatur, quia podagricum se lumborumque solutorum dixerat omnibus. *Casp. Scioppius* seu *Schoppius.*

5. *pene*] Nomen, opinor. *Anonym. MS.*

6. *commendatam*] Dousa F. mavult, *commodatam.*

1. *lento*

commoveret. Ille [1] lento parebat imperio, puellæque artificium pari motu remunerabat. [2] Quum ergo res ad effectum spectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. Sic inter mercenarium amicamque positus senex, [3] veluti oscillatione ludebat. Hoc semel iterumque ingenti risu, etiam suo, Eumolpus fecerat. Itaque ego quoque ne desidia consuetudinem perderem, dum frater sororis suæ [4] automata [5] per clostellum miratur, accessi tentaturus an pateretur injuriam. Nec se rejiciebat à blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi quoque invenit * *

Dii majores sunt, qui me restituerunt in integrum. [6] Mercurius enim, qui animas ducere, & reducere solet, suis

1. *lento*] Adverbialiter, pro *lenté*. Ge. Erhardus.

2. *Quum ergo res ad effectum spectaret*] i. Quum gaudia sua toto corpore præsagiente, in eo jam Venus esset, ut hortum virginalem, & muliebria arva, aspergine seminali consitum iret Eumolpus. Per *effectum* plenam *voluptatis robustæ*, reique veneriæ consummationem, honestissimi vocabuli ambage circumloquitur: *patratum* dico: Idque ex Isidori definitione observatum mihi. *Dousa P.*

3. *veluti oscillatione ludebat*] De *oscillis* & suprá. videnda. Sex. Pompejus lib. 7, c. 16. *Anonym. in Notis.* Fest. *Oscillum Santra ait dici, quòd oscillent, id est, inclinent, præcipitesque in os ferantur. Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quòd os celare sint soliti personis, propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur.* Servius. *Fr. Pithœus.* Consulatur Scalig. Castigat. in Festum, & Auson. lectio. Pamelius in Tertull. de Pallio. Balbus Catholicô: *Oscillum, quoddam genus ludi, sc. cùm funis suspenditur de trabe, in quo puer & puella sedentes impelluntur huc illuc*, &c. *Erhardus.* hinc Tertull. de Pall. *oscillum penduli impetus.* Græcis αἰώρα. Hesych. Hyginus Mythолog. cap. c. xxx. *Wouweren.* Nota jam res, *oscillum* & *oscillatio*, & quàm aptè dictum de sene hinc inde ab amica mercenarioque motu reciprocante pulso. Lusus originationem Hyginus Fab. cxxxi tradit, & iterum Astronom. in Arctophyl. paucis immutatis. Phylargyrius potissimùm ad Oscos trahit. Bulengerus latiùs in Theatro, & Mercurial. in Arte Gymnast. c. viiii lib. iii. *I. A. Gonsal.*

4. *automata*] *Automata* sunt confixa aut confixiles machinæ, ut Apul. quæ sua sponte moventur: vel, ut Seneca, tabulata per se surgentia: Dioni ἱκρία. Petron. hunc motum puellæ *automata* indigitat, quia dum eam mercenarius (*Eumolpum*) commovendo sublevat, αὐτοματίζει h. e. sua sponte & per se videtur surgere. *Io. à Wouweren.*

5. *per cloſtellum*] *Cloſtellum* diminutivum à *clauſtrum* (clausura, fores) ead. formatione cum *ploſtellum*, *moſtellum*, *caſtellum*, *raſtellum*, à *plauſtrum*, &c. *Dousa MS.* & in Præcidan. Seneca lib. 7 de Benefic. c. 21. *per cloſtrum, qua ſe commiſſura laxaverat.* Anonym. in Notis.

6. *Mercur. qui animas ducere ac reducere*

iis beneficiis reddidit mihi, quod manus irata præcide-
rat, ut scias [1] me gratiosiorem esse quam Protesilaum,
ut quemquam alium antiquorum. Hæc locutus sustuli
unicam, Eumolpoque me totum adprobavi. At ille pri-
mo exhorruit: deinde, ut plurimum crederet, utraque
manu deorum beneficia [2] tractat.

* * *

† Socrates deorum, hominumque *judicio sapientissimus* gloriari solebat, quod nunquam neque in tabernam conspexerat, nec ullius turbæ frequentioris concilio oculos suos crediderat. Adeo nihil est commodius, quam semper cum sapientia loqui. Omnia, inquam, ista vera sunt: nec ulli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui alienum concupiscunt. [3] Vnde plani autem, unde levatores viverent, nisi

† *Eumolpus f.*

lucere solet] Vnde Mercurium vocat Horatius, *Orci satellitem*, lib. 2 Od. 18. ut Græci ψυχοπομπὸν, cui respondet illud Apulejanum, *animarum vector.* dem enim est hic *ducere* & *reducere*, dem *vehere* & *revehere*. Horatii ver-ba sunt: --- *Nec satelles Orci*
Callidum Promethea
--- *revexit auro captus.*
cipio Gentilis Append. Notar. ad Apul. num. 34. Ab hoc officio Mercurius fuit Πομπαῖος (*Mittens*) dictus. Virgil.
--- *Virgam capiens animas vocat orcò*
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.
Et hoc est, quod Arbiter ait, *ducere ac reducere*. Erhardus. Lucian. Deor. Dialog. *Alatus autem quoque est ac virgam quamdam adparavit, mirificam potestatem ac vim habentem, qua animas evocat, & deducit mortuos.* S. A. Gabbema.

1. *me gratiosiorem esse, quam Protesilaum*] Quidpe jam nervos suos receperat Encolpius. Hocce ex Martial. unicè elucidandum, lib. 1 Epigr. xxxvi.
Tamquam conjugibus suis mariti
Non possint sine mentula placere.

Laodamiæ autem placuit adeò Protesilaus, ut absentivus quum esset, ab imaginis ejus cereæ complexibus sibi non temperarit; nec quum mortuus, quin à Diis peteret, ut diem unum (Luciano auctore), vel tres horas (Hyginô) reviviscereret; ipsoque frui, sibi liceret. *I. A. Gonsalius.*

2. *tractat*] Impudicè. *Gabbem.*

3. *Vnde plani autem, unde levatores*, &c.] Tornæs. *lenatores*. sed c. M. Dousæ *levatores* quod amplexæ editiones. I. Dousa filius seu junior: *Vnde lenatores viv.* Vetus poëta,
Græcule consueta lenandi callidus arte.
Erhardus: De *planis* supr. *Levare* est rapere, abducere. Sidon. lib. VII Ep. II. *Levat divitem conjugem pauper adamatus.* In legib. Gothorum lib. VIII, tit. V. *Si porci ad pastum in glande susceptí ante decimas datas furtô leventur.* Possit etiam legi *lavatores*, id est, fures. Acro in Horat. Ep XVII lib. I. *Laverna dictas à lavando; nam fures lavatores dicuntur.* Savaro. Gloss. vet. *Levare, planare: & levatores, planatores* dicuntur. Sed & *levo* in bonam partem. Virgil. 2 Æneid.

--- *atque*

nisi aut locellos, aut sonantes ære [1] sacellos pro hamis in turbam mitterent? Sicut muta animalia cibo inescantur: sic [2] homines non caperentur spe, nisi aliquid morderent.

* * *

† Ex Africa navis, ut promiseras, cum pecunia tua, & familia tua non venit. Captatores jam exhausti liberalitatem imminuerunt. Itaque aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiam suam. * * † Omnes, qui in testamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient, quæ dedi, si corpus meum in partes conciderint, & adstante populo comederint. *Ne plus æquo exhorrescant*, [3] apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut à propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem, ut objurgentur ægri frequenter, quod [4] carnem suam faciant pejorem. His admoneo amicos meos, ne recusent, quæ jubeo, sed quibus animis devoveant spiritum meum, eisdem etiam corpus consumant. † Excæcabat [5] ingens fama oculos, animosque miserorum.

Gorgias paratus erat exsequi. *

De stomachi tui recusatione non habeo, quod timeam. sequeretur imperium, si promiseris illi pro unius horæ fastidio multorum bonorum pensationem. Operi modo

‡ *Polyæno.* † *Eumolpus.* ‡ *Polyæno.*

-- *atque arcta levari*

Vincla jubet Priamus. -- Quid? si *levatores* à *levis* prima longâ pro glabro, unde *levigo*, quod tamen Apuleius usurpavit pro *levo*, 4 Metam. *farcinâ levigatos*, i. exoneratos.

1. *sacellos*] *Sacellus* à *sacculus*, quemadmodum *locellus* à *loculus*. Dousa MS.

2. *homines non caperentur spe*] Suprà, *spe præda moratur in scopulo*. Seneca: *Et fera & piscis spe aliqua oblectante decipitur*. Fr. Pithœus. *caperentur spe*. Tibull. lib. 2 Eleg. 6. *Io. à Wouweren.*

3. *apud quasdam gentes*, &c.] De *Hibernis* Strabo l. IV: de *Scotis* D. Hieronymus lib. I cont. Iovinianos. De *Padarum* gente Indica, Ioan. Boëmus de Mor. gent. lib. II, cap. VIII. De *Scythis*, ut *Massagetis*, *Issedonibus*, *Anthropophagis*, id. cap. IX: de *Galatis* lib. III, c. XXII: de *Tartaris* cap. X lib. II. *Ge. Erhardus.*

4. *carnem*] Propriè; nam teste Donato in Heaut. *caro* dicta est, eò quòd careat animâ, & *caro* propriè dicitur mortuorum. unde & *excarnificare* deductum, it. *carnifex* pro eo, qui carnes ex homine facit. *Dousa MS.* quæ & in Præcidan.

5. *ingens fama*] Inexspectatum nuncium, inauditáque novitas.

1. *con-*

nodo oculos, & finge te non humana viſcera, ſed [1] centies ſeſtertiûm comeſſe. Accedet huc, quod aliqua inveniemus [2] blandimenta, quibus ſaporem mutemus. Neque enim ulla caro per ſe placet, ſed arte quadam corrumpitur, & ſtomacho conciliatur averſo. Quod ſi exemplis vis quoque probari conſilium, [3] Saguntini oppreſſi ab Hannibale, humanas edêre carnes: nec hereditatem exſpectabant. [4] Petavii idem fecerunt in ultima fame, nec quicquam aliud in hac epulatione captabant, niſi tantum ne eſurirent. Quum eſſet Numantia à Scipione capta, inventæ ſunt matres, quæ liberorum ſuorum tenerent [5] ſemeſa in ſinu corpora.

* * *

[6] Maſſilienſes, quotiens peſtilentia laborabant, unus ſe ex

1. *centies ſeſtertiûm comeſſe*] Martial. *O quanta eſt gula centies comeſſe!* t. Pithœus.

2. *blandimenta*] condimenta, conituras. *Ge. Erhardus.*

3. *Saguntini*] Senec. Contr. *Neceſtas magnum humana imbecillitatis pabcinium eſt. (Hæc excuſat Saguntinos, ud patres occiderint.* Iuven. Satyr. 15, uſque interpres. *Wouweren.* Auguſt. b. III, c. XX. *Primò fame contabuit: um etiam ſuorum cadaveribus à nonnullis ſta perhibetur.* hinc *fames Saguntii.* Gabbema. *Saguntini.* Vide Andr. chotti Not. in Auctorem de Vir. illſtr. n. 42. *Erhardus.*

4. *Petavii*] Leg. *Petelini*, de quis Frontinus lib. 4 Stratagem. cap. Athen. Dipnoſophiſt. lib. 12. *Danielis. Petavii.* Putean. *Petilini.* rontin. lib. 4, c. 5. Livius lib. 23. *Torſius.* De *Petilinis* Polib. lib. 7, Varius Max. lib. 6. De *Petaviis* aut *Peuſis* neſcio quis. *F. Pithœus. Petavii.* orte legendum, *Patavonii*, ab urbe tavonio Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſte Antonino, Πατάονιον Ptoleæo lib. 11 Geog. cap. VI. quos cum guntinis conjunxiſſe, valde verofimile eſt, quum utrique Hiſpanici populi ſint: & animi virtute ac robore etiam pares. Haut infelicem etiam judico emendationem iſtam, quum *Petaviorum* ſedes nuſquam gentium compareant, niſi Plato conlocet in ſua Rep. aut in Vtopia Thomas Morus. *Petovium* autem oppidum, priſca marmora exhibent, apud Gruterum p. DC. VIII. V. vide & Ortelii Theſaurum voce *Petovio.* Eorum autem, qui *Petellini* ſcribunt, haut eſt parvi habenda emendatio. *I. A. Gonſalius.*

5. *ſemeſa in ſinu corpora*] Fusè Appianus in Hiſpanicis narrat Numantinorum ærumnas, rabioſamque famem. Signanter verò ad Arbitri inluſtrationem faciunt illa Valer. Maximi: *Quapropter capta jam urbe, complures inventi ſunt, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes.* S. A. Gabbema.

6. *Maſſilienſes, quoties peſtilentia laborabant*] Fragmentum hocce (Petronii nomine) citatur à Servio in l. III Æn. (ad illa verba, *Auri ſacra fames.*) Ait L. Placidus in X Theb. *Luſtrare civitatem humana hoſtiâ Gallicus mos eſt.*

nam

se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publi cis & purioribus cibis. Hic postea ornatus [1] verbeni & [2] vestibus sacris, [3] circumducebatur per totam civi tatem cum exsecrationibus, ut in ipsum recíderent ma la civitatis: [4] & sic projiciebatur.

* * * *
* * *
* *
*

nam aliquis de elegantissimis pelliciebatur præmiis, ut se ad hoc venderet: qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis; denique certo & solemni die per totam civitatem ductus ex urbe, extra pomeria saxis occidebatur à populo. Sicque Gallis in universum hoc attribuit Lactant. Placidus. *Ge. Erhardus.*

1. *verbenis*] Herba est verbena in lustrationibus adhiberi solita, quapropter ab Apuleio, *lustrago* vocatur. Hoc enim Lustrale sacrificium est, quod & *Amburbale*, & *Amburbium* dicebatur, quum urbes lustrarentur. Ideo *verbena* Græcis olim nobili appellatione insignita, quæ nempe erat ἱερροστένη conjunctim, sive divulsè, ἱερὰ βοτάνη, ut vocatur Dioscoridi, hoc est, *herba sacra.* I.A. Gonsalius.

2. *vestibus sacris*] Infulis. nam eæ & hostiarum & sacerdotum. Fest. Glossæ Isid. *Infula, sacerdotalis vitta.* in iisdem: *Infulat, propitiat.* Emporius de loco communi: *Inspiciendi sunt personarum habitus, ut sacerdotis vita & infula.* hinc Senecæ Agam. *Sacrata infulæ.* Florus lib. 4. *Qua omnia velut in fula in destinatam morti victimam conge rebantur.* Sueton. Calig. c. 27. *Alte rum qui se periturum pro salute sua vo verat, cunctantem pueris tradidit, ver benatum infulatumque, qui votum re poscentes per vicos agerent quoad præcip saretur ex aggere.* Io. à Wouweren.

3. *circumducebatur per totam civita tem*] Exsertim Apul. lib. III. *Tam dem pererratis plateis omnibus, & in me dum eorum, qui lustralibus piamenti minas portentorum hostiis circumforanei expiant, circumductus angulatim forum ejusque tribunal adstituor.* S.A. Gabbem

4. *& sic projiciebatur*] Leg. puto *proficiebatur*, id est, sacrificantur, & in partes dissecabatur, à verbo *proficior proficeris*, cujus activum est *proficio, cis* quod in *porricio, poscio, prolicio*, per peram & corrupte mutatum passim apud bonos auctores reperitur. Est autem verbum antiquum sacrificanti bus sollemne, ut docet Macrob. lib III Sat. c. 11. apud quem vulgo ma le *porricio* legitur. Idem l. VII, c. XII P. Daniel.

FRAG

FRAGMENTA SUPERIORIS SATYRICI,

Quæ quibus in locis reponenda sint, [1] incertum est.

[2] *Candida sidereis ardescunt lumina flammis,*
Fundunt colla rosas, & [3] cedit crinibus aurum,
Mellea

1. *incertum est*] Titulus hic Gabbem. edit. cum Frellon. & Lotichii communis: Sciendum itaque plures dari scriptores Petronios præter nostrum *T. P. Arbitrum.* Est nimirum *P. Petronius Rector, Petronius Grammaticus, Petronius Afranus, Petronius Indicus, M. Petronius Venustianus, Petronius Antigenis Pisaurensis, C. Petronius Hilarus Pisaurensis, Petronius Apollodorus P. R. & Petronius Levita,* quorum singulorum fragmenta & epigrammata continet editio Frelloniana ac Lotichii. Cautò igitur opus, ne quod istorum est T. Petronio Arbitro affricetur. Et Claudius quidem Binetus in calce editionis Douæ tum & MS. ad edit. Tornæs. x nobis annumerat Epigrammata singulis Petronii Arbitri nomine præfixo, quæ ex ecclesiæ Bellovacensis bibliotheca veteri Isidori Etymologico connexa accepisse profitetur, hac serie:

I. *Sicut sunt rerum naturæ*, &c. ut habebitur inferiùs.

II. Psittacus:

Indica purpureo genuit me litore tellus,
Candidus accenso qua redit orbe dies.
Hic ego divinos inter generatus odores
Mutavi latio barbara verba sonò.
Iam dimitte tuos Paan ô Delphice! cycnos,
Dignior hæc vox est quæ tua templa colat.

III. *Naufragus ejecta*, &c. ut infrà.

IV. *Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis.* & reliqua quæ supervacuum hic adscribere.

V. Ad Deliam:

Si Phœbi soror es, mando tibi, Delia, causam,
Scilicet ut fratri, quæ peto, verba feras,
Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum,
Et levibus calamis candida verba dedi.
Nunc si nos audis, atque es divinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

VI. *Omnia quæ miseras* -- ut infrà.

VII. De columbarum nido in galea:

Militis in galeâ nidum fecere columbæ;
Adparet Marti quam sit amica Venus.

IIX. *Iudæus licèt & porcinum* -- prout inferiùs.

IX. In Cupidinem:

Lectò compositus vix prima silentia noctis
Carpebam, & somno lumina victa dabam:
Quum me sævus Amor prensum surgumque capillis
Excitat, & lacerum pervigilare jubet.
Tu famulus meus, inquit, ames quum mille puellas,
Solus, io, solus durè jacere potes?
Exsilio, & pedibus nudis, tunicâque soluta,

Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis:
Ac totus [4] tibi servit honor, formaque Dearum

Fulge.

Omne iter impedio, nullum iter expedit.
Nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
Pœnitet, & pudor est stare via mediâ.
Ecce tacent voces hominum, strepitusque viarum,
Et volucrum cantus, turbáque fida canum.
Solus ego ex cunctis paveo, somnumque, torumque,
Et sequor imperium, magne Cupido, tuum?

X. Ad Nealcen puerum:

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce.
Quæ te prima meo pectore composuit.
Sit torus, & lecti genius, secretáque longa,
Queis tener in nostrum veneris arbitrium.
Ergo age duremus, quamvis adoleverit ætas,
Vtamurque amâs, quos mora parva tenet.
Fas & jura sinunt veteres extendere amores:
Fac, citò quod cœptum est, non citò desinere.

Quæ complura apud Binetum sequuntur ait se in eod. quidem codice verùm absque Petronii titulo reperisse, quæ inter primum in ordine fragmentorum oculisque subjectum *Candida sidereis.* tum in fine Satyrici *Fœda est in coitu. Accusare & amare.* ac demum, *Delos jam stabili.* Sed & IV, V, VII, IX, & X præmissorum Frellon. edit. auctor Petronio Afranio, II verò Petronio Indico adscribit; quæ tamen Dousæ palato sic se adprobarunt, ut majorem melioremque partem Arbitro tribuerit, excepto IV *Aurea mala* quod respuit. Attendendum igitur in seqq. quis auctor ullus an nullus laudetur laudarive & indagari possit. Triste verò fatum doctorum scriptorum, quòd sic nomina auctorum jam olim negligebantur, hodiéque à multis idem fiat, & quadrat: commisceantur rotundis, ut nescias cui quid debeatur undéve fluxerit. Sic superius p. 188, 191 & 310 historiam fabri vitri ductilis à Iano Dousa primùm Satyrico absque titulo & præfatione ex Sarisberiense insertam credidi; sed jam penitiùs Præcidanea ipsius scrutatus, reperi capite Præcid. ultimo l. 3 historiam hanc quidem ex Crinito, Dione Cassio, Isidoro, & Sarisberiense adductam, attamen eam hoc loco quo hodie legitur à summo illo Viro insertam vix constat, id verò ex Præcidan. certissimum ipsum pro Sarisberiensi *martiolo*, *marculum* legere jubere, quod in superioribus contra insertorem quisquis ille fuerit notandum.

2. *Candida*] Amatorium. *Claudius Binetus.* Encolpius ad Albutiam. *Frellon. editio in margine.* Tornæsius non habet.

3. *cedit crinibus aurum*] Magnum veterum studium in flavo capillitio. Auctor Lyrici, quod Cn. Gallo adscribunt:

Pande puella, pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum.

Statius I Achill.

-- Fulvôque nitet coma gratior auro.

Barthius ad Claudianum num. 2778. *Ge. Erhardus.*

4. *tibi servit honor*] Honor apud Poëtas pulcritudinem rerum significat. Martial. lib. VI Ep. LXXX, Horat. lib. II Carm. od. XI, Tibull. lib. I El. IX, alii. Et Sidonius Apollinaris prorsa etiam oratione sequutus poëtas lib. I Ep. II. Theodoricum Gothorum Regem depingens, ait: *Maximus in minimè rugosis genibus honor.*

Etiam

Fulges, & Venerem cœlesti corpore vincis.
Argento stat facta manus, digitisque tenellis
Serica fila trahens precioso stamine ludis.
Planta decens modicos nescit calcare lapillos,
Et dura lædi scelus est vestigia terra,
Ipsa tuos quum ferre velis per lilia gressus,
Nulli sternuntur leviori pondere flores.
Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
Vel spoliata potes. Nulli laudabile totum,
In te cuncta probat, si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus, & dulcia plectra Thaliæ
Ad vocem tacuisse reor, quæ mella propagas
Dulcia, & in miseros telum jacularis amoris.
Cor grave vulnus alit, nullo sanabile ferro,
Sed tua labra meo sævum de corde dolorem
Depellant, morbumque animæ medicaminis hujus
Cura fuget, nec tanta putres violentia nervos
Dissecet, atque tuæ moriar pro crimine caussæ.
Sed si hoc grande putas, saltem concede precanti,
Vt jam defunctum niveis ambire lacertis
Digneris, vitamque mihi post fata reducas.

* * *

[1] ALBUTIA.

* * *

[1] *Mem-*

tiam usurpatur mentione sacrificii, x more veterum poëtarum, imprinis Virgilii, lib. 1.

Haud equidem tali me dignor honore.

bi Serv. *honore* pro sacrificio. Hinc *onorarius tumulus*, quem veteres iis, uos amabant, excitare soliti sunt. ueton. in Claud. c. 1. Indè vetustæ narmorum inscriptiones *ob honorem* abent. Alciat. Parerg. lib. x, c. XII. irmat Tac. sententiam his verbis 1 Annal. *Honorique patris princeps ipse um legionibus decurrit.* S.A.Gabbema.

1. ALBUTIA] Paulò antè post verba textus, *quæ liberorum omnium tenerent semesa in sinu corpora.* interpositis 3 asteriscis inserunt Frellonianæ seu potiùs Schonwetter. editionis auctor, & Lotichius distinctis typis hæc: *Licet muliernm verbalibus undis*, &c. *Sola est Satyra; quæ modum imponit furentibus. Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim adlubente, & Plautina Saureæ dominatus obdormit, & Sulpiciliæ Ausoniana loquacitas deperit, Sallustianæque Semproniæ, quamvis præsens*

[1] *Memphitides puellæ,*
[2] *Sacris Deûm paratæ.*
[3] *Tinctus colore noctis*
[4] *Manu puer loquaci.*

* * * [1] *Ægy*

sit, melos raucescit. Petr. Danielis in Notis: *Albutia.* Meminit *Albucillæ* multorum amoribûs famosæ Cornel. Tacitus lib. 5. quæ & ea forrasse fuerit, de qua Fulgentius lib 1 Mytholog. in præfatione scribit, Petronium Arbitrum carmine in eam amatorio lusisse. Dousa: *Plautinæ Saureæ.* Monendus lector in notabili illa Fulgentii Censura, Plautinum *Sauream*, ne vir esset, præposterè à Lutetiano Librario persuasum. Sic enim inibi: *Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim adlubente & Plautinæ Saureæ dominatus obdormit. Saurea* autem *Servus dotalis* in Asinaria apud Plautum, quem de communis dominæ sententia domino ipsi suo dominantem more suo concinnat Comicus. Vnde meritò Herculè *Dominatus* ejus à Fabio Planciade haut obscurè incessitur. Proindè è fœmina in marem, me vindice, denuo tandem transire ut possit *Dominator* iste *Atriensis Demæneti*, iterum dico omnibus, generis rationem ante omnia commutandam: ne, exemplô Petroniani Ascylti, à sexu ipse suo fugisse videatur scilicet. Cæterùm quæ hîc *Albutia* vocitata Petronio, eamdem cum Albucilla Taciti esse (nisi & illic fortè *Albutillam*, ὑποκοριστικῶς [*deminutivè*] scribillandum) facilè adducor ut credam, ob has notas maxime, quibûs ipsam Historicus ille insignem magis, quàm honestam facit, ita scribens sexto Annali suô: *Dein multorum amoribûs famosa Albutilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo conjurationis indice fuerat, defertur impietatis in Principem. connectebantur ut conscii & adulteri ejus, Gn. Domitius, Vibius Marsius, L. Arruntius,* &c. & quidem hoc ipso faciliùs, quòd Sallustianam Semproniam, ejusdem penè farinæ matronam, statim porrò ibidem subjungat Mythologicus ille scilicet.

1. *Memphitides puellæ*] Ex Terentiano Mauro de versibus extremô. *P. Daniel.* citantur nomine diserti Arbitri. *Wouweren.* Terentianus Mauru de Metris, cap. *Iambius dimetrus claudus qui fiat,* ubi Nicol. Brysæus in Annot. Marius Victorinus in Art. Grammat. lib. III de duob. Ionicis Sotadeo & Sotadico *Memphitides*, id est Ægyptiæ; suprà dixit, *pueris Alexandrinis.* Ge. Erhardus.

2. *Sacris Deûm paratæ*] emptæ. Ethnici superstitiosis suis sacris puellas musicas adhibebant. In Priap.

Cùm sacrum fieret Deo salaci,
Conducta est pretio puella parvô.

Morem alibi narrat & explicat Plautus. *Idem.*

3. *Tinctus calore noctis*] Isidor. lib. XIX, cap. XXIII. *Mauros habet tetra nos corporum.* Lindenb. Not. in Catalect. Winsbeckius in Paræneſi ad filium:

Swerzer dann ein Sur (Sierer),

id est, atrior Syrô vel Ægypto, de quo hîc Petronii versus capiendus Goldast. Animadvers. ad Winsbec. *Erhardus. Tinct. colore noctis.* Ægyptius tibîcen, qui in deliciis. Iuvèn. Sat. XV. *ede virorum Saltatus nigro tibicine.* Apul. libro 1 Florid. de Indis: *in corpore colore est noctis.* Io. à Wouweren.

4. *Manu puer loquaci*] Eleganter de his loquacibus digitis Philostratus Icon. lib. 1 in Como. adeò ut etiam doceat quomodo digiti collocandi sint, ut consoni fiant. Verba ejus Καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις, ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ κοῖλον, (&c. *superiùs adlata*

[1] *Ægyptias choreas.*

* * *

[2] Balneatricem. * * * [3] Pollice usque ad periculum roso.

* * *

[4] *Anus recocta vino*, *Tremen-*

ata & interpretata). Sidon. Apollon. lib. IX Ep. XIII.

Digiti quibus canentes
Pariter sonante lingua.

Qui tamen versus aliter explicari poterunt. Meminit quoque loquacium digitorum A. Cassiod. lib. IV Var. ep. LI. *His sunt additæ orcistrarum loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam Musa Polymnia reperisse narratur.* Sed addubito huc ne pertineat is locus, an de iis notis digitorum intelligendus potiùs, quibûs taciti distantes inter se loqui consueverant. de quo videnda. Isid. lib. I, c. XXV de Notis digitorum. Lindenbrog. Not. in Catal. Suetonius lib. 2. *Cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebant, præcipuè Mauros & Syros.* Casaubon. in Commentar. quem vide, & Barth. fusè differentem ad Claudian. num. 1359. Ammianus lib. 18. *Ad nocendum emittebat cubicularios jam adultos, ut inter ministeria vitæ secretioris gracilitate vocis semper puerilis & blandæ, apud Principis* (Constantii) *aures nimium patulas, existimationem viri fortis invidia gravi vulnerarent.* Hujus gracilitatis causâ, sectio. Hos autem pueros castratos fuisse, ejusdem Ammiani verba, quæ ibidem subsequuntur, satis evincunt: *Horum & similium tædio juvat veterem laudare Domitianum, qui minaciter interdixerat, ne inter terminos jurisdictionis Romanæ castraret quisquam puerum, quod ni contigisset, quis eorum ferret examina, quorum paucitas difficilè toleratur?* Eos postea, mortuo Constantio, Julianus successor aulâ exegit. Socrates Histor. Tripart. lib. 6. interprete Epiphanio Scholastico: *Expulitque palatio eunuchos, tonsores & cocos. Eunuchos quidem, quia ejus uxor obierat, post quam non duxit aliam.* Idem Ammianus lib. 22, de eodem Constantio: *Vxoribus & spadonum gracilentis vocibus & palatinis quibusdam nimium quantum addictus. Manu loquaci,* ut apud Salomon. Proverb. c. 6. *Annuit oculis, terit pede, digitò loquitur.* Erhardus. Cyprianus de Spect. *loqui digitis elaborat.* Io. à Wouweren.

1. *Ægyptias choreas*] Sic & Frellon. atque Lotichii. Tornæs. *Æ. choreutes.* & connectitur cum præced. *loquaci.* Wouwer. & R. Herm. non habent. Al. *Ægyptius choreates*, al. *Ægyptius choraules.* Ægyptii enim choraulæ & crotalistriæ in pretio erant. Scalg. ad Propert. l. 4. Bernartius in Statii Sylvar. lib. 5 in fi. Savaro in Sidon. lib. I ep. 2. Cantabant enim optimè Aegyptii pueri. ideóque eos *loquaces delicias* vocat Statius. *Ge. Erhardus.*

2. *Balneatricem*] Ex Servio ad versum lib. XII Æneid. *Auctor ego audendi.* ubi tamen videntur desiderari Petronii verba. Consulendi libri MS. Memmii, Tilii, Loiselli & aliorum. *P. Daniel.* Servius in lib. XII Æneid. *Auctor ego aud. Nomina in tor, si à verbo non veniunt, communia sunt, ut hic & hæc Senator: hic & hæc balneator: licèt* Petronius *usurpaverit*, balneatricem *dicens.* Wouweren.

3. *Pollice usque ad periculum roso*] Vetus interpres Horatii Epod. v. *Canidia rodens pollicem. Habitum & modum expressit Canidiæ furentis.* Petron. *ut monstraret furentem*, pollice, *ait*, usque ad periculum roso. *Idem.*

4. *Anus recocta vino*] Ex Diome-

Trementibus labellis.

* * *

[1] *Iuverunt ſegetes meum laborem.*

* * *

[2] *Triplici vides ut ortu*
[3] *Triviæ rotetur ignis,*
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.

* * *

[4] *Non bene olet, qui bene ſemper olet.*

* * *

[1] Ani-

dis l. III, (expreſſo nomine Arbitri). *Wouweren.* Sic *ſenex recoctus* Catull. Ep. LIV, dicitur cruda ac robuſta ſenectute præditus. elegans locutio, orta ex fabula illa, qua Medea Æſonem ex ſene iuvenem fecit. *S. A. Gabbema.*

1. *Iuverunt ſegetes meum laborem*] Et hunc verſum videtur Terentianus indicare eſſe Petronii. *Daniel.* Terentianus Maurus de Metris, in VI tomo Hendecaſyllaborum, & ibi Nicol. Briſſæus in Annotat. Marius Victorinus Artis Grammat. lib. 4 fuſiſſimè. *Ge. Erhardus.*

2. *Triplici vides ut ortu*] Ex Terentiano Mauro (nomine P. Arbitri). Videtur eò adludere, quòd Lunaris motus periodus triplex ſit, unde & lunaris menſis triplicis generis. dicitur enim aut περίπατος ſeu περίοδος σελήνης (*circuitus lunæ*) aut σύνοδος (*conjunctio*), aut φάσις (*lumen*). Douſa F.

3. *Triviæ*] Diana eadem eſt cum Hecate, quæ in Triviis colebatur. Virgil.

Nocturniſque Hecate triviis ululata per agros.

Inquit Servius, *Conſuetudo erat, ut per trivia & quadrivia ulularent, & flebile quiddam in honorem Dianæ canerent ruſtici ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proſerpinam in triviis clamore requirebat.* Gabbema.

4. *Non bene olet*] Ex Hieronymo in Epiſt. ad Demetr. de Virginitate ſervanda. Qui verſiculus apud Mart. etiam reperitur. lib. II, Ep. XII. Sed multa habent Martialis & Petronius inter ſe comunia; ut illud, *Ingenioſa gula eſt.* & de cœna Trimalchionis cui apud Martial. lib. III Epigr. IV. Malchionis cœna planè reſpondet. adde Cœl. Rhodig. lib. VII, c. XXVII. *P. Daniel,* Hæc Hieronymi citatio doctiſſimi Pithœi conjecturam de ætate Arbitri noſtri validiſſimè confirmat; ipſum nempe Martialis tempora anteceſſiſſe, imò planè eundem eſſe, quem inter paucos familiarium Neroni aſſumptum, tanquam *elegantiæ* ARBITRUM, teſtis eſt Tacitus. nam niſi ita eſſet, Martialem, non Petronium Pentametri iſtius auctorem laudaſſet Hieronymus. quemadmodum & Papinium (uti opinor) Fulgentius lib. I Mythol. in ſequentis Hemiſtichii relatione, utrique Poëtæ communis:

Primus in orbe Deos fecit timor. —

ſi tamen Papinio, de Placidii Lutatii Statiani interpretis ſententia (qui Hemiſtichium iſtud ab ipſo Statio mutuatum Arbitrum vaniſſimè hariolatur) ætate poſteriorem judicaſſet hunc noſtrum, qua perſuaſione nihil abſurdius utique, aut ſtolidius.

Douſa.

[1] Animam noſtro amplexam in corpore

* * *

[2] *Qui, vultur jecor intimum pererrat,*
Et pectus trahit, intimaſque fibras,
Non eſt, quem lepidi vocant poëtæ;
Sed [3] *cordis mala livor atque luctus.*

* * *

[1] Ad

Douſa. Non b. o. &c. Cicer. ad Attic. *Mulieres ideo bene olere, quia nihil olent.* ita ſæpe ludunt, ut Varro: *Bellaria maximè mellita, quæ mellita non ſunt.* Wouweren. D. Hieronymus ad Demetriadem de Virginit. ſervanda; *Cincinnatulos pueros & calamiſtratos & peregrini muris olentes pelliculas (de quibus illud Arbitri eſt,--- Non bene olet, qui bene ſemper olet) quaſi quaſdam peſtes & venena pudicitiæ virgo devitet.* Ge. Erhardus.

1. *Animam noſtro amplexam in corp.*] Priſcianus lib. 8. *Similiter adminiculor, adulor,* &c. *amplector,* &c. Petron. *Animam noſtro amplexam in pectore.* περιπλεχθεῖσαν. Lucillius: *Quin amplexetur qui velit, ego non ſinam me amplectier. amplexetur,* περιπλεκέσθω. Erhardus.

2. *Qui vultur jecor-- Et p. -- Non eſt, quem l.*] olim, *Cui v. j.* Erhardus: Leg. *Qui vultur.* Douſa F. ad Tibull. Attius apud Cicer. 2 Tuſc. & Servius in Eclog. 6 pro *vulture* habet *aquilam.* Marcilius in Epigr. 7 Martial. de Amphitheat. Ἀλληγορεῖ (*Adluditur*) Promethei vincti, cujus jecur aquila depaſcitur fabula. Animi graviora πάθη (*mala, affectus*) ut invidiam, iram, odium, & ſimilia his, rectè dixeris feras ſeipſas vorantes. Caſaubon. Animadverſ. in Athenæ. lib. 1, c. 16. Lucretius lib. 3 ad rei Venereæ cupiditatem, animíque ſolicitudines hanc fabulam retorſit, cùm dicit:

Sed Tityus nobis hic eſt in amore jacentis
Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor,
Aut alia quavis ſcindunt torpedine curæ, &c.

Natalis Comes Mytholog. l. 6, c. 19. *Non eſt quem lepidi.* Leg. *Non eſt quem Tityum vocant poëtæ.* Palmer. in Spicileg. quod Douſæ P. ſublegit. vel potiùs: *Non eſt quem Tityi voc. p.* ut livor & luxus vulturi adſimilentur, quo modo fere in Epigramm. Græco Antholog. 2.

Ὄρνεον ἠσθίομεν κεκλημένοι ἄθλιον ἄνδρες
Ἄλλων ὀρνίθων βρώματα γιγνόμενοι.
Καὶ τὸν μὲν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γύπες ἔδουσιν,
Ἡμᾶς δὲ ζῶντας τέσσαρες αἰγυπιοί.

(*Sumpſimus ecce cibum miſerum genus altivolantûm,*
Carnivoris avibus qui ſumus ipſe cibus:
Sub terra duo vulturii Tityum lacerantes,
Nos hîc depaſcunt vulturii quatuor).

Douſa F. ad Tibull. cujus divinatio non diſplicet, licèt vulgatum ſua quoque ratione probum. Pontanus Not. in Somn. Scip. Macrob. Gabbema: Vide de his quatuor verſibus Barthium lib. XII Adverſ. c. 1. & eſt ex Fulgentio Mythol. l. 11, in fab. de Prometheo (nomine Petronii Arbitri).

3. *cordis mala livor atque luctus*] Priores, *livor atque luxus.* Erhardus: Scribo, *livor atque luctus.* Pontanus Not. in Macrobii Somn. Scip. Tamen Henricus Longepreſſenſis de Malè fortunatis lib. 3.

[1] Ad libidinis incitamentum, Myrrhinum se poculum bibisse. * * * [2] In aumarium memet conjeci. * * * Obtorto [3] valgiter labello. * * * Totus fere mundus [4] mimum videtur implere. * * * [5] Non duco contentionis

Luxus edax, livor macer, ardor cæcus habendi,
Vastat opes, mordet optima, corda cremat.

Gabbema: *cordis mala*, &c. Egregiè de his ita disserit Sallustius. *Animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari potest. Ita conscientia mentem excitam vocat.* Quintil. Decl. XII. *Quoties facta reputavi, flagella mente sonant, ultrices video furias, & in quamcunque partem me converti, occurrunt umbræ meorum.* Sed nemo meliùs Christianis. D. Cyprian. Ep. 11 ad Donat. *Exigit pœnas etiam de potentiore sublimitas, licèt satellitum manu septus, & clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur: Qui enim securos non sinit esse subjectos, necesse est non sit ipse securus. Ante ipsos terret potestas sua, quos facit esse terribiles. Arridet ut servus blanditur, blanditur ut fallat, allicit ut occidat, extollit ut deprimat, fœnore quodam nocendi. Quàm fuerit amplior summa dignitatis & honorum, tam majore exigitur usura pœnarum.* D. Augustin. in Psal. CLXII; Homil. XVII: in III l. Benef. Idem D.A. in Psalm.c. perpluenti & squallenti fumo domui, qua in nemo libenter habitat, malam conscient. confert.

1. *Ad libidinis incitamentum, Myrrhinum se poc. b.*] Leg. *myrinum*, id est, *murinum*, à *myro* (unguento) non à *myrrha*, cujus admixtione amarescereat, cùm fuerit delicata potio & ganeæ propria. Had. Iunius Animadvers. lib. 5, cap. 19. *Erhardus.* Fulgent. lib. III in fabul. Myrrhæ & Adon. *Ideo Venerem amasse Adonin dicunt, quòd hoc genus pigmenti (de succo myrrhæ loquitur,) sit valde fervidum. Vnde & Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum, Myrrhinum si poculum bibisse refert. Nam & * Furius Comœdiarum scriptor inducit Glyconem meretricem dicentem, myrrhinum mihi adfers, quò virilibus armis occurrem fortiùscula.* S. A. Gabbema.

2. *In aumarium*] P. Danielis legit *in aumatium*, &, inquit, sic Fulgentius: quanquam in uno v. cod. manuscripto legatur, *In naumatium.* an νωμάχιον (*pœnam significat in eum qui navalem militiam refugisset*)? in altero, *omacium.* Forte, νωμάτιον. unde νωμᾶσθαι, *aprica*, Arrianus l. 8. Erhardus: al. *aumatium.* Suspicor *automatium* legendum, ut locus significetur theatri, vel circi, ubi erant machinæ, quæ *automata* à Græcis vocantur, quæ sponte moveri videntur, & miraculo sunt. Turneb. Gabbema: Fragmentum hoc est apud Fulgent. (nomine Petronii) in expos. Serm. antiq. ad Chalcidium Grammat. & dicitur [*aumarium*] *locus secretus. Latinam publicam* ait Laurenberg.

3. *valgiter*] Fulgent. (nomine Petronii). *Valgia* sunt labellorum obtortiones in supinatione vel subatione: sicut & Petronius ait, *obtorto valgiter labello.* alii habent, *abroso valgia labella.* aliàs, *abroso valgiter lavello*, in impr. cod. quibusdam. *Valgum* quid sit, docet Festus. *P. Daniel.* Supr. *commovebat valgiter labra.* Fusè adhunc locum & doctè Nobilissimus Dousa pater c. XII Præcid. *Gabbema.*

4. *mimum videtur implere*] Sarisber. de Nug. cur. lib. III, cap. VIII. (nomine P. Arbitri). *Ge. Erhardus.*

5. *Non duco contentionis funem*] Cit. Sarisber. *Ducere contentionis funem*, est velitari, sive altercari, jurgiaque cum aliquo

tionis funem, dum constet inter nos, quod fere totus mundus [1] exerceat histrionem.

* * *

[2] — *O maxima rerum,*
Et merito pietas homini tutissima virtus!

* * *

[3] — *Horrificoque infestant murmure tigres.*

* * *

[4] Nam comptum me vernales alucitæ molestabant. * * * [5] Postquam ferculum adlatum est. * * * Tot Regum [6] manubiæ penes fugitivum repertæ. * * * [7] Satis constat eos nisi inclinatos non solere transire [1] cry-

liquo exercere super re quapiam controversa. Quo etiam Horatianum illud perlubenter traxerim:

Tortum digna sequi potius, quàm ducere funem. Dousa P.

1. *exercet histrionem*] Sarisber. lib. III, c. VIII. al. *histrioniam, Facere histrioniam* dixit Plautus, Amphit. prol. XC, & CLII: id est propriè, agere in scena fabulam, histrionem esse, & hoc quæstu se tueri. tralatè aliud agere, aliud sentire, aliud præ se ferre, aliud in animo habere: ut eleganter hic Petronius. *S. A. Gabbema.*

2. *O maxima rerum*] Adducuntur hi versus & illustrantur à Vincentio Belvacensi Specul. Mor. lib. XX, cap. XX; & à Iacobo Magno Sophol. l. IV, c. X. (nomine Petronii). *Ge. Erhardus.*

3. *Horrificoque*] Citat Petronii Arbitri nomine Textor in Epithetis, voce *Murmur.* Idem.

4. *Nam comptum*] P. Daniel. *Nam centum vernales me allucitæ molestabant.* Fulgentius in Expositione Sermonum antiquorum, in verbo *Hallucinari.* vulgò, *centum venales.* in vet. cod. *centum venali me allucite molestabant.* in altero, *comptum me vernali alicita mol. Allucere, jactare. Alluminare, vanè somniare. Allucinatio, lucis alienatio. Allucinaria, vana somniaria. Allucita, somniatores.* Vide Papiam, ex quo hæc sumpsimus. Dousa P. Fulgent. in Expositione Sermon. antiq. *Nam centum-- allucita. Allucinari, dicitur vana somniare. tractum ab Allucitis, quos nos Conopas dicimus. Petronius. Nam centum me vernali allucita molestabant.* aut planè hallucinor ipse, aut aliter rescribendus hic locus, & fortasse interpolandus ad hoc exemplum:

Nam centum me verna hallucita molestabant.

5. *Postquam*] Fulgent. *Ferculum dicitur missus carnium: unde & Petron. Arbiter, Postquam ferculum adlatum.* Gabbema.

6. *manubiæ*] *Manubia* à *manu* etymon suum sortitæ; quasi *spolia* dicas furtim, aut per vim, hoc est, per latrocinia, seu rapinas quæsita: sed verò magnifica ea, atque opulenta, & proinde uti hinc discimus, basilica prorsus. neque aliter Cic. *Qui manubias sibi tantas ex* L. *Metelli manubiis fecerit.* Dousa P. Citat fragmentum Fulgentius (nomine Petronii). *Gabbema.*

7. *Satis constat*] Ex Glossario S. Dionysii. *P. Daniel.*

[1] cryptam Neapolitanam. * * * [2] Petauroque jubente modò superior. * * * [3] Adfer nobis alabastrum Cosmianum. * * * [4] Suppes. * * * [5] Tullia.

* * *

— *Ineluctabile fatum.*

* * *

— *Tremebunda supervolat hasta.*

* * *

[6] *Qui præesse cupit, prodesse recusat.*
Magnus in exemplo est, cui non sufficerat orbis.

* * *

— *Exciso defossa marmore petra*
Quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus
Exigua requievit humo. —

* * *

Atque ut araneoli tenuem formavimus [7] *orsum.*

* * *

[8] *Mille saporatam medicatis frugibus offam.*

* * *

Non est forma satis; nec, quæ vult bella videri,

Debet

1. *cryptam Neapolitanam*] Vide Erasmum in Adag. Cœl. Rhodig. & Henricum Stephanum in Apol. ubi *Cryptam* explicat. *P. Daniel.* Senec. Epist. LVIII. *A ceromate non aptè excepit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil istis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas.* Io. à Wouweren.

2. *Petauroque*] Glossar. S. Dionys. *Petaurus, genus ludi.* Petron. &c. *P. Daniel.* Optimè interpretatur Manil. lib. v.

Corpora, quæ valido saliunt excussa petauro,
Alternosque cient motus, elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille. Wouweren.

adi Mercurial. de arte Gymnast. lib. III, c. VIII. *S. A. Gabbema.*

3. *Adfer nobis*] Ambros. Calepinus in dictione *Cosmus, qui nobilis unguentarius Romæ fuit.* hinc, inquit, *Cosmianum unguentum, Petron.* &c. *Daniel.* Vide Rader. ad Martial. l. 14 Epigr. 100. *Ge. Erhardus.*

4. *Suppes*] *Glossar. Suppes, suppumpis, hoc est supinis pedibus: Petron.* Wouweren.

5. *Tullia*] Citatur in vet. Glossario: *Tullia, media vel regia; Petronius.* Idem.

6. *Qui præesse cupit*] Sub nomine *Plauti* adducitur à Iacobo Magn. in Sophol. pag. 74. ubi restituendum videtur Petronius. *P. Daniel.*

7. *orsum*] initium. *P. Dan.*

8. *Mille saporatam*] Dionysius Halicarnasseus. *Idem.*

1. *Dicta*,

Debet vulgari more placere sibi.
[1] *Dicta, sales, lusus,* [2] *sermonis gratia, risus,*
Vincunt naturæ candidioris opus.
Condit enim formam, quidquid consumitur arte,
Et, nisi velle subest, gratia tota perit.

* * *

[3] *Non satis est, quod nos mergis furiosa juventus:*
Transversosque rapit fama sepulta probris?
Anne etiam famuli cognata fece sepulti
In testa [4] *mersas luxuriantur opes?*
Vilis servus habet regni bona: cellaque [5] *capti*
† *Deridet festram, Romuleamque casam.*

Idcirco

1. *Dicta, sales, lusus*] Hippolitus à Collibus in Harpocrate. Eleganter autem *sales*: quibûs quæ caret, *insulsa* appellatur. In Priap.

Insulsissima quid puella rides?

Ge. Erhardus.

2. *sermonis gratia*] Suprà in Satyric. de Circe: *Hæc ipsa cùm diceret tanta gratia conciliabat vocem loquentis*, &c. Erhardus.

3. *Non satis est quod nos mergis*] In luxum Romanorum. Scalig. in Catal. *Non* pro annon, numnon, μετ' ἐρωτήματος (*interrogando*). Erhard.

4. *mersas*] L. *mersæ*.

5. *capti*] Pro, *captivi*, id est, servi, vel mancipii. *Idem.*

6. *Deridet festram Romuleamque casam*] De Casa Romuli egregiè Silius Bassus Declamator apud Senec. ib. 1 Controv. VI. *Inter hæc tam effusa mœnia nihil est humili casa nobilius. Fastigiatis suprà tectis auro purò fulgens præducet Capitolium. Potes objurgare Romanos, quod, quum humilitatem suam obscurare possint, ostendunt.* & alter apud eumdem lib. II, Contr. 1 Cœstius Pius: *Colit etiamnum in Capitolio Casam victor omnium gentium populus: cujus tantam felicitatem nemo miratur. Meritò potens est.* Meminit ejus casæ Dionys. ib. 1, Liv. lib. V; Valer. lib. II, c. de Disciplin. milit. lib. etiam IV, c. IV: Vitruv. lib. II, c. I. Dio Coccejanus lib. XLIIX, & LIV. Ovid. in Fastis. Eam continuò Romani reparabant, culmis tamen semper & stramine. tum quòd nonnullum in eo perpetuitatis omen situm existimarent; tum etiam ut ostenderent tantam ac talem Vrbem è casis & mapalibus enatam. Petronius *Romuleam casam, cum Festra Capitolina* conjungit. Erat autem *Festra* (auctore Gniphone Grammatico apud Macrob. lib. III, c. XII, qui integro volumine de ea disputavit) *ostium minusculum in sacrario* Capitolii extremæ antiquitatis. quo vocabulo Ennium etiam usum, refert antiquus Saturnaliorum scriptor: & Petronium alibi in Satyrico. Scioppius Verisimil. II, cap. IIX. Quin antiquiores omnes, auctoritate Festi, *festram* dicebant quam nos *fenestram*, nequis insolentem vocabuli novitatem nimis admiretur. conjungit autem *Festram Iovis* cum *Romuli casâ* Petronius, quòd utráque in Capitolio, locis parum invicem disjunctis, esset. Situm casæ si quæris, invenio eam Curiæ Kalabræ, Romuleo item operi, pœne contiguam fuisse. Adfirmat Macrob. lib. I Sat. culmis hanc etiam & stramentis obtectam fuisse

Idcirco virtus medio jacet obruta cœno :
Nequitiæ classes candida vela ferunt.

* * *

* *Primus in orbe Deos fecit timor : ardua cœlo*
Fulmina quum caderent, discussaque mœnia flammis,

Atque

fuisse testantur inprimis poëtæ ; Virgil. lib. VIII Æneid. Ovid. IV Fast. primum enim hoc fuit in Romanorum casis tegumentum : scandulæ dein successerunt, quibus contectam fuisse Romam, usque ad bellum Pyrrhi, id est, per trecentos septuaginta fere annos, Cornel. Nepos auctor est apud Plinium lib. XVI, c. X. *Ryc quius.* Habes & insigne testimonium Fastor. III. ubi Romuli patrem, Martem ipsum inquio, ita loquentem inducit Ovidius :

Quæ fuerit nostri si quæris Regia nati,
Aspice de canna straminibusque domum.

Item I.

Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulva thorum.

Dousa P. Vitruv. *Item in Capitolio commonefacere potest, & significare mores vetustatis Romuli casa in arce sacrorum stramentis tecta.* Wouweren. Ant. Gnipho librum scripsit de *Festra*, &c. Itaque hoc dicit Petronius : *Festram* & quicquid antiquitas suum habuerit cum Gniphone, cum suis omnibus libris rideri. Palmerius in Spicileg. *Romul. casam.* Valer. Maximus libr. 2, cap. 8. ubi de disciplina Militari ; *Ortum è parvula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen.* Idem lib. 4, cap. 4 in fin. *Per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos Vestæ focos, fictilibus etiamnum vasis contentos juro.* Erhardus.

1. *Primus in orbe D.*] In Superstitionem. *Tornasius* juxta Scaliger. in Catalect. P. i. o. D. f. t. Fulgent. (Petronii nomine) Mythol. lib. V, ubi habet V. C. in *urbe.* Habetur hoc hemistichium, & apud Statium lib. III Theb. ad quem versum ejus interpres Placidus scribit : *Negat deos ulla alia re celebrari, nisi timore mortalium, ut Lucanus ; quæ finxere, timent. & Petronius Arbiter istum secutus ; Primus in orbe Deos fecit timor.* Puto autem ex Fulgentii rivulo Lactantium sive Luctatium sumpsisse, non ex Petronii fonte, quem numquam fortasse viderat. Nam & illic Mintanorem Musicum citat iisdem omnino verbis atque Fulgentius, ut Luctatius *Petronium* post Statium fuisse affirmare non possit, sed potiùs coniecerit neotericum auctorem Petronium esse, quippe à Fulgentio citatum. Certè Lucanus & *Petronius συγχρονοι (contemporanei)* fuerunt imperante Nerone : Statius longè post vixit, temporibûs nimirum Domitiani. Itaque omnino fallitur Luctatius, qui Statiô facit posteriorem *Petronium*, cùm fieri potuerit, ut ille inferior tempore hunc secutus sit, & versum ab eo sumpserit : Lilius Gyraldus Dialog. 3 de Latinis poëtis de *Petronio* scribit, sed quo tempore vixerit, non habet compertum. *In Quintiliani*, ait, *enarrationibus literatores quidam eum ante Quintilianum floruisse suspicantur. Sed Placidus Lactantius illum vult Statiô posteriorem*, &c. Sciendum, qui sint illi literatores, an veteres, an neotericiʔ deinde reprehendendus Gyraldus, qui non bene examinaverit Statii interpretem, quòd ex Fulgentio hæc sumpserit, uti dictum. *P. Daniel.* Ego hanc sententiam confirmaturus Epigrammate Iulii cujusdam, quod Romæ in Vaticana bibliotheca cum *Petronii*

Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad ortus
Lustrata dejectus humo, Lunæque senectus,
Et reparatus honos : hinc signa effusa per orbem,
Et permutatis disjunctus mensibus annus
[1] *Projecit vitium hoc : atque error jussit* [2] *inanis*
[3] *Agricolas primos Cereri dare messis honores :*
Palmitibus plenis Bacchum vincire : Palemque
Pastorum gaudere manu. natat obrutus, omni
Neptunus demersus aqua : [4] *Pallasque cavernas*
Vindicat. Et voti reus, & qui vendidit orbem,
Iam sibi quisque Deos avido certamine fingit.
* * *
[5] *Nolo ego semper idem capiti suffundere* [6] *costum :*

[1] *Nec*

tronii fragmento adscriptum legi. Illud corruptum licet & inelegans, & historicum tamen testimonium adscribam :

PetronI carmen divino pondere currit,
Quo juvenum mores arguit atque senum.
* *Quare ille praesa gaudet lasciva puella,*
At quoque delicias frigida sensit anus.
* *Nam* * *rbter diri scripsitque* Neronis *amictu*
Arbiter, *arbitrio dictus & ipse suo*

Vbi pro *amictu* quis non videt, vel cæcus, si modò aures & mentem habeat, legendum esse *amicus?* Cl. Binetus. *Primus in orbe Deos fecit timor.* In adversitatibus enim & timore Deum invocamus. unde istud Petronianum. & illud Gregorii : *Mala quæ hic patimur ; ad Deum nos ire compellunt.* juxta quod Psalmista : *Ad Dominum, cùm tribularer, clamavi.* Et contrà: *Impinguatus est dilectus meus, & recalcitravit.* Iodoc. Badius Ascensius Explanat. in Val. Max. lib. 1, c. 1. *Ge. Erhardus.*

1. *Projecit vitium hoc*] *Vt projectam libidinem, audaciam*, pro effusa & immodica : sic *projicere audaciam, lasciviam*, pro effundere. ergo *projicere vitium*, cujus jam modus nullus est. Palmer. in Spicileg. *G. Erhardus.*

2. *inanis*] Vanus, superstitiosus. *Erhardus.*

3. *Agricolas primos Cereri*] hinc *frugum parens* Senecæ dicitur in Herc. fur. eique fruges sacræ, tamquam inventrici. Deltio in Comment. n. 299. *Erhard.*

4. *Pallasque cavernas*] Sic reponunt nonnulli. alii legunt, *tabernas.* atqui tabernæ Bacchi, sanè vinariæ : cæterum Mercurii. Cavernas virgo respuit, & si quæ virginales, illas Dianæ venatrici permittit. reddantur litterariæ Deæ *lucernæ*, quas illi tribuerat Petron. sed sensu ambiguo. Sic Arnob. vocat, *Minervam lucernarum moderatricem.* lib. IV. Deltio Comm. in Sen. Herc. fur. n. 299. *Idem.*

5. *Nolo ego semper idem*] De vitando fastidio. Scalig. Catalect. Huic simile est epigramma illud, quod sequitur, *Sic contra rerum*, &c. *Erhardus.* In hac ead. sententia & Dousa P. quoad citati posterioris Epigramm. 2 versus priores.

6. *costum*] *Costus* sive *costum* nardi species. at *nardi* unguentò perfusa capita

[1] *Nec toto ſtomachum conciliare mero.*
Taurus amat gramen mutata carpere valle,
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.
Ipſe dies ideo nos grato perluit hauſtu,
Quod permutatis hora recurrit equis.
* * *
Vxor legitimus debet quaſi cenſus amari:
Nec cenſum vellem ſemper amare meum.
* * *
Invenias quod quiſque velit. non omnibus unum eſt
Quod placet: hic ſpinas conligit, ille roſas.
* * *
Nam nihil eſt, quod non mortalibus adferat uſum
Rebus in adverſis, [2] *quæ jacuere, juvant.*
Sic rate demerſa [3] *fulvum deponderat aurum,*
Remorum levitas naufraga membra vehit.
Quum ſonuere tubæ, jugulo ſtat divite ferrum,
Barbara [4] *contemptu prœlia pannus habet.*
* * *

[1] *Linque*

pita patet ex Pſal. 23, & Matthæi Euang. c. 26. Vide Barth. ad Claudian. n. 1103. *Ge. Erhardus.*

1. *Nec toto*, &c.] Probo Palmerii correctionem, *nec noto*. Sed quid eſt *conciliare?* nimirum contrarium Petronius dicere vult, ſtomachum faſtidiò vult affici unius ſemper vini potu. Poſſet antiquam vocem *concipilare* amanti reconditiora excidiſſe. Nihil tamen mutem. Nam ſtomachus etiam commotionem ipſius faſtidiumque ipſum ſonare ſolet. Vltimum verſum malè repetere *mutandi* verbum etiam adfirmem; nam & de nocțis & diei ſucceſſione loquitur, & repetitio illa Petroniana non eſt, cùm epigramma alioqui planè ejus genium ſpiret. Emacula, *Et pernoctatis hora recurrit equis*, neque enim mutare Equos Solem ullibi ſcriptum, dictum aut pictum legitur. *Ga. Barthius.*

2. *quæ jacuere*] Id eſt, quæ deſpicatui, & quaſi derelictui nobis, nulloque in honore aut pretio fuerant anteà, tunc quum eorum uſu facilè carere poteramus. *Douſa P.*

3. *fulvum deponderat aurum*] Tornæſ. *vulſam. d. aurem.* Anonym. MS. L. *fulvum d. autum.* Douſa MS. Sic Petron. Carm. de bello Civili:

Siqua foret tellus fulvum quæ mitteret aurum,
Hoſtis erat. ---

4. *contemptu - pannus*] Tornæſius (qui leg. *contemnit*): al. *contemni. contemptu.* Noſtra emendatio, quam alius (*Ian. Palmerius*) lectó MS. per fraudemne an contemptum diſſimulato meo nomine ſibi vendicavit. Cæterùm quòd dixit Petronius, *pannum*, (quo pannuceam, hoc eſt, pannis cento-

[1] *Linque tuas ſedes, alienaque litora quære,*
O juvenis! major rerum tibi naſcitur ordo.
Ne ſuccumbe malis: te noverit ultimus Iſter,
Te Boreas gelidus, ſecuráque regna Canopi,
Quique renaſcentem Phœbum, cernuntque cadentem.
Major in externas [2] Ithacus deſcendat arenas.

* * *

[3] *Nam citius flammas [4] mortales ore tenebunt,*
Quam ſecreta tegant: quidquid dimittis in aula,
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem: ſimulatius exit

Proditi-

ntonibuſque obſitam ac ſorditatem
ebeculam deſignat) *barbara prælia*
bere contemtui, id eſt, bellicorum tu-
ultuum unicè ſecuram degere, nec
rbariem prælioaum curare, quaſi
hil ad ſe attinentium; haud inſcitè
neo quidem animô) applicare poſ-
s ad Hemiſtichii illius ſententiam,
uam habes in Carmine illo Belli
ivilis longè omnium ingenioſiſſi-
o: *— Inops audacia tuta eſt.*
jus nos hancce inibi ex Salluſtio
tionem reddidimus: *Quoniam ege-*
u facilè habetur ſine damno. Cui illud
uoque ab Aquinate Satyrico ſuccen-
ries licebit:
Cantabit vacuus coram latrone viator.
nnus igitur in Petronio, pro eo, cui
prehenſo nihil præter pannum, id
t, ſciſſam ac ſordidam tuniculam
ferre poſſis. Quis enim ita imma-
s obſecro, aut barbarus, detrahere
i nudo veſtimenta ſe poſtulet? In
vite verò, atque opulenter viatica-
ornatoque, ratio prorſus diſpar;
cujus jugulo ferrum ſtare, hoc eſt, ſi-
s in unius caput undique ac mu-
ones diſtringi:
Clarôque & caro potiùs, quàm ſanguine
vili,
Noxia Bellonæ telá tepefieri.
telligit Petronius noſter. *I. Douſa.*

1. *Linque tuas ſedes,* &c.] Exhorta-tio ad idoneè peregrinandum. Douſa: Suſpicor hanc *Apertæ* ipſius *dictionem* fuiſſe, hoc eſt, Reſponſum ex Tripode, & Apollinis perſona ei datum ſcilicet, qui Delphicum oraculum conſuluerat; tamquam Tireſiam Horatianus Vlyſſes, quibus artibûs atque undénam potiſſimùm opes ac divitias ſibi parare vel corruere poſſet, hujuſcemodi captioſæ quæſtionis argutiolâ graſſatus:

Nunc ſi nos audis, atque es divinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

2. *Ithacus*] Vlyſſes. Huic *peregrinatio* prudentiam addidit. *Douſa MS.*

3. *Nam citius flammas,* &c.] De Aulicorum vanitate. Scalig. in Catal. vide Hippolytum à Collibus in Principe, cap. 10: Weitzium Not. ad Prudentii ϖερὶ στεφ. hym. 2, v. 253. Quoad formulam dicendi, videtur ea eſſe quodammodo proverbialis. Cic. lib. 11 de Orat. *Dicere ajunt Ennium flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat.* Ennodius: *Facilius eſt ignem linguâ comprimere.* Symmachus: *Facilius eſt ardentes favillas ore comprimere.* Iuretus Miſcellan. ad Symmach. lib. 1 Epiſt. 25. *Ge. Erhard.*

4. *mortales*] Mortiferos, lethales.

Vide

Proditionis opus, famamque onerare laborat.
[1] *Sic commissa ferens avidus reserare minister*
Fodit humum, Regisque latentes prodidit aures;
Concepit nam terra sonos, [2] *calamique loquentes*
[3] *Invenere Midam, qualem narraverat index.*

* * *

[4] *Fallunt nos oculi, vagique sensus*

Oppress

Vide Goldasti Notas ad Valerian. edit. Rover. *Erhardus.*

1. *Sic commissa ferens avidus reserare m.*] Tornæs. *S. c. f. a. servare* (Fulgent. *reserare) m.* Dousa MS. *S. c. verens a. r. m.* ita eleganter Palmer. Sed hi 4 posteriores ℣. probantur ex Fulgentio nomine Petr. Arbitri: P. Dan. & Wouwer. præcedentes 5 non item. Daniel: Fulgent. Mythol. lib. III in fab. de Apoll. & Marsia. Quos versus mutuatus est Petronius ab Ovid. lib. II Metam. ubi dedecus stolidi indicis Midæ describit:

Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus
Cœpit, & ut primùm pleno maturuit annô,
Prodidit agricolam: leni nam motus ab austro
Obruta verba refert, dominique coarguit aures.

Porrò V. C. pro *ferens*, habet *verens*, & pro *minister, magister.*

2. *calamique loquentes*] Iuliano Anthol. lib. VII, in extrem. epigr. Μίδεοι κάλαμοι *(calami Midæ).* ubi Maximus in Scholiis; Fulgent. lib. 3 Mytholog. Brodæus in annot. ad Anthol. *Erhard.*

3. *Invenere Mid. qualem narraverat index*] Tornæsius: *Invenere fidem* (Fulgent. *Midam*), *qual. narraverat* (Fulg. *conceperat) index.* Anonym. MS. *Incinuere.* nisi malis, *Innuvere*, de quo Varro: quomodo Ennius, & Plautus. Dousa MS. *Incinuere Midam, qual. narr. i.* Palmer. Quæ scriptura ex notissima illa fabula de Mida rege fidem accipit; veritus enim in publicum efferre minister de auribus Midæ, tellurem subiit. & quæ porrò non necesse est repetere. Erhardus: *Invenere Midam.* Persius: *Auriculas asini quis non habet?* Ferunt nonnulli primùm à Poëta scriptum fuisse, *Auriculas asini Mida Rex habet:* deinde meru Cæsaris scripturam mutasse, *qui non habet.* Petronius videtur in Neronem commodasse. Erasmus in Adag. *Midas auriculas asini. qualem narr. index.* Cujus verba par calamos emissi sub terris hæc erant: *Midas rex asini aures habet.* Luctat. Placid. in Ovid. lib. I Metam. argumento: *Refert quòd cùm deformitatem illam* (aurium asininarum) *veste celaret, ut famulus vidit neque eloqui posset, ejusdem Dei* (Apollinis) *mentem in aures haberet. cui rursus obruta arenâ, arundines enatæ, agitatæque ventô deformitatem Midæ indicarent.*

4. *Fallunt nos oculi*] Sext. Empir. ἀντιτίθεμεν δὲ ἢ φαινόμενα φαινομένοις ἢ νοούμενα νοουμένοις, &c. φαινόμενα μὲν φαινομένοις ὅταν λέγομεν, ὁ αὐτὸ πύργος πύῤῥωθεν μὲν φαίνεται στρόγγυλος, ἐγγύθεν δὲ τετράγωνος (*Opponimus verò aut apparentia apparentibus, aut cogitatilia cogitabilibus,* &c. *apparentia quidem apparentibus, quando dicimus quòd turris è longinquo videatur teres cominus verò quadrata).* Fr. Pithœus Sextus Empiricus in libro contra Mathematicos scribens ex opinione Epicuri: Οὕτως οὐκ ἂν εἴποιμι ψεύδεσθαι τὴν ὄψιν, ὅτι ἐκ μακροῦ μὲν διαστήματος μικρὸν ὁρᾷ τὸν πύργον καὶ στρόγγυλον, ἐκ δὲ τοῦ συνέγγυς μείζονα

Oppressa ratione mentiuntur.
Nam turris prope quæ quadrata surgit,
[1] *Adtritis procul* [2] *angulis rotatur.*
Hyblæum refugit satur liquorem,
[3] *Et naris casiam frequenter odit.*
Hoc illo magis, aut minus placere
Non posset, nisi lite destinata
Pugnarent dubio tenore [4] *sensus.*

* * *

[4] *Iam*

τελεώτερον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύειν
τι καὶ ἐπὶ φαίνε) μικρὸν αὐτῆ τὸ αἰ-
σθὲν κὴ πικτοχημον, ὄντως (fortè
terponendum ἐστ) μικρὸν καὶ πικ-
χημον τῆ ἀφ τῆς αἰρ Φορᾶς ἀπο-
αιρομένων τ κζ τὰ εἰδωλα περί-
ων (*Sic verò non dixerim visum fallere,*
ando è longinqua distantia parvum re-
t turrim & rotundam, sed magis ut rem
prehendit nunciare, quæ cùm adhuc exi-
a ipsi appareat tale est sensile exiguóque
mparatum, refractiu aëris latione extre-
tatibus juxta speciem). Tertullian.
Anima c. XVII. *Item ut turris habi-*
s eludat, intervalli conditio compellit in
rto, aqualitas enim circumfusi aëris
i luce vestiens angulos, obliterat lineas.
milis fere ratio, & à Lucretio red-
ur lib. v. Meminit verò hujus rei
m Empiricus Pyrrhon. Hypothes.
. I, c. XIII. Notandum etiam *ro-*
ur poni, pro rotundatur. *Dousa F.*
dor. lib. XV, c. V : Macrob. lib. VII,
XIV. *Gabbema.* Lucret. lib. IV.

Quadrataque procul turres cùm cernimus urbis,
Propterea fit, uti videantur sæpe rotunda,
Angulus obtusus quia longè cernitur omnis.

lor. Orig. lib. 15, c. 2. *Turres quam-*
quadratæ aut latæ constituantur, procul
ben videntibus rotundæ existimantur,
quia omne cujusque anguli simula-
m per longum aëris spatium evanescit
ue consumitur, & rotundum videtur.
à Wouweren.

1. *Adtritis*] al. *Detritis.* Lucretio *obtusis.* Ge. Erhardus.

2. *angulis rotatur*] Pulchrè & appositè Macrob. lib. 7, c. 14. *Cùm sit anguloſa, rotunda existimatur, facit rationis negligentia.* Pontanus in Not. *Idem.*

3. *Et naris casiam*] Leg. *Et marcens cas.* Multo cibò & potione completi *marcere* dicuntur. Petron. suprà; *Et ancillæ super thorum marcentis* &c. Sidon. Ep. 9 lib. 2. *pectora marcida cibis.* Savaro in Not. *Erhardus. Naris* in casu nominandi, agnoscunt etiam barbarorum temporum Grammatici, Huguitio, Papias, Balbus Ianuensis, Britto, Calepinus, Melberus, &c. pro eo tamen *nar* legitur apud Alexand. de Villa Dei Gallum, qui regnum quondam inter barbaros Grammaticos in Scholis omnibus obtinebat, lib. I Doctrinal. & probant non solùm ejus commentatores Kempo Tessalienſis, Ioan. Synthen, Torrentinus Daventrienſis, &c. Verùm etiam ipsi Latinitatis restauratores. Henrichmann. in tract. de Verb. Gramm. & Ioann. Brassicanus in Inst. Gramm. De in *ar* desinent. *I. Weitzius.*

4. *sensus*] Hic post *sensus* Tornæsius subjunxit epigramma illud Eumolpi de Insomniis superiùs p. 368 Satyrico insertum. Vnde jam non miror etiam in MS. Tragur. desiderari, quòd inter fragmenta latuerit. Quid tamen de hoc aliisque Wouweren reliquerit, adferam in fine.

[1] *Iam nunc ardentes Auctumnus fregerat umbras,*
Atque hiemem tepidis spectabat Phœbus habenis:
Iam platanus jactare comas, jam cœperat uvas
Adnumerare suas desecto palmite vitis:
[2] *Ante oculos stabat quidquid promiserat annus.*

* * *

[3] *Sic & membra solent auras includere venis,*
Quæ penitus mersæ, quum rursus abire laborant,
Verberibus rimantur iter: nec desinit ante
[4] *Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror,*
Quam tepidus laxo manavit corpore [5] *sudor.*

* * *

[6] *Sic contra rerum naturæ munera nota*
Corvus maturis frugibus ova refert:
[7] *Sic format lingua fetum quum protulit ursa,*

E

1. *Iam nunc ardentes Auctumnus*] Elegans descriptio Autumni. Autumni tempus dixit Varro in Quinq. *Autumnitatem. Cape,* inquit, *hanc caducam Liberi patris mollem dapem, frondem autumnitatis Bromii.* Sic quoque dixit Octavius apud Minutium. Apulejus vocat *mustulentum Autumnum* lib. II Miles. Quem Ovidius II de Arte pingit egregiè, vocatque *formosissimum anni tempus.* Non prætereo quod Tacitus de Germanis notat his verbis: *Hiems, & ver, & æstas intellectum & vocabula habent: autumni perinde bona ac nomen ignorantur.* Quod non puto verum: imò apud eos nullum est Autumnô tempus amabilius. Quippe Sol antequam occupet nimbosum & frigidum cœlum, laborat multùm: ubi verò semel occupaverit, nubes discutit, regnatque toto Autumno siccitate magna & amœna nobilis, & notabilis; quod experientia docet. *Lud. Dorleans.*

2. *Ante oculos - annus*] Sic paulò post:

Grandine qui segetes & totum perdidit annum. Ge. Erhardus.

3. *Sic & membra solent*] Fortè Encolp. aut Eumolpus persuadere volens plenum & voluptabilem coitum philosophari institit. Videtur enim hoc de humani missione spermatis dicere. *Erhardus.*

4. *Erigidus*] V. N. in Catull. Ep. XLVII. *S. A. Gabbema.*

5. *sudor*] Dehinc ap. Tornæs. sequitur: *Hæc ait & tremulo deduxit vertice canos: -- ut* suprà p. 499.

6. *Sic contra - Corvus -*] Exstabant hi 2 priores versus. reliquum explev. ex meo vet. codice. *Cl. Binetus.* Fulgent. lib. I Mytholog. in fab. de Corvo: Petronius,

Sic contra r. n. m. n.
Corvus m. f. o. r.

Quod epigramma amplius posthac adscriptum est. *Io. à. Wouweren.*

7. *Sic format*] Ovid. lib. XV Met. vers. CCCLXXIX. de hac re ubertim Rittershus. ad Oppian. III Cyneg. & Hoëschell. ad Hor. Apoll. Operæ pretium est heic adtexere, quæ Cl. Fungerus in Observ. ad Horum Manuscript. quarum usum nobis concessit sum-

Et piscis nullo junctus amore parit.
Sic Phœbeia chelys vinclo resoluta parentis
Lucinæ tepidis naribus ora fovet.
[1] *Sic sine concubitu textis apis excita ceris*
Fervet, & audaci milite castra replet.
Non uno [2] *contenta valet natura tenore,*
Sed permutatas gaudet habere vices.
* * *
[3] *Naufragus ejecta nudus rate, quærit eodem*
Percussum telo, [4] *cui sua fata legat.*
Grandine qui segetes & totum perdidit annum,

In

immus vir, Anchises ab Andla, tra-
it tom. III. Hominem initiò qui-
em informem natum, sed qui postea
ceperit formam significaturi, præ-
nantem pingebant ursam. Hæc nam-
ue sanguinem primum condensa-
um atque concretum parit, quem
ovendo lambendoque effingit &
rmat. Plin. *fœtus rigentes apprimendo*
fotori fovent non alio incubitu, quam ova
olucres. Et paulò antè, *singulos,* (cum
linos ut plurimùm pariant) *carnem*
e dicit *informem, muribus paulo ma-*
orem, sine oculis & pilo. ungues tamen
ominent, lambendoque paulatim fign-
nt. Hanc deformitatem attribuunt
alii authores recens nato fœtui.
ist. lib. VI Hist. anim. c. XXX. Plut.
lib. de Amore prol. Oppian. lib.
I Cyneg. Solin. c. XXXIX. negantis
s aliis, cùm venatores in dissectis
sis omnia catuli membra invene-
nt: sed enim hæc veterum concor-
à ac opinio communis rejicienda
udquaquam, ne quid detrahatur
am Ægyptiacæ authoritati. Etsi
im negari non queat habere sin-
la sua membra natos catulos, (quid
im imperfectum edit natura?) at-
nen sciendum ita videri propter se-
ndas, quæ ut crassæ admodum
it, ita iis adeò involuti nascuntur
uli, ut non nisi lambendo & mul-

ta opera revellantur, & ad justam for-
mam reducantur: Ita accipienda ver-
ba Plut. ὥσπερ φιλοστοργίας, ἀμορφα &
ἀναρθρα πίκτει (*De amor. prol. informes & male articulatos parit*). Cùm id
non dicat, quòd imperfectos, hoc
est, non habentes naturalia membra
catulos pariat, sed quòd agnosci pri-
mum non queant. &c. huc usque eru-
ditissimus *Fungerus.*

1. *Sic sine concubitu*] Hinc Prudent.
III Cathem. *nexilis insecta connubii.*
Virg. in Georg. lib. IV.

Quod neque concubitu indulgent: nec
corpora segnes
In Venerem solvunt, aut fœtus nixibus
edunt. S. A. Gabbema.

2. *contenta valet Fortuna tenore*] Leg.
volat Fort. tenore, hoc est, *more* illo &
quasi ᾠδῇ variandi. Sic *tenorem sen-*
suum, idem Petron. dicit. *morum tenorem* Sidonius. *aquæ tenorem* Dracon-
tius. Barthius ad Claudian. num.
1113. *Ge. Erhardus.*

3. *Naufragus ejecta*] *N. eversa.* Dou-
sa P. Propertius lib. 2.

Navita de ventis, de tauris narrat
arator,
Enumerat miles vulnera, pastor
oves. Erhardus.

4. *cui sua fata legat*] narret, dicat.
Servat hoc loco vim primigeniam,
quam accepit à Græco λέγειν (*dicere*).
Erhard.

In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros, orbique parentes
Conjungunt genitus, & facit hora pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera verbis;
Et fama est junctas fortius ire preces.
* * *

Omnia quæ miseras possunt finire querelas,
In promptu voluit candidus esse Deus.
Vile olus, & duris hærentia mora rubetis
[1] *Pugnantis stomachi composuere famem.*
[2] *Flumine vicino stultus sitit; & riget Euro,*
Quum calidus tepido consonat igne rogus.
[3] *Lex armata sedet circum fera limina nuptæ,*
Nil metuit licito fusa puella toro.
Quod satiare potest, dives natura ministrat,
Quod docet infrenis gloria, sine caret.
* * *

Iudæus licet & porcinum numen adoret,
[4] *Et cœli summas advocet auriculas:*

1. *Pugnantis*] Leg. *Pungentis*. Dousa F.

2. *Flumine vicino*] Vetus generis humani mos, *potare flumina*. Senec. Epist. xxv lib. iv. *Panem & aquam natura desiderat; nemo adhæc pauper est; intra quæ quisquis desiderium suum claudit, cum ipso Iove de felicitate contendat.* Menander apud Stobæum Serm. v; sive Euripides, ut volunt Athenæus lib. iv, c. xxviii; A. Gell. lib. vii, c. xvi. Et de Pythagoricis Alexis in Tarentinis, apud Athenæum lib. iv, c. xxxix. Hinc Horat. lib. i Ep. xix, *aquæpotor*. Sidonio, *potor Mosellæ*. Pescennius Niger apud Spartianum cap. vii. *Nilum habetis & vinum quaritis?* Lex Aquaria apud Frontinum: *Ne quis aquam eletato: si quis eletavit, H-S. decem millium multa esto.* S.A.Gabbem.

3. *Lex armata*] Alcimus Avitus lib. iii, vers. cccixvii *legibûs armata lites*, dixit. Prudent. l. ii in Symm. *Lex armata sedet*. Constantinus Imperator in *l. xxxj C. ad Leg. Iul. de adult. insurgere leges & armari jura gladio ultore* scripsit. Vide Iuretum ad Symm. p. lxxxvi. Iustinianus Imperator procem. Inst. in princ. *Imperatoriam majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibûs oportet esse armatam*; ubi notarunt interpretes *Balduinus*, Tiallingus ab Eiffinga, Prædinius in Manuscript. alii. *Gabbema.*

4. *Et cœli summas advocet auriculas*] Frellon. editio: *Et cilli*. F. Pithœus: *Et cœli*. Quid si legas, *Et Cilli summas advocet auriculas? κίλλων, ὄνων (asinus)*. Somniarunt enim Nationes caput asininum Deum fuisse Iudæorum: quod refutant Iosephus, Tertullianus. Erhardus: Notum est, Iudæo-

dæos ab Appione Alexandrino, Molonéque, Tacito, & aliis notatos esse, quòd aureum asini caput in templi sacrario servarent atque adorarent: quoniam Mose duce (ut improbè asserunt) asinorum beneficiô aquas Iudæi invenerint. &c. Sed & Christianos Romani pariter Asinarios vocabant, figurîsque & picturis illudebant: quando infando etiam picturæ genere Deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt, ut is foret auribûs asininis, pede altero inungulatus, librum gestans, & togatus. Cui flagitio ut scelus adderent, tali titulo Christi, effigiem dedecorarunt: *Deus Christianorum ὀνόχηλος (asinina ungulâ).* Pet. Crinitus de Honest. discipl. lib. 1, cap. 9. Wijbinga:

Et cœli summas advocet auriculas.

Quomodo hoc de Iudæis dici possit multi ambigunt. Vir summus Iosephus Scaliger in Elench. Trihær. cap. xxxi, ad quæstionem Serarii Iesuitæ de Cœlicolis respondet, *fuisse Iudæo-Christianos: addò* (sunt verba Scaligeri) *etiam Maßalianos, ipsosque deductos ab iis Iudæis, quorum proseuchæ erant ἐν ἀέρι καὶ αἰθρίῳ τόπῳ* (in aëre & subdiali loco), *qui propriè Cœlicolæ dicebantur; & de quibus manifestò Iuvenalis intelligit,*

Nil præter nubes & cœli lumen adorant.

Petronius in nostris Catalectis:

Iudæus licet & porcinum numen adoret,
Et cœli summas advocet auriculas.

An non satis clarè uterque poëta fuisse Iudæos dicit qui cœlum adorarent, & ejus aures advocarent? Qui cœlum adorant quid aliud quam Cœlicolæ? Ipsos Essenorum portionem fuisse superiùs à nobis demonstratum est. Et paullò pòst subjicit: *Illi*, Iudæi Cœlicolæ, *cum suis superstitionibus, & nomine Cœlicolarum, ac Massalianorum ad Christianismum conversi sunt. Quia fundebant preces in locis sub dio, ab eo Cœlicolæ Latinis dicti, à Iudæis Massaliani, qui erant Esseni, aut, ut diximus, hæresis ab Essenis profecta. Nam Esseni ab Hellenistis ἱκέται vocabantur, quod sanè Iudaicè est Massaliani: neque aliter possunt dici. Isti igitur Cœlicolæ pseudo-Christiani sacro lavacrô tincti, iterum ad priscum Iudaismum deficiebant, & nomine tenus Christiani Cœlicolarum ritus retinebant.* Huc etiam pertinent, & ex eodem fonte, Essenorum nempe hæresi, derivarunt Veteres illi hæretici, quos Σαμψαῖους, Sampsæos Epiphanius vocat Hæres. LIII; additque hanc nominis illius interpretationem: Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοὶ, quasi dicas *solares*: est enim hoc Hebræis שמשאי à voce שֶׁמֶשׁ schemesch, quæ *solem* significat. dictum supra Cœlicolas & Sampsæos hos, à tertia inter Iudæos secta, quæ est Essæorum sive Essenorum, originem trahere. Essæi enim illi, contra præceptum, quod Deus Iudæis dederat, ut sc. precantes occidentalem mundi plagam spectarent, faciem orientem versus convertebant. Præterea quoque magnus Scaliger ut Essenorum proprium recenset, τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα ἱκετεύειν, *solem orientem supplicare.* Cui contradicit Nobiliss. Salmasius in immortali opere exercitationum Plinianarum, asseritque eos solem quidem honorare, venerari, ad eum preces fundere, non tamen adorare. Litis decisio consistit in recta explicatione loci illius qui producitur ex Iosepho. verba ejus ita sonant: πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. i. e. *ante exortum solis nihil profani loquuntur, sed patrias quasdam ad ipsum preces celebrant, quasi supplicantes ut oriatur.* Quidquid sit. hoc tamen hinc liquere videtur hæresin *Cœlicolarum* & eorum quos *Sampsæos* ἡλιακοὺς Epiphanius vocat, esse τῶν Ἐσσηνῶν ἀπόσπασμα (*Essenorum revulsam partem*), & ab iis originem ducere. præsertim cùm scimus Essenos hos ἐν ἀέρι καὶ αἰθρίῳ τόπῳ precari solitos, supplicantes se ad Orientem convertisse, solem ipsum si non adorasse, saltem honorasse, & sim. Adjiciamus conjecturam celeberrimi Drusii, quam pro-

ponit in lib. de tribus sectis Iudæorum, dicens: *fortasse Cœlicolæ sunt quos Benjamin in Itinerario* שמיין *schamiin vocat, quorum Synagoga ipsius tempore adhuc erat in Mesraim urbe magna Ægypti. nam* שמים *Schamaim Hebræis est cœlum: unde adjectivum est* שמיי *cœlestis vel Cœlicola, cujus pluralis* שאמיין *schamaiin Cœlicolæ.* Siquis superioribus non contentus est, habeat denique & hanc conjecturam. Inter nationes, quia vetus Iudæorum Deus ipsis erat ἄγνωστος, ignotus, ut patet ex Inscriptione illa aræ apud Athenienses tempore Apostoli Pauli, varia deliria, multæque nugæ de Iudæorum religione increbuerunt; credebant eos caput asininum colere, quod & ipsis Christianis à gentibus objectum meminerunt illi ex Patribus, qui adversus Nationes scripserunt. Vide Tertull. Apol. c. xv. Imò & porcum eorum numen faciebant. quo etiam respicit Arbiter cùm in versu præcedenti ait, *Iudæus licet & porcinum numen adoret.* Abstinebant enim Iudæi ab hujus esu ut animalis immundi. Lev. xi, vii. Vnde Iuven. Sat. xv.

Nec distare putant humana carne suillam. Et Sat. vi.

Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Inter siniſtras has de Iudæorum cultu opiniones etiam hæc maximè apud Gentes invaluit, qua cœlum pro numine habere credebantur. Strabo Geograph. lib. xvi. *Moses docebat quomodo Ægyptii non rectè sentirent, qui ferarum ac pecorum imagines tribuerent, nec Græci, qui Deos hominum figuris insignirent: & quod id solum Deus esset, quod nos, terram ac mare contineret, quod cœlum & mundum & rerum omnium naturam appellamus.* Ad quod intelligendum, nota, varia apud Iudæos exstare nomina, quibus Deum designare soliti sunt. quale שם *nomen illud*, מקום makóm, *Locus.* dicunt enim de homine שעשוי בדיוקנו של מקום *quod factus sit ad imaginem loci*, id est, Dei. Dictum ita Deum pro tem, quia omnia continet, & omnia in eo subsistunt. His adde, quo frequenter Deum appellabant, quod & præcipuè huc facit, שמים *Schamaim*, Chaldæis שמיא *Schmaia*, Helleniſtis ὕψιστος, *cœlum*: unde ægrotos visitantes, precantur ipsis ישמים יהמו עליך *cœlum misereatur tui*, i. e. Deus. similiter loquuntur in adagio quodam ubi de operibus hominum dicunt הכל לשם שמים *omnia propter cœlum*, q. d. omnia opera nostra debere dirigi ad gloriam Dei. sic & Chaldæis דחל שמיא est vir pius & religiosus. Eumdem quoque esse usum vocis ὕψιστος apud Helleniſtas supra notavi: hinc in N. T. de Baptismo Iohannis dicitur, quòd non sit ex hominibus, sed ἐξ ὑψίστης, hoc est, Deo. Matth. xxi. opponitur enim non terræ ut loco inferiori, sed hominibus ut creaturis. Sic quoque Christus dominus noster apud Lucam introducit loquentem peccatorem: ἥμαρτον εἰς τ ὑψιστον. Imò & per cœlum jurare solebant. Matth. v. tractat. Berachoth: השמים כן הוא *per Cœlum ita est.* unde manavit ritus ille elevationis manuum ad cœlum in jurejurando usurpatus. Gen. xiv, vers. xxii. Apoc. x, vers. v. Ex hisce prædictis proclives fuerunt gentes in hanc suspicionem, eos nubes & Cœli lumen adorare, ut ait Lucanus, cœlique summas advocare *auriculas*. Præsertim cùm ex Iudæis Essæi precaturi Orientem, reliquis Iudæis ex mandato divino ad Occidentem sese convertentibus, cœli plagam, (quæ fortasse Arbitro dicitur summa sive extrema cœli auricula) conspiciebant, solem, ut suprà, si non adorabant, saltem honorabant, prosecuchas eligebant ὡν ἀεὶ ἡμῖν αἰθρίαν τόπων in aëre & subdiali loco. Hisce autem ritibus & cœli solisque observatione, non parvam nationibus ad hanc de ipsis opinionem σύφασιν ac *ansam* dederunt. Binetus: *auriculas*. Vide tit. Iuris de Iud. & Cœlicolis.

1. *Ferro*

Ni tamen & [1] ferro [2] succiderit inguinis oram,

Et

1. *ferro*] Hoc quidem nullam in Arbitro difficultatem habet, attamen, quia plures sunt, qui circumcisionem hanc cultro non ferreô, sed lapideô peractam volunt, vindicandus nobis est hîc author, & genuinus mos asserendus. Illis qui secus sentiunt, caussa erroris est locus male interpretatus. Libri, qui dicitur Iosuæ, capite v Deus præcepit Iosuæ, ut faceret sibi חַרְבוֹת צֻרִים quod illi vertunt, *cultros lapideos* vel *petrinos*. præterea etiam mysterium hac in ré venatur magnus ille Scholasticus Thomas Aquinas, dicitque cultro lapideô Messiam significatum, accommodatque huic negotio verba Pauli, quæ exstant 1 ad Cor. x v. 111. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. *Petra autem erat Christus.* Sed quid tandem est verba Scripturæ præter mentem & scopum dicentis adducere, si hoc non est? Verùm, ut redeamus ad rem, quamvis non negem צוּר rupem & petram designare, tamen etiam aciem & acumen hæc vox denotat, quod ex unico loco manifestum esse potest, Psal. scil. LXXXIX, vers. XLIV. ubi dicitur הֲשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ i. e. *recedere facis*, hoc est, *retundis mucronem sive aciem gladii ejus.* Vnde nihil nos cogit hîc per חרבות צריס intelligere cultros lapideos, cùm magis genuina versio est per cultros acietum, i. e. cultros acutos. Adstipulatur huic versioni nostræ Chaldæus paraphrastes, qui hoc loco habet אומלין חריפין cultros sive novaculas acutas. *Th. Wybinga.*

2. *succiderit inguinis oram*] His circumcisio describitur, quam nemo ignorat Iudæis familiarem esse, & non ab Ægyptiis ad illos, sed ab illis ad Ægyptios derivasse. Quippe cùm nihil unquam de circumcisione inaudiverant reliquæ gentes, Deus אל שדי patriarchæ Abrahamo & semini ejus hoc symbolum ac sacramentum fœderis sui tradidit, Genes. XVII, vers. XV. *Hoc est fœdus meum, quod observabitis inter me & vos, & inter filios tuos post te, circumcidetur vobis omnis mas.* Vnde meritò Iuvenalis Sat. XIV de iis ait, *præputia ponunt.* & Horatio dicuntur *Apellæ.* Etiam ipse hic Arbiter hoc ut proprium Iudæorum indicium recenset, inducitque Gitona hæc loquentem: *circumcide nos ut Iudæi videamur.* Præterea si penitius geminum hunc scitissimi authoris versiculum inspiciamus, videtur ille nobis ob oculos ponere receptum tunc temporis apud Hebræos circumcidendi ritum. Hic consistebat, primo in circumcisione κατ' ἐξοχὴν sic dicta, Hebræis מילה *milach.* secundò in פריעה *priah.* i. e. *denudatione*, nempe glandis. Hisce intermiscebant scioli eorum Rabbini ritum tertium, quem מציצה *mezizah* appellant, quod interpretari licet *exsuctionem.* unde loquentes de toto circumcisionis hoc negotio dicunt: מלין פורעין ומוצצין hoc est, *circumcidunt, denudant, & exsugunt.* Primum enim המוהל ille qui circumcisioni præest, extremam inguinis cuticulam abscindit, sive, ut ait Arbiter, *succidit inguinis oram.* hoc facto, ore (at quis non mirabitur hunc inficerum morem) mentulam arripit, ac sanguinem exsugit, velut Horatii,

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Denique idem ille המוהל pollicibus suis, unguibus probè ad illud armatis, reliquam cuticulam, qua parte penem circumtegit, discarpit, ac retro convolvit, eo usque ut glans penitus denudetur ac retegatur. hoc est quod Autor dicit, *Et nisi nudatum*, sive ut Casaubonus & quidem non malè, *nodatum solverit arte caput*, hoc ut diximus פריעה denudationem nominant Hebræi, de qua hoc axio-

Et nisi nodatum solverit arte caput,
[1] Exemptus populo, [2] Grajam migrabit ad urbem,
Et non [3] jejuna sabbatha lege premet.

Una

ma Talmudicum. מל ולא פרע אית עליה כאלו לא מל id est. *Qui circumcidit & non denudat circumcisionem, perinde est ac si non circumcideret.* Th. Wijbinga.

1. *Exemptus populo*] Expressum est mandatum hac de re Gen. XVII. ubi voluit Deus non tantùm ex Hebræa stirpe prognatos, sed etiam alienigenas, pecuniâ emptos, & vernas circumcidi, additâ hac clausulâ: *Mas præputiatus qui non circumcidit carnem præputii sui, exscindetur anima ejus ex populo eo.* Vnde etiam proselyti illi, Hebræis dicti גרי צדק *hospites justitiæ.* ut jus civitatis adipiscerentur, judæorum more se circumcidi passi sunt. præterea etiam hoc tempore, destructo licet templô & eversa politiâ, ad hanc suam circumcisionem, ut ad sacram anchoram Iudæi confugiunt, in hac ut sibi propria gloriantur, hanc retinent ut apertam ad cœlum ac felicitatem viam: specimen habe in his verbis: אינו שומע פה הגוים i.e. *Non exaudit* (Deus) *os gentium, sed Israëlitarum propter circumcisionem.* Hanc ergo circumcisionem qui non recipit, eum rejiciunt, omnes gentes ut ערלים *præputiatos* & גוי נבל *gentem fœtam* præ se contemnunt, & odio plus quam Vatinianô prosequuntur. Huc referendum illud Iuvenalis Sat. XIV.

Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos. Wijbing.

2. *Graja urbe*] Neapolim significari opinor periphrastice. Huic siquidem *Græca Vrbis* cognomentum peculiariter & quasi speciatim antiquitus tributum, de Varrone nostro Lipsio inquam, didicimus nuper. Vide quæ suprà adnotata sunt. *Dousa P.*

3. *jejuna sabbatha lege premet*] Aut hîc Author per *sabbatha* intelligit ferias quaslibet septimas, aut, more loquendi tunc temporis usitato, ipsam septimanam, quomodo Pharisæus ille apud Lucam Euangelistam cap. XVIII de se prædicat: νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, *jejuno bis in sabbatho*, i. e. in septimana. Si prius, locutus hîc est non secundum rei veritatem, sed juxta arreptam Romanorum de Iudæis opinionem. unde etiam apud Suetonium in Augusto cap. LXXVI. *ne Iudæus quidem, ni Tiberi, tam diligenter sabbathis jejunium servat, quàm ego hodie servavi.* dico hoc: non dictum ex rei veritate, quod satìs novit, qui in Talmude & priscorum Rabbinorum scriptis versatus est. ubi videbit omnia potiùs contraria. singulis enim sabbathis corpus quàm concinne ornant, vestes sabbathicas i. e. magnificas, induunt, epulis non unis per integrum diem indulgent. Imò tantum abest ut sabbathô jejunarint, ut etiam nec pridie ejus nec postridie hoc admiserint. non pridie, quia illa dies erat παρασκευὴ τοῦ σαββάτου, qua omnia ad proximum sabbathum præparari solebant, nec postridie: non tantùm quòd ea dies postmodum facta est festum Christianorum, sed etiam & vel maximè שלא יצאו מעונג שבת לצום ne sabbathi lætitiam mœror exciperet jejuniorum. Quodsi autem quis per *sabbatha*, ut dixi, septimanam intelligat, ab Arbitri forsan mente, non tamen a rei veritate aberrabit. Varius enim in septimana jejuniorum ordo & numerus fuit in populo Iudaico, præsertim tamen & ordinario, ut modo ex Pharisæo audivi-

mus

Vna est nobilitas argumentumque coloris
Ingenui, [1] *timidas non habuisse manus.*

* *

mus, iis bis in septimana vacabant. Dies his destinati erant secundus & quintus. Ratio ut & numerus horum dierum apud Rabbinos differunt. Author libri סוסר R. Iuda dicit eos jejunare feria quintâ, & secundâ, quia quintâ Moses montem Sinai adscendit ad accipiendam legem, & secundâ ex eo descendit. Idem auctor plura alibi superaddit, dicitque: quater jejunant in hebdomade; feria secundâ, tertiâ, quartâ & quintâ: secundâ propter nautas & eos qui per mare navigant, tertiâ propter eos, qui iter faciunt per deserta, quartâ ait היו מתענין מפני האסכרה i. e. jejunant propter האסכרה quod est angina, συνάγχη, ne scil. ea infantes invaderet. quintâ propter gravidas & parturientes; feriâ autem primâ non jejunant, quia festum est Christianorum. Hæc ille. Alias horum dierum rationes adfert, Volumen jejunii: Statuerunt Magistri nostri, ut jejunium esset feria secundâ & quintâ propter tres res; videlicet propter destructum templum, propter legem conflagratam, & propter probrum nominis divini. *Th. Wybinga.*

1. *Ingenui, timidas,* &c.] Dorleans: *in mortem timidas* --. Apul. lib. VIII ait *hoc esse animam virilem perflare. Romana mors* dicitur. Quod Martialis ostendit lib. I Epig. LXXIX, quem corrigo:

Indignas premeret pestis cùm tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues;
Siccis ipse genîs flentes hortatus amicos,
Decrevit Stygios Festus adire lacus:
Nec tamen obscuro pia polluit ora venenô,
Aut torsit lenta tristia fata fame;
Sanctam Romana *vitam sed* morte *peregit,*
Dimisitque animam nobiliore rogo:
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest: hujus Cæsar amicus erat.

Dixit *nobiliore rogo*, Quamquam nemo nobilium, qui præ impotentia & impatientia sibi lethum ciet. Nam pati satius & gloriosius quàm sua manucadere. Qui desperat, Deum exasperat nec bonum credit. At qui patitur, patiendo clementiæ Dei innititur. Vtique injussus miles stationem non deserit; sic nec bonus vir vitam. Apud Paganos *vetant leges Iovis*, ait Poëta: apud Christianos *leges* CHRISTI. Puto gladium hunc fuisse pugionem. Cæterùm noto in usu tales mortes fuisse apud Romanos non modo, sed & apud Massilienses, quibus, qui Senatui sexcentorum caussas justas expetendæ mortis aperuisset, ei cicuta ex publico dabatur. *Cognitione*, inquit Valerius, *virili benevolentia temperata, quæ nec egredi vitâ patitur, & sapienter excedere cupienti, celerem fati viam præbet, ut vel adversa, vel prospera nimis usus fortunâ (utráque enim finiendi spiritus via, illa ne perseveret, hæc ne destituat, rationem præbet) comprobato exitu terminetur,*

Suspecta isthæc & Petronii putantur.

T. PETRONII ARBITRI [1]EUSCIUS.

* * *

[2] Cerberus forensis erat causidicus.

* * *

Fœda est in coitu & brevis voluptas,
Et tædet Veneris statim peractæ.
Non ergo ut pecudes libidinosæ,
Cæci protinus irruamus illuc:
Nam languescit amor, peritque flamma.
Sed sic, sic sine fine feriati,
Et tecum jaceamuus osculantes;
Hic nullus labor est, ruborque nullus;
Hoc juvit, juvat, & diu juvabit;
Hoc non deficit, incipitque semper.

* * *

Accusare, & amare tempore uno,
Ipsi vix fuit Herculi ferendum.

* * *

— [3] *Et scuta latentia condunt.*

* * *

— *Torva solum sub fronte latebat.*

* * *

Delos,

1. Euscius] Apud Fulgentium in Expositione Virgilianæ continentiæ moral. secundum Philosophos, legitur, *Petronius in Euscio*, ubi aliàs in uno veteri cod. *Euscion*, in altero *Eustion*. fortè Ευσκιῷ (Opaco, *umbroso*). P. Daniel.

2. *Cerberus forensis erat Causidicus*] Lucill. Anthol. 11.

Οὐ δέχε) μάρκον τὸ ῥήτορα νεκρὸν ὁ πλούτων
Εἰπὼν, ἀρκείτω κέρβερος ὧδε κύων.
(*Non recipit Marcum defunctum rhetora Pluto,*
Quid? dicit, mihi tu, Cerberus hic canis est).

Varro Atac. *latrant fora, classica turbant.* Tertull. de Pallio: *Iura non conturbo, caussas non elatro.* Hinc *canina facundia.* Appio & Prudentio, *caninum studium.* Columellæ lib 1 *canina contentio.* Firmico lib. IV dicitur hoc *forense litigium.* Similia quædam habes apud Marcellinum lib. XXX. *Dousa F.* Vide Savaronem ad Sidon. lib. IV Ep. IV, & Rittershus. Ind. Symmachiano. *S. A. Gabbema.*

3. *Et scuta latentia*] Virgil. lib. III Æneid.

Delos, jam ſtabili revincta terra,
Olim purpureo mari natabat,
Et moto levis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta ſomnis.
Mox illam geminis Deus catenis
Hac alta Giaro ligavit, illac
Conſtanti Myconæ dedit tenendam.

* * *

[s] Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.

* * *

[s] *Dividias mentis conficit omnis* [3] *amor.*

* * *

Explicit. T. Petronius Arbiter.

Æneid. i. e. latè patentia. vide quæ notavit noſter S.G. Et mox: *ſub fronte latebat.* R. *latebant*, i. e latè patebant. *P. Daniel.*

1. *Catillata geris*] Fabius Planciades Fulgentius in expoſitione Sermonum antiquorum, in verbo *Catillare*, citat Propertium:

Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.

Sic enim in omnibus excuſſis. Fortè pro *Propertius* ſubſtituetur Petronius non male, ut & Scaligero viſum. nam Petronium & alibi in ſuis libris ſæpiſſime laudat. Quanquam in vet. cod. manuſcripto legitur, *Propertius.* Idem.

2. *Dividias mentis*] Sic apud eundem Fulgentium in verbo *Dividia* citatur Propertius; ubi etiam fortaſſe pro *Propertius* leg. *Petronius*, (quomodo idem Scaliger non male judicavit) quòd altera quoque manu in Propertium commutatum eſſe facilè apparet. certè hi duo verſus Petronium redolere non nobis tantùm, ſed & aliis viris ſagaciſſimis videntur. Porro apud Fulgentium legitur; *Dividias dixerunt triſtitiam.* In veteri exico; *Dividia, diſcordia, bellona.* Et, *Dividioſus, qui per ſuam diſcordiam alios lividit.* Id.

3. *amor*] Gabbemianæ ſeu Gonſalii editionis veſtigia preſſiſſimè ſecuti, libet ſubjungere quid de fragmentis hiſce in Wouwerianis editionibus exſtet, quod & repetit poſt priores titulos ſejunctim Frelloniana. Sic verò ibi, confirmatis quibuſdam præmiſſis, teſtimoniis veterum quòd Petronii, aut Petronii Arbitri: *Sed & hæc quoque viri doctiſſimi inter Petronii Arbitri reliquias retulerunt, quæ vel eorum fide ſuperioribus adjici patiamur; ſed meliora aliquanto & emendatiora: quamquam video in antiquis exemplaribus auctoris nomen pleriſque nullum præferri. Non eſt forma ſatis --. Non ſatis eſt quòd nos mergis --. Primus in orbe Deos fecit timor --. Nolo ego ſemper idem --. Vxor legitimus --. Inveniæ quod quiſque v. -- Nam nihil eſt --. Linque tuas ſedes --. Nam citius flammæ --. Fallunt nos oculi --. Somnia quæ mentes ludunt volitantibus umbris Non --. Iam nunc ardentes Auctumnus --. Sic & membra ſolent --. Hæc ait & tremulo deduxit vertice canos, Conſecuitque --. Sic contra rerum --. Nauſragus ejecta--. Omnia quæ miſeras--. Iudæus licet--. Candida ſidereis ardeſcunt --.* Tria inſuper referuntur (epigrammatia), quæ ut prioribus fere incertiora, ita hic ne quidem tanguntur.

P. PE-

P. PETRONII RHETORIS DECLAMATIO

* * *

QVid est judices, dolus? Nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet. Habetis dolum, accipite nunc malum.

PETRONII GRAMMATICI FRAGMENTA.

HOratius: *Quis te redonavit Quiritem diis patriis?* cujus nominativus est hic [2] *Quirites*.

* * *

Classica à calando, i. e. vocando, sunt dicta.

PETRO-

1. *Quid est, Iudices, dolus*] Ex Isidor. lib. 5 Etymol. c. 26, de Criminibus in lege constitutis: *Dolosus, infidiosus vel malignus, ab eo quòd deludit: aliud enim agit, & aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: Quid est, Iudices, dolus?* &c. Idem c. 27. *Dolus est mentis calliditas, ab eo quod deludat. Aliud enim agit,* &c. P. *Daniel. Quod l. dolet.* Itaque *dolus* à dolendo dictus est. videndus Savaro ad Sidon. lib. 5 Epist. 3. *Ge. Erhardus.*

2. *Quirites.* * *Classica*] *Quirit.* Sergius in Editionem II Donati: *Item Quirites dicit numero tantum plurali; sed legimus apud Horatium, hunc* * *Quiritem. vetus nominativus hic Quiris. Item idem Horatius; Quis te redonavit Quiritem Diis patriis? cujus nominativus erit hic Quirites, ut dicit Petronius.* Hunc putant quidam Grammaticum, quem citat Sergius. quod & facile crediderim, cùm inveniam in vet. libro *Petronium* citatum in explicatione vocabuli *Classicum*, ubi sic habetur; *(Classica:) Classicum dicitur ex Vegetio de Re militari lib.* 11. *quod buccinatores per cornu dent, quod insigne videtur imperii, quia classicum canit Imperatore praesente, vel cùm in militem capitaliter animadvertitur: & classica, auctore Petronio, à calando, id est, vocando sunt dicta.* P. Dan. *Quirites.* Diomedes lib. 1. *Quirites: sed Flaccus in Satyra Quiritem dixit,* Priscianus lib. 4. *In TIS quoque inveniuntur denominativa, sed antiquè prolata, penultimam naturâ vel positione longam habentia, ut Samnitis pro Samnis, sic Laurentis quoque pro Laurens, Tiburtis pro Tiburs teste Capro. Sic Quiritis pro Quiris, & Ceritis vel Ceretis pro Ceres, qui tamen nominativi non sunt in usu.* Augustinus in Arte; *Pluralia masculini generis, manes, Quirites, cancelli.* Vetus Grammaticus, qui est membraneus in bibliotheca Goldasti, in Artem secundam Donati: *Sunt alia pluralia tantùm masculini generis, ut hi manes, hi Quirites.* Et paulò pòst: *Quirites, qui & Romani. & Quirites dicti, quia Quirus dictus est Romulus, quòd semper hastâ utebatur.* G. Erhardus.

1. PE-

PETRONII AFRANII
EPIGRAMMATA.

Ad Martiam.

Avrea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
Mittis & hirsutæ munera castaneæ.
Omnia grata mihi, sed si magis ipsa venires,
Ornares donum pulchra puella tuum.
Tu licet adportes stringentia mala palatum,
Tristia mandenti est melleus ore sapor.
At si dissimulas multum mihi chara venire,
Oscula cum pomis mitte, vorabo libens.

De Hesperie.

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore
Hesperies teneræ officiosa manus.
Et pulchro pulchras strophio productа papillas
Gaudet utrumque sui pectoris esse decus.

De eadem.

Hesperie lateri redimicula nectit eburno,
Facta suis manibus, pectore digna suo.
Iam veteres iras Venus & Tritonia[2] *ponit:*
Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

De eadem.

Intertexta rosa Tyrii sub tegmine fuci
Involvet quoties mobile zona latus:
Ambrosium gemino potabit ab ubere rorem,
Et vere roseo fiet odore rosa.

De

1. PETRONII AFRANII EPIGR.] Nimirum ne quid deesset, quod aliæ exhibent, succedunt omnia, quæ editio continet plenissima Frelloniana (non sic Schonweteriana, cujus architectum Erhardum sentio fuisse, textu Petroniano post conceptas notas revisо & emendato, ut ex superioribus etiam judicare); pars heic: alia quæ veter. poëtarum Catalecta cluunt, quæ inter dux Priapus, post discerniculum; aliâ Tome.

2. *ponit*] al. *ponat*. Pith. Emend. in Epigramm. vett. *Ge, Erhardus.*

1. *pra-*

De Neptuno marmoreo aquas fundente.

Quàm melior Neptune tuo sors ista tridente ;
Post pelagus dulces heic tibi dantur aquæ.

De puteo excavato in montis jugo.

Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus amnes,
Qui dedit ignotas visere montis aquas ?

De Amphitheatro vicino mari.

Amphitheatrales mirantur rura triumphos,
Et nemus insignes cernit adesse feras.
Spectat arando novos agrestis turba labores,
Nautáque de pelago gaudia juxta videt.
Fecundus nil perdit ager, plus germina crescunt,
Dum metuunt omnes hic sua fata feræ.

Funambulus.

Stupea suppositis tenduntur vincula lignis,
Quæ fido adscendit docta juventa gradus :
Quæ super aërius [1] prætendit crura viator,
Vixque avibus facili tramite currit homo.
Brachia distendens gressum per inane gubernat,
Ne lapsa è gracili planta rudente cadat.
Dædalus adstruitur terras mutasse volatu.
Et medium [2] pennis prosecuisse diem :
Præsenti exemplo firmatur fabula mendax,
Ecce hominis cursus funis & aura ferunt.

De cretata facie.

[3] *Dum sumit cretam in faciem Sertoria, cretam*
Perdidit illa simul, perdidit & faciem.

De Narcisso.

Invenit propriis Narcissus frontibus ignes.
Et sua deceptum torret imago virum.

De

1. *prætendit*] *protendit*. Pith. Emend. in Epigramm. vett. *G. E.*
2. *penn. prosecuisse*] Melius, *pinnis persecuisse*. Pithœus d. l. *G. E.*
3. *Dum sumit cretam in faciem*] al. lib. *Dum cretam sumit faciem*. *G. E.*

1. *De*

De gallo gallinaceo.

Candida Phœbæo præfulgent ora rubore.
Crista riget radiis, ignea barba micat:
Alæ, colla, comæ, pectus, femur, ungula, cauda,
Præstanis lucent floridiora rosis:
Flammea sic rutilum distinguit pinna colorem,
Vt vibrare putes ignea membra faces?

[1] De cato.

Mordaces morsu solitus consumere mures,
Invisum & domibus perdere dente genus,
Catus in obscuro cepit pro sorice picam,
Multiloquumque vorax sorbuit ore caput.
Pœna tamen præsens prædonem plectit edacem,
Nam claudunt rabidam [2] cornea labra gulam.
Faucibus obsessis vitalis semita cessit,
Et satur escali vulnere captor obit.
Non habet exemplum volucris vindicta perenne?
Hostem pica suum mortua discruciat.

Vinum limphatum.

Infantem Nymphæ Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inventum sub cinere abluerant.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,
Sejunctus quod sit ignis, & urat adhuc.

Musarum elogia.

Clio secla retro memorat sermone soluto:
Euterpæ geminis loquitur cava tibia ventis:
Voce Thalia cluens soccis Dea Comica gaudet:
Melpomene reboans Tragicis ferveſcit iambis:
Aurea Terpsichoræ totam lyra personat æthram:

Fila

1. *De cato*] In vett. Epigrammat. à Pithœo editis, & Goldasti MSS. Codd. legitur, *De cato, qui comedens picam mortuus est.* G. E.

2. *cornea labra*] Rostrum picæ. Tibull. in Priap.

Senexve corvus, impigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.

Schopp. Comment. in Priape. Carmin. 83. *G. E.*

1. *pro-*

Fila premens digitis Erato, modulamina fingit :
Flectitur in faciles varioſque Polymnia motus.
Vranie numeris ſcrutatur munera mundi :
Calliope doctis dat laurea ſerta Poëtis.

In imbellem jactatorem.

Quum te Barbatæ referas de ſanguine cretum,
Vt tibi cognatus ſit Varitimna ferox :
Cur tua femineo cæduntur pectora ſocco,
Infamique manu barbula vulſa cadit ?
Deſine jam tibimet auctores fingere fortes,
Vimque tuis membris ſtirpis ineſſe tuæ.
Illa ſed audaci mage ſit de ſtirpe creata,
Audet quæ proprium ſternere calce virum.

De orbis diviſione inter Saturni filios.

Iuppiter aſtra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent ; tres tria, quiſque ſuum.

De elephante.

Monſtrorum princeps elephas [1] proboſcidis armis
Horret mole nigra, dente micat niveo.
Sed vario fugienda malo quum bellua gliſcat,
Eſt tamen ex certis mors pretioſa fera.
Nam quæ conſpicimus montani roboris oſſa,
Humanis veniunt uſibus apta ſuis.
Conſulibus ſceptrum, menſis decus, arma tabliſtris :
Diſcolor & tabulæ calculus inde datur.
Hæc eſt humanæ ſemper mutatio mortis,
Fit moriens ludus qui fuit ante pavor.

De electione conjugii.

Moribus & vultu mulier quæratur habenda.
Horrida nam facies multo celatur ab auro.

Si

1. *proboſcidis a.*] Erh. *promoſcid. a.* Scribe ex v. c. *preboſcidis*, & poſt ſextum verſum interjice ex eodem codice hos duos ; *Conſulibus ſceptrum*, &c. Pith. Emend. in Epigramm. vett. Baldus Catholicô : *Proboſcida, vel promoſcida, roſtrum elephantis : quia illâ pabulum ori admovet : & videtur Græce declinari, ut hæc proboſcis, dis : vel promuſcis, dis. Proboſcis* & *promoſcis* promiſcuè dici docet Gul. Formerius Not. in Caſſiodori Var. *G. E.*

1. *puella*

Si quis erit ſponſus talem qui ducat avarus,
Ipſe ſuam horrebit; feritas diſſolvet amorem.
Illa calens veniet, dorſum dabit iſte calenti,
Cogeturque ſuo ſuras ſubmittere aſello,
Concubitu turpi monſtrum paritura biforme,
Quemque ſuum mulier timeat pertingere natum.
Diſcite formoſas aurum ſuperare puellas.

M. PETRONII VENVSTIANI EPIGRAMMA.

Liberta & coniunx Petronia cara patrono
Thalluſa hoc tumulo condita luce caret.
Quæ bis vicenos complerat lucibus annos
Erepta eſt ſubitò conjugis è gremio.
Hanc ſic adſiduè deflet Petronius, ut jam
Deficiant oculos lumina cara ſuos.
Deſine per terras, infernas tendere ad arces:
Fata animam dederant, fata eademque negant.

PETRONII ANTIGENIDIS PISAVRENSIS EPIGRAMMATA.

De literarum æternitate, ad Appiam.

Hæc urbem circa, ſtulti monimenta laboris,
Quaſque vides moles, Appia, marmoreas
Pyramidaſque auſas vicinum attingere cœlum,
Pyramidas, medio quas fugit umbra die:
Et Mauſoleum miſeræ ſolatia mortis,
Intulit æternum quo Cleopatra virum:
Concutiet, ſternetque dies: quóque altius exſtat

1. *puellas*] Reliquâ P. Afranii huc ſpectantia jam p. 513, 14 alia occaſione adlata; Epigramma videlicet 5, 7, 9 & 10 in ordine. Vbi in decimi verſu antep. pro *tenet* leg. *teret*. Pith.

Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.
Carmina sola carent fato, mortemque repellunt.
Carminibus vives semper, Homere, tuis.

De Achille.

Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnere nato,
Confirmat Stygio fonte puerperium.
Sed quia fas nulli est humanam vincere sortem,
In membris tincti dant sibi fata locum.

De Telepho.

Telephus, excellens Alcidis pignus & Augæ.
Externæ sortis bella inopina tulit.
Nam Graji Trojam peterent cùm mille carinis,
Tangeret & classis litus adacta suum;
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Syria pugnanti percutit hasta femur.
Pro cujus cura consultus dixit Apollo,
Hostica quòd salubrem cuspis haberet opem.
Mox precibus flexi Pelidæ robore sacro
Injecto membris pulvere plaga fuit.
Monstrant fata viri vario miracula casu:
Vnde datum est vulnus, contigit inde salus?

In Xerxem.

Perses magnus adest, totus comitatur euntem;
Orbis. quid dubitas, Græcia, ferre jugum?
Mundus jussa facit: Solem texêre sagittæ:
Calcatur pontus: fluctuat altus Athos.

Item.

Hîc, quem cernis, Athos, immissis pervius undis,
Flexibus obliquis circumeundus erat.
Accepit magno deductum Nerea fluctu,
Perque latus misit maxima bella suum.
Sub tanto subitæ sonuerunt pondere classes,
Cæruleus cana sub nive pontus erat.
Idem commisit longo duo litora ponte

id. *Perses,*

Perses, & fecit per mare miles iter.
Quale fuit regnum, mundo nova ponere jura?
Hoc terræ fiat: hac mare, dixit, eat.

C. PETRONII HILARI PISAVRENSIS EPIGRAMMA.

Dis manibus Petronii Antigenidis.

TV, pede qui stricto vadis per senta, viator
Siste rogo, titulumque meum ne spreveris oro.
Bis quinos annos, mensesque duos, duo' soles
In superis feci, tenerè nutritus, amatus:
Dogmata Pythagoræ sensi, studiumque sophorum
Et libros legi, legi pia carmina Homeri,
Sive quot Euclides abaco præscripta tulisset:
Delicias habui pariter lususque procaces.
Hæc Hilarus mihi contulerat pater ipse patronus.
Si non infelix contraria fata habuissem.
Nunc verò infernas sedes, Acherontis ad undas,
Tetraque Tartarei per sidera tendo profundi.
Effugi tumidam vitam. spes, forma valete.
Nil mihi vobiscum est; alios deludite quæso.
Hæc domus æterna est: hîc sum situs, hîc ero semper.

PETRONII APOLLODORI, PONTIFICIS ROMANI, EPIGRAMMA.

Μητέρι τῇ πάντων θνητώντε θεώντε γενέθλῳ,
Ἀτλείθ' ὑψίστῳ καὶ συνιέντι τὸ πᾶν,
Τῷ πᾶσιν καίροις, θεμερώτερα πάντα θυόντε
Κριοβόλου τελετῆς ἤδετι ταυροβόλου,
Μυστιπόλος τελετῶν τοῦτον συνθήκατο βωμὸν,
Δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην.

Petronius Appollodorus, vir clariſſimus, Pontifex major, Quindecim vir ſacris faciundis, Pater ſacrorum Dei invicti, mithræ taurobolio criobolioque percepto, unà cum Rufa Voluſiana, Caji filia, conjuge, xvj Kalendas Iulias, Dominis noſtris Valentiniano & Valente Auguſtis tertiùm Conſulibûs, aram dicavit.

Hos verſus ſic tranſtulit Benedictus Hegius Spoletinus.

Cunctorum Cybelæ genitrici hominumque, Deûmque.
Excelſoque Atti, quem nihil orbe latet,
Qui facit ut pura celebremus mente quotannis,
Crioboli feſtos, Tauroboliique dies.
Qui cognomen habet de munere Apollinis, aram
Sacrorum Antiſtes marmoream hanc ſtatuit.

PETRONII LEVITÆ EPIGRAMMA.

LEvitæ coniux Petronia, forma pudoris,
His mea diſcedens ſedibus oſſa loco.
Parcite vos lacrymis dulces cum conjuge natæ,
Viventémque Deo credite flere nefas.

ALCIMI

De Virgilio & Homero.

Mæonio vati qui par aut proximus eſſet,
Conſultus Pæan riſit, & hæc cecinit.
Si potuit naſci quem tu ſequereris, Homere,
Naſcetur qui te poſſit, Homere, ſequi.

EVGENII V. C.

Occumbunt fixi jaculo, mucrone, ſagitta,
Ora, latus, jugulum, Scæva, Rufinus, Atis.
Brutus Atim perimit, Milo Scævam, Cotta Rufinum:
Græcus Atis, Medus Scæva, Rufinus, Arabs.

Iam vi

Iam vir Atis, sed Scæva puer, juvenisque Rufinus :
Dux Atis, armiger at Scæva, Rufinus eques,
Scæva nothus, generosus Atis, de plebe Rufinus,
Magnus eques, medius dux, famulusque minor.
Flavus Scæva, niger Atis, inter utrumque Rufinus,
Blandus Atis, patiens Scæva, Rufinus atrox,
Absque modo largus, lascivus, parcus, avarus
Laudis Atis, formæ Scæva, Rufinus opum.
Arcu Scæva bonus, Atis armis, jure Rufinus :
Voce Rufinus, Atis carmine, Scæva lyra :
Scæva pila, cursuque Rufinus, Atisque palæstra,
Ore Rufinus, Atis corpore, Scæva coma.

[1] DOMINI EVANTII V. C.
De Ambigenis.

Hæc sunt ambigenæ, quæ nuptu dispare constant.
Burdonem sonipes generat commixtus asellæ :
Mulus ab Arcadicis & equina matre creatus :
Tityrus ex ovibus oritur hircôque parente,
Musinonem capra ex vervegno semine ginit :
Apris atque sue setosus nascitur Ibris :
At lupus & catula formant coëundo lyciscam.

Q. CICERONIS
De mulierum levitate.

[2] *Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,*
Namque est feminea tutior unda fide.
[3] *Femina nulla bona est :* [4] *&, si bona contigit ulla,*
Nescio quo fato res mala facta bona est.

PEN-

1. DOMINI EVANTII V. C. *De ambigenis*] V. C. DOMINI EVANTII. al EVGENII, *de ambigenis animantibus.* Pith. Emen. in Epigr. veterum. G. E.

2. *Crede ratem ventis*] Nescio an Cicero, certè quidam illi adscribunt, alii Eumolpo cuidam, cæteri vel Petronio, vel cuidam Porphyrio poëtæ Christiano; ego puto esse Petronii, qui Eumolpum dicentem introducat. Delrio Comm. in Hippol. Senec. v. 537.

3. *Femina nulla bona est*] Ne unam quidem reperiri mulierem probam adfirmat: & siqua fortè bona reperiatur, nescire se inquit, quo fato res mala potuerit fieri bona. Scip. Gen-

PENTADII,

De vita beata.

Non eſt (falleris) hæc beata, non eſt,
Quòd vos creditis, vita, non eſt,
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo jacere lecto,
Aut pluma latus abdidiſſe molli,
Aut auro bibere, & cubare cocco.
Regales dapibus gravare menſas,
Et quidquid Libyco ſecatur arvo,
Non una poſitum tenere cella:
[1] *Sed nullos trepidum timere caſus,*
Nec vano populi favore tangi,
Et ſtricto nihil æſtuare ferro.
Hoc quiſquis poterit, licebit illi
Fortunam moveat loco ſuperbus.

EXPLICIVNT.

tilis append. Not. in Apul. n. 93. G. E. 4. *&, ſi bona contigit ulla*] Douſa: *vel, ſi bona contigit ulli.*

1. *Sed nullos trepidum timere caſus*] Senec. de Beata vit. c. 5. *Poteſt beatus dici, qui nec cupit, nec timet.* Et Epiſt. 24. *Objurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiſcunt, &* quæ ibidem ſequuntur. Idem lib. 6 Quæſt. natur. c. 32. *Mori nec rogaveris, nec timueris.* Paris ejuſdemque ut rei, ita elegantiæ eſt Mart. epigramma:

Vitam quæ faciunt beatiorem,

cum hoc Pentadiano, quod legiſſe relegiſſéque juvabit. Raderus ad Martial. lib. 10 Epig. 43. G. E.

SVL-

[1]SVLPICIÆ SATYRICON CARMEN,

sive ecloga de edicto Domitiani, quo Philosophos Vrbe exegit.

M Vsa, quibus numeris heroas & arma[2] *frequentas,*
Fabellam permitte mihi[3] *detexere paucis.*

Nam

1. SULPICIÆ SATYRICON] ex Iani Dousæ & I. P. Lotichii editionibus insertum, cum schediasmate seu commentariolo ejusd. I. Dousæ P. *Sulpicia.* Fuit & per hæc tempora *Sulpicia*, ex nobilissima Sulpiciorum familia, quæ nitida admodum & casta Poëmata scripsit. Virum habuit Calenum, cum quo annos xv amantissimè & conjunctissimè vixit. Mariti & uxoris meminit Sidonius Apollinaris, sic inquiens:

* *Non quot Sulpiciæ jocos Thaliæ*
Scripsit blandiloquos suo Caleno.

Extat & elegans Martialis Epigramma (lib. 10, 35) maximum pudicitiæ & poëticæ hujus Sulpiciæ testimonium:

Omnes Sulpiciam legant puellæ,
Vni quæ cupiunt viro placere.
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Vni quæ cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestæ,
Scyllam, Byblida nec fuisse credit:
Sed castos docet & pios amores,
Lusus, delicias, facetiasque.
Cujus carmina qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Ægeriæ jocos fuisse
Vdo crediderim Numæ sub antro.
Hæc condiscipula, vel hac magistra
Esses doctior & pudica Sappho:
Sed tecum pariter simulque visam,
Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra. Namque ea nec Tonantis uxor,
Non Bacchi, nec Apollinis puella,
Erepto sibi viveret Calenô.

Extat & Poëma Hexametris versibus conscriptum, de Domitiani Cæsaris temporibus, quod huic ipsi Sulpiciæ adscriptum est, tametsi alicubi inemendatum adeò, ut dubitari possit. Hactenus L. Greg. Gyraldus de Lat. Poët. Dial. IV. cui & alterum quoque ejusdem Poëtæ Epigramma, (lib. 10, 38) Caleno Sulpiciæ marito inscriptum, adsuas licebit:

O molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua jugales
Iudulsit Deus, & peregit annos!
O nox omnis, & hora, quæ notata est
Caris littoris Indici lapillis.
O quæ prælia, quas utrinque pugnas
Felix lectulus & lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerotianis!
Vixisti tribus, ô Calene, lustris.
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos, vel unam
Malles, quam Pyliam quater senectam.

I. Cæs. Scaliger l. VI Poëtices, qui Hypercriticus inscribitur: A fœmina incipiendum est. Ajunt enim SULPICIAM fuisse temporibus Domitiani. ejus Satyra falsò Ausonio attributa fuit: satis enim patet à fœmina factos versus, in quibus Musam cultricem appellat suam: quæque ait sese primam docuisse Romanas mulieres posse cum Græcis Poëtriis comparari:

Nam tibi seceſſi, tecum penetrale retractans
Conſilium : quare nec carmine curro Phalæco,
Nec trimetro Iambo, nec qui pede fractus eodem
Fortiter iraſci didicit duce Clazomenio.
Cætera quinetiam, quot denique millia luſi,
Primáque Romanas docui contendere Grajis,
Et ſalibus variare novis, conſtanter omitto :
[1] *Teque quibus princeps & facundiſſima, calles,*
Aggredior precibus deſcende clientis, & audi.
[2] *Dic mihi Calliope, quidnam pater ille deorum*

Cogi-

Primáque Romanas docui contendere Grajis.

In ea multum dexteritatis, ad Satyricam amarulentiam aſpirantis. Numeri verò, ut in eo genere poëmatis, non contemnendi. Igitur ut tam laudabilis Heroinæ ratio habeatur ; non auſim objicere ei judicii ſeveritatem.

2. *frequentas*] Pro *concelebras*, proinde ut Carus loquitur, hoc eſt, celebres concinnas, reddiſque honoratos ac inſignes.

3. *detexere*] Eleganter ſanè, pro *pertexere*, & ad exodium uſque perducere ; eſtque metaphora à tela, ad rei patrandæ conſilium. Titinnius Fullonib. *Quæ inter decem annos nequiſti unam togam detexere.* Adde à Comico noſtro :

Neque exordiri primùm, unde occipias, habes,
Neque ad detexundam telam certos terminos.

1. *Teque quibus princeps, & facundiſſima calles, Aggredior*] Quid hoc ſibi velle dicam, neſcio. nihil enim ineptius, indigniuſve adeò laudabili ac pererudita Sulpiciæ gentis Heroide ; cujus exiſtimationis ratione ſi pro perſonæ matronalis dignitate habere voluerimus, totam pænè prioris Hemiſtichii partem, retexamus neceſſe erit. Sed enim hoc abſque auctoribus libris infirmum, neque adeò tutum ſatis : quos quidem ego ſuffragatores ſi haberem mihi, lubenter herculè repoſuerim :

Teque tuoſque præs quèis facundiſſima, colles

Aggredior ---. vel etiam, *calles.* Anonym. MS. ad edit. Douſæ: Hanc emendationem probare non poſſum; recedit enim nimium quantum à literarum veſtigio. *Callere principem*, pro *eſſe & dici*, duriuſculum eſt, imò barbarum. Nonne leg. *Teque q. p. & facundiſſima cluvis. Cluvis* pro *clus* geminato *v.* ſic veteres ſcripſere, Ennius, Lucret. Plautus, alii. Vel ſcribe, *Teque q. p. e. f. collis.*

2. *Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum*
Cogitat ? an terras, & patria ſecula mutat ?]

Mirum, ni ad aureum illud atque ex omni parte beatum Flavii patris, ac Titi Veſpaſiani filii ſeculum reſpexerit Poëtria noſtra, cujus adeò memoria, imò ſublati ex oculis deſiderium potiùs recens etiam tum mortalium animis obverſabatur, ac tantum non impreſſum reſidebat : & quidem eò firmiùs, ac propiùs medullis, quò major Reipublicæ mutatio facta, Domitiani ſucceſſoris inſolentiâ maximè, terribilis cunctis & inviſi. Meritò : quippe quem non ſolùm magnæ, ſed & callidæ inopinatæque ſævitiæ

Cogitat? an [1] terras & patria secula mutat?
Quæsque dedit quondam, morientibus eripit artes?
Nosque jubet tacitos, etiam rationis egenos,
Non aliter, primo quam quum surreximus ævo,
Glandibus, & puræ rursus procumbere lymphæ?
An reliquas terras conservat amicus, & urbes;
Sed genus Ausonium, Romulique exturbat alumnos?
Quid reputemus enim? Duo sunt quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.

[1] *Sed*

vitiæ Imperatorem fuisse, perhibet Suetonius. *Patria* ergo *secula* haud alia utique, quàm Saturnia illa omnium poëtarum præconiis celebrata.

1. *terras &*] Quid si? *ferro jam.*

2. *Nosque jubet tacitos, etiam rationis egenos*] Pro *etiam* scribo *& jam. Nosque* &c. *egenos.* Hoc est, inopes *bonæ mentis*, sive consilii, nec jam rationis amplius, vel judicii ullius sanioris compotes, veluti muta (hoc enim τὸ *tacitos* vult sibi) pecora sub jugum missa, vel (cum Flacco ut dicam)

Iniquæ mentis asellos auriculas demittentes,
Quum gravius dorsò subiere onus.

eâdem illa quam memoravi modò, tyrannica Domitiani dominatione oppressos, ac modò non redactos ad extremissimam rerum omnium penuriam ac desperationem. An hoc potiùs quærit Sulpicia, quod sequenia confirmant oppidò, utrúmne Iori decretum sit, consentientibus Fais, artium, doctrinarum, ac disciplinarum omnium universo mortaium generi oblivionem inducere aliquando; vitæque istius melioris præmia cultumque, Atticæ inquam Phiosophiæ *Bonæque mentis* ac humanitais studia, divinitus antea dilargita nobis, in perpetuum porrò dedisce e jubere, ad primi illius ac rudis ævi nfantiam & plùs quàm brutam studitatem revocatos? videlicet, ut omnis agriculturæ expertes, Cereri ac Libero renunciantes, ad glandes rursum ac Acheloja pocula post tot seculorum secula nescio quo postliminii jure versoriam denuo capiamus? an magis necessitatem istam Fatalem nobis, hoc est, uni Italicæ genti solisque Romuli nepotibus interminatur Iuppiter, quos summis opibûs atque industriis, reliquarum etiam nationum, imò hostium salute maximè, exterminatos perditosque expetit, Capitolio ipsus suo iratus infestusque, ULTORIS scilicet, ne dicam PRÆDATORIS cognomine assumto sibi: CUSTODIS ac CONSERVATORIS deposito. ubi tamen [in sequentibus] legendum fortè:

Remulique exturbat alumnos.

Non uti in exemplari nostro visitur *Romulique.* repugnante numerorum ratione. Romulum enim & Remum identidem à poëtis confundi videmus, alterumque pro altero promiscuè nominari: interdum utrosque pariter conjungi simul, ut æquum est Fratres, & quidem germanos geminos, sicuti apud Catullum,

At vobis mala multa Dii Deæque
Dent, opprobria Romuli Remique.

Propertius autem, *Regna Remi* pro urbe Roma posuit, cum ait:

Regnáve prima Remi aut muros Carthaginis alta.

[1] *Sed virtus agitata domi, & socialibus armis,*
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exiit arces,
Cæteraque imperia, & totum simul abstulit orbem,
Omnia bellorum terra quæsita, marique.
Deinde velut stadio victor qui solus Achæo
Languet, & immota secum virtute fatiscit:
Sic itidem Romana manus contendere postquam
Destitit, & pacem longis frænavit habenis,
Ipsa domi leges & Graja inventa retractans,
Omnia consilio, & molli ratione regebat.
Stabat in his, neque enim poterat constare sine ipsis,
Aut frustra uxori, mendaxque Diespiter olim,
Imperium Sine fine dedi, *dixisse probatur.*
[2] *Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,*

* *Non*

1. *Sed virtus agitata domi, & socialibus armis*] Bene addit *socialibus* ad externorum bellorum & Asiaticorum discrimen, quæ quidem non pro vera gloria aut Reipub. salute, sed pro præda scelerumque ac flagitiorum omnium impunitate susceptа videri poterant, jam indè à Sullanis temporibus maximè, quæ teterrima luxuriæ omnis ac nequitiæ fomenta victoribus subministrarunt. Quod verò ibidem subjungit protenus *Virtutem eam* seu fortitudinem Populi Romani, quam domi, ac socialium bellorum procellis acriter multúmque ac diu exercitam memoraverat modò, *in freta demum Sicaniæ & Carthaginis arces exiisse*, hoc est, desiisse, modumque in hostem pugnandi, & quasi pausam feciisse sibi, innuit à Romanis post Siciliam, *Longumque* ac *Magnum* illud Mediterraneum pelagus in Imperii unius dominationem redactum, Carthaginemque eversam, Punicæque æmulationis omnes reliquiarum reliquias extinctas: omni Gallia denique cis Rhenum atque inter Mare supra dictum atque Oceanum, nisi quæ à paludibus invia fuit, perdomita; sic quasi effœta parente (id quod in Catilina conqueritur Crispus) nihil præclarum postea aut memorabile quod esset, belli militiæque patratum. quippe quibus hostis nullus exercitor supereſſet jam amplius, in quo oppugnando vera & antiqua illa Romana virtus enitescere posset. ideóque depositа armorum curâ ad literarum studia, pacisque artes, ac sapientiæ præcepta in tempore devolutos animum tandem requieti adjecisse: atque ita optimè constitutam Rempub. in otio ac tranquillitate sustentasse facillimè. Cæterùm ordo turbatus versuum sic nobis concinnandus, legendumque videtur:

Roma caput --- ---
Sed virtus --- ---
(Cætera quæ -- orbem)
In freta Sicaniæ ---
Deinde velut stadio -- Achæo &c.
Ipsa domi leges --- ---
Omnia bellorum terra quæsita marique
Præmia consilio & molli rat. reg.
Stabat --- ---

2. *Nunc igitur, qui res Romanas imperat inter*] Mira Latinitatis ratio, & non

* *Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluvie albus,*
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque
Omnia abire foras, atque urbe excedere jussit.
[1] *Quid facimus? Grajos, hominumque reliquimus urbes,*
Vt Romana foret magis his instructa magistris;
[2] *Nunc Capitolino veluti turbante Camillo*
Ensibus & trutina Galli fugere relicta,
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
Vt ferale suos onus exstirpare libellos.
Ergo Numantinus, Libycusque erravit in isto
Scipio, qui [3] *Rhodio crevit formante magistro,*

Cætera

non nostri stomachi, ægrè hanc ipsam concoquentis. quamobrem fuit tempus, quum *Res* istas *Romanas* ita interpolandas putarem:

Nunc igitur, qui Rex Romanos imperat inter,

ut invidiosè Domitiani plusquam Regium dominatum sugillet Poëtria nostra: tum phrasim illam, *Imperat inter Romanos*, sic dictam interpretemur, quomodo Propertii istud:

Vt regnem mistas inter conviva puellas.

nisi si quis, *temperat*, rescribi maluerit, quod etiam sine ulla Præpositionis virtute, *Romanis* ipsis accusandi casu positis temperandis sat esse possit. Sed verò, *inter* istud tantùm non cerebrum excutit nobis, & mirum, ni ratione poëtica retro cum τῆς *Rex* construendum, ut ne id quidem Domitianô dignum habeat Sulpicia, quem vel legitimum Regem appellet, innuens puto, Principatum ejus brevî dilapsurum, id quod etiam Calliopen suam vaticinantem inducit postea, neque multò secus, quàm si cum Interregia potestate summæ rerum præfuisset modò, Imperiô excisurum.

1. *Quid facimus? Grajos, hominumque reliquimus urbes*] Saltùm ac Satyricum; quasi verò non alia natio quàm Græca in hominum lustro reponi digna, solique Achivi modo humanitatis laude censeri possint.

2. *Nunc Capitolino veluti turbante Camillo, Ensibus & trutina Galli fugere relictâ, Sic* &c.] Camillus enim Gallos in captivo auro pendendo deditos atque occupatos de improviso adortus Româ pepulit. Proin, *turbante*, hoc loco absolutè positum observabis: Sic Cælius ad M. Tullium: *M. Servilius, postquam ut cæperat, in rebus omnibus turbarat.* Sed clariùs aliquantò Plautus noster Bacchid: *Turbat equus lepidè ligneus.* & passim alibi. Etiam, *Ensibus*, scripsi, spreta earum Editionum scripturâ, quæ *Lancibus* habent: ut respiciat ad illud scilicet, quod Roma captâ ab iisdem Senonibus illis quos dixi, Brennus eorum Rex, dum aurum ex pacto adpenditur, de iniqua ponderum exactione querenti Ap. Claudio, adjecto ad pondera gladiô responderit, Væ VICTIS! Vide Festum.

3. *Rhodio*] *Panætio* natione *Rhodio* philosopho Stoico; à Suida qui 2 Panætios memorat *Minor* dictus. Vid. Cic. 1 Tusc. & in Lucull. Adhibe & Patercul. lib. 1. *Anonym. MS.* ad edit. Douzæ.

1. *Cate-*

[1] *Cætera & illa manus bello fecunda fecundo,*
[2] *Quos inter prisci sententia dia Catonis*
Scire adeo magni fecisset, [3] *utrumne secundis,*
An magis adversis staret Romana propago.

Scilicet

1. *Cætera*] *que illa manus bello fecunda* (al. *facunda*) *fecundo.* Bellum Punicum secundum intelligit, qua tempestate efflorescere maximè ac sese extollere cœperunt Romana ingenia, juxta Veteris illam Poëtæ sententiam:

Punico bello secundo Musa pennato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem feram.

2. *Quos inter prisci sententia dia Catonis*] *Prisci* hic non epithetum est, sed cognomentum quo à Romanis insignitus Cato. Auctor Plutarchus. eò dico, ne quis hoc ipsum ad Censorii illius ætatem falsò pertinere persuadeat sibi; neque aliter Horatii locusaccipiendus libri iij Od. xxj.

Narratur & Prisci Catonis
Sæpe merò maduisse virtus.

ubi *Prisci Catonis virtutem* pro Catone ipso summa virtute prædito positam, operæpretium est observare. Proinde & capitali litera utrobique scribendum. Sed & postremum Hexametri hujus Hemistichium quis ab Horatio esse non videt ita lib. 1 Satyr. 11 scriptitante:

Macte --- ---
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.

ad imitationem Lucilliani illius maximè:

Valere sententia dia.

3. *Utrumne --- Scilicet adversis* [Hoc est, facilè scias adversis potius, quàm secundis consistere Majestatem Imperii Romani. est enim *Scilicet*, scire licet. quomodo & *videlicet* apud Plautum, pro *Videre licet*. Neque quicquam hacce sententia verius. unde & Nasica ille ad reprimendam nequitiam, servandosque optimos illos, hoc est, antiquos mores (quibus *rem Romanam stare* potissimùm Ennio quoque persuasum fuerat jam olim) cujusmodi scilicet in Pop. Romano inter secundum & postremum bellum Carthaginiense maximè viguisse, non quidem amore justitiæ, sed formidine infidæ pacis, cognitum nobis ex Fragmentis Sallustianis: Nasica ille inquam Cordatus, quamvis Catone adversante, ut metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat everti. quòd ut, cum iis quæ sequuntur, rectiùs etiam intelligatur, nonnulla argumento huic consentanea ex Catonis ipsius Censoria pro Rhodiensibus oratione, apud Agellium lecta, huc oblata bellissima occasione transcribam. sunt verò hæc ex v Originum ejusdem libro à politissimo illo Atticarum Noctium auctore nobis quasi per manus tradita: *Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellentem atque superbiam, atque ferocitatem augescere atque crescere,* (ubi item notabis duarum linearum spatiò Conjunctionem *Atque* iteratam plùs minùs quinquies) *quod nunc mihi magnæ curæ est, quòd hæc res tam secundè processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confricet, neve hæc lætitia nimis luxuriosè eveniat. Adversæ res se domant, & docent quid factò opus sit. Secundæ res lætitiâ transvorsum trudere solent à rectè consulendo atque intelligendo.* Et deinde postea:

Atque haud scio, an partim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ causâ id voluerunt evenire; sed enim metuêre, si nemo esset homo quem vereremur, quicquid libêret, faceremus.

1. *Con-*

Scilicet adversis. nam quum defendier armis
Suadet amor patriæ, & captiva penatibus uxor,
[1] *Convenit ut vespis, quarum domus arce Monetæ,*
Turba tegens strictis per lutea corpora telis. *
[2] *Ast ubi apes secura redit, oblita favorum* *
Plebs, fraterque una somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur longa & gravis exitium pax
[3] *Hæc fabella modo pausam facit. optima posthac*
Musa, velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas
Vivere, uti quondam Lydus, dum Smyrna peribat,
Nunc itidem migrare velint. vel denique quidvis
Vt Dea, quære aliud. [4] *tantum Romana Calenos,*
Mœnia, jucundos pariterque adverte Sabinos.
Hæc ego. tum paucis Dea me dignarier infit.
Pone metus æquos cultrix mea: summa tyranno
Hæc instant odia, & nostro perituras honore est.
[5] *Nam laureta Numæ, fonteſque habitamus eosdem,*

Et

1. *Convenit ut vespis*] *Convenit* pendère à *Penatibus* videtur, ut dicat Satyrica, *Penatibus*, hoc est, cultoribus Penatium & domorum Vrbis statim, ubi quid adversi coortum est, convenire inter se concorditer, unoque animo in hostem pergere, quamvis inimicissimis antea. Cæteroqui quónam, *Convenit* istud, aliò referri possit, non video.

2. *Ast ubi apes -- Plebs fraterque --*] Quid est *frater?* nescio equidem, *neque ego istud verbum emissim titvilitiô.* Itaque non dubito, quin *Plebs*, *Patresque* scripserit Sulpicia: apum situ marcescentium Rempubl. concilia, ducesque ac vulgus, Senatui Populoque Rom. (quos quidem Plebis, ac Patrum nomine comprehendit) jam murcido prorsus, incultuque proinde ac socordiâ torpescenti, aptissima utique similitudine componens ac circumscribens.

3. *Hæc fabella modo pausam facit*] Malim potiùs:
Hoc fabella modo &c.

4. *tantum Romana Calenos Mœnia, jucundos pariterque adverte Sabinos*] Emendandum *Caleno*, item *averte Sabinos*, non *adverte*. unum enim hoc deprecatur Sulpicia, ne conjugi suo, (à quo tenerrimè amari sese, certissimis experimentis cognitum ac provisum habebat) in tanta Reipublicæ perturbatione, Musis scilicet, cum omni disciplinarum cœtu, importunissima Tyrannici Edicti proscriptione procul emigrantibus, carissimo Caleno inquam Romæ porrò lubeat permanere, cæli Sabini desiderium, atque Vrbanum illud Togatæ comitatis otium uxoriis complexibus præferenti.

5. *Nam Laureta*] Ex persona Calliopes. Quò non inscitè accommodare poteris illa Iuvenalis, ex Satyr. III de Vmbritio Româ itidem emigrante, & quidem iisdem penè temporibus

Et comite Egeria videmus inania cœpta.

[1] *Vive, vale. manet hunc pulchrum tua fama dolorem*
Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.

[2] *Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres:*
Pæne fuit tanti non habuisse duos.

poribûs de quibus apud Musam suam tanta cum indignatione queritur Heroina hæc nostra:

Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam:
Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.
Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Judæis, quorum cophinus, fenumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere jussa est
Arbor, & ejectis mendicat silva Camœnis.
In vallem Ægeriæ descendimus, &c.

1. *Vive, vale: manet hunc pulchrum tua fama dolorem*] At concinnior extitura sententia videtur, si, *sua*, pc tius rescribatur. addit postremò pro missi sui præstationem:

Musarum spondet chorus, & Romanu Apollo.

Propter Ædem Apollinis Palatin scilicet ac Bibliothecam inibi ab Au gusto jampridem consecratam, qu de re plura Commentariolum no strum Horatianum, qui volet, con sulito.

2. *Flavia*] De eodem *Domitiano* re feruntur & hi versus à veteri Inter prete Iuvenalis ut M. Valerii Martia lis, quos, quia inter edita ejus Epi grammata non exstant, adjicere vi sum est.

FINIS.

INDEX

Rerum & Verborum

IN

T. PETRONII SATYRICON,

Nudo numero textum, addito a, b columnam Commentarii 1, 2, currentibus (ut vocant) literis Fragmentum Tragurienſe indicantibus.

A Capillis uſque ad ungues. 364. à matre. 306.
A Græculo apes vernaculæ fiunt meliuſculæ. 130, 31. *Iove mel.* 210. *Tarento emit arietes.* 130.
Ab acia & acu mi dixit. 292. *aſſe crevit.* 150. *Athenis juſſit adferri.* 130. *hoc epigrammate cœpit eſſe mentio.* 200. *hoc ferculo ſurrexit ad laſanum.* 144. *oculo legit librum.* 185.
Ab extrema parte verbi. 303.
Abduxit domum. 337.
Abeo: abire præcipitem. 45. *abiit.* 149. *vinum in cerebrum.* 145, 46. *abiſtis dulces carica.* 244, 45.
Aberrat ſuſpicio. 199. *tunica ſupra genua compoſita.* 259, 60.
Abigeret famem à labris. 174.
Abjicio: abjicere laſſitudinem. 58. abjici in lecto. 73. Abiectus. 303.
Abjiciet animam. 280.
Abocellus. 237. b.
Abſentivus. 105.
Abſtinax. 148.
Abſtinere ſe à quo. 332.
Abſyrtus Medeæ frater. 379. a.
Abundanti cornu copioſa Fortuna. 88.
Ἀβυρτίκη, ſcitamentum. 158. a.
Acaciæ rivi. 65.
Accedere circulis ludentum. 78. *accedit rumor ad nos uſque.* 231. *ad aurem.* 196.
Accipere hereditatem. 152. *acceptus quomodo eſſet, quæſivit.* 249. accipere rationes. 91. injuriam. 70.
Accipiter Apollini ſacer. 313. a.
Acclamatio nuptialis. 72. a.
Accubitoria veſtimenta. 95.
Accuſare errorem. 47.
Acetabula. 210.
Acidum canticum. 97.
Acriculus. 137. a.
Acroama novum. 297.
Actio putidiſſima. 276.
Actores primarum, ſecundarum, &c. partium. 305. a.
Actuarius. 196.
Acumen concionum. 45, 46. calumniantium. 46.
Acupedius. 287. a.
Acus comatoria. 55. gemmis ornabatur. *ib.* b.
Ad as, pondus, nummum. 224. *arcum veterem.* 156. *aurem acceſſit.* 196. *beſtias dare quem.* 165. *dictata pugnare.* 169. *lacrymas uſque.* 212, *laſanum ſurrexit.* 144. *latus ſervulum habebis.* 171. *mare habet hoſpitium.* 295. *numerum caryotas diviſere.* 142, 43. *officium redimus.* 243. *officium veniunt.* 280. *ſalivam facit.* 180. *ſonum converſus Trimalchio.* 143. *ſummam.* 130, 169, 213, 270. *ad villam ſupremum d. obiit.* 236. *villam venias.* 170. *ultimum recitavit totum teſtamentum.* 270.
Ad cauſas agere. 45. conſtitutum venire. 45. interdictum venire. 38. ſummam. 95. 370. teſtimonium citare. 8. tubicines mittere. 446. urbanitatem pertinere ſuſpicabamur. 125.
Adcognoſco. 263.
Addicere caput in mortem. 167. b. minoris. 42.
Adducere emptorem. 37.

Adeò

Adeò zaplutus est. 127.
Adfero : attulissem mihi damnatas manus. 303. *adferri ab Athenis jussit apes.* 130. *mihi nihil novi potest.* 137. *sibi vasa Corinthò dicebat.* 187. *adlata est epidipnis.* 264. *adlatus est elixus vitulus.* 230.
Adhamare. 16. b.
Adhuc non cœnastis ? 280.
Adiectiva διχλῶς in IS & VS. 233.
Adjicio : adiecit. 137. *adiecta exceptione.* 247. adjicere verbum. 48.
Adjuvo : adjuvaturos nos div. provid. 51. adjuvit hilaritatem. 62.
Adjutasses nobis. 239.
Adligo arctissimis complexibus te. 55. adligavit pedes nostros, manus. 55. *adligata in mappa.* 253. *adligatus fasciis cruralibus.* 140.
Admiratio timiditissima. 337.
Admitto : admitti in diversorio. 53. *admissus Cæsarem.* 190.
Admoneo : admonet me domina. 253. *admonitus canis calce, ut cubaret.* 246. *hoc officio, jussit.* 246.
Adnuere de aliqua re. 52.
Adpello fidem memoriæ. 335.
Adplicat se toro. 257. curiosum oculum per rimam. 72. mentem magnis. 16.
Adprobo me Eumolpo. 509. a. *adprobat jus ex æquo.* 280, 81. *pondus.* 158.
Adstrinxi toto pectore. 335.
Adventitiâ excipere. 332.
Adventores. 332. a.
Adversarius 219.
Adversus Norbanum se extendit. 174
Adulatores ficti. 12. describuntur. *ib.* & 13. ostrò jacent. 315.
Advocatorum fallaciæ. 43, & *seqq.*
Advocati nocturni. 43.
Advocationem commodare. 348.
Adurebat quecunque ibat terram. 156.
Ædicula. 89. ædicularum custos. 332.
Ædificas monumentum meum? 270. *ædificavi naves.* 489.
Ædilis trium caunearum. 159, 60. *ædilium edicta.* 196. *ædilibus malè eveniat.* 155. *colludentibus cum pistoribus.* ib.
Ægyptii picturam corrupere. 10. Ægyptius puer. 121.
Æneoli piscatores. 277. Priapisci. 278. a.
Ænum : æno coctus. 280
Æque, ac si. 150. *æque mortuum, tamquam vivum.* 297
Æra miscellanea. 188
Ærarius. 187. *assis.* 214
Ærophagia. 210
Ærumnæ Herculis. 181
Æsius vector. 369
Æstuarium. 277. b.
Æstus dictorum. 21
Ætatem consumere inter. 321. ætatem tabularum. 370
Æthiopes capillati. 110. displicatas habere suras. 365. b
Affabilitate delectatus. 233
Afræ volucres. 339
Afranius Petronius. 513. a. ejus Epigrammata. 514. a. 541, & *seqq.*
Agaga. 263.
Agamemnon declamator. 21. dissert de ratione studiorum. 10. *Trimalchioni carus.* 181.
Agonemnon Helenam rap. 229
Ago : agere dilectum. 156. *fata molionum.* 264. *agite, scordalia de medio.* 228.
Ἄγειν, ἀγχίειν, ἀγχέσχειν. 336. b.
Agellis conjungere Siciliam. 180
Aginare. 236. b.
Agitare per scutum per ocream. 236.
Agri feracissimi in Africa. 412.
Aiax scissor. 230.
Alabastri unguenti apophoreta. 231.
Albutia. 515.
Ales Phasiacis petita Colchis. 339.
Alexandrini pueri. 96.
Alicaria casauras. 203. a.
Alicula polymita. 141, 42.
Aliquis obliviscereturne ? 123. *ovillum est.* 209. *aliqua die.* 170.
Alis leporem excitare. 473.
Aloëtica potio. 209. a.
Alogos nanie. 223.
Alopeciæ cura. 148. b.
Alpes. 435. b.
Amasiuncula. 287.
Amatorium jusiurandum. 483. literæ. 466. 469.
Ambigua lis. 39.
Ambitio & avaritia parentum cruda adhuc libetorum studia in forum propellit. 14.

Ambubaja. 281.
Ambulamus utres. 148. *ambulare hic porcos coctos diceres.* 163.
Amica. 340.
Amicare. 279. a.
Amicarius. *ib.*
Amici (convictores). 107. *Amici.* 134. 165. amicorum greges conducti. 107. 6.
Amicitia. 304, & 305.
Amiculô opertus. 35.
Amittere ebrias manus. 301.
Ammea. 264.
Amor antiquus carcer. 50. amor ingenii non locupletat. 315. amor quid secundum Philosophos. 343. a.
Amphora diligenter gypsata. 114, 15. *amphoræ copiosæ gypsatæ.* 272.
Ampulla nardi. 297, 98.
Anathymiasis. 177.
Ancilla Chrysidis. 449, *seqq.* viduæ Ephesinæ. 388.392. Quartillæ. 47. 54. ancillæ Tryphænæ. 371. 376. 384. 397.
Angustia. 236.
Anicula. 22, 471.
Animas insepultorum 100 annos errare. 401. a.
Animus errore lentus. 339. *animum magnum habet.* 163.
Annibal. V. Hann.
Annona perseverat. 160. *pro luto erat.* 158.
Annulus. 104. ferreis stellis ferruminatus. 105. *annulum in dextram trajecit.* 279. *annuli buxei.* 225. *annulos de pavimento tollere manibus restrictis.* 276.
Annus: anni ad patiendum gestientes. 320. annos ad tesseram venisse. 306.
Ἀνωμαλος. 237. b.
Ansa, annulus additus ostio. 348. a.
Anser avibus fartus. 185. a. gulonibus in deliciis. 502. b. inter obscœna. 121. a. Polyænon invadunt. 496. Priapo sacri. 498. b. 58. a.
Antescholanus. 305.
Anus canem in Eumolpum instigat. 347. ingurgitata. 300. recocta vinô. 517.
Apelles laudatur. 311.
Apelletem. 245.
Aper pileatus. 140. *causapati.* 135.
Aperire iter errantibus. 299.
Apes cur purgunt. 210. 310. *apes divinæ bestiæ mel à Iove adferentes.* 209, 10. *mel vomentes.* 209.
Apium poëtarum cōronamentum. 315. a.
Apocalō me. 256. *apolcalemus nos.* 237.
Apodixis defunctoria. 408.
Apollo intonsus. 383. a. pueri umbram in florem revocavit. 313.
Apophoreta. 140. 210. 231.
Aporiare. 284. a. aporiatus. *ib.*
Apothanεῖν thelω. 182.
Appetere cœpit Latinas. 172.
Apulia fundos jungere. 249.
Aqua. 365. *dentes habet.* 146. *aquam exorabant Iovem.* 161. *aquam foras vinum intro.* 195. *liberam gustabunt.* 270. *aquâ nivata.* 96. *non conjecit in os.* 148, 49. 256. vorax. 146. b.
Aquîs interiré cur formidarint Ethnici. 405. b.
Aquæductus. 123. a.
Ara. 496. a.
Arabes aures pertundunt. 364.
Araneis oleo madentibus vulnus curat G. 354.
Aratus, & Hipparchus. 139.
Arces Minervæ sacratæ. 18. b.
Arcessere longe fabulas. 125.
Archipirata. 359, 60.
Arcisellium. 285.
Arctare annonam. 154. ludum. 317.
Arcus vetus. 156.
Argentum. 193. inter reliqua purgamenta verritur. 110. *plus.* 129. *in hostiarii cella (plus) jacet, quàm quisquam in fortunis habet.* ib. argenteus clibanus. 121. *argentea coronâ cocus oneratur.* 186, 87. arg. cochlearia. 107. craticula. 102. *craticula.* 268. denarii pro calculis. 106. lances. 86. 101. lares. 89. larva. 115. matella. 79. *mensæ.* 277. *pelvis.* 268. spina. 105.
Argumenta. 320.
Arguto. 169. 217.
Ariadne. 503.
Aries Signum. 137.

Arietilli. 137. b.
Arietini. 137.
Arma ponere. 309. arma (pro virilib.) 469.
Armarium. 89.
Armati duo. 335.
Armilla. 105. *craſſiſſimæ.* 257.
Artes ingenuæ quo tempore viguerint. 321.
Articulô ſtricto acutôque percuſſi. 348. articulorum crepitus commoti animi ſignum. 48. b.
Artificium puellæ. 508. *artificium ſecundum literas quodnam difficillimum.* 208. *medicum.* ib. *ingratum.* 197. *nunquam moritur.* 174. *artificia ſervi.* 263.
Arundines aucupum. 141.
Aſcendere ſupra dorſum alterius. 257.
Aſcyltus commilito Encolpii. 303. ad ſtuprum ſollicitatur. 26. Encolpio Gitonem ſubducit. 301. de hoc poſſidendo diſſidium. 302. tranſigunt. 303. ab Encolpio ſe ſegregat. *ib.* ejus flagitia. 28, 29. 306, 7. ingenii perverſitas. 20. 21. 30. in cœna Trimalchionis quomodo acceptus. 212, & *ſeqq.* nudus Gitonem quærit. 363, 364.
Aſellus : poſt aſellum diaria non ſumo. 68. Corinthius cum biſaccio. 101.
Aſianus tumor. 9. ventoſa & enormis loquacitas. 9, 10.
Aſiatici quid habere. 157. Aſiaticum nec ſudare, nec exſpuere. 157. b.
Aſinus in tegulis. 241.
Aſſentationem in neutram partem flectimus. 47, 48.
Aſſis ærarius. 214. *aſſem habeas, aſſem valeas.* 295.
Aſtronomia. 321, 22, 23.
Aſtrorum cœlique motus deprehenſor. 322.
Aſturco Macedonicus. 318.
Atellana. 198. *atellanici verſus.* 261.
Athleta. 219. athletarum virgæ certamina dirimentium. 57. a.
Atrienſis. 197. 275. atr. 90.
Atta gurdus. 168.
Attila ingluvie ſuffocatus. 405. b.
Attoniti admiratione. 241.
Avaritia. 309. 323, 24.
Auctio rerum ſupervacuarum. 136. *actionem facere, proſcribere.* ib.
Aucupes cum arundinibus. 141.
Audacia : inter audaciæ nomina. 305. audaci ſtrepitu impulſum oſtium exſonuit. 46.
Ave Gai. 280.
Aufero: *auſert mihi quid qui ridet?* 234. ſi abſtulero huic coitum. 318. *auferre hoc non poſſit niſi Orcus.* 174.
Aufugi judicium. 309.
Auguſtus pater patriæ. 231.
Avium marinarum ſextuplex genus. 381. 2.
Aula aurata. 421. b.
Auris : ad aurem acceſſit. 68. mal. dormientis conſurrexi. 318. in aurem dicere. 84. auribus inſidias facere. 13. aures perforare, Iudæis Pœnis, &c. familiare. 364. b.
Auricularii ſervi. 153. a.
Aurum : auri maſſa cunctis formoſior. 324. *aurum pro luto haberemus.* 193. *auro contra.* 290. Aureus annulus. 105. ſubauratus annulus. 104. aurata aula. 421. b. *inaurati calices fictiles.* 278. aurea cavea. 86. aureæ coronæ apophoreta. 231. denarii pro calculis. 106. penſa. 88. pyxis. 90.
Aut hoc, aut illud erit. 163.
Autem pro enim. 180.
Automaton. 199. *exit per parietem.* ib.

B.

Aba. 129.
Βάων, βάαξ. 129. b.
Bacchi nocturna ſacra ſublata. 58. b.
Baceli. 129. 257.
Bacelogiæ. 142. a.
Bajæ. 367.
Balaniſcus. 146.
Ballenatia virga. 56.
Balneator. 517. b.
Balneum. 334. *anguſtum.* 275. intrare. 82. *me calfecit.* 144. balneo præteritô. 470.
Barba aurea. 223. barbæ conſecratio 90. a. horrentes. 356. barba Trimalchionis in pyxide aurea. 89, 90.
Barbaries errantis. 261.
Barbatoriam facere. 178, 79.

Bargates insulæ procurator. 348.
Baro noster. 242. *insulsissimus.* 197. *longus.* 244.
Basilica in Coloniæ. 218.
Basio: basiavit. 264. spissius. 51.
Basiolum. 318.
Basium immundissimum. 64. basia olidissima. 56. basio inhæsi. 319.
Batava spuma. 422. b.
Batologia. 142.
Βαττολογέιζειν. 259. a.
Battologia. 142. a.
Beatior. 217.
Beatitudo animi. 131.
Bellum non stlatarium. 377.
Belli Civilis Epos. 418, & *seqq.* historia alterius reprehensa. 417.
Bellus: *bellè aliquid dicere.* 297. *belle correxit.* 191, 92. *erit.* 171. militabit. 68. *bella res.* 226. *bellum pomum.* 212, 13.
Bellona. 427. b.
Bene emo, vendo. 287. esse. 116. *fuit.* 250. quod Bene eveniat. 355. bene manè. 318. *morata.* 235. *moriar.* 227. *nos non habemus, aut.* 220, 21. si memini. 92.
Beneficio Deorum non emo. 180. *eorum panem manducamus.* 209. Gitonis præparata cœna. 46. *tuo contingat mihi vivere.* 270.
Benignus resalutare. 157, 58.
Berbeculi. 130. a.
Berbex. 212. 130. a.
Bestiæ divinæ. 209. *laboriosissimæ.* ib.
Bestiarii. 107.
Bicellium. 285. b.
Bifurcum. 239.
Bilis hodierna. 332.
Bis prande, bis cœna. 217.
Bisaccium. 101.
Biselliarius. 286.
Βλαισοι, falcipedes. 287. a.
Boletorum semen ex India. 131.
Bonus: bonum animum habere jussi. 51. *bonus Chrysanthus.* 147. bona fide. 44. b. f. emendare. 335. bona mens. 11. petenda. 323. ejus soror. 316. *bonorum consiliorum.* 128. *bona omnia in se habet.* 139. *bonus strabo.* 262. bona sua alicui vendere (amatorie, 488. *bonum tuum concoquas.* 287. optima fide. 302.
Bonæ Exteræ. 86. a.
Bovis. 240.
Bromius. 143.
Bubale frustum. 117.
Bubulum oculum vidi majorem. 158, 59.
Bucca, bacca. 247. *buccæ duræ fuit.* 151.
Buccinatorem subornatum habet. 78.
Bucea panis. 154.
Bucinus vel buccinus. 279. b. buccinô signum dedit. 280.
Βυκολεῖν. 142. b. Βυκολήσεις. *ib.*
Bulla distinguens tempora. 92.
Burici, βύραχοι. 165.
Bustum recens. 487. bustuarii. 167. a.

C.

CAballus. 415. in clivo. 486.
Cacabus. 280.
Cacatum curreret populus in monumentum. 372.
Cadere. 6. 333. *ceciderunt memoriâ.* 272.
Caduceum tenens. 82.
Caduceator. 378.
Cade te ipsum. 194. *cædit asinum, stratum.* 165. cæcidit nos clunibûs. 56. cædere cœpit. 503. *cæsus flagellis.* 243.
Cæde expellere. 362.
Cænis, Καινίς. 216. a.
Calere sordibûs. 453.
Capa cirrata. 219.
Cæsaris ad Iovem preces bellum Civile parantis. 436. Cæsar, & faber ductilis vitri. 189, & *seqq.*
Cæterum Ασιλτος. 212. adparebat. 45. eadem indignatione. 358. *erit mihi curæ.* 271. *laudatus Trimalchio.* 195. *quemadmodum dii volunt.* 289. scitis. 392. ut. 93.
Calatisco circumtulit uvas. 143.
Calcare. 417.
Calamistrum. 365.
Calcei fenestrati. 456. a.
Caldam popposcit. 249. *caldus sum natura.* 221. *caldior ebrius.* 163.
Caldarium. 277. b.
Calfecit me balneum. 144.
Calices fictiles inaurati. 278.
Caligula factionis pratinæ. 85. b.
Calliblephara. 383. b.
Calliditate ingenti nostrum nobis reddiderunt. 46.

Calvities miserorum. 374. b.
Calumniantes 46.
Calx : calcem impegit Græcis. 172. *calce admonuit.* 246.
Camara. 139.
Camella grandis. 247.
Camera. 276.
Campus Piorum. 481. campi in pestilentia. 409.
Candelabrus. 288 *candelabrum eversum.* 247.
Canere. 459. in balneo. 276. a.
Canescere ad senectutem. 10.
Caninam linguam comedi. 151.
Canis catenarius. 274. *pictus.* 275. *præsidium domus.* 246. *canem non reliquit.* 154. canes ad ostium vivi, sculpti. 87. a. *Laconici.* 140.
Canor trux. 20.
Canticum accidum. 97. Menecratis. 276.
Canturire. 244.
Capidem habeo. 193.
Capillati Æthiopes. 110. pueri. 78, 79. Trimalchio. 87.
Capillorum defluvii cura. 148. b.
Capistris culti sues. 178.
Capitolium. 323. casa Romulea, & festra in Capitolio. 523. b.
Capo. 229.
Cappadox. 242. 263. Cappadoces. 364. a.
Capricorni Signo nati. 164.
Capsella aureola. 258.
Caput : capite aperto ambulo. 214. *caput durum.* 137. mortui in mensa appositum. 115. *caput non tollit de tabula.* 171. caput veneraturi deos velabant. 24. capite it. obnupto mœchi, &c. 22. b. capite palliolato delicati. 103. b.
Carchedonii ignes lapidei. 207.
Carmen. 342. multos decepit. 415. sani coloris. 10. carminis tranquillitas. 416.
Carnarium. 164. carnarium. 347, 490.
Caro mollis. 213.
Carpere obsonium. 125. carpo verbum conviviale. *ib.* b.
Carpus. 124.
Carrio N. 268. 270.
Caryota. 141.
Κάσται, καισαῶγες, καισωγὸς, καισωγὶς 234. b.
Casa erat domus hæc. 294. Romulea 523. b.
Caseus mollis. 254.
Cassandra. 193. *caligaria.* 282.
Castellarii. 123. a.
Castigamus risum potiunculis. 117.
Casulæ. 170. *casulas vendam.* 160.
Catamidiare. 477. a.
Cataphagæ quo Signo nascantur. 138.
Catastrophæ quæri periculo. 198.
Catella nigra. 246. *cingulo adligata.* 272.
Catenatio mobilis. 116.
Catilla. 188. catillata vadimonia. 539.
Catorogare. 476.
Caucolatores. 263. b.
Cavea aurea. 86.
Caveo : cave canem. 86. *cave circumspicias.* 227, 28. *contemnas colliberos.* 131. *caveo testamento, ne.* 271.
Caviaro. 123. b.
Caunearum trium ædilis. 159, 60.
Causas agere. 180.
Cella. 27. *ostiarii.* 129. 295.
Cellariolum. 294. b.
Cellatio. 294, 95.
Centauri pictura. 120. b.
Centenaria lanx. 230. b.
Centenarius. 162.
Centones boni. 43. centones in lupanaribus. 23. a.
Ceræ primæ, ultimæ. 413. b.
Cerasinus. 85. *cerasinæ tunica.* 256.
Cerberus forensis. 538.
Κέρκυοι, κερκωδέες. 288. a.
Cerdo N. 232.
Cerebellum cœpi ipsimi. 289.
Cerebrum meum experieris. 287.
Certus. 156. *est.* 241.
Cervical. 210.
Cervices fracta. 198. *post terga flectere.* 276
Cevere. 63. a.
Chartæ sarcinis adligatæ. 363.
Chiæ vita. 241.
Chiragrici manibus maledicunt. 481.
Chiramaxium. 83.
Choraulæ Ægyptii. 517. b. monumentarii. 467. b.
Chordæ frustra. 254.
Chrysis ancilla Circes. 449. 452. 463. 503.

Cicatrix. 334.
Cicero. 201. laudatus. 20.
Ciconia. 205.
Cimices ore tangebat. 352.
Cinædus. 56. insulsissimus. 62. embasicœtas. 67.
Cinerarii. 365. b.
Cingillo galbino succincta. 256.
Cingor latus gladiô. 307.
Ciniflones. 365. b.
Cinnamum rosa veretur. 340.
Circà cicer & lupini. sc. erant. 253. *porcelli.* 140.
Circe. 468. ejus ad Polyænon literæ. 466.
Circuitu agere. 38.
Circulatores. 261.
Circulatum pondus. 258.
Circulus de cupa excussus. 231. *subitò lacunaribûs deductus coronis pendentibus circumcirca aureis.* ib. *circuli ardentes.* 231. *ludentum.* 78.
Circumcide nos. 364.
Circumcisionis ritus. 535. a.
Circumdata *vitellô* ficedula. 109.
Circumferebat collô onera. 174. *lance ostrea.* 267, 68. *circumferens pateram.* 232. *uvas.* 143.
Circumibat pedes nostros. 198.
Circumitor. 197.
Circumminxit vestimenta. 238. *circumminxero illum.* 213.
Circumvenit illum frequentia ingens. 337.
Cisterna frigidaria. 275.
Cithara, finito cantu coronata. 313. a
Cito credens. 153. 310.
Citra summam voluptatem. 318.
Clamitare cœpi clara voce Encolpion. 336.
Clamo illi quotidie. 174. *clames licèt Iovem Olympium.* 222. *clamamus sophos universi.* 139. clamavi clara liberâque voce. 376.
Clamoris indignatio. 337.
Classis familiæ. 280. Classica. 540.
Clavo trabali fixum. 287. clavi vestium. 104. a.
Clepo, verbum, nomen. 226. a. b.
Clibanus argenteus. 121.
Cliens. 17.
Clivus. 161. *clivo in medio laborare.* 177.
Clunis. 63. clun. extortis. 56.
Cluso ostiô. 243.
Clypei oculi formâ. 330.
Cnasones. 55. b.
Coccineum tormentum. 131.
Cochlearum sine jure carnes. 470.
Cochlearia sex libras pendentia. 107.
Cocloarii. 263. b.
Coco, coco. 229.
Coctores. 346.
Cocus. 179. *argentea coronâ oneratus.* 186, 87. *ingeniosus.* 268.
Cocytus fluvius. 429. a.
Coda viruli. 159.
Codex non mulier. 282.
Codicilli. 466.
Cœlicolæ latè describuntur. 533. a. *seqq.*
Cœlus. 137. *cœli* XII dii. *ib.*
Cœlus fit aries, taurulus, &c. *ib. ubique medius.* 163. *cœlum Iovis tenere.* 192. c. I. t. 189.
Cœna libera. 77. *summa.* 143. *in theca repositorii.* 136. cœnas captare. 12, 13. 31. a.
Cœnationes. 294.
Cœnatoria. 211. repetimus. 58.
Cœpi fugere. 22. sic perire. 300. *cœpit ad stellas facere.* 238. *circumspicere.* 198. mihi velle pudorem extorquere. 28. præcedere. 24. rogare stuprum. 27. verrere. 110. cœpimus uti occasione. 37. *cœperat surgere.* 256. *velle saltare.* 268. *cœperant sermonibus publicatis dare operam.* 136.
Cogitatio distorta. 200. --nibûs magnis pectus implete. 404. tacitis deum agere. 460.
Cohærent. 259.
Coisse in pullum videbatur ovum. 108.
Coitus. 318. fœdus. 538.
Colaphis objurgare. 110.
Colaris. 210.
Colat sudor. 239.
Colei. 137. *coleos si haberemus.* 160.
Coliphium. 266. b.
Collecto spiritu. 87.
Collident nos M. causæ. 32.
Collaria fugitivorum. 367. a.
Collo suô ligna portare. 132.
Collocari quod non potuit. 196.

Colludunt cum pistoribus. 155.
Colon suis. 266.
Colonia. 160. *retroversus crescens.* 159. *in Colonia ædilis.* 160. *basilica.* 218.
Color arte compositus inquinat. 366. ruber probatus ad medicationes. 199. a. *coloris sui posthac non fuit.* 244.
Colubra. 166.
Columba. 272. columbarum par electum. 318. columbæ Veneris. 317. b.
Coma ingenuorum ad pubertatem usque. 78. b.
Comedi pannos meos. 160.
Comesse homuncionem ursum. 254.
Comissari. 62. a. *comissator.* 248.
Comitatus. 53. 362.
Compedes mulieris. 258.
Commilitones. 303. 308.
Commovebat valgiter labra. 73. commoviv risu latera. 55. commoveor non injuriâ. 49. magis ætate vestra. *ib.*
Compediti & fugitivi quo Signo nascantur. 138.
Compendiaria. 10.
Compilati coponis instar fugere. 239.
Complexus sine æmulo. 313.
Complodere manus. 52. scenicum est. *ib.* b.
Complorat fatum anseris. 499.
Componere argentum. 256. res in altum. 356. composui gradum ad prœliandum. 302. composueram sic jam paria, ut fr. 54. componere sapientiæ præceptis animos. 14.
Comprobamus factum. 199.
Computa, & plus do quàm accepi. 169.
Comula betalis. 223.
Conamur intrare triclinium. 93.
Concessio peregrini amoris. 334.
Conchylia. 424. *conchyliata lana.* 199. *--tum tomentum.* 131.
Concidit vitulum. 230.
Conciliare. 458. vocem. 459. conciliant hilaritate convivium. 380. conciliante gratiam ancilla. 393.
Concio. 373. conciones. 45. concionum acumen. 45, 46. conc. confluebant. 43.
Concitant non libidinem. 451.
Conclamavit Gato feliciter familia. 185. conclamabo nocte. 363. - *avit non propter hominem tam perditum.* 198.
Concrepans æra. 61. concrepuit digitos. 81. *scuta hastis.* 229.
Concutere laciniam. 37.
Condebam jam cervices nodô. 344.
Conditura vitreorum. 192. c. v. 190.
Condocèfecit. 223.
Confiteri. 16. confessus amor. 461. *confessus puer Bromium, Lyæum.* 143.
Confossi vulneribûs. 77.
Confusus contrà Trimalchio. 281. *hac voce.* 279.
Conjicio: *conjicimus nos in balneum.* 274. conjiciam vos in duas pelles. 363. *conjicere in os aquam.* 148, 49. 256. *in puteum.* 150. *in rutæ folium.* 129. 222. *conjecisse piper non putes.* 183. *conjici jubebo in decuriam.* 179.
Conjunxi in unum omnia vota. 319. *-- agere Siciliam agellis.* 180.
Consîdero: *consîderandum invicem dedit ei.* 258. *consîderat lancem propiùs.* 187. consideravit faciem. 371. *consîderare multa non licebat.* 90, 91. consîderare diligentiùs pallium cœpit. 37. consîderantium hæserant vultus. 72.
Consîliator deorum. 292.
Consîlium aditum habens. 361.
Consîstit in uno loco. 172.
Consîpicere cum motu. 37.
Consîpuere in sinum suum. 282. quem basio immundissimô. 64. consîpui me jubet. 477.
Constitutum: ad constit. venire. 45. à constituta lite dimitti. 52. *constitutum habui nunquam.* 214.
Consuetudo. 449. in pignus sanguinis transiens. 303.
Consumpsit ætatem inter experimenta. 321. consumptis versibûs. 64.
Consurreximus altius. 231.
Contacta poma vexatione. 231.
Contempsimus junctis viribûs. 27. contemni. 52.
Continere. 177. *libidinem.* 281. se intra verba. 36. *contine te.* 248. contineri declamationibûs. 7.
Controversia sententiolis picta. 416.
Contubernalis meus. 67. mea. 349. *cont. meam redemi.* 215.
Contubernium. 336. servile. 349. a. *balnea-*

balneatoris. 197.
Conturbare illum existimant creditores. 136. conturbavit. 307.
Convenit non his moribus. 343.
Convertit se cœlus in figuras XII. 137.
Convitiari seniori. 341.
Convitium. 219. c. verens. 497. convitiô dolorem exoneravi. 481. I. Invectiv.
Conviva. 125. *--arum sermones.* 144. seqq.
Convivare melius soles. 212.
Copiosa abundanti cornu Fortuna. 88.
Copo. 139. *compilatus.* 239.
Coptoplacentæ. 140.
Cor non habere. 229. cum corde litigavit. 481.
Corax servus. 414. 407, 8.
Corbis in quo. 106.
Corcillum. 287.
Cordaceam ducit nemo melius. 195.
Coriaria. 6. a.
Corinthius asellus. 101. *Corinthia lanx.* 186, 87. *Corinthum habere.* ib.
Corneolus fuit. 153.
Cornu. 488. abundanti. 88. *acutum.* 137. *cornua nasci præ mala.* 138.
Corona argentea. 186. *coronæ aureæ apophoreta.* 231. coronis poëtarum an credendum. 315, 16. coronæ poëtarum oleaceæ, quernæ. 314. b. *coronis vinciuntur pedes.* 268.
Corporaliter. 234.
Correxit phialam. 191, 92. vitrum. 189.
Corrigiarum ruptio inter adversa. 496. a.
Corrotundavi uno cursu HS. trec. 291. corrotundata, quasi ovum. 291. b.
Corymbion flavicomum. 382. a. 385.
Cosmianum unguentum. 522. b.
Cottabi lusus. 115. a.
Κοτταβίζειν. *ib.*
Craticula argentea. 102. *c. a.* 268.
Crepido semitæ. 28.
Crescо: discipulus tibi. 171. *crescit & minor fit.* 225. *retroversus.* 159. *crescunt plagæ inclinatione ponderis.* 184. *crescebat vox ejus in foro, tamquam tuba.* 157. *crescam ita patrimonio, ut.* 266. *nec sursum, nec deorsum.* 222. *crevit ab asse.* 150. *de nihilo.* 132. *ex parvo.* 273. *tamquam favus.* 151.
Creta inter rugas malarum. 65.
Crinem cui deo vovisti. 375. crines ingenio suo flexi. 454. super pectus mortui mariti positi. 391. sparsi feminarum, in funere. 386. b.
Κεκρυφάλους. 137.
Crissare. 63. a.
Criticæ naniæ. 223.
Crocum effundebant poma, placentæ. 231. croci usus in sacris. 232.
Crœsus. 245.
Crotalia. 258.
Crotalistria. 205. Ægyptia. 517. a.
Croton Italiæ urbs antiquissima. 407. ejus corrupti mores. *ib.* & 408.
Κρότων. 216. b.
Cruentos pedes per scrupos trahere. 299.
Crux. 389. in crucem mittere amplexus. 453. cruciarius. 394.
Crypta Neapolitana. 47. a.
Crystallinæ tesseræ. 106.
Cubicularii. 197. cubicularii. 476.
Cubitum ponetis. 80. *reposui.* 249.
Culcita. 351. *culcitæ tomentum habentes conchyliatum.* 131.
Culter venatorius. 141. *ferro Noricô.* 267.
Culti capistris & tintinnabulis suis. 178.
Cultores. 459.
Cultrum. 211.
Cultus meus. 497.
Cum elogio exheredari. 197. cum ingenti subtilitate. 97. *cum maximè hæc dicente Gaio.* 198. cum ventis litigo. 314.
Cupa. 231.
Cupedia. 185. a.
Cupressu ferali. 429.
Curatio paralytici. 503. 463. 465.
Curiosus. 461. zelotypus. *ib.* a. curios. magister. 173. manus. 37. oculus. 72. pictor. 88. principium. 336. curiosè deterses manibus. 489.
Curo: curare annulos. 225. *curabat collum ejus medicus.* 240. *curavi non propter res venerias.* 235. *curavit arietes in gregem Tarentô.* 130. curaverat mandata cœnæ. 335. *curabo domita sit.* 252. *habeat stigma.* 263, *longe tibi sit hoc.* 222, 23. *plores fatum.* 287. *quæras me unguibus.* 284. *sit irata tibi.* 223.

223. *iratus tibi Iovis.* 220.
Currit. 225. *currit, & non movetur de loco.* ib. *currunt quadrata.* 153. cucurrit in vicinia. 496.
Curſores albati. 83. b. cum magiſtro ſe exercentes. 89. phalerati. 83.
Curſu uno corrotundavi C, HS. 291.
Cuſtodem amoliri. 34. cuſtodes cadaverum. ap. Græcos. 388. a. in veſtibulis. 362, a.
Cuſtodire ſiderum motus. 361, 62.
Cyclops. 359. *Cyd.* 181. eſuriens. 354. Cyclopis antrum. 360.
Cymbaliſtria. 61.
Cymbalorum colliſio, figura, materia. *ib.*
Cynica cœna. 38. 494. b.
Cyperon. 462.

D.

DÆdalus. 193. 266.
Damnabat noxias manus. 312, 13. *damnavi ſtuporem meum.* 143. damnatus ego. 464. damnata mulier. 376. damnatas manus ſibi inferre. 303.
Danaë. 457.
Daphnon. 454.
Daratim ludere. 80. a.
De abundat. 169. *de* pro *cum* 169. a. pro *ex.* 288, 89.
De camera pendens lucerna. 92. *corpore uno, luto, porco factum.* 266. *cubiculo in triclinium ire.* 144. *glorioſis non ſum.* 289. hoc ſi non adnuiſſeris. 52. *lucerna occidit.* 167. *magna turba acceperat* 169. *medio amici.* 134. *medio ſcordalias.* 228. more ridebant. 43. *nihilo crevit.* 132. *nobis.* 225. *nobis unus.* 158. pera lorum ſolvit. 36. *præſentiarum.* 220. *re dicam verum,* 151. *ſacculo effundere nummos.* 273. ſinu protulit. 471. *ſtercore tollere quadrantem.* 150. *terra ſuſtulit,* 191. ſuris protulit. 55.
Debatuere. 264.
Debet hic eſſe nequiſſimus. 183. hic neſcio quid boni eſſe, 108.
December menſis. 219. 77. a.
Decidi in ſomnum. 320.
Declamatio. 482. iniqua, 374.
Declamatores furiis inquietati. 2. elo-
quentiam perdidere. 6.
Declamaſti controverſiam. 180.
Decollari. 190. *decoll.* 192.
Decucurrerunt quadrigæ. 245.
Decumana lanx. 230.
Decuriæ viatorum. 179. decuriæ artificum. 179. a. Vrbis. 273. a.
Dedititii hoſtes. 85. 1.
Deducere ephebum in gymnaſium. 317.
Defero ſponſiunculam. 224.
Deferri in regionem. 47.
Deficiente jam fabularum contextu. 55.
Defraudat ſibi nihil. 263.
Defricta. 266.
Dejicere de negotio, 210. *de lecto quem.* 269.
Delapſus in ſomnum. 320.
Delectabat dominam. 165. *delectari affabilitate.* 233. *hac hilaritate.* 249. delectata blandùm riſit. 457. ſtulta urbanitate. 22.
Delere amicitiæ ſacramentum. 303. ingenia. 7, 8. *delebit ſtigmam Orcus.* 166.
Deliaci manu reciſi. 64.
Delicatus. 241. *--ati eſſe non debemus.* 163.
Delicia 245. vehebantur. 83. *viri.* 259.
Delphicus ales. 438.
Demandavi aſſem in illius ſinum, 235.
Demerſi vino, ſcortis. 322.
Demiſſo labrò orare. 194.
Democritus omnium herbarum ſuccos expreſſit. 321.
Demoſthenis arma. 19. an, aut quomodo declamârit. 8.
Denarii argentei, aurei pro calculis. 106. *denarios aureos mille accepit.* 160. *bimos dedi.* 272.
Dentata manu. 57.
Dentes habet aqua. 146. dentes perfodere. 105. *dentibus ſordidiſſimus.* 246. *ſuſtinere amphoram.* 197.
Denuntiatio. 343. 376.
Deorum beneficiò non emo. 180.
Deos emere. 500. D. fecit timor. 524. Deos rerum human. curam agere. 372. 354. *Deorum conſiliator.* 292. deûm Mater. 411. conſilia in vulgus edere nefas. 50. a.

Depellere injuriam. 59.
Depilandi modi tres. 366.
Deponere offensam. 320.
Depositum fundis, nominibûs. 412.
dep. inviolatum. 37.
Deprecari cœperunt. 183.
Deprecatio. 51. 373, 74.
Deprehendere consilium. 334. deprehensus. 354. *cùm delectaret eam.* 165. *deprehensa in contubernio.* 197.
Derides verba pauperiorum. 469. deriserunt imitatione petulantissima. 337. *derideri.* 234.
Descendimus in solio. 276. descendit in conditorium. 390. descendere in litem. 39.
Desomnem facere. 176.
Destinatio. 404.
Destinavi illum docere. 173. destinaveramus mercari hôc. 40, 41. *destinatum ei est.* 153. dest. iter. 406.
Destituit abjectum. 303.
Detectus paries. 66.
Detersis pauliser oculîs. 61.
Detractator ministerii. 414.
Detumescunt odia. 380.
Deverbia dicere. 244.
Devirginetur. 68.
Devorare panem cum altero. 158.
Devovere. 308. devotio. 367.
Dextro pede. 93. *dextros movimus gressus.* ib. pedes retulimus. 94.
DI semitales. 414. a.
Diæta magistri. 402. diætarii. 402. a.
Dialectica ubi? 323.
Diana. 229. ead. Hecate. 518. a. Trivia. 518.
Diaria. 285. post asellũ non sumo. 68.
Dicarchidos arva. 428.
Dico illi. 182. *dicit mihi fatus meus.* 294. *mihi nemo, redde.* 214. *dicit quatuor partes.* 171. *centum.* 224. *dicere sibi verum nolunt.* 177. *dic ergo.* 181. Chrysis. 463. *dixi quod comedit.* 172. *dicere sibi verum nolunt.* 177. dixit hæc Circe. 461.
Dicta in quem jaculari. 382.
Dictat libido. 319.
Dictô citiùs. 280. d. c. 473.
Diducere veterem cum aliquo rationem. 34. d. in partes. 376. diducta lagena. 60.
Differre rumoribûs quem. 32.
Diffusius contentione. 269. diffusi in risum. 31, 32.
Digiti canentes. 517. a. linguosi. *ib.* digitis gubernantibûs vocem. 458. digitis omnibus cruentatis. 503.
Dignatio. 218. *b.*
Dignitas pudoris. 373. dignitatem suam non agnoscere. 412.
Dignitosius. 218.
Dii XII. 137. Dii majores. 508. *Diî pedes lanatos habent.* 162. *Dii propitii?* 232. Dii plures quàm homines. 49.
Dilectum agere. 156.
Diligenti scisitatione quærebat. 69.
Diligenter amicimur. 78. tenebam viam. 21. laciniam. 37. obliti malorum. 78. a.
Dimicare I. Civili. 38.
Diminutivis frequenter utitur Petronius. 146. a. 215. a.
Dimittere à constituta lite. 52. dimitti à suspicione. 38.
Diomedes. 229.
Dionyse. 143.
Dipondium. 40. *dipondiarius.* 223.
Διοσδίκιον. 101. a.
Discederet præda. 42.
Discipulus tibi crescit. 171.
Discoloria vestis. 350, 51.
Discordia. 445. 447. *discordia non homo.* 151.
Discors libido. 453.
Discurrere cœperunt circa mensam. 140.
Discussa ebrietate. 277. *exspectatione.* 178. discussis fortissimè clausiris. 34.
Dispensator. 92. 94. *dispens.* 165.
Distilio felicitate. 288. *gaudimonio.* 233.
Dissipat tempestas. 171.
Dissolvere risu ilia. 67.
Distenta libido. 319.
Distinguens bulla. 93. clava. 492. a.
Distrivit clunibus basiisque. 67.
Ditis pater, 429.
Diversitor. 345.
Diversor, oris. *ib.* a.
Dividere. 36. *potiones servis.* 247. *pueris reliquias.* 256. *Thebaicas.* 141.
Divinam ego putabam. 22.
Divisio. 180. præceps. 34.
Divitiæ. 324. 500, 501. Trimalchionis. V. Trim.

Divitis facies. 309. divitem amor ingenii non facit. 315. divites odisse literatos. 314. φίλωποι, credi sibi volunt. 316.
Do: dare beneficium. 95. *dicta.* 234. *fœtum.* 163. *gladiatores.* 167. licentiam. 318. *malum.* 284. *operam sermonibus.* 136. *pessum aliquem.* 153. plausum. 124. *plaus.* 184, 85. *suos.* 166. *vinum in manus.* 111. *dedi me in servitutem.* 213. *dedit Deus aliqua.* 133. *ei uxorem Iphigeniam.* 230. *dedit dispensatorem ad bestias.* 165. non repugnanti innumerabilia oscula. 55. *datum ei, non destinatum.* 153.
Doctior ipsis lenonibus. 316.
Doctor umbraticus ingenia delens. 7.
Dolor ad necessitatem mortis deducens. 50. ex dolore in rabiem efferatus. 344.
Dolus quid? 540. bonus, malus. 359. a.
Domina. 165. *mea.* 253. D. Venus. 317. *dominam fecisti tuam de rebus illis.* 293. *Domina mea satisfaciebam.* 289. Dominam produceret in platanona. 453.
Dominus. 236. *dupondiarius.* 223. *in domo factus.* 289. *meus.* 259. *Domino tot annos ad delicias fui.* 289. Dominum consalutamus. 412. domini. 373.
Domus. 294. *ratio.* 173. *domum rectâ.* 227
Dona diis à S. P. Q. R. si vicissent. 323. b.
Dono illud conliberto. 220.
Dormire vobis in mente? 58. dormientibus ora humerique pinguntur. 59.
Duciculi, ducacilli. 278. a.
Ducit cordacem. 195. duxi ejus laciniam. 358. *duxit eum obsonium in.* 179, 80. *duxissem illi alapam.* 212. ducere capillos dentata manu. 51.
Dum loquitur. 355.
Dupondiarius. 223.
Dupondii non facio matrem, cùm. 221.
Dupondius. 228.
Duracina. 144. a.
Duravi interrogare ipsum. 142.

E.

EBibere medicamentum. 55.
Ebriæ mulieres. 259. e. m. 71.
Ebrietas. 17, 18. *ebrietate turpissima gravis.* 297.
Ebulliit animam. 147, 48. pené. 239.
Eccritus. 241.
Edi de scriblita, de melle. 253.
Eductus stipendiô illuc. 316.
Effectus, in re venerea. 508. a.
Efferatus ex dolore in rabiem. 344.
Efferre, verbum funerale. 386. b. efferre divitem propinquum. 323. *efferri in vitalibus volo.* 296. *elatus est bene.* 149.
Efficere echinos. 265. effice ut beneficium debeam. 451.
Efflaverat omnia. 182.
Effodere verba. 14, 15.
Effrangeretur. 285. *effregerunt januam.* 298.
Effundere carmina. 62. *crocum cœperunt.* 231. lacrymas. 57. *effudit indecenter risum.* 219. *effundi sub mensam vinum jussit.* 279. *effundebatur sub mensam plus vini, quam.* 135. *effusa sunt in plagis tomacula.* 184.
Effugere. 416.
Egraminare. 236. a.
Egressus limen. 343. egress. tenebrosus & sordidus. 334.
Ejurare bilem. 332.
Electissimas res adgredimur. 124.
Electum par. 318.
Elegantiæ. 111.
Elegidarion. 382.
Eleusiniis sacris profani exesse jussi. 416. a.
Eloquentia. 323. corrupta. 23. eloquentiâ nil majus. 14. pueris induitur. *ib.*
Eludere sublatis manibûs. 412.
Embasicœtas. 66.
Embolum navis æneum. 91.
Emendas si pœnitentiam. 315. emendabo culpam. 469.
Ementitus id constantissimé. 308.
Emittere extra januam, 275. *per januam quem.* ib.
Emptitius. 179.
Encolpius (idem qui Polyænos) ad lacrymas pronus. 66. 244. 305. 355. 397. 404. 486, 87. amat bonam mentem. 11. sed seductus. 24. 52, *seqq.* fit comptulus. 449, 50. amatq; perver-

perverſe Gitonem. 28.30. &c. tum Tryphænam. 372.380. Circen. 460. inſuper & latrociniô occupatur. 37. 372.398,99.411. Comilitonem habet Aſcylton, cum quo ſuper Gitone continuæ rixæ, uſque ad diſceſſum & partitionem manubiarum. 28. 32. 301. 302. ſequitur Giton partes Aſcylti. 303. Encolpius novum amicum nanciſcitur Eumolpum. 314. 331. 332. Gitonem recuperat. 332, *ſeqq.* Aſcylto amabili ſtrategemate celat. 351. Eumolpi dentibus quoquo modo præripit. 335, 36. 341, 42. 354. Declamat 2, *ſeqq.* pravorum conſortio ſe ſubducit. 21. Deſpoliatur, ſeu arma ponere juſſus dum Aſcylton perſequitur gladiô privatur. 309. *cùm antè ipſe & Aſcyltos vulnerati eſſent.* 77. Lycam ob expilationes & corruptam uxorem cum Gitone fugiens in idem cum Lyca ipſiuſque Lycæ navigium incidunt. 360. conſilia & evadendi machinationes. *ib. ſeqq.* Naufragium patitur. 401. Orationes ejus, ligatæ: ad Catones. 481. Circen. 457. Priapum. 483. de amicitia. 304. &c. ſolutæ: ad Lycam mortuum. 403, 4. partem verendam. 479, 80. de ratione ſtudiorum. 2, *ſeqq.* acta vita. 305. amore. 313. 356, 57. invectivæ contra Aſcylton. 28, 29. 32. 301. 306. literæ ad Circen. 469. Plagas in navigio antequam agnoſceretur Spartana nobilitate concoquit. 370. vapulat item ab Aſcylto inventus ludens cum Gitone. 35, 36. imò verberibus ſputiſque extra ædes Circes ejicitur. 478. Suſpendiô vitam finire conſtituit ab Eumolpo incluſus, & Gitone prægreſſo. 343, 44. ſervus mimicus ſit Eumolpi, mutato nomine Encolpii in Polyæni. 411, 12. 461. Tondetur & Epigrammate fugitivorum unà cum amaſio ſuo ab Eumolpo in nave præ metu & anguſtiis notatur. 366, 67. Veneficio tangitur, ſeu valetudinem adverſam experitur in ea parte qua peccârat. 463. 485. curatur ab aniculis verberibûs & faſce viridis urticæ. 486. 503. uſque dum inter præcipitem decurſum omnibus digitis cruentatis effugeret. 503. continuoque quod cætera meruit timet. 449.

Enim eleganter abundare. 271. a.

Enothea ſacerdos 488. ejus luctus ob occiſum anſerem. 498. curat Polyænon. 502, 3.

Enthuſiaſmus poëticus. 417. b.

Enyo feralis. 427. Bellona. *ib.* b.

Eo: it in cerebrum anathymiaſis. 177. *ibat res ad nauſeam.* 297.

Epatia. 254.

Ephebus. 319. plenæ maturitatis. 320.

Epheſinæ matronæ hiſtor. 386, *&ſeqq.*

Epheſus tragœdus. 269.

Epicurus homo divinus. 368. pater veri. 482. ſomnia condemnat. 368.

Epidamnus. 447. b.

Epidauria mœnia. 447.

Epidipnis. 264.

Epigramma. 200. fugitivorum. 366.

Epithalamium. 72. a.

Ἐπωμίστριες. 249. a.

Epulum dedi, binos denarios. 272.

Eques Romanus, infamis. 337.

Equus Durateus, 325. i. e. *Trojanus.* 193. equum mutavit cinædus. 67.

Erectus his ſermonibus. 320. in cubitum. 479. *erectis ſupra frontem manibus.* 195.

Ergaſtulum. 307. ſervorum carcer. 371. b.

Eripere quem pœnæ. 93. *eripiet favorem Norbano.* 167.

Ἐρωμδροπάραχος, amicarius. 279. a.

Eſſedaria mulier. 164, 65.

Eſſedarius pugnans. 124, 25.

Eſurio annum. 155.

Et forſitan quæris. 187. *quid, ſi non.* 148.

Etiam dormire vobis eſt in mente? 58. loqueris? 498. minaris. 345. *videte, quàm.* 141.

Evadit nemo dupondium. 228.

Eudoxus, qualis. 321, 22. Eudoxi plures. 321. b.

Eveniat malè ædilibus, 155.

Euhyus. 143. Bacchus. *ib.* a.

Eumolpus advocatus. 373. 385. caduceator. 379. 380. conſiliator. 360. 361.

361, *& seqq.* corrivalis. 342. historicus. 386, *& seqq.* miles. 316. malè vestitus & pauper senex. 314. 315. 410. mimicus dominus. 412. pædagogus. 317. 342. philosopus. 320. poëta. 314, 15. 324. 331. 334. 337. 402. 418. strategus. 376. 379. testator. 507, 8. 510, *& seqq.*
Eunuchi aquariæ provinciæ præpositi. 81. a.
Evocatus cibô canis. 275.
Evolvere opertum. 35.
Eupatria. 127.
Ευπατρεια. 128. a.
Euripides verba invenit. 7.
Ex aceto tada. 176. *adibus ortum incendium.* 196. his, qui. 331. *India semen boletorum.* 131. *onagro nata mula.* ib. *pueris unus.* 93. præscripto consilii. 448. *quo factus sum podagricus.* 245.
Excatarrizasti me. 259.
Excelsissimus. 2. a.
Exceptio. 246. cum hac exceptione. 318, 19.
Excidit constantia attonitis. 54. *exciderat cocus.* 198.
Excipit fabulæ partem. 146. *excipimus urbanitatem.* 195. exciperem plurima. 125. *excepit nos tumultu canis.* 274. exceperat Agamemnonis suasoriam. 21. excipere canticô quem. 97, 98. singula longum erat. 82. excepti pluribus ferculis. 58.
Excito vires cibis. 307. excitavi verberibûs. 301. excitavit sopitum. 320.
Excluserat caput palliô. 103, 4.
Excubiæ in vestibulis. 362. a.
Excusare cœpit moram. 497.
Excutio : ni Deus pendenti excussisset indicium. 354. *excussus de cupa circulus.* 231.
Exenterare porcum. 198. *exenteratus non est.* 183.
Exeo : exit per parietem automaton. 199. *Capuæ ad.* 236. exire à se. 331.
Exercere hostilem animum in sanguinem cujus. 342. exercebatur pilâ. 79.
Exercitati vultus senex, calvus. 314.
Exheredabatur cum elogio. 197.
Exhibet historionem. 195. exhibendum postulabamus. 45.
Exigo : exegimus noctem. 73. exactis osculis. 34.
Existimant mortuum millibûs tot. 251.
Exitus bonus. 166. *malus cœnæ.* 198.
Exodiarius. 304. b.
Exorat Iovem peculiô. 324. *exorabant Iovem aquam.* 161. *exoratus à nobis.* 195.
Exoneravi dolorem convitiô. 481.
Exossata gallina. 248.
Expedire nudas manus. 376. farcinulas. 355.
Expellere paupertatem quæstibûs. 31.
Experimentum. 321. oculorum. 333.
Expiare manus pretiô. 499.
Expilaturi lagenam intraverunt. 59.
Explicavi cœnæ ordinem. 338. explicuimus mercem. 42.
Expostulatio. 49. 479, 80. cum deprecatione. 51.
Exprimere succos. 321. expressit imprudentibus risum. 103.
Expudorata frons. 137.
Exsecta viscera ferrô. 422.
Exsibilavit terum quid. 245.
Exsolvi me votô. 318.
Exsonat cantibûs navigium. 380. *exsonabant.* 276.
Exspectabam, ut diceret. 187. *exspectantes, quid nuntiaretur.* 231.
Exspectatio. 117. *liberæ cœnæ.* 77.
Exstinguere iram. 342. exstinxit eum inopia. 322.
Exsurrexi. 231.
Extendit se adversus Norbanum. 174. *supra torum.* 297.
Extersit lacrymas. 28.
Extorquet canticum. 122. extorsi gaudium, 319. *extorsit pollicem illi.* 181. extorquere pudorem velle cœperat. 28.
Extremitates imaginum. 312.

F.

Faba vitrea. 199. fabæ ad veneficia & sortes adhibitæ. 491. a.
Faber vitrorum. 188. *seqq.*
Fabula. 290. *de Ulysse.* 181. *fabula* pro historia & re verè gesta. 234, 238, 241. *fabulam exorsus est.* 234. risu excepere nautæ. 395. *fabulas interpellavit*

pellavit Trimalchio. 136.
Faces nuptiales. 70. b. à pueris præferri solitæ quinque. *ib.*
Facio dupondii matrem, cùm. 221. *tanti patrimonium nullius ut mentiar.* 238. *facit homines corcillum.* 287. *id quid mali semper.* 139. *vires panis.* 252. *faciunt portenta porci.* 178. faciebat id solùm litem. 45. Fac iterum. 320. facimus quare non. *ib. fecit ad salivam.* 180. *ad se omnia.* 134. *reporrigere Cæsarem.* 190. *faciamus tangomenas.* 114. *faciatis vinum bonum.* 180. *suave vinum oportet.* 136. *facere.* 165. Veneris verbum. 320. b. *facere ad stellas.* 238. *Attellanam.* 198. *coctos vitulos.* 179. *desomnem quem.* 176. exitum. 10. *exitum bonum.* 166. *fluctum.* 176. *gallum gallinaceum.* 178. *glorioso quos.* 209. insidias. 13. *lucrum.* 227. *naves alteras.* 290. *nihil boni nemini.* 150. *nihil sine ratione.* 139. *sua causa.* 176. 252. *suaviter sibi.* 272. facta adhuc non erant omnia. 34.
Factio. 229.
Falcipedia. 287. a.
Falernum Opimianum. 114.
Fallacia non dilata. 366.
Fallere usum. 235.
Falsum est valde. 271.
Fames. 30. Numantinorum. 511. Saguntina *ib.*
Famelicus non audit sententias. 30.
Familia. 124. 413. *fam.* 195. *discurrens.* 230. *lanistitia.* 163.
Familiaris oculis meis. 37.
Famosus prasinianus. 268, 69.
Fascia prasina. 246. *fasciæ nostræ es.* 169. *crurales.* 140.
Fascinabulum. 234. b.
Fascinum. 337. scorteum. 502.
Fascis urticæ viridis. 503. fasces cum securibus. 91.
Fastidiosè venditare. 37. Fastum mihi facit contubernalis. 349.
Fatum: fata. 460. *mulionum.* 264.
Fatus malus. 270. *malus eum perdidit.* 149. *meus.* 294.
Fatuus præ literis. 169.
Favus super cespitem. 139.
Felicio N. 232. 258.
Felicitate discilio. 288. lassus. 449. plenus. *ib.*
Feliciter Augusto diximus. 231. *Gajo conclamavit.* 185.
Felix in amicos es. 293.
Femina. 458. *sui Domino.* 289.
Femina Romanis ab Hannibale succisa. 2. b.
Ferculum. 117. 521. *fercul.* 260. fercula plura. 58.
Fericulum. 231.
Femur facile. 63.
Ferias agere. 67.
Fericulus. 237.
Fermentum peculii. 291
Fero: ferebat bene ætatem. 153. *ferre aliquid muneris vernulæ.* 253. arbitrium rei ad judicem. 334. *secum quid.* 154. *tot annos.* ib. *sententiam decernentis.* 267.
Ferrum Noricum. 267.
Ferruminatus annulus. 105. — ti ponticuli. 101.
Fervet illi sanguis. 228. *fervere citò soleo.* 213.
Ferus. 325. pro equo. 326. a.
Festra 423. fenestra. *ib.* b. in Capitolio. *ib.*
Ficedula piperato *vitellò circumdata.* 209.
Ficti adulatores. 12.
Fides malè ambulans. 36. fides oculorum. 37. *fidem meam malo, quàm.* 217, 18. memoriæ tuæ adpello. 335. proditione si læfissent. 373. Quiritium invocare. 55. quis habebit dicenti? 39. scelere violasti. 301. fide tua natra mihi. 482.
Filius fortunæ. 153. *terræ.* 152.
Filo bonò est. 171, 72.
Fimbriæ. 104. b.
Finxit se inhorrescere. 29.
Fio: fit apud eum. 77. *aries.* 137. *coctus anò.* 280. *in cœnam.* 178. *in manus ejus plumbum aurum.* 153. *nox.* 144. *fieri hæc solent.* 468. *fieri solet.* 183. *factus Sevir gratis.* 216. *podagricus, phthisicus.* 245. *factum est incendium.* 196. *facta gigeria.* 251. *sunt in unum omnia.* 188.
Flammei usus. 70. a.
Flammeolum. 70.
Flatura alicujus esse. 168.

Flavicomum corymbion. 384, 85.
Flecto: flectite mentes. 373. *flexit convitium in puerum.* 219.
Fluctum in corpore facit. 176.
Fœtens condimentis. 269.
Foras aquam. 195. parata sunt. 177.
Forensia. 211.
Fores admiserunt intrantem. 46.
Formæ hypotyposis. 454, *seqq.* collatio. 503. *ingentis canis.* 247.
Formosorum usus. 316.
Formulæ: *aqua foras, vinum intrò.* 195. Bene esse. 117. a. divortii. 301. b. Ob honorem. 515. a. rumpendæ societatis. 301. a. tabularum fœderis (Ex tui animi sententia). 379. 380. voti S. P. Q. R. 323. b.
Fors fortuna. 431. b.
Fortis frater. 151. *vir.* 290. *tamquam Orcus.* 237.
Fortiter facere. 29.
Fortitudo navis. 290.
Fortuna. 88. 319. habet suam rationem. 311. magna. 338. Romanis concessa exprobrans. 432. *fortunæ filius.* 153. similitudine par. 303. fortunâ destruente constantiam. 357. judice cadat alea. 437.
Forum rerum furtivarum. 36. b.
Fragmentum Tragurienſe incipit. 73.
Frangere caput. 60. crura. 86.
Frater sanctissime. 35. frater, soror ἐρωλικά. 458. b.
Frequentia ingenti intravit. 248. rerum venalium. 36.
Fricare ingenia. 338.
Frigida M mortibûs inguina. 54. --dum schema. 452. frigidior hyeme Gallica. 53.
Frigus mundum. 144. *frigori lacos indico.* 246.
Frons. 175. 249. fr. 65. minima. 454. frontis tuberosissimæ. 45.
Frugalitas. 17. *frugal.* 288. frugalitatis hostis. 316.
Frumiscor meos. 160. *frumitus est.* 153.
Frusta supina, versa. 230, 31.
Fuga. 21. *fugæ meræ.* 169.
Fugio: fugi huc. 240. *fugit longè.* 152. *in sylvas.* 238. fugere cœpi per. 24. fugiendum rursus erit. 449.
Fulcipedia. 287.
Fulco Rex Hierſol. equô lapsus interiit. 405. a.
Fuligo longa. 59. fuliginea nubes. 376.
Fullo est Balanisicus. 146.
Fulmen. 358. fulminatus pronuntiatione. 303.
Fultus cervicalibûs. 297.
Fundi empti. 196. mendaces. 413. *fundos habet quàm milvi volant.* 129.
Funem contentionis ducere. 521, 22.
Funeratus. 466.
Furem prehende! 503.
Furere cum insanientibus. 12. furentes pollicem rodunt. 517. b.
Furiis inquietari. 2.
Furtiva res, quomodo inquirebatur. 350. b.

G.

Galatas propinquos suos defunctos edisse. 510. b.
Galbinum cingillum. 256.
Galeatus vitulus. 230.
Gallica hyeme frigidior. 53.
Gallina lignea. 106. *gallinæ altiles, exossatæ.* 247, 48.
Gallus: Galli à candore corporis sic dicti. 365. a. *Gallus Phasiacus.* 138. spado. 203. gallos gallinaceos pugnacissimos duos dabo. 318.
Ganymedes. 336. *Ganym.* 229. *convivа.* 154.
Garrimus vario sermone. 200.
Garum ex utriculis Marsyarum currens. 123. garum pro intinctu in usu erat. *ib.* b.
Gastrorum fragmenta. 299.
Gaudimonium. 233.
Gaudium extorsi. 319. gaudiò lassus. 320.
Gavillæ domus. 234.
Gausapati apri. 135.
Gausapila myrtea. 56.
Gelatinæ. 255. a.
Genas radere quid. 390. b.
Generosus spiritus. 416.
Genesin premere. 138.
Genius Gal. 196. Priapi. 58. *genios vestros iratos habeam, si.* 241.
Γενναῖος, γεννᾶιοι. 221.
Genua tangere. 302.

Gero : gesti vitam. 241.
Gesticulatus laceravit obsonium. 124.
Geta. 221.
Gigeria optimè facta. 251.
Gingilismus. 276.
Giton formâ & ingeniô pollens, 350. 341, 42. 371. Ascylto pudorem sibi eripere volenti se opponit. 28. frater Encolpii. 34. 400. 468. Ascylton demum eligit, deserto Encolpiô. 303. 306. hunc iterum repetit. 332, *seqq.* Encolpium interventione sua à suspendio liberans, simulatè se interimit. 344. Ascylto & præconi sese quærentibus Vlyssis astu instructus ab Encolpio imponit. 351. Tryphænæ gratus amator. 379. 381. quæ virilium absciſſionem quam is in navigio mimicè parabat inhibuit. 377. *objurgatur in cœna libera.* 219, *seqq.* Gitonis descriptiones & propria confessio. 306. 302. 303. 354. miseriæ (infelicissimus). 302. 333. nuptiæ. 67, *seqq.*
Gladiator obscænus. 29. *gladiatores.* 167. bustuarii. 167. a. certamina virgîs dirimentes. 56. b. ictum eludentes. 52. b. malè pedati. 168. a. *sestertiarii.* 167. ut jurârint. 411. b. I. Athletæ.
Gladiô latus cingor. 370. *stricto.* 242. *concidit vitulum.* 230.
Glebulas emi. 214.
Glorioſus volo efferri. 296. *glorioſos nos faciuntlanâ.* 209.
Γλυκεωτης. 251. a.
Glyco. 165.
Gorgias captator. 510.
Grabatus. 335.
Græca urbs. 305. Græculi delitantes (ironicè). 324.
Gradum ad prœlium componere. 302
Grassator nocturnus. 308.
Gratia. 459. *gratiam parem referre cui.* 294. moliri à legato. 374. *gratias ago diis propter artificium.* 228. *agimus liberalitati ejus.* 177. agens humanitati nostræ. 95.
Gratiosior quàm Protesilaus. 509.
Gravatus tot malis. 58, 59.
Gravis ebrietate. 297.
Gravitas. 196.
Grex scænicus. 304. b.
Gurdus atta. 168.
Gustare panem cum illo. 340. *de jure.* 123. *be ursina.* 243.
Gustatio lauta. 98. gustatione mitifica initiati. 58.
Gustatoria. 109.
Gustus ex amphora. 296. somni. 59. *gustui non fuit mihi hæc jactura.* 290.

H.

HAbet *lites mortuus.* 284. *panem hæc res.* 173. *quod debebatur sibi* 150. *quod queratur.* ib. *quod rideat.* 213. *virtutem aliquam.* 148. *vitia duo.* 262. *unde. habebo convitium.* 253. *habebit stigma.* 166. *habuit se bene.* 134. *habere aurum pro luto.* 193. *capillos liberos.* 134. *debet tot pondo hoc.* 258. dicenti fidem. 39. *frigus.* 144. *in fortunis.* 129. *in se bona omnia.* 139. *intra præcordia sua quid.* 208. *liberum patrem.* 143. suspicionem in quo. 44. *Habinnas Sevir, & conviva.* 249, *seqq.* 263.
Habitare. 23. habitata huic tellus. 18.
Habitus regius. 104. a. habitu fratris turbatus. 28.
Hæserant considerantium vultus. 72.
Halosis Trojæ. 324.
Hannibal. 359. *Hann.* 188.
Harundo janitoris, virga dicta. 352. a. ostio appensa. *ib.* harundo quassata. 486.
Haurire gustum somni. 59. hauriri ruinâ. 305.
Haut mora. 256.
Hedera poëtarum coronon amentum. 315. a.
Helene. 503. *Hel.* 229.
Helleboro animum ter deterst. 322.
Hercules vialis deus. 414. *Herculis arumnæ.* 181. undecimus labor. 504. b.
Heredicapa. 448. b.
Heredipetarum turba. 448. liberalitas. 449. pœnitentia. 510.
Herediscinda. 448. b.
Hereditatem accepit. 152.
Hermerotes in poculis. 193, 94.
Hibernos propinquos suos defunctos comedisse. 510. a.
Hibernum mare. 354.

Hilares simus. 229.
Hilaria mera sint. 233.
Hilaritas. 249. longior. 317. *turbata.* 280.
Hinc atque illinc secuit ventrem. 184.
Hipparchus. 139.
Hircus ibit ad aras. 485.
Hiris latrantibûs. 426.
Historia fabri *vitri ductilis.* 188, viduæ Ephesinæ. 386, *seqq.*
Histrionia. 18. histrioniam facere. 521.
Hoc est quod promiseras, ne. 340. *hoc & illoc.* 138. *hoc loco rem piam fecit.* 290,91. *hoc suum propinasse.* 83.
Homeriśta. 229.
Homerus (Mæonius). 19. 416. *Hom.* 182.
Homo. 404. *bellus.* 147. *lautissimus.* 77. *melior non est ipso.* 134. *Minervæ omnis.* 154. *negotians.* 153. *perditus.* 198. *sestertiarius.* 165. *stultissimus.* 248. *vafer.* 188. *hominem inter homines esse voluit. h.i.h. feci.* 136, 37. 281. *homines si haberet.* 163.
Homunciones. 208.
Honestè vixit, obiit. 150.
Honesti. 143. honestiores heri cœnabant. 115. *honestissimus libitinarius.* 298.
Honor pulchritudo rerum. 514. b. honor sacrificium. 515. a. Ob honorem, in inscriptionibus. *ib.* honorarius tumulus. *ib.*
Horatii curiosa felicitas. 416.
Horologium in tricliinio habet. 77, 78.
Horribile secretum. 57.
Hortatus catellam, ut properaret. 246.
Hostis. 423. hospes. *ib.* b.
Hostia humana lustrarunt civitates Galli. 511. b.
Hostiarius. *V.* Ostiar.
Houit den dief. 42. b.
Humanè loqui. 331.
Humanitas. 247. suspecta. 319. humanitati nostræ gratias agens. 95. humanitate mensam posuisse. 341.
Hyacinthus in florem sui nominis conversus. 511. b.
Hydaspes fl. 442. a.
Hydraules. 125.
Hylas Najada repellit. 313.
Hyperides laudatur. 9, 10.
Hypœpa Lydiæ opp. 484. b.
Hypogæum. 387.
Hypotyposis, & comparatio formarum. 454. 503.

I.

IAcere, verbum libidinis. 393. b. despicatui esse. 526. b. *jacet argentum in cella.* 129. *libertini locò.* 133. *jacent agri.* 162. *mortui.* 193. jacuerunt ergo una. 393. jacere longè à. 404.
Iactat diligentiam. 259. *eam taurus.* 165. jactare censum alicujus. 320. *jactans panem.* 246. jactantur literarum amatores. 316.
Iam cœperat in gratiam redire: jam extrema parte potionis spargebat. 381. exegerat assem, jam mihi injecerat manum. 27. Giton exarmaverat nautas. 371. *recitabatur.* 196. *scio, unde.* 160. *scies habere fidem ferrum hoc.* 226. *scies patrem perdidisse hoc.* 225. *vidi meliores bestiarios.* 167.
Iasdon Sylvester. 475.
Iatraliptæ. 83.
Ἰεροδούλη. 512. a.
Ignosce adulescens. 500. *ignoscite.* 175. *mihi, qui dixero.* 188.
Ignotos Ixdens latro, amicos penè parricidæ. 374.
Ἴ κελα. 508. b.
Ilias & Odyssea depictæ. 90.
Ilium captum. 188. Troja. 324, *seqq.*
Imago cœnarum. 266. vera Trimalchionis. 232.
Imber lacrymarum. 48.
Imitatus est choraulas, tibicines. 264. *luscinias.* 260.
Imminere uberibus. 140.
Immisit calicem in faciem ejus. 281. *pedem super lectulum.* 259.
Imò etiam nescio quid. 460.
Impatiens contumeliæ. 346.
Impedit. 338. impedire suam crudelitatem. 373.
Impendet malè. 164.
Imperator provinciæ. 289.
Impingere basia. 95.
Implebo tuas laudes carminibûs. 342. implevi lactentibûs papillis manus. 319. implevit frontem literis. 366. *triclinium lamentatione.* 274. *latratu.*

tratu. 246. implere pectus magnis cogitationibus. 404. se cœnâ. 46
mponit manus humeris uxoris. 249. *pileum capiti.* 143. *sibi.* 176. imposui harenæ. 305. imponam finem discordiæ. 303. impone singulis modum. 374. imponere cui pigritiam. 317. solitudinem. 306.
mpotentium cœnas captare. 17.
mprecetur mihi bene populus. 296.
mprimite mucrones. 303.
nprobè diducere. 72. tractare. 318.
nprobitas. 319. 207.
npropero. 134.
nprospectum. 253.
npurus. 306.
n alio vides pedicellum. 216. altum componimus omne. 356. *amphitheatro arena.* 110, 11. *argento studiosius sum.* 193. *Ariete, Cancro*, &c. *qui nascantur.* 137, seqq. auxilio esse. 55. balneo aberravit. 350. *balneo sequi.* 78. *cella vini habet plus.* 135. *clivum ibant.* 161. *collo habet sudarium.* 156, 57. controversiam esse. 44. *cubitum reclinatus.* 136. *curia autem, quomodo.* 156. deficiente porticu. 88. diversorio jussi neminem admitti. 53. *divisione.* 180. *fortunis quis habet tantum.* 129. *fronte pedes C, in agrum CC.* 270. *funus fui.* 146, 47. hæc verba compositis fœderibus. 380. hoc retusa novácula, ut. 344. 45. *ingenium nasci.* 219. *manus dare vinum.* 111. *medio voca.* 183. *nummis habuit omnia.* 151. *oculis feram.* 186. *præcipiti res humana.* 199, 200. prandium quid parare. 28. *rogum concessit statuas.* 188. *rutæ folium conjicere.* 129. 222. secreto injuriam accipere. 70. *solio descendimus.* 276, 77. tua sumus custodia. 354. *vicem cœnæ.* 199. *unum omnia.* 188. vicinia ad reficiend. ign. cucurrit. 496.
Iudices invehitur. 38, 39. luxuriem. 201. 418; *seqq.* pravam institutionem. 2. *seqq.* educationem. 13. &c.
achia (Iuno). 504.
edere in æstu dictorum. 21.
emit statuas. 188.
ipe velle servare. 354.
Inclinatus. 521. *ad aurem illius.* 183. *inclinata res est.* 134. *inclinatis rebus suis.* 135, 36.
Includit in equum. 193. inclusit me. 343.
Iucubare deo alicui. 49. b. ova. 107. *incubuit super brachium.* 198.
Iucubo. 132, 33.
Incumbere super prædam. 302.
Incretare faciem. 365.
Indecenter pinguis. 246.
Indelectatus non nequitiâ. 319.
Indicium & fidem præferebat. 351. Indicium pendenti ni excussisset Deus. 354.
Indignatio clamoris. 337.
Indormivit alienis complexibus. 301.
Inducias facio vobiscum. 52. faceret Tryphæna. 378.
Indulgentia viri. 259. *indulgentia ejus ag. gratias.* 177.
Indulgere lacrymis. 305. indulsi ergo sollicito. 318.
Ineptiæ humiles. 196.
Infamis Eques. 337.
Infantes à patre sublati. 407. b.
Infelices. 57.
Infirmitas militiam perdens. 307.
Inflat se tamq. rana. 282.
Infra fiduciam posui. 357. pecuniam positi, qui? 316.
Intractis manibus. 62.
Infulis sacri. 328.
Ingenium. 454. paupertatis. 491. ingenii amor non facit divitem. 315. *ingenio caninò uti.* 246. *ingenia fricare.* 338.
Ingerebat lentissima voce. 125.
Ingluvies detestanda. 339. b.
Ingratum artificium. 197.
Inguina. 54. 64. inguinum pondus. 337. curatio. 503.
Ingurgitavi me toto corpore. 318. ingurgitata anus. 299.
Inhæsi basio. 319.
Inhibuimus ferrum post preces. 303.
Inhorrere periculoso frigore. 49.
Injicere contemplationem super rem. 37. injeci cervicibus manus. 335. injecit manum laciniæ. 42.
Inimicare. 279. a.
Inimicus. 316.

Inopia exſtinxit. 322.
Inquinavit me baſiis. 56. *inquinatus literis.* 173.
Inſanus. 337.
Inſcriptio. 200. equi Trojani. 326. a. fugitivorum. 366. b.
Inſidias auribus facere. 13.
Inſiſtentes rectum iter vitæ. 316.
Inſolenter ſolent. 229.
Inſpecioſus. 280.
Inſpicit querelam Iudex. 44. inſpicimus vires patrimonii. 404.
Inſtitæ. 55. grabati. 351.
Inſtituit tropica. 321.
Inſula. 345. *inſ.* 270. inſulatii. 346.
Intactis aureis plenum. 38.
Intelligo nobis convenire non poſſe. 32. non intelligo me virum eſſe. 466. *intellexi illum eſſe verſipellem.* 240. *intelligere meum.* 194.
Intentavimus oculos in prœliantes. 268.
Intepeſcente ſævitia. 342, 43.
Inter anhelitus ſudoreſque tritus. 320. audaciæ nomina. 305. *duo excellens.* 163. *familiam vitulus adlatus eſt.* 230. mercenarium amicamque poſitus. 508. *novos miniſtros intravit.* 280. *primos.* 198. primas. 506. *riſum.* 247. *tortores duos conſiſtit.* 183.
Interdictum, Vnde vi. 38. a.
Interpellavit deprecationem ſupplicis Lycas. 373. *fabulas Trimalchio.* 136. *libidinem.* 196. *trepidantes ſervus.* 77. interpellare ſupplicium. 372. interpellanti aderat comes. 376.
Interrogare animum. 466.
Intorto circa brachium palliô. 302.
Intra hos dies. 131. *ſextum menſem ſciro.* 196. verba ſe continuit. 36.
Intro navigium. 356. *intravi in januam.* 239. intravit delubrum anus. 485. intravimus Crotona. 448. *intrare triclinium conamur.* 93.
Intrò vinum. 195.
Invadere baſiolis. 318. pectus complexibûs. 334. invaſit cervicem virguncula. 55. *eum hic.* 280.
Invectivæ: 28, 29. 49. 212. 219. 301, 213. 343. 345. 354. 375. 479, 80. 485. 498.
Inveniunt ſe medici. 175. *invenies lac gallinaceum ſi quæſieris.* 130. *inveniemus quod manducemus.* 171. *unde ſaturi fiamus.* ib. invenerunt verba. 7. *invenire buccam panis non potui.* 154.
Inventio rerum. 322.
Inventor omnis injuriæ hic. 301.
Invidere inimici victoriæ. 303.
Invidioſa proditio. 449.
Invitare ſermones. 144.
Inundari vinô. 58. inundatus hac invidia. 359.
Invocare Quiritium fidem. 55.
Involare annulos. 225, 26. *plus ex hereditate quàm ſibi relictum eſt.* 152. *involant ſtriges.* 243.
Involvere brachium lanâ. 199. involverat caput flammeolo. 70. involutus coccina gauſapâ. 83.
Ioculator. 263. b.
Iocus ſum nemini. 213, 14. jocum riſumque facere. 50.
Iovis. 176. 170.
Iphigenia. 230.
Ipſimi. 289.
Ira feras mentes obſidet. 355. iram prudenti abſentia exſtinxit. 342. *iraſci.* 152. 220.
Iſiacum velum. 398. b.
Iſidis effigies. 399. a. navigium. 395. b.
Iſſedones propinquos ſuos defunctos edunt. 510. a.
Ita lucrum faciam, niſi. 227. *moriar bene, niſi.* ib. *populus per exitum meum juret.* 227. *ſatur fiam, ut.* 220.
Iubeo ſupprimere querelam. 333. juſſit arma ponere. cavere malo. 309. infelicibus dare miſſionem. 57. rurſus projicere paropſidem. 110. juſſi diſcubuimus. 58.
Iudæi cœlicolæ. 533. a. 534. b. Iudæos caput aſininum colere credebant gentes. 534. a. porcum quoque. apellæ dicti. 535. b. quater jejunant in hebdomade. 536. b.
Iudicium actum inter. 197. Iudicium corruptum & injuſtitia. 38, 39. 424, 25.
Iungere Apuliæ fundos. 294. cervicem amplexui. 319. ſomnum morti. 301. junctis viribûs contempſimus. 27.
Iuno Inachia. 504. Præſtes. 69. b. profana. 504, 5. Iunonem meam. 69.

Iupiter iratus. 156. *Olympius.* 222.
Iurare cœpimus, ne potuisse. 182. *jurat per exitum meum populus.* 227. juravit conceptissimis verbis. 483. religiosissimis verbis. 57.
Ius. 173. gentium. 301. a. juris hum. oblitus. 301. jure vindicare. 38. dimicare. *ib.*
Iuvenis ingentis eloquentiæ. 412. laboriosus. 337. juvenes urbani. 47. juvenum ad magna surgentes animi. 9.

K.

Καλάνδαι. 235. a.
Kalendaria amicorum. 107. b.
Κέρχνοι, - ώδες. 288. a.
κίρκεν ον ἤγε νίκησεν. 81. a.
Κελομυζοι. 137.
Κωμάζειν. 62. a.

L.

Abeo inter ICctos. 501. a.
Labi in somnum. 58.
laborat carmen in fine. 403. *patria.* 163. *populus.* 155. *laborare in clivo medio.* 177.
laboriosus juvenis. 337.
laborum gradus fiant. 14.
labrum. 276. *inferius.* 264. *ungebam de lucerna.* 288. *labro demisso.* 194. labra teterrimo tumore implere. 365.
lac gallinaceum. 130. *lactem unum biberunt.* 269, 70.
lacedæmonius colonus. 28.
lacerare altilia. 140. *cantica.* 276. obsonium. 124. *laceratus gallus à coco.* 280.
laciniam concutere. 37. ducere. 358.
lascini crederes. 337.
laconicum. 277. b.
lacrymæ. & fletus. 66. 274. 305. 355. 388. 397. 404. 486. 487. 499. lacrymæ ad ostentationem doloris compositæ. 48.
lactaria columna Romæ. 408. b.
lactentes papillæ. 319.
laciniosus. 217.
lacunaria. deducta. 231.
lædas. 90. Consul. *ibi* b.
lædi. 83. b.
læna. 215. b.
Lamellulas paravi. 214, 15.
Lamia Eq. Rom. 213.
Lana. 130. *alba, conchyliata.* 199. *bona parum.* 130. *lanæ bonæ.* 296.
Lancinatus indignatione. 358.
Laniones. 138.
Lanistitia familia. 163.
Lanx centenaria. 230. b. *Corinthia.* 186, 87. *decumana.* 230.
Laocoon. 328. ejus statua Romæ reperta. 329. a.
Lapidare. 340, 41. 331. lapidabit aliquis tralatitia humanitate. 400, 1.
Lapidarius. 249. lapidaria navis. 415. *lapidariæ literæ.* 223, 24.
Lapidei ignes. 207.
Lapis specularis. 260. lapidum in magicis usus. 473. a.
Lares argentei. 89. *bullati.* 232. Lares supplicabantur thure, vino, coronis. 89. b.
Largiter vinearum. 271.
Larifuga nocturnus. 213.
Larva argentea. 115. *larvas sic aptabant.* 156.
Lasanum. 144. 177.
Lascivientes altè cincti. 54. a.
Laserpitiarius mimus. 122.
Lassatâ temeritate. 309.
Lassus gaudiô. 320.
Latè venio. 225.
Laticlavia mappa. 104. -- *vium patrimonium.* 289.
Latifundia possides. 293.
Latratus teterrimus. 246.
Latrunculi ex vitro. 106. a.
Latro. 374. veteranus. 316. latrones tenete! 42.
Lavari sine turba. 276. *lavit manus.* 175.
Lavatores, fures. 509. b.
Laudamus dictum. 144. *urbanitatem.* 137. *effusè.* 246. laudatus propter elegantias. 111.
Laurus poëtarum. 314. b. pacifera. 378.
Lautitiæ. 58. accuratissimæ. 115. 103. *domini mei.* lautitiarum adparatus splendidissimè expositus. 58. *clivus.* 177. *lautitias disposuerat.* 277.
Lectica. 83.
Lecticarius. 348.
Lectus stratus. 58. *l. s.* 270. *vitalis.* 149.

149. lectorum & triclinii ratio apud Veteres. 98. b.
Lecythus. 57. b.
Leda. 503.
Legata. 510.
Legitimum oleum. 57.
Lego ap. Homerum. 182. *lego ei fundum.* 270. *patrimonium filio.* 152.
Lenonibûs doctior. 316.
Lentum imperium. 508. *lentior, non melior.* 217. lentissima voce ingerebat. 125.
Leones. 155. *domi.* 160.
Λεσθίαζειν. 30. a.
Levare, rapere. 509. b.
Levatores. 509.
Lex armata. 532. quarundam gentium ut à propinquis consumantur defuncti. 510. Sardoa. 5. a. lege proficere severa. 13. frugalitatis exacta. 17. leges. 38. timebat. 39.
Libellus fixus in poste. 84.
Libentissimè tueri officium. 78.
Liber: libri rubricati. 173.
Liber esto. 4. *liberos capillos habere.* 134.
Liberi. 15. liberis carentes Crotone. 408.
Liberti à cura amicorum. 107. b.
Libertini locus. 133.
Libido. 34. 306. distenta. 319. *saltationis.* 196. peregrina. 386. libidinis solum vertere. 307.
Libidinosa. 466. diligentia. 72.
Libitinarius. 135. *libitinarii servus.* 298.
Licentia intemperans. 212. licentiam dare. 318.
Licèt sculpas fractam amphoram. 272.
Licinii Calvi carmina. 16. b.
Licium protulit. 471. licia discoloria in veneficiis. 471. b.
Lictor percussit valvas. 248.
Lingua tace. 264. *linguam caninam comedi.* 151.
Linguosus. 151. 241. linguosi digiti. 516. b, 517.
Liniamenta spississimam noctem evicerunt. 299.
Linteis tergebantur post lavationem. 82. b.
Linunt utrosque parietes. 137, 38.
Liquatum est infusum ex unguento. 268.
Liquescit cor. 148.
Lis ambigua. 39. turpissima. 31. litis solatia. 376.
Literarum amatores contemnuntur. 314. jactantur quacunque ratione. 316.
Literæ lapidariæ. 223, 24. quadratæ. 86. *thesaurum est.* 174. literarum flumine inundatus. 416. studiosus. 364. *literas didici.* 180. scis. 32. in cera ut delerint. 15. a. literis satis inquinatus. 173.
Locus inter nupta verba. 302. a. it. sepulchrale. 304. b. *locus prætorius.* 249. primus. 99. *locò libertini* [seu, --inò] *jacet.* 133.
Lœcos frigori indico. 146.
Longè à nobis. 280. *nobis nemo.* 225. *tibi sit comula curabo.* 222, 23.
Longum agmen fecerant. 71. longior hilaritas. 317.
Loquacitas ventosa & enormis. 9.
Loquax manus. 516.
Loqui sæpius poëticè quàm humanè. 331. *scenas.* 156.
Lorus in aqua. 217. lorum in aq. 488.
Lotium suum non valet. 213.
Lucanicæ. 251.
Lucanus & Petronius *συγγενοι.* 524. b. Lucanus tacitè reprehensus. 417.
Lucerna bilychnis. 92. *fictilis.* 264. *lucernam spargi merò jussit.* 279. Lucernæ ante ædiculas Larium. 89. b. lucernæ humore defectæ. 59. *plures videbantur ardere.* 244. luc. sepulchrales. 388. b. lucernas amat Pallas. 525. b. lucernis occidentibus. 60, 61.
Lucretia si es Tarquin. invenisti. 28.
Lucrifacere pallium. 43, 44.
Lucrinus lacus. 424.
Lucro N. 232.
Lucrosi. 132. a.
Lucrum omne me transeat. 233.
Luctatius Statii interpres taxatus. 524. b.
Lucunculi. 251. a.
Ludere. 34.
Ludum dies solennis arctaverat. 317. ludos ejusm. sæpius spectaverat. 128.

Luna lucet tamquam meridie. 237. lunæ ætas qua Troja capta. 229. b. lunam deducere. 468. 489.
Lunaris motus periodus triplex. 518. a. menſis triplicis generis. *ib.*
Lupini cibarium pauperum. 41. a.
Luſtrago verbena. 512. a.
Luſus fortunæ. 37.
Luxus Romanorum. 201. 339. b. 430.
Lyæus. 143.
Lycas. 371. 358. tranſigit ſuper lenocinio uxoris. 380. naufragiò perit. 399.
Lycurgus. 411. Lycurgô crudelior. 313, 14.
Lyrici novem. 8.
Lyſippum inopia oppreſſit, cur? 322.

M.

MAcariſtus homo. 218. b.
Macrobius emendatus. 512. b.
Macte virtute eſto. 341. mactus, antiquum. *ib.* b.
Mactare, proprium ſacrorum. 512. b.
Mactra. 281.
Mactrilla. 128. a. 282. a.
Ma Dia. 195.
Mæcenatianus, 272.
Mæcenatis carmina. 276. b.
Magiſter. 217. navis. 376. b. ſævitiæ. 496. magiſtri dicta. 402.
Magis magiſque intuens. 183.
Majeſtas orationis. 15.
Malè dormiens. 318. eſt extra legem viventibus. 449. *fervet olla.* 134. repugnans. 319. *vacillavit.* 134.
Maledicere capiti, gulæ, ventri. 481. *genio cujus.* 196. *majorem.* 228. *Trimalchionem cœpit.* 281. maledicebat properantibus. 414.
Malicorium. 176.
Maligné ploravit illum. 149.
Maliſtos. 218.
Malo fidem meam quàm theſauros. 217, 18. *nihil, de una die duas facere.* 274. *mihi hoc.* 188. te quàm balneum totum. 336. *mavult ſibi aſſem, quàm vitam.* 160.
Malum: mala Cydonia ſpinis confixa. 270. 265. a.
Malus: malus fatus. 270. *mala manus.* 243. *mala lingua eſt.* 128. mali quid feci? 481. *mali quid, ut aut naſcantur, aut.* 139. malo cavere juſſit. 318. *peſſimè mihi erat.* 198. malis fatigatus. 59. gravatus. 58.
Mandare cui cœnulæ officium. 332.
Manicillium. 243. a.
Manni. 164.
Mantiſſam habet magnam. 250.
Manubiæ. 302. 521. manubias partiti. 302.
Manumitto aliquot. 149. *illos in teſtamento.* 270. *manumiſerat mortuum.* 250.
Manuciolum. 243.
Manus curioſa. 37. dentata. 51. improba. 318. lenta. 72. *mala.* 213. procax. 63. ſupina. 50. *timida.* 184. *uncta.* 152. *manus* manum *lavat.* 169. manum ad capulum refero. 398. *de tabula.* 292. *manu involuta.* 242. loquaci. 516. *oppoſita ad os.* 245. *plena verberavit.* 247. *manus trementes.* 281. manuum elevatio in jurejurando. 534. b. manus cervicibus injeci. 335. *in illa tergeret.* 216. *in illius capite terſit.* 81, 82. *lavit* (an, *unguentô?*) 175. *tergit ſudarió.* 256. manibus ad articulorum uſque ſtrepitum contritis. 49. *erectis ſupra frontem.* 195. *nexis.* 276. *reſtrictis.* ib. *ſublatis.* 212. *ſublatis ad camaram.* 139.
Mappa laticlavia. 104. *in mappa adligata habeo.* 253. *mappas implevimus pomis.* 232.
Marcebant conjunctis capitibûs. 59.
M. Manicius, 345. M. Rhetor. 538. a.
Mare hibernum. 354. iratum. 305.
Maria Maximiliani conjux equô præcipitata. 405. a.
Martellus. 191. b.
Martiali & Petronio multa communia. 518. b.
Martiolus. 189. 191. b.
Martulus. 191.
Maſcarpio. 486.
Maſculus. 191. a.
Maſſagetas propinquos ſuos defunctos edere. 510. b.
Maſſilienſes peſte laborantes hoſtia humanâ civitatem luſtrabant. 513. Senatui cauſas juſtas mortis expe-

tendæ aperienti cicuta ex publico dabatur. 537. b.
Mataus. 145.
Matavita tau. 238.
Matella. 165. matellam suppositi ludenti. 81.
Mater. 22. 506.
Mathematici urbanitas. 137. --corum cœlum. 450.
Matronæ. 207. 386. 476. 506. quibus adde. 53. 488. nigro crine utebantur. 385. a.
Matrylleum, *μητρυλλεῖον.* 282. *a.*
Mattea. 247. 280.
Mavortius umbo. 444.
Maxillæ majores. 155.
Medicinam somnô petii. 49.
Medicus consolatio est animi. 149. consolatio mimica. 149. b. *curabat collum.* 241. *medici perdiderunt illum.* 149. *vetant.* 177. *se non inveniunt.* 175. *medicum artificium.* 208.
Mejere caldum. 259.
Mel Atticum. 130. 211. *caldum. Hispanum.* 253. *à Iove dicuntur adferre apes.* 209, 10. melle usi Veteres pro saccharo. 5. b. mella facundiæ, poëtica. *ib.*
Melica. 244.
Melior. 217. *esto.* 228. *meliora crotalia.* 258, 59.
Μελίφθογγοι. 5. b.
Melissa Tarentina. 234.
Melius ille. 187. *loquere.* 162.
Mellita carmina. 5. b. melliti verborum globuli. 5.
Memini Safinium. 156, *meminerimus vivorum.* 158. 287.
Memorata carminis summa. 201.
Memoriæ bonæ. 257. *malæ esse.* 184. memoriæ tuæ fidem adpello. 335.
Memphitides puellæ. 516.
Mendacium in damnum potens. 326. tutum. 411. vultu, trepidatione prodere. 309.
Mendicitas. 449. mendicus. exul. 305.
Menecrates. 276.
Menelaus antescholanus. 305.
Mens bona. 11. mentis calorem vinô obruere. 17. 18. mentem bonam habere jubemus. 402, 3. bon. habere cœpisti? 475. *bon. sibi optarunt.* 232. *mentibus puris.* 161.
Mensa plena. 152. mensam humanitate posuisse. 341. *osculari.* 244. *mensæ argenteæ.* 277. citreæ. 423. *mensa secundas jussit adferre.* 260. *secundas habetis.* ib. 265. a. b.
Mensula. 496.
Mercari hôc. 40, 41.
Mercenarius. 344. 508.
Mercurialia. 219.
Mercurius dum vigilat. 294. *Mercurii millesimæ.* 258.
Meretrices nudæ. 23. 208. a. obnuptæ. 23. a. prodibant cum pedisequis. 48. a. flavo usæ crine. 385. a.
Mero meridie tenebras credet. 126.
Methodium. 124.
Meus homo. 238. *miles.* 240. *mea Melissa.* 239.
Mi carus. 279. mi pro mei. 407. 2. mi hospites. 407.
Micare in tenebris cum quo. 156.
Migratio libidinosa. 395.
Mihi empti sunt horti. 196. *malo hoc, quàm.* 188.
Miles. 389. milites non phæcasiati. 308. sed caligati. *ib.* b. in zonis pecuniam gestabant. 315. b. rusis pænulis utebantur. 56. a.
Miliarium quintum. 237.
Millesimæ Mercurii. 258.
Milva. 287. *milvo volanti.* 166. *milvi quàm volant.* 128. *milvinum genus.* 150.
Mimum componere. 411. implet mundus. 520. mimicus risus. 53.
Minervæ omnu homo. 154.
Ministrans. 335. ministrator. 96.
Minophile. N. 269.
Minores quàm muscæ. 148.
Minutalia. 177.
Mirabor, nisi. 266.
Miscere camellam. 247.
Misetiarum societas. 352.
Misellus. 250.
Missionem dedit infelicibus. 57. *regabat.* 198. *dedit puero.* 195. *dedimus pernæ.* 255.
Mistyllus. 250. a.
Mithridates. 196.
Mitigari. 14.
Mitto anserem post lectum. 497. *mittes.*

mittes. 183. mittam tibi à capite sanguinem. 332. *misit illis sangu*. 240. illi tunicam in faciem. 45. *mitteretur semen ex India*. 131.
Mixtus. 163.
Moderationis verba. 431.
Modo, modo. 174. *modo, m. me appellavit*. 148. modò Grajo sonô, interdum, *&c*. 19, 20. *modo sic, m. sic*. 162.
Mœchi obnupto capite. 22. b.
Mola buxea. 280.
Molestare noli meliorem. 225.
Molestus. 169. *fuit*. 150. *tibi sum*. 195. molestum contempsimus. 27. molestum. 356. munus. 320. officium. 97.
Mollis caro. 213.
Molles. 63. b. 64. I. Mascarpio.
Momentô recepi. 335. temporis conscendimus in. 406. temporis inseruit. 351. t. eximus. 82.
Moniment. mox Monument.
Monocromon. 311, 12.
Monstruosius ferculum. 266.
Monumentum. 388. 391. *quod heredem non seq*. 271. monumenta. 390. *mon*. 237. *optima facere*. 249.
Morbum subtilitate lenire. 50.
Mordicus tollere quadrantem. 150.
Morientes occidere. 353. mortuus ivit in crucem. 395. mortuum impendere. *ib*. mortuis gleba injecta. 400. b.
Mors mimica. 345. venit. 359. Romana. 537. a. oculos cœpit obducere. 54. mortis varia genera. 404, 5. morti proximos amplectebantur Romani, Græci. 401. a. mortes repentinæ. 405. a. b.
Mos castrandi. 421. b. homines immolandi. 5. 511, 12.
Moses quo die montem Sinai adscenderit. 437. a.
Motus. 507.
Movere vultum. 332.
Mucronem probare ad buccam. 267. *mucrone colligere frusta*. 231.
Mulcare. 347. 486.
Muliebris patientiæ legem accipere. 69. patientiæ scortum. 29.
Mulier. 393. 476. *codex non mulier*. 282. mulier axitiosa. 476. b. damnata. 376. *essedaria*. 164, 65. fucata. 65. a. 66. a. *milvinum genus*. 150. *nascitur*. 138. secutuleja. 307. mulieres in funere genas radentes. 390. b. lunam deducentes (sagæ). 468. sine pedissequis non prodibant. 48. a. mulierum levitas. 385.
Muliones. 264.
Mullus. 340.
Mulsum sumere. 109.
Munus amplum. 232. *excellens*. 163. munera die natali. 95. a.
Muria fœtens. 269.
Murmur timiditissimum. 317.
Mus. 162. *in matella*. 225. *murem cum rana*. 217. *mures ne ista tangant*. 296.
Musa. 551. *Musa omnis mancipium*. 262.
Musæ palmâ coronabantur. 314. b.
Musæ. 148. *muscarum cinis*. ib. b. velut imagines. 491.
Muscarium. 211.
Mustela comedit cardueles. 172.
Mustulentus auctumnus. 530.
Mustum. 227. musteus magister. *ib*. b.
Mutabam vultum. 338. *muta* (de voce). 260. mutavi optionem. 318.
Muta bestiæ. 209.
Myronis nobilis sculptoris paupertas. 322.
Myrrhæ succus. 520. a.
Myrrhinum poculum bibisse. 520.
Myrtea gausapila. 56.
Myrtus. 475. arbuscula Veneris. *ib*. b. poëtarum coronamentum. 314. b.
Mystæ. 51.

N.

Nænia. 178. 223.
Nar. 529. b.
Nardi ampulla. 297, 98.
Naris. *ib*.
Narra mihi, inquam. 482. *narrare nihil nugarum*. 241.
Nascalia. 278. a.
Nasci in ingenuum. 219. *nascitur Signo illo*. 137. *in Ariete, Tauro, &c*. ib. *nascuntur domi omnia*. 130. *illi cornua*. 138, 39. *ut nasceretur mel Atticum*. 130. *natus domi*. 179. *nata sic sunt Corinthia vasa*. 187, 88. *ex onagro mula*. 131. *natu maximus sus*. 129.
Natare pisces oportet. 136.

Naves constratæ. 358. a. *euntes plenis velis.* 272. lapidariæ. 415. *majores, meliores, feliciores.* 290. quot in expeditione Trojana. 325. b. navium proris signa deorum imposita. 370. b. in navibus ungues capillosve præcidere mali ominis habitum. 367. 369.
Naufragarunt naves. 219.
Naufragorum ultimum votum caput radere. 367. 369. naufragis ungues recedere. *ib.* a.
Navigantes super constratis dormientes, 358. a.
Navigium scrutari. 369. navigia magna portibus se gravatim insinuant. 360.
Navis ex Africa. 510.
Nautæ barbis horrentibus. 356. nautarum mores. *ib.* a.
Ne quid temere. 37.
Neapolis. 305. b. 536. a.
Nebula linea. 208.
Nec adhuc omnia erant facta. 34. nec adhuc quidem attulerat. 37. nec contenta mulier, tam. 476. nec contentus tollebat altius. 415. *nec dum finieram.* 266. *nec dum sciebamus, cùm.* 140. nec ego te in periculum arcesso. 361. *nec est, quod putes.* 130. *nec mora.* 184. *nec mu, nec ma.* 217. nec recessit tamen miles. 391. hoc Dii sinant, ut. 453. *turpe quod dominus jubet.* 289.
Negat fuisse acidius sibi. 336. passurum se. 376. negavi agendum. 38. mihi voluptatem. 106. negavit rectè fieri. 341. *negabitis non me habere.* 143.
Nemo ausus est artem damnare nil auferentem. 411. cœlum *cœlum putat.* 310. 161. invitus audit, quum cogitur aut cibum sumere, aut vivere. 392. nostrûm non peccat. 284. 311. *nemini nihil satis est.* 289.
Nequitiæ nidus. 206.
Neronis & Trimalchionis comparatio. 81. b. 82. 106. a. Neronis Halosis Trojana. 325. b. proclivitas ad Poësin. *ib.*
Nervi paruerunt. 473. nervos striges comederunt. 485.
Nervia præcisa. 168.
Nesapius. 187.
Nescio cui terræ filio. 152. *quid Asiatici.* 157. quid boni. 108. *quid nunc taces.* 233. *quid* tacitis cogitationibus Deus agit. 460. *quid terrum.* 245. *quis.* 213. *nescitis apud quem fiat.* 77. *nesciet quà fugiat.* 213.
Niceros conviva. 234.
Nihil est commodius quàm semper eum sapientia loqui. 509. *est dies.* 144. est hominum inepta persuasione falsius. 482. *est melius, quam de cubiculo rectà,* &c. 144. est nimis arduum improbitati. 319. *est, si non est factum.* 181. *nemini facere boni.* 150.
Nimbô laborat paries. 66.
Niobe. 193.
Nisi fortè putatis. 373. *nisi si me judicas curare.* 225.
Nisu majore clamavit. 29.
Nivarium colum. 97. a.
Nivata aqua. 96.
Nives coctæ. 97. a.
Nobis eum exentera. 184.
Nocturnus grassator. 308. *nocturnæ mulieres.* 243.
Nolo tibi tam valde placeas. 453.
Nomina seculis nota. 386. *omnium reddere.* 158. nominibus depositum. 412. in nominibus esse quid. 412. a.
Nominabitur sempiternò. 164.
Non est moratus exsequi 351. *non est, quòd.* 176. *non exspuit.* 157. *me novi, aut non deridebis.* 223. notavi. 20. perfunctorie. 36. taces? 29. recusavit. 302. repugnavit. 302. tenui lacrymas, 66.
Nosse plausum sui ingenii. 331.
Notavi mensas argenteas. 277. mihi. 20. *positum super* [*supra*] *me.* 269. *notavit hoc Trimalchio.* 257. me miles, 308. sibi ad lunam tonsorem. 367. *notavimus labentia ostrea è crustis.* 267. res novas. 79. quum notasset sibi lumen. 390.
Notorem dare. 338.
Novacula. 377. rudis, retusa. 244.
Novæ nuptæ longum agmen. 71. a.
Novendiale sacrum. 250.
Novi nihil mihi potest adferri. 137. quid? 25. *quid de cœlo,* 231.

Nox pro concubitu. 346. b. noctis colore tinctus. 516. unius tactu omnia vendidit. 307. *nocte.* 176. noctibus totis obligati. 307.
Noxa & noxia. 505. b.
Nuda nupta. 208, 9. virtus. 321. nudus juvenis. 236. Trimalchio. 275, 76. à nudis quærebatur res in domo alterius. 350. b.
Nugax es. 194.
Numantinorum fames, ærumnæ. 511.
Numero stellas. 238.
Numidæ crustæ. 420. Numidiæ agri. 413.
Nummularium artificium. 208. *nummularius,* 209.
Nummus : nummos modiô metitur 125. *nummorum nummos habet.* 128, 29. nummis præsentibûs quidvis opta. 500. nummis verba vendere. 38.
Numquid alius scit. 192. in prandium parasset, 28. labra possumus tumore implere. 365. spiritus macer. 462. vis. 320.
Nunc nec quid, nec quare. 126.
Nupta. 208, 9.
Nuptias fecerunt. 69. nuptiarum nomen expavit. 71.
Nutricas viperam sub ala. 293.

O.

O Pro au. 153. a.
Obdormire alto somnô. 319.
Obduxi pultarium. 146. obduxit hostium cellæ. 343.
Obiit diem supremum. 236. *honestè.* 150.
Obiter. 130. cantabant. 97. speculari diligentissimè cœpi. 335.
Obiurgare colaphis. 110.
Obliviscor nomen meum. 251.
Obrussum. 257.
Obscænus gladiator, 29.
Obscuratum caput inclinavi. 486, 87.
Obscuritas temporis. 36.
Obsequium amici quærere. 397.
Obtorto valgiter labellô. 520.
Obvii & per discessum. 113.
Occasione uti. 37.
Occidi illi cardueles. 172. *occidi jussit suem.* 179. occidisti Priapi delicias. 498. occisus anser. 497.
Occupat insolitos gressus prior Cæsar. 438. *triclinium familia.* 269. *occupavit repositorium mensam.* 182.
Occupo, onis. 226.
Ocius foras. 343.
Oculum bubulum vidi majorem. 158, 59.
Odaria. 197.
Odia detumescunt. 380.
Odopera. 119.
Odyssea depicta. 90.
Oenoptæ. 299. a.
Offendit te osculum meum. 462. *tunc primum me etiam Virgilius.* 261. *me recordatio earum.* 247. *offensus convitiô.* 281.
Offensam deponere. 320.
Officiosus. 338. quivis minister. *ib. a.* *o. puer.* 281.
Officium. 210. offic. 508. cœnulæ. 332. molestum. 97. nuptiale. 70. *servile.* 78. officii causâ. 361. oblitus. 341. officiô ætatis id extorserat. 506.
Offla. 210. *crucis,* 220
oculi. 528. oculi dicti qui lucernas exhibebant. 299. a. *oculi mortui.* 239. 262. oculos ad arcessendos sensus longiùs mittit. 406. oculis meis inimicissima. 396. oculis detersis redire ad ministerium. 61. viventibûs. 403.
Οἰνοχόοι. 96. a.
Olearius. 154.
Oleum lucernis infuderat. 60, 61. *oleo ferventi respersit convivas.* 247.
Olim dormientes. 60. 356.
Oliva cui sacra. 314. b. olivæ. 101.
Olla sociorum malè fervet. 134.
Olus agreste. 22.
Onager. 131.
Oneravi vinum, lardum, fabam. 289, 290. *oneratus coronis.* 249. *potione.* 186.
Onus. 414. *onera venalia.* 174.
Operas locavi hominis, non caballi. 415.
Operæprecium. 79.
Opertis oculis bona sua computant. 161. 310.
Opimianum vinum. 114.
Opimius Cons. primus reponendi vini auctor, *ib. a.*
Opinio. 241.

Oportet credatis. 243. hodie bene sit. 336. *vos suave faciatis vinum.* 136.
Oppidum in campis pestilentiæ positum. 409.
Opponere pedem cui. 218. *opposita ad os manus.* 245.
Opprimebat. 56.
Optio. 318.
Oramata. 137.
Oratio grandis. 15. pudica. 8. superstitiosa. 372. --nis majestas. 15.
Orbi Crotone. 408.
Orbes. 330. pro clypeis. *ib.* b.
Orchestra. 452.
Orcus. 116. *delebit stigmam.* 166. *possit auferre.* 174.
Ordinare alicujus studia. 317.
Ordinem totius dictionis infamant. 21.
Oricularii servi. 152, 53.
Oris stuprum. 29. a.
Oro te, loquere. 162. *narra.* 233.
Oscillatio. 508.
Oscillum. *ib.* a. & 115. a.
Osculum. 462. osculô iram finio. 355. ex cujus osculo pendes. 459. ad oscula. 400. *oscula junxerunt.* 259.
Ossa bene quiescant patrono. 136.
Ossicula. 251.
Ostiarius an cathenatus. 85. a. comes canis. *ib.* ostiar. prasinatus. 85.
Ostrô ebrius. 315.
Ὠτακουστάι. 153. a.
Otiô. 191.
Ovidii versus à Petronio mutuati. 528. a.
Ovis: oves laboriosissimæ bestiæ. 209. *mutæ.* *ib.*
Ovum: ova concepta. 107. pavonina. *ib. pileata.* 248. 254. ex farina pingui figurata, 107, 8, ovorum calyces perforabantur. 108. a.
Oxygonia. 255.

P.

PAce vestra. 6.
Padarum gens Indica propinquos suos defunctos edunt. 510. a.
Pædagogus. 317. 342.
Pænulæ militares, serviles, *&c.* 56. b.
Pagina in Comicis. 304. b.
Παιδάρια, scorta mascula. 24. a.
Palæstricæ. 57.
Palàm exentera. 184.
Pallas ædificationem invenit. 18. b. amat lucernas. 525. b.
Pallium coccinum. 103, 4. quadratum. 490.
Palma: palma coronamentum poëtarum. 314. b. excussissimâ. 345. *palma prima.* 269. palmæ fructus pro sagina quadrupedum. 141. b.
Palmulis textæ sportulæ. 140.
Panis autopyrus. 251. *candidus.* 246. *panem hæc res habet.* 173. noluisses de manu illius accipere. 126. *semissem ponebat.* 246.
Pannucia. 43.
Pannus. 526. panni pruinosi. 316. *pannos comedi.* 160. pati & vincula. 363.
Pannychis virguncula. 53. 68. 69.
Pantomimorum triclinium. 99.
Papavere & sesamô sparsa dicta. 5.
Papillæ. 319.
Papinius tres coronas certaminibus Albanis obtinuit. 315. a.
Par fortunæ similitudine. 303. *parem non habet.* 261. quem habui? 245. paria componere. 54.
Paralyticus. 475. 467.
Parapsis. 110.
Parentabo injuriæ sanguine. 307. *parentare.* 263.
Parentalia. 297.
Parentes objurgatione digni. 13.
Parieti adplicitus. 332.
Paris dearum judex. 503.
Parium marmor exstinguere. 457.
Paro: paravit tempestas dissipare. 171. parare quid tristius. 54. *paratur anatina cui.* 208. *paratus fuit tollere.* 150. miles. 469. paratissimus puer. 97.
Paronychia. 97.
Paropsides. 188.
Pars. 466. verenda. *ib.* a. partem meam penè projeci. 108. *partes decem,* 171. *quatuor dicit.* 171.
Partiamur communes sarcinulas. 32. *partitus est vitulum mirantibus.* 231. partiti manubias. 302.
Pasco ventres viginti. 215. *pascunt se ipsi.* 137.

Pater

Pater. 358. cariſſime. 354. *paternum hoſpitium.* 292.
Patera. 144. *vini.* 232.
Patiens. 318.
Patrare, patratus, inter venerea. 508. a.
Patrimonium laticlavium. 289. *non ſentiet.* 164. patrimonii mei reliquias olent. 370.
Pavo. 201. pavonina ova. 107.
Paupertas bonæ mentis ſoror. 316. expugnata, nova mendicitate revocanda. 449. paupertatis ingenium. 491, 92, *ſeqq.* paupertatem quæſtibûs temptemus expellere. 32.
Pauperum verba. 169.
Pax Palamedes! 255.
Peccat nemo non noſtrûm. 284. 311. *quiſque ſibi.* 166, 67. peccaſſe me ſæpe, fateor. 469.
Pectus nil profuturo diducere gemitu. 391. ſapientiæ plenum. 335.
Peculiare, ſluprare. 26. b.
Peculium. 285. peculiô Iovem exorat. 324. peculio prolatô. 26.
Pecuniæ cupiditas tropica inſtituit. 321.
Pedalis. 211.
Pedes tollere. 207.
Pediculus. 216.
Pegma, tabulatum. 29. b. pegmares gladiatores. *ib.*
Pelagiæ volucres. 381. phaleræ, purpuræ. *ib.* a.
Pelamides. 255. a.
Pelles. 363.
Pelvis. 268.
Pendula venus. 507. b.
Πενδικός. 179. a.
Penicillus. 181.
Penſatis vibicibûs. 478.
Πενθαπάλαι. 179. a.
Peplus. 398. b.
Per caliginem vidi te. 28. per fidem. 62. 67. 340. 358. p. f. miſerere. 399. *per ſcutum, per ocream agitavi.* 236. ſocietatem miſeriarum. 352.
Peragit tempeſtas mandata fatorum. 401. *peracta pugna.* 170. peracto libenter officiô. 406.
Peram differre. 410.
Perbuſiarius puerum. 144.
Percoqui poteſt gallina. 182.
Percuſſor nocturnus. 29.
Perdere conſuetudinem deſidiâ. 508. *de vita tantum.* 78. noctem. 33. verba. 342. *perdidit mercedem.* 225. *perdiderunt illum medici, fatus.* 149. perditis addictus. 17.
Perduxit ad hanc fortunam frugalitas. 288. perduci ad ultimam triſtitiam. 66.
Peregrina libido. 386. ratione figurare. 365, 66. peregrini amoris conceſſio. 334.
Perfodit dentes ſpinâ. 105.
Perfricuit faciem dormientis fuligine. 59.
Perfunde illi caput. 247.
Pergamum. 316.
Pergula. 321. a. *in pergula natus non ſomniat ædes.* 282.
Periculo cataſtrophæ quæritur. 198. *meô.* 274. ſuô adjuvare. 51. periculoſum alienis intervenire ſecretis. 54, 55.
Periſcelides. 256.
Periſtaſis declamationis. 181.
Peritema Dia! 195.
Perplexe agere. 488.
Perſarum mos adimendi virilitatem. 421. b. Perſ. victus. 157.
Perſequi leporem. 242. mortem inediâ. 388. totum parietem. 87. *quem toga pertulit.* 227. perſecutus putamen manu. 108. perſecuti ſonum. 402.
Perſeverat amnona. 160. læſus in querela. 505.
Perſona vendentis. 37. contempta. *ib.*
Perſuadeo hoſpitem. 236, 37. *te ut venias.* 170. perſuade gubernatori. 360.
Pertinet nec ad cœlum, nec ad terram hoc. 154.
Pertracto vaſculô. 67.
Pertrectavi gaudiô diſpoliatum torum. 301.
Pervenirem ad illam. 236. *ſatis vivus.* 294.
Pervigilium Bacchi, Cereris, Fortunæ, Priapi, Ven. 58. a. b.
Pervolo in hoſpitium. 334.

Pes : pedem opponere cui. 218. pedum candor. 456,57. *pedes lauatos habent Dii.* 162. *pedibus nudis ibant.* 161.
Peſſatia, peſſi. 278. a.
Peſſum dare. 153.
Petavii. 511.
Petavonii. 511. a.
Petauriſtarius. 197. *petauriſtarios intraſſe putabam.* 178.
Petauro jubente ſuperior. 522.
Petellini. 511. b.
Petere aquam. 342. *petiit ambitioſiſſimè.* 248.
Petovium. 511. b.
Petronii Arbitri prænomen. 1. a. multa ei communia cum Martiali. 518. b. qua ætate vixerit. 1.a. 25.b. 81. b. 112.a.b. 518. b. 524.b. 525. Satyricon, minimum in XVI libros fuiſſe diviſum. 2. b. 74. b. 75. a. Stilus. 25. b. 185. b. 186. 226. a.
Petronii plures: Afranius, Indicus, &c. 513. a.
Phæcaſia. 308. b. *inaurata.* 256.
Phæcaſiati. 283. a.
Phaleræ pelagiæ. 207.
Phalerati curſores. 83.
Phantaſia, non homo. 135.
Pharmacus. 375.
Phaſiacus gallus. 178. Phaſidos unda. 424.
Phiala. 189. *vitrea.* 190.
Phi[Phyl-]argyrus. 268.
Phileros conviva. 150. 310.
Philoſophiæ fons. 323.
Philoſophus. 317. 316. 321. *philoſophum nunquam audivit.* 273. philoſophi helleborô caput purgabant. 322. a. *philoſophos dejicere de negotio.* 210.
Philumene captatrix. 506, 7, 8.
Phreneticus. 244.
Phrygius cultus. 328.
Pica cirrata. 219. b. *pica pulvinaris.* 128. varia. 86.
Pictura. 10. deperdita. 321. picturæ Zeuxidos & Apellis viſæ. 311.
Pietaticultrix ciconia. 205.
Pignus decepti Atridæ. 379.
Pila *praſina.* 79. ſparſiva. *ib.* a. pilæ luſus ante lavationem. 79. a. *velut pilas eos tractabat.* 156.
Pilare. 156. b. *pilavit malam.* 152.
Pileatus aper. 140. *pileata ova.* 248. 254.
Pileum detraxit apro, impoſuit capiti ſuo. 143. *rapuit incuboni.* 132, 33.
Pili facit Iovem. 161. 310. *inhorruerunt.* 241.
Pinacotheca. 311.
Pindarus Homericis canere timuit verſibûs. 8.
Pinnas ſpuma torquebat. 381.
Piper non homo. 130. piperatus vitellus. 109.
Piratæ cum catenis. 4.
Piſcationis 4 inſigniora genera. 381. a.
Piſcator. 13.
Piſces in euripo natantes. 123, 24. *piſces natare oportet.* 136.
Piſcina. 274.
Piſtar. 231. *piſtoria opera.* 135.
Pittacia. 114. *in ſcypho circumlata.* 210.
Pius. 273. *piam rem fecit.* 290. Piorum campus. 441. b.
Placavit canem interventu ſuo. 275. placandi cura. 471.
Placere, inter venerea. 227. ſi placet, ſume. 461. *placemus illi.* 217. *placebat fuga confoſis.* 77. *placeret ſibi non tantum.* 160. *placens ſibi magiſter.* 172.
Plagæ creſcunt. 184.
Planè hic debet eſſe. 183. *hoc ſervus indicare poteſt.* 142. jam non moleſtum erat munus. 320. jure Civ. agendum. 38. *meræ fugæ.* 169. *non mentiar.* 242. *non omnia narras.* 263. non pro exſpectatione. 117. nos idem volebamus. 45. placet emere. 39. vehementer excandui. *ib.*
Plangit eum. 242. plangere nudatum pectus. 386, 87. *planctus eſt optimè.* 149.
Planus. 308.
Plauſor in ſcæna. 18.
Plauſum dedit. 184, 85. ſui ingenii noverat. 331.
Plebs fuſcis pænulis induebatur. 56. a.
Plocamus. 244. a.
Plocrimus conviva. 245.
Plodo tibi. 169.
Plaſtæ. 322.
Platanon. 471.
Plenus felicitate. 449. grege Socratco. 19. oratione blandiſſima. 452. *plena*

na mensa. 152. plenæ maturitatis. 320.
Plores fatum tuum. 288. *mortuum.* 198.
ploravit illum uxor. 149. I. Comploro.
Plumarii. 202. a.
Plumbum fit aurum in manu ejus. 153.
Plus argentum jacet, quàm. 129. *libram.* 253. *quid venit.* 177. *nummorum, quàm alter patrimonium habet.* 160. *vini, quàm.* 135. *plures.* 149. plura volebat proferre. 383.
Pluris non fumus quàm bullæ. 148.
Poculum in lance. 186.
Pocula cum sigillis. 193. b. literata. 101. b.
Podagrici pedibus maledicunt. 481.
Pœnitentiam emendare. 335. punire. 333.
Poësis. 10. 414, *seqq.*
Poëta sum. 314. poëtam laudasti, ut foris cœnares. 31. poëtæ in balneis carmina recitantes. 334. a. 336. mali in theatris lapidibûs imperebantur. 331. a. 340. 41. poëtæ Lyrici. 8. a. prima ætate legendi. 19. poëtarum mentio. 200. poëtica levitate. 409. poëticè loqui, non humanè. 331.
Poledri, poledræ. 130. b.
Pollicem rodere. 517. b. *pollices extremi pedum.* 276.
Polyænos. V. Encolp.
Πῶλος. 130. b.
Poma. 276. *crocum fundentia.* 231.
Pomona. 271. a.
Pompa. 231.
Pompejus in Ægypto occisus. 427. b.
Ponere arma. 309. calculum. 405. consilium. 403. *cubitum apud quem.* 80. mensam humanitate 341. *ponas diligenter.* 179. *posui super illum nihil.* 138. *posuit mi in manu.* 291. *se ante mensam.* 246. *se loco prætoriò.* 249. *posuerunt super mensam lares.* 232. *positusin repositorio aper.* 141. *super hoc officium.* 210. *positam scropham significabant.* 140. *positum illic repositorium.* 231.
Popinæ. 354.
Populus. 440. *minutus.* 155. *leones nunc domi, vulpes foras.* 160.
Popysma. 476. a.
Porcelli ex coptoplacentis. 140.
Porcus coronatus poculô. 251. Trojanus. 184. a. *varius.* 162. *porcos coctos diceres ambulare.* 163.
Πορνεῖον. 24. a.
Porrexit aquam nemo. 111. *porreximus manum ad pompam.* 231.
Porrò Quirites. 56. a.
Porrus, porri. 211.
Portenta faciunt porci. 178.
Porticus. 11. Argonautarum. 90. b. Herculis. 11. b. *marmorata.* 294. omnes circumeo. 308.
Posco: popoſci potionem. 97. *popoſcit me bis nemo.* 218.
Posſideo multa in mari, in terra. 138. *octingenta.* 132.
Posſum: *potest loqui.* 169. poteris simulationem lacrymis obumbrare. 360.
Post hoc dictum effudit risum. 219. *hoc factum nunquam fuit.* 244. *hoc fulmen rogare cœpit.* 284. lectum. 497.
Postulare exhibendum. 45. postulantibus universis nuptias fecerunt. 69
Potare flumina. 532. a.
Pote. 191.
Potentiæ admonitus. 179.
Potestas Frisiæ. 430. a.
Potio calda. 144. *ferventissima.* 280. potionem dedit. 336. popoſcit. 97. potionis extrema parte spargebat. 381. potiones volabant meracæ. 502. *potiones dimidias effundere super ossa.* 257. potionibus tribus è lege siccatis. 497.
Præ literis fatuus. 170. *mala cornua nasci.* 138. me fero & fateor. 335.
Præceps festinatio. 303. præcipitem abire. 45.
Præceptor Agamemnon. 30. recti Senatus. 323. Præceptoris colloquium. 30. 10.
Præcidere auriculas. 259. præcisa ultione. 309.
Præcincti altiùs eramus. 54.
Præco cum servo publico Gitonem quærens. 349, 50.
Præcordia. 208.
Prædator corporis. 317.
Prædicare quem dedecus. 281.
Prædones. 45.
Præficæ lacrymas locantes. 388. b.
Præmium. 308. præmiatores. 304. a.

Præpo-

Præponam sepulchro custodiæ causâ. 272.
Præteriit exenterare piscem. 184. præteriens aliquis lapidabit. 400, 1.
Prætorium. 94.
Prasianus famosus. 368, 69. *prasina pila.* 79. prasinatus ostiarius. 85.
Praxim. 137.
Precarium. 94. b.
Premere genesin suam. 138.
Pretium ut majoris compendii leviorem faceret jacturam. 42.
Priapisci æneoli. 278. b. πριαπισκωτὸς μῶλος. 278. a.
Priapus. 367. à pistore factus. 231. Priapi genius. 58. historia. 483. a. *seqq.* pervigilium. 58. sacellum. 50.
Primæ, secundæ ceræ tabulæ. 413. b. *primæ magnitudinis aper.* 140.
Primitus. 238.
Principium cœnæ. 80.
Priore anno. 196.
Priùs more. 16.
Pro anisere struthiocamelum reddam. 499. ariete adhæsit Vlyxes. 351. cella allem exegit. 26. calculis aliis, aurei, argentei. 106. consortio studiorum. 359. exspectatione magnum. 117. *luto erat annona.* 158. *luto haberemus aurum.* 193. *luto haberemus omnia.* 259. pane rogare. 30. b. *reliqua insolentia.* 187.
Προαγωγὸς, amicarius. 279. a.
Probare negotiationis genus. 407.
Procellam evitare. 77.
Proclamabam. 28. 305. *proclamavit.* 150. 158. 260. proclamare ead. invidiâ. 43.
Procubuit ante pedes. 93.
Prodeuntibus annis. 69.
Producere, verbum nuptiale. 68. b. produceret dominam in d. 453.
Profero : protulit de sinu licium. 471. *de sinu lucernam,* 264. de suris 2 infitas. 55. prolato peculiò. 26.
Projeci penè partem meam. 108. *projecit calicem.* 194. *phialam in pavimentum.* 191. *se in lectum.* 243. projicere rursus parapsidem jussit. 110. projectis armis. 457.
Promittere ad cœnam. 33. Capitolio M pondo. 324.
Promulsidare. 99.
Promulsis libidinis. 68
Properàm. 399
Properare fatum. 400. a
Propitium genium meum habeam. 282 *Occuponem propitium.* 226. *propitian tutelam loci habeam.* 212. *propitii dii* 232
Proponis tibi talia vota. 343. *proposuerunt toris toralia.* 139.
Proscholium. 305. a.
Proscripsit cum hoc titulo. 133. *auctionem.* 136.
Proselenos saga. 471, *seqq.*
Prosequi, verbum funerale. 387. a. *prosequimur laudibus.* 181.
Proficio, proficior, Sacrificantium. 512. b.
Prosopograph. seu personarum descriptiones habes Invent. iv.
Prospiciam mihi habitationem. 33.
Prosum : *profuit mihi malicorium.* 175, 76. etiam Eumolpo miles ille. 342.
Protendo supinas manus ad 50.
Protesilaus & Laodamia. 509. a.
Protogenis elogium. 311.
Proverbialia : Aliis leporem excitare. 473. b. *Ascham sibi ipsi in crus impingere.* 284. *Colubra restem non parit.* 166. *Cœlum Iovis tenere.* 192. 189. Cum ventis litigare. 314. Diaria post asellum, &c. 68. Duabus sellis sedere. 286. a. *Dum Mercurius vigilat.* 294. *Facile est, ubi omnia quadrata currunt.* 153. *Fascia nostra non es.* 169. *Fortis tamquam Orcus.* 237. *In aliquò* aut alicujus capite *manus tergere.* 216. *a.* 81, 82. *In alio pedicellum, in te ricinum non vides.* 216. *In medio clivo laborare.* 177. *In molli carne vermes nascuntur.* 313. *In tuta folium conjicere.* 156. *Iovem Olympium clamet.* 222. Lassus tamquam caballus in clivo. 485. *Licèt barbam auream habeas.* 223. Lycurgò crudelior. 313, 14. *Manus manum lavat.* 169. *Mapalia numerare.* 228. *Milvo volanti ungues resecare.* 166. *Mordicus de stercore quadrantem tollere.* 150. *Nec ad cœlum nec ad terram pertinet.* 154. *Piper non homo, terram adurit, quacunque it.* 156. Protesilaò gratiosior. 509. *Qui asinum non potest stratum*

stratum cædit. 165. *Qui in pergula natus est, ædes non somniat.* 282. *Satagis tamquam mus in matella.* 225. Sectari aves, corvos. 238. a. *Stellas numerare.* 238. *Stupes tamquam hircus Mercurialia.* 219. *Sursum deorsum facere.* 244. Taurum tollit, quæ —. 69. *Velut pilas tractare,* 156. &c.
Providere omnia cui. 127. supplementum. *ib.* b.
Proximus ebrio. 195.
Pruna Syriaca. 102.
Publius mimographus præfertur. 201.
Puella. 68, 69. 453. 507. puellæ cum deabus conlatæ. 460.
Puellarius. 154.
Puer capillatus. 268. *frugalissimus.* 285. *inspeciosus.* 280. *lippus.* 245. *speciosus.* 143. vetulus. 48. *puer ego solebam.* 181, 82. *puero me.* 156. pueri Alexandrini. 96. capillati. 78, 79. pueri in scholis ludunt, juvenes ridentur in foro. 16. pueris adhuc nascentibus induunt eloquentiam. 14.
Pugnare ad dictata. 169. cum pura muliere. 30. *inter se.* 229.
Pugno sustulerunt nos indè. 255.
Pultarium mulsi. 146.
Pulvinaris pica. 128.
Pulvis tritus ex lapide speculari. 260.
Pungere manu cœpit. 320. pungebat malas. 56.
Purgamentum. 485. *quem prædicare.* 281.
Purus sermo. 481. pura cum muliere pugnare. 30.
Puto illum pridie incipere. 337. *non putat te natum.* 225. putat nemo cœlum *cœlum.* 161. 310. puta infectam faciem diutiùs durare posse: finge, &c. 365. puta me furiosum esse. 343. *putes illum non conjecisse piper.* 183. *taurum scilicet sonare.* 176. & ne putetis perplexè agere. 488. *putares, canem persequi leporem.* 242. ut putares detectum nimbô laborare. 66. *putares me jussisse.* 290. ut putares Sirenum concordiam canere. 559, 60. ut putasset exspirasse eam. 393, 94.
Pygiciaca sacra. 507.
Pyra. 406. b.
Πυριᾷν, πυρίασις, πυρόειν. 277. a.

Q.

Q*Vadrat hoc.* 138.
Quadrata litera. 86. *q. currunt.* 153.
Quadrigæ meæ decucurrerunt. 245.
Quadrupedius. 287.
Quærit se natura. 422.
Quæstio. 22.
Quàm. 79. quàm asturconem emere, facilius est columbas. 319. *bullæ, non pluris sumus.* 148. ego fui, minor est ista. 69. *ex pavit, non pote validius.* 191. hominem invenire, facilius est Deum. 49. *q. homuncio,* diutiùs vivit *vinum.* 115. injuria meâ, commoveor magìs vestra ætate. 49. malè est extra legem viventibus! 449. *q. muscæ* minoris *sumus.* 148. a. quidquid Græculi fecerunt, gratior massa auri. 324. quod putant gratissimum, nil priùs meditantur. 13. *relictum illi est, plus involavit.* 152. *scit plus docet.* 173.
Quamquam erat operæprecium. 79.
Quasillariæ. 477.
Quassaverat pectus singultibûs. 334.
Quartilla sacerdos. 47. 51. 69.
Quemadmodum divolunt. 289.
Querelam suam supprimere. 333.
Quercus Iovi sacra. 315. a.
Qui mori nisi ego? 238.
Quia enim. 292, 93. hoc libet. 33. tamquam. *ib.*
Quid? quid? 183. quid agebas? quid --? 35. quid attinuit? 74. autem non commune est, quod natura optimum fecit? 358. ego mali feci? 481. *quid cogitas?* 274. debent læsi facere, ubi rei ad pœnam confugiunt? 374. *dicis?* 270. dicis? 28. 375. 480. diutiùs moror? 305. enim altinet--? 361. enim hîs melius dici potest? 201. *enim non me misit?* 281. ergo est? 13. 55. *ergo est?* 136. *est pauper?* 181. est, latro? 354. est paralytice? 475. *fecit boni nobis?* 167. *habet, nescit.* 127. *habet quod queratur?* 150. novi? 25. porrò ad rem, si dixero --? 358. porro tu, inquit, fecisti?

fecisti? 498. proderit hoc tibi. 392. *rides?* 212. *rogas me?* 194. tu commilito? 308. tu non intellexeras -- ? 66. *vos? nescitis* &c. 77. vos, me iumentum putatis? 414, 15.
Quidquid vacat, non tollit. 171. vacabat à spectaculo. 72.
Quiescant bene ossa illi. 136.
Quisquilium. 287.
Quiritare. 56. a. 403. a.
Quiritium fidem invocare. 55.
Quod bene eveniat. 355. *quod hodie non est cras.* 162. 310. *quod non exspectes, fit.* 200. 310. quod velim tam candide -- quàm &c.
Quod cespitem videtis, nihil facio sine ratione. 139.
Quomodo dicunt. 132. *dii volunt.* 234. *nosti illam, non conjiciet,* &c. 250. *rex solebat cœnare.* 135.

R.

Ραιβοσκελὴς, δρεπανύπους, &c. falcipedia. 287. a.
Ramum oleæ protendere. 378.
Rana qui fuit, rex est. 296.
Rapio: rapui conditionem. 303. rapuit speculum. 464. *rapientes poma.* 232. raptum latrociniô pallium. 37.
Raptim in hospitium pervolo. 334. ludere. 80. a. *tamquam ex incendio fugimus.* 298.
Rara cum sapientia forma. 342.
Ratio domus. 173. rationem veterem deducere cum quo. 34. a.
Recellicluniæ. 63. a.
Recipere in contubernium. 376.
Recitavit apophoreta. 210. *epigramma.* 200.
Recocta vinô anus. 517.
Recorrexit costas. 152.
Recreatus hoc sermone. 249.
Rectus. 156. *stabat.* 275, 76. *rectè venies sub dentem.* 223.
Recumbit imus in imo. 132.
Recusans nauseâ. 246.
Recutitus est. 262.
Reddere omnium nomina. 158. rem alien. domi-
domino. 38. *redde, quod debes.* 214. vestem divin. sistrumque navigio. 398, 99. reddant nobis tunicam nostram. 43. reddidi illi voces suas. 320. reddidit mihi codicillos dominæ. 466. *reddidissem tibi depræsentiarum.* 220.
Redemi contubernalem. 215, 16. *redimere se à cane.* 275.
Redeo: redii ad licentiam. 319. in gratiam. 335. redierant ad ministerium. 61.
Redimitus vitibus, hederîs. 143.
Refecit hilaritatem. 231. *refectus sum.* 239. refectum convivium. 61.
Referre pedem. 377. *relatum est in arcam centum HS.* 196.
Regia trux. 17.
Regina noli suggillare. 463. reginæ ac dominæ, quæ? 463. b.
Relaxato vultu in hilaritatem. 184.
Relegavit me in villicationem. 264. *relegatus atriensis.* 197.
Religiones nocturnæ. 50.
Religioso apparatu perfusum. 231. *religiosi non sumus.* 162.
Relinquo: non reliquit canem. 154. *reliquit capidem.* 193. *solidûm centum.* 151. *relictus testamentô tibi.* 179. relicta non erat arbor. 410. *relictum illi HS. ccc.* 164.
Reliquias dividere pueris. 256.
Remissio ludorum. 231.
Reporrigere. 190.
Repositorium adlatum. 106. *positum.* 231. rotundum, XII Signorum. 117.
Res horribilis. 241. *veneria.* 235. *re inclinata amici de medio.* 134. *cum mea re causa facio.* 252. *sua re causa facere.* 176. res tuas ociùs tolle. 301.
Resalutare benignus. 157, 58.
Resecare ungues milvo. 166.
Resolvit Eumolpus. 374.
Respersit eos oleô. 247.
Respicere ad comitem. 238. *ad delicias suas.* 245. *ad eum.* 194. 233. *ad mensam.* 231. *respicias post te.* 216. *respexit ad nos.* 180.
Respondere convitio. 228. *non respondet mihi venter.* 175. responde, Pharmace. 375.
Responsa in pestilentiam data, quæ? 5.
Resupinatus. 86.
Retia picta. 141.
Reticulus aureus. 257.

Retro-

Retroversus tamquam coda vituli. 159.
Reverebatur Fortunatam. 196.
Revertebatur ad naturam. ib.
Reverto in hospitium. 319.
Revocavit ad bibendum. 61, 62. me à fatali meta. 344. *revocari.* 195. revocatus cibo. 275. a. in memoriam injuriæ. 32.
Rideo: rident sententias. 21. *risit hanc trepidationem.* 248. tam blandum. 457. tam frigidum scema. 452. *riserunt inter se.* 259. *rideat alios.* 213. *ridere usque ad lacrymas.* 212. ridens consalutavi. 25. ridentur in foro. 16. *rideri.* 234.
Ridiculi videmur tibi. 216, 17.
Ringentem me non facies. 287.
Rima improbè diducta. 72.
Risus compressus. 219. indecens. 55. *risum castigamus.* 177. in risum diffusi. 30, 31. risu excepere fabulam. 395. ilia dissolvebat. 67. meo prodita. 55. risu plausuque cellulam implevit. 35.
Ritus amissa investigandi. 349. b, *seqq.* Circumcisionis. 535. a. Deos evocandi. 331. a.
Rixa. 246. *inter zelotypos & amasiunculo*[--las] *s.* 165. *rixam facere ad.* 267. rixæ, & partim verbera. 28, 29. 212. 219. 301, 2, 3. 343. 354. 369, *seqq.* 486. 498. rixæ simulatæ. 49.
Rogo, ebrii estis? 345. expiare manus pretiò licet? 499, 500. mater, numquid scis--? 22. *mensis December est?* 219, 20. noli clamare. 499. *numquid tenes?* 181. *puto interfuisti.* 293. *putatis me contentum?* 136. *vos, oportet credatis.* 243. rogas potiùs quàm tentas? 475. *rogabat missionem.* 198. *rogamus nocturnas, ut.* 244. rogare cœpit, ut se eriperemus. 93. *rogata in funus.* 224. *rogabit pro illo nemo.* 183. rogare cœpit stuprum. 26.
Rogus inimicis conlatus manibus. 406.
Roma. 407. à Cæsare divicta. 440, 441. *Romam intrabat.* 88. a.
Romulea casa. 523.
Rosa cinnamum veretur. 340.
Rostrum barbatum. 288.
Rubricari libri. 173.
Rudis laniatarum. 67. b.
Ruinâ hauriri. 305. ruinâ pegmatis discerpendi in caveas ferarum protracti. 29. b.
Rugæ malarum. 65.
Russea tunica. 78.

S.

Sabbata. 536. b.
Saburra. 36. b.
Sacerdos. 48, *seqq.* 487. 499.
Sacerdotium. 499.
Sacrificium propter viam. 414. b.
Sacrum fericulum. 231. sacra familiaritatis. 303.
Sagana. 223. venefica. *ib.* a.
Saguntini ab Hannibale oppressi. 511.
Saguntina fames. *ib.* a.
Salamandra. 375.
Salsum est. 271. b.
Saltare. 195. *cdaria per gradus.* 197.
Saltatio cinædica. 85. a.
Saltuariorum testamenta. 196.
Salve. 227. Salve. 371.
Salvum me sic habeatis. 264. *sit quod tango.* 242. salvo pudore. 478. *tuo sermone.* 241.
Sampsæi, cœlicolæ. 533. b.
Sane sapiens. 52.
Sanguen. 228. sanguis ingenuus. 397.
Sapiebat ipsum aprum. 253. sapiens sanè. 52.
Satagu. 225.
Satisfaciebam domina. 289. *domino.* 218. satisfieri sibi pateretur. 319.
Satisfactionem parare. 374.--ne lenire. 373.
Satur pane. 220. saturi admiratione. 84. *fiamus.* 171.
Saturnalia. 219. *maxillæ agunt.* 155.
Satyra quid, quotuplex. 1. a, b.
Satyricon Petronii in plures libros fuisse distributum. *ib.* & 2. nunc mera excerpta. *ib.*
Satyrion bibisse. 27.
Saucia mulieres. 259.
Scabitudo. 355.
Scæna. 18. 413.
Scantio in LL. Salicis. 96. a.
Scarus attractus. 340.
Scelero. 188.
Schedium Lucilianæ humilitatis. 16.
Schema frigidum. 452. *schemas loqui.* 156.
Schola: in schola sudare. 11. scholarum

rum ratio. 4, *seqq.* 16.
Scholastici. 21. *schol.* 233. tamquam schol. ad cœnam promisimus. 33.
Scio literas. 224. *nihil scio.* 132. *Rhetoricam.* 225. scis literas, & ego 32. scis ubi habitem? quidni sciam? 22. scis quantò facilius *&c.* 319. *quòd dedi epulum.* 272. scitis, quid satietatem tentare soleat. 392, 93. *scias oportet.* 167. scires non libenter servire. 333. si scires quæ mihi acciderunt. 25. *si scitum esset.* 193.
Scintilla marita Habinnæ. 253, 263, *seqq.* 250.
Scissa N. 250.
Scius: scia mulieres. 244.
Sclopeta. 120. b.
Scobs croco & minio tincta. 260.
Scordalias de medio agite. 228.
Scordalus. 46.
Scortëum fascinum. 502.
Scortum muliebris patientiæ. 29. scorta placent. 422. scortis vinòque demersi. 322.
Scotos defunctos suos propinquos edisse. 510. a, b.
Scribendi ratio ap. Veteres. 14. b. 15. a.
Scriblita. 119. *frigida.* 253.
Scrupi. 299.
Scruta. 236.
Scylax. 246.
Scythæ propinquos suos defunctos edentes. 510. b.
Seco: secti sunt gladiatores. 169.
Secretum periturum inter nos. 57. secretis alienis intervenire. 54, 55.
Secundum hanc deprecationem. 51. hanc formulam. 413. *illum discumberem.* 112. illam ipsam casulam. 389. lectum conciderunt. 60. *literas difficillimum.* 208. *pedes meæ statuæ.* 270. quietem. 367. *viam.* 238.
Secures & fasces. 91.
Secutuleja mulier. 307.
Sedet servus ad pedes. 260. *sedent servi.* 247. *sedere in tribunali.* 272.
Seduxit me. 283.
Seldius Vicecancellarius, quomodo, & quando interierit. 405. a.
Seleucus conviva. 146.
Selibræ pendentia cochlearia. 108. a.
Semel depositum. 45.
Semicinctium. 343.
Semissem. 235.
Sempiternò. 164.
Senator hic & hæc. 517. b.
Senatus præceptor est. 323.
Senex ius. 178.
Sensus an fallant. 429. b, 430.
Sententiæ ne emineant extra corpus. 416. sententiarum strepitus. 3. sententias rident, ordinem dictionis infamant. 21. sententiolis pictum. 416.
Sententiosa: 310, 11. 339, 40. quibus adde: Cùm fortuna manet, vultum servatis amici; *&c.* 304. Ego sic semper vixi, ut ultimam quamque lucem *&c.* 355. Heu, heu nos miseros quàm totus homuncio nihil est? 116. *In angustiis amici apparent.* 236. Ingeniosa gula est. 424. Ira feras mentes obsidet, eruditas prælabitur. 355. *Longè fugit quisquis suos fugit.* 152. Nescio quomodo bonæ mentis est soror paupertas. 316. Nihil inepta persuasione falsius. 482. Nihil improbitati arduum. 319. Nihil melius quàm semper cum sapientia loqui. 539. O maxima rerum pietas! 521. Periculosum est alienis intervenire secretis. 54. Quàm malè est extra legem viventibus! 449. Qui ignotos lædit latro appellatur, qui amicos parricida. 374. Quid faciant læsi ubi rei ad pœnam confugiunt. *ib.* Quid faciant leges ubi sola pecunia regnat, *&c.* 38. Quid non commune est, quod natura optimum fecit? 356. Quisquis habet nummos secura navigat aurâ. 500. Raram facit mixturam cum sapientia forma. 341, 42. *Re inclinata amici de medio.* 134. Scitis quid tentare soleat satietatem. *&c.* 393. Tamquam interfit perturum corpus quæ ratio consumat mora, an *&c.* 405, 6. Tutius est parvo ære rem perditam recuperare, quam *&c.* 39. *Valde falsum* (aut *falsum*) *est vivo quidem domos cultus esse*, &c. 271. Vultum qui permutat, fraudem parat. 374. &c.
Sentiet patrimonium illius. 164.
Seplasia. 290. b.
Seplasiaria. 290.

Sepul-

Sepultura. 406. 387. a. b.
Sepulti quidam vivi. 392. a.
Sequestri placebant. 44.
Sera sua sponte delapsa. 46.
Serapa N. 292.
Sericulus. 137. a.
Serisapia. 210.
Sermo publici saporis. 11. sermonem habere. *ib. sermones convivarum.* 144. *sermonibus publicatis dare operam.* 136.
Serotina poma. 118. b.
Servitia. 373.
Servo : serva me, servabo te. 155.
Servulus ad latus. 171.
Servus. 93. 95. à commentariis. 96. a. à lagena. *ib.* à pedibus. 79. a. à potione. 96. a. ad cyathum. *ib.* ad vinum. *ib.* atriensis. 90. bajulus. 348. b. δᾳδοῦχος. 299. dispensator. 92. *dispens.* 165. 167. janitor. 85. a. insularius. 346. procurator. 91. publicus. 349. scissor. 124. stator. 451. structor. 117. symphoniacus. 97. b.
Servus. 260. *coactus est facere.* 165. *nequam.* 263. *& servi sunt homines.* 269. *servi oricularii.* 152, 53.
Sesamum. 5.
Severa tristitia. 317. severa lectione mitigari. 14. lege proficere. 13.
Severitas crudelissima. 183.
Sevir. 216.
Seviratus absenti. 272, 73.
Sexvir Augustalis. 92.
Si, id est siquidem. 281. 282. a.
Si bene calculum ponas. 405. Lucretia es. 28. bene memini. 92. *me amas.* 281. *Siqua fides est.* 241. siqua f. e. amantibus. 301. si quid vis, fac. 320. si quid vellent. 53. *si quid vis, ego & tu.* 224.
Sibi ludos ficiunt. 46. *peccat quisque.* 177. quisque deos fingit. 525. *verum dicere.* 177.
Sic adflictantem se, ac mortem persequentem. 388. aptatam larvam, ut. 115, 16. *cœnare solebat, quomodo rex.* 135. *crescebat tamquam.* 151. dividere cum frate nolito. 36. erimus cuncti. 116. exercitati refugerunt. 415, 16. *fruniscaris peculium tuum.* 285. *moriar, ut non erubescam mortuus.* 216. paria composueram, ut. 54. positus inter. 508. semper vixi, ut. 355. *videas me felicem.* 233. *vides illum.* 228. *vos felices videam.* 274. *uti putes veré.* 193.
Sicilicum. 40. sicil. *ib.*
Siccare. 275. siccato poculô. 336. poculis. 497.
Siclus duplex. 40. b.
Sicyonia. 308. b.
Sidere adflare pestilenti. 9. siderum motus custodire. 361, 62.
Signum symphoniâ datur. 109.
Silentio factô. 43.
Sine dubio non repugnaverat. 71. *dubio trepidavimus.* 193. *fuco.* 164. fuga. *ib.* a. interpellatione. 53. nervis ambulare. 467.
Sinus. 471. *sinu texit trepidantem.* 281.
Sirenum cantus. 459. b. domus. 19.
Sistrum. 399.
Siticines. 467. b.
Soboles. 51. b.
Socrates sapientissimus. 509. Socratico plenus grege. 19.
Soleæ ligneæ. 347. soleas post lavationem sumebant. 79. a. cœnaturi deponebant. *ib.* soleatus. 79.
Solidè natus nemo. 176.
Solium. 276. sol. 336.
Sollicitare. 54.
Solum libidinis vertit. 307.
Solvo : solve me, dicam tibi. 225. *pro capite.* 216. solutus gandiô vultus. 333. merô. 301. solutæ mero ac libidine. 503.
Somnium expiavit. 369. somnia mentes ludere. 368. somniorum 5 genera. 367. b.
Somnus altus. 319. somnô medicinam petii. scil. tertianæ. 49.
Sonare cœperunt lacunaria. 231. *sonat mihi circa stomachum.* 176.
Sonchus cicerbita. 252. b.
Sonus acidior. 261.
Sophocles verba invenit. 7.
Sophos clamamus. 139.
Sopitionibus (sopitis titionibûs) pinxit. 59.
Spado. 79.
Σπάργανα. σπάρξαι. 170. a.
Spargunt arenam in amphitheatro. 110, 11. *scobem.* 260. sparserat cani latranti, quidquid. 275. spargere lumen. 59. spargi merô. 279. sparsi

circa pedes jacebant. 59.
Spartana nobilitate. 370.
Spathalocinædi. 63.
Speciosus cultu. 314.
Spectat holera. 138. *sicuti Venus.* 262.
Spiritus jejuniô macer. 462. properans. 405. purus. 29. spiritus non humillimi. 314. spiritum cujus devovere hoc animo. 510. sp. impendere. 362.
Spissare officium. 508.
Spissiùs basiare. 51. spississima basia. 95
Sponda. 343.
Sponsione provocare quem, si &c. 269.
Sporta. 397. *sportellæ textæ palmulis.* 140.
Sputum contumeliosum, religiosum. 47. b.
Stabulum. 22. 26.
Staminatæ potiones. 145.
Σταμνὸς, σταμνίον, σταμνάριον. 145. b.
Stapes. stapia. 287. a.
Statius qn. vixerit. 524. b.
Statores. 451.
Statum prœliantis componere. 302.
Statura. 168. a.
Stera, stercula, stericula. 118. b. 119.
Sternutantes salutari, cur. 353. b.
Stertera. 288.
Stichus. 296.
Stigma. 263. habebit. 166. stigmosus. 382.
Stilus : stili quo veteres scribebant pars una obtusa, altera acuta. 15. a. stilô atroci verba effodere. 14.
Sto multis pedibûs. 138. *stabam.* 238. *stabat ad pedes.* 219. stetit corrupta eloquentiæ regula. 9. stare jussi dracones. 489.
Stlatarium bellum. 377.
Stolata. 161.
Stotaria. 130. b.
Strabo. 262. *strabones.* 138.
Stragula alba. 296. *bona.* 249.
Stratum cædere. 165.
Strepitus funebris. 297.
Stricto acutôque articulo percutere. 348.
Striges. 242. *involant puerum.* 243.
Strigiles. 332. 333.
Strangulari rem inter prædones. 45.
Strophæ elegantes. 231.
Structor. 117.
Struthiocamelus. 499.
Studiorum ratio. 2. 3. 4. seqq. 316. 321, seqq. 415, seqq.
Studiosus literarum, 364. *sum in argento.* 193.
Stufa : stufare. 277. a.
Stultissimos fieri. 41.
Stupes. 225. *tamquam hircus Mercurialia.* 219.
Suadeo cœnemus. 122.
Suasoria Agamemnonis. 21.
Suavis esse. 244. *esse solebas in convictu.* 233. *suaviter sit vobis, rogo.* 228. 287. *fuit.* 251. *facere sibi.* 272.
Suavius (suavis). 238. a.
Sub alapa est. 133. *dentèm venies rectè.* 233.
Subjecit cervam Dianæ. 229.
Subinde. 78. *castigamus.* 177. *intraverunt Æthiopes.* 110.
Subirate. 246. b.
Subiter. *ib.*
Sublat. V. Tollo. 29.
Subornatus buccinator. 78. myrteâ gausapila. 56.
Subsessores cum venabulis. 140.
Succedo: ne contubernali meliùs succederet. 67.
Succinge his animum bonîs. 20. succinctus cingulô hostiarius. 85, 86.
Succosi sunt. 132.
Succollatrices. 249. a.
Sudor mihi colabat per bifurcum. 239. sudore calefacti. 82. madens. 22.
Sues albi 3. 178. tintinnabulis culti. *ib.* a.
Sufficio: ut sufficeret ad inventionem. 322.
Sufflasses eos procidissent. 167.
Sui heredes. 408.
Sum: est sub alapa. 133. *est te videre.* 157. *est ubi non putes.* 127. *sunt vestræ.* 227. *erat mihi pessimè, ne quæreretur.* 198. *fui tamquam vos estis.* 287.
Summa. 9. carminis. 201. *ad summam.* 129. 130. &c. (V. *Ad.*) ad summam. 9. 95. 126. 488. 507. *in summa.* . .
Summa voluptas. 318. summum bonum. 401. b.
Super eum incumbens. 281. *hoc officium positus.* 93. 210. prædam solus incumbis. 302.
Superbus sustulit vultum. 94, 95. superbum palliô caput. 48.

Super-

Supercilium domini induere. 397. sustulit. 335. supercilia de pyxide prolata. 383.
Supinas manus protendo. 50.
Suppernati. 2. b
Suppes. 522.
Supplices cur genua attingunt. 50. b. mentum etiam dextramque attigerunt. *ib.*
Supplicia summa. 406. a.
Supprimere jubeo querelam. 333.
Supra me accumbebat. 125. *me discumbebat.* 212. *septuaginta annos tulit secum.* 153.
Suppumpis. 522. b.
Sursum deorsum faciunt. 244.
Suspendium. 343.
Suspicio turpissima. 38.
Sustineo : sustinebat gremio poma. 231. *dentibus amphoram.* 197.
Susum cellatio. 294.
Suus: sua res cuique carissima. 43. *suum sestertium decies vidit.* 134. sui heredes. 408. *sua octingenta possidet,* 132.
Sycamina. 255. b.
Symphonia. 109. 122. 124. symphoniaci servi. 97.—cæ tibiæ. 84.
Συμποσιάρχης. 60. b.
Synœcium. 341.
Syri duo. 60.

T.

TAbellarius. 300.
Tabernæ, lucernæ, cavernæ, quorum. 525. b.
Tabula. 171. terebinthina. 106. tabulæ fœderis. 379.
Tæniæ in imaginib. 87. b.
Tam discors libido. 453. *facile, quàm.* 219. *planè quàm.* 198. tam, quàm. 79. Add. hic Rid. & p. 25. b. *tam valde ut.* 298.
Tamen abiit. 149. *elatus est.* 149. *munus dedi.* 169. *narrabo.* 234. *verum quod frunitus est.* 153. *vestiarius est.* 145. videris, non ero tui similis. 320. *virtutem habet aliquam.* 148. utcumque, tamquam non agnoscerem. 338.
Tamquam bonarum artium magister. 355. *coda vituli.* 159. *corvus niger.* 153. *favus.* 151. ignotum deflebam. 404. insanum deriserunt. 337. interfit quæ ratio corpus consumat. 405. *laudatus esset, protulit.* 264. literarum studiosus. 364. *loco hoc trajecit eam.* 242. *molestus tibi sim ego.* 195. *mures ridentur.* 162. non rediturum consumo. 355. *Orcus fortis.* 237. scholastici ad cœnam promisimus. 33. servi Æthiopes hilares. 364.
Tangomenas faciamus. 115. 279.
Tangunt mures ista. 296. tetigit puer oculos suos. 483.
Tantalus, imago avari divitis. 309.
Tanto melior. 264. magis impedit inguina, quàm ingenia fricare. 338. *tantùm non dixerat, quid.* 293. omnem scabitudinem animô deleret. 355.
Tapanta. 126.
Tardùm est differre quod placet. 34.
Tarde, imò seró. 24.
Tartari. V. Scythæ.
Taurulus. 137.
Taurus quam jactet digna. 165. taurum tollit quæ vitulum sustulit. 69.
Tectoria unde fiebant. 66. a.
Τέγεον. 115. a.
Telos. 482. b.
Temeritas lassata. 309.
Temptamentum. 32. b.
Tempestatis signa. 381. b.
Temptemus expellere. 32. si adhuc sorbilia sunt. 107. *tentavi assurgere.* 248. *tentare jussit an.* 296.
Tenedos. 327. insula. *ib.* a. nominis origo. *ib.* b.
Teneo vix me. 221. *tenes Herculis arumnas.* 181. tenebat caduceum. 87. non tenui lacrymas. 66. 404. tenuit nos tranquillitas. 363. tenete latrones. 42. *teneant se suis.* 294. *tenere me non potui.* 183. diligenter viam. 21. *se rei alicujus.* 183.
Terentius capo. 234.
Tertianæ impetus. 49. remedium. 53.
Tertiarius gladiator. 168.
Tessera. 306.—æ crystallinæ. 106.
Testorum agmen. 106.
Thalamus. 71.
Thebaicæ. 141. Thebanum par. 302.
Theca repositorii. 136.
Thesaurum est literæ. 174. *thesaurum invenit.* 133.
Thespis tragœdus. 269. a.

Theſſalia. 447.
Thoracæ, thoracidæ, θορακίδες. 232. b.
Thucydides laudatur. 9, 10.
Tibia & tuba in funeribus. 467. b.
Tingere ſatyriô. 56. tinctus colore noctis. 516.
Tintinnabulis culti ſues. 178.
Toga perverſa. 227.
Timere oculorum fidem. 37. timuerunt canere verſibûs. 8. calcare viam. 417.
Timidiſſima admiratio. 337.
Titulus 23. *auctionis.* 136. equi Trojani. 325. ſervorum. 87. a.
Tirocinium artis tonſoriæ. 345.
Tiſiphone. 432.
Tollo: tollere iratum Iovem. 242. *mala duo.* 253. taurum. 69. tollebat aura plumas. 381. *ſuſtuli illam de mactra.* 281. *me de negotiatione.* 292. *ſustulit caput de tabula.* 171. *ſuſtulit mentum.* 152. ſupercilium. 335. vultum. 29. *ſuſtulerunt ex hac maſſa.* 188. *nos indè pugnô.* 255. *ſublatus clamor.* 140. *ſublata in horreum D ∞ modiûm.* 196. ſublatis fortiùs manibûs. 95.
Tomacula. 184. ferventia. 101, 2.
Tonſores in deliciis habiti. 344. b.
Tonſorium artificium. 173, 74.
Tonſtrina. 245.
Topanta. 126. a.
Tortum perire. 54.
Torum pertrectavi. 301. vexavi. 504.
Τορύναι. 286. a.
Tractare. 509. improba manu. 318.
Traducere ſe ipſum. 165. ſecreta. 50. traduxit poëmata. 143.
Tragici oculos ſuos caſtigant. 481.
Trahens comitem aniculam. 471. traxit me ad id lenta manu. 72.
Trajecit annulum in dextram. 279. *collum lanceâ.* 240. *mulierem mediam.* 242.
Tralatitia deformitas. 384. humanitas. 400, 1. propinatio. 396. tralatitium bellum. 377. b.
Tranſire. 93. *circulos.* 197. *tranſeat me lucrum.* 233
Tribacca. 206. b.
Tricliniarches. 60.
Trimalchio Auguſtalis Sevir. 92. 272, 73. homo lautiſſimus. 77. cœnam liberam præbet. 73, uſque. 289. Ejus aſtrologia. 93. 137. bibliothecæ. 180. Agamemnon ei cariſſimus 181. Philoſophum nunquam audivit. 273. conjugium. 281. divitiæ. 125. 128. 129. 138. 196. 292 & diteſcendi modus. 264. 288. 289. forma. 84. habitus. 103, 4. hiſtorica. 182. 188. 193. monumentum. 271. moralia. 310. &c. origo. 87. 288. phyſica. 176. 177. poëſis 200. teſtament. 270, *ſeqq.*
Tripedia. 257. a.
Triſtimonium. 242.
Tritonia. 18. b.
Tritus inter. 320.
Trivia. 518.
Troja quo die capta. 329. b. 330. Trojæ haloſis. 324. *ſeqq.* Troius hoſtis. 378.
Truditur ſic vita. 162. 310.
Trullæ. 286.
Tryphæna Lycæ uxor. 358. mœcha. 377, 78, 79. inducitur & poëtria. 378.
Tuber terræ. 222.
Tueri officium. 78.
Tullia, quid. 522. b.
Tumor rerum. 3.
Tunica ruſſea. 78.
Tutela loci. 212. navigii. 378. navis expiaretur. 370.
Τυμβαῦλαι. 468. a.
Tyria veſtimenta. 95.

V.

VAcanto. 243. b.
Vacillavit. 134.
Vacuus aut vacans *ſtramentitius.* ſcil. puer. 243.
Valde bene ſcio, unde. 187. valde nobis expedit. 361.
Valet lotium ſuum. 213. valentes lumbi. 507.
Valetudinem bon. ſibi optarunt. 232, 33.
Valgia, valgi. 520. b. valgiter commotis labrìs. 73. obtorto labellô. 520.
Vaporarium. 277. b.
Vaſa marmorea ante fores templi. 489. *vaſus fictilis.* 217. *vaſum æneum.* 191. vaſculum. 67.
Vectura. 360. b.
Velle cœpit. 28. *cœperat.* 268. verbi uſus. *ib.* b.
Venabula. 140.
Venalitium titulis pictum. 87. *venalitia*

litia (an, venatica? ut Scheff. index. dubito.) *jumenta.* 292.
Vendere bona sua. 488. verba. 38. *venenarii.* 132.
Venerare. 235. b.
Veneriæ res. 235.
Venio latè. 225. *venit decretum.* 199. *dies tertius.* 73. *febris.* 208. *in rationes.* 196. navis ex Africa. 510. venerunt aut venierunt ejus anni ad tesseram. 306. *venire sub dentem.* 223.
Venter injuriam facit ei. 363. *mihi non respondet.* 175. *ventres.* 215.
Ventus textilis. 68.
Venus. 317. 503. cur amârit Adonin. 520. a. Hortensis. 464. b. Veneris stella navigantibus. 356. b.
Verba moderationis, verecundiæ. 341. vendere. 38.
Verbena lustrago. 512. a.
Verberare furtivis osculis aut oculis. 73. pectus planctibûs. 305. verberatus sum. 504. verberara hæc contumeliis 476.
Vermes nascuntur in carne molli. 213.
Vernula meus. 253.
Vernula urbanitas. 66.
Versibus primi anni dandi. 19. versibûs Homericis canere timuerunt Lyrici. 8.
Versipellis. 240.
Versus introrsus. 242, 43.
Vertere solum. 307.
Verticem morituri à Proserpina radi credebant. 383. a.
Vervex. 212. a. verveculi, berbeculi. 130. a.
Vestes ex avium plumis. 202. a. Sabbaticæ. 536. b.
Vestiarius est calda potio. 141, 45.
Vesticontubernium, 35.
Vestimenta accubitoria. 95.
Veterem rationem deduco tecum. 34.
veteres (exoleti). 64.
Vexatione minima contacta. 231.
Vexavi torum hôc. 504. vexavit me anser morsu. 496. vexata solô vestis. 464.
Veteres in componendis dictionibus nimii. 205. b. accubituri manus pedesque lavabant. 97. a. interdiu è solis cursu navigabant. 361. b. noctu ex siderum motû. *ib.* a. post caldariam in frigidariam descendebant. 82. b. Veterum scribendi ratio. 15. a.
Viator. 351.
Vibicibus pensatis. 478.
Vibrant pilæ, fabulæ. 174. sententiolæ. 416.
Vicesimæ. 270. *vicesimam quando numerasti.* 220. *vicesimariæ.* 250.
Victor. 52.
Victoria parata haut placet. 339.
Victus vincendo. 228. 311.
Video te talem. 233. vides me? ex vultu cognosco. 450. quàm nobis expediat. 361. vides, vides, quòd aliis leporem excitavi. 473. *videt æs per argentum.* 209. videmus senem calvum. 78. *vidit sestertium suum decies.* 134. *videbo rectè.* 221, 22. *vide ponas.* 179. *vide modò.* 192. *videas casulas nostras.* 170. *viderint, qui.* 240. *vidisset libenter fractas cervices ejus.* 195.
Vile est quod licet. 339.
Villicus. 407. *villicatio.* 264.
Vinarium. 268.
Vindemia. 152.
Vindicare injuriam & dignitatem. 52.
Vineæ ad monumenta. 271. b.
Vinum defluens saccô. 278. dominicum. 96. Inferium. 342. a. *vita.* 115. *in cerebrum abiit.* 145. *vinum in manus dedere.* 111. *sub mensam effundere.* 135. *eff. jussit.* 279. vinô scortisque demersi. 322. vinorum ætas lagenis inscripta. 114. a.
Violasti fidem scelere. 301.
Vipera. 295. *viperam sub ala nutricas.* 293.
Virgo nunquam. 69. virgines immolatæ. 5. virgunculæ. 53. 69. 507.
Virgilius. 416.
Viridarium. 30.
Virium auxilia. 376.
Virum pati. 69. quærere. 422.
Virtus olim nuda placebat. 321. *virtutem habent aliquam.* 148.
Visu quodam in horrorem perductus. 464.
Vitalia. 296.
Vitalis lectus. 149.
Vitello piperatô *circumdata* ficedula. 109.

Vitrea fracta & somniorum interpretamenta. 30. vitrea pocula. 502. b. *vitr. vilia.* 188.
Vitrum ductile. 189. 191.
Vitulus elixus, galeatus. 230. *vituli coda.* 159.
Vivit vinum diutiùs quàm homuncio. 114. ergo vivamus. 116. *quare non vivamus.* 274. vivere. 392. *post mortem.* 270. *me ſpero ſic, ut.* 25. vixi ſic ſemper & ubique. 355. *vixit honeſtè.* 150.
Vlyxes ſic notus? 136.
Vlyſſes brevis. 182. a. cum corde ſuo litigat. 481. pro ariete adhæſit. 351. eum nutrix ex cicatrice cognovit. 371.
Vmbras cædi. 238. umbraticus doctor. 7.
Vnguentaria. 283. *unguentarii.* 138.
Vnguentum. 175.
Vnguis ejus pluris, quàm tu totus. 218. ungues deaurari ſoliti. 297. a. ungues & capillos in ſummo naufragii periculo præſcindebant. 369. b. *unguibus me quæras curabo.* 384.
Vnus ex novitiis. 506. ex philoſophis. 317. *unus ſervus Agamemnonis.* 77. *ſervus libitinarii.* 297. *de nobis.* 158.
Vnxerunt pedes. 268.
Voces illi ſuas reddidi. 320.
Volo ſit omne genus pomorum circa me. 271. *guſtare illum de jure.* 173. vis tu reviviſcere exſtinctum? vis &c. 392. *vult ſibi non malè.* 133. *velit nolit.* 272.
Volpis uda. 227.
Vomuit inteſtina ſua. 253.
Votum bonæ mentis, effodiendi theſaurum, Eloquentiæ, &c. 323. S. P. Q. R. ſi viciſſent. 323. b. votum caſus adjuvit. 45. feci murmure timidiſſimo. 317. votum ſibi tale proponere. 343. votô me exſolvi. 318. vota in mari ſuſcepta. 367. b. quomodo in ſtatua exorabant. 368. a. vota præpoſtera. 323. ad vota properare. 14.
Vrbanitas jocantis. 195. *mathematici.* 137. ſtulta. 22. vernula. 66.
Vrceatim pluebat. 161.
Vrnales ſcyphi. 145. b.
Vrſa prægnans hieroglyphicon hominis nati. 531. a.
Vrſinæ fruſtum. 253.
Vſque hoc. 78. uſque ad invidiam frui. 34. *ad lacrymas ridere.* 212. *in lucem.* 279.
Vt impendat malè, non ſentiet. 164.
Vti fortunâ. 338. pœnitentiæ occaſione. 379.
Vtres inflati. 13. *puſilli.* 148.
Vvæ penſiles. 493. b.
Vulnus. 334.
Vultus gaudiô ſolutus. 333. vultum mutabam. 338. vultu attonito efferatôque cogito. 308. mendacium prodidi. 309.
Vxor. 340. 526.

Z.

Zaplutus. 127.
Zelotypa. 264. *zelotypi.* 165.
Zodiaci XII Signis congruentes cibi. 117, *ſeqq. geneſis.* 137, ſeqq.

Addenda in Indice.

Aliquis miretur. 371. Age ergo. 308. Duraret mendacium. 411. Habere ſermonem. 11. h. ſudoris minus. 299

Legenda pro excuſis.

pag. lin.
2. ? inter textum & Notas leg. *Encol-*
20. § *pius.*
27. a. 12. Comicus.
111. b. 14. genuinum.
146. b. 10. *βασιλεὺς, βασιλίσκος — regulus).*
175. b. 23. *adſueta clauſo et.*
177. b. 7. *ad caput.*
185. a. 9. ificiatam.
206. o. 3. *tibi bacca.*
216. b. 22. *creatum.*
245. b. 5. ad præpoſitum.
250. a. 23. novendiale: tum *M.*
252. a. 5. *Rivius.*
255. a. 3. 38. eund. abundat. tum Conſului.
275. a. 13. *latratu.*
277. a. 23. 41. ſuffocare. *πνῖ. ὑποξυμιῶν.*
278. a. 37. *priapiſcotos.*
294. b. 2. hypogæa.
311. b. 24. *Monocromon.*
378. o. 6. *Troius.*
382. a. 1. cottabi.
474. a. pen. recitatos.
513. a. 6. 7. Rhetor. Afranius.

FINIS.

PRIAPEIA,

SIVE

DIVERSORVM

POETARVM

IN

PRIAPVM LVSVS.

Cum

Integris Ioſephi Scaligeri, Gaſparis Scioppii, & Friderici Lindenbrogii, Commentariis; Aliorumque Notis.

Acceſſit Pervigilium Veneris, Cupido Cruci-affixus, & alia quæ verſa p. exhibet.

Priapeja. p. 3.

Veterum poëtarum Errones venerei (p. 75) : Pervigilium Veneris. 77. Floridi de Qualitate vitæ. 87. Epigrammata Valerii Æditui. 89. &c. uſque. 118.

Auſonii Cento Nuptialis. 118. Cupido Cruciaffixus. 134. Ejuſdem Roſæ. 146.

De Priapiſmo ſeu propudioſa libidine Cleopatræ Reginæ, ejuſque remediis Epiſtolæ. 148. & demum

Ecloga Tobiæ Gutberleth, Per Anguſta ad Auguſta. 161.

[1] DIVERSORVM POETARVM IN [2] PRIAPVM LVSVS.

Ad Lectorem.

[3] *Arminis incompti* [4] *lusus lectare procaces,*
Conveniens Latio [5] *pone supercilium.*
[6] *Non Soror hoc habitat Phœbi, non Vesta sacello,*
Nec quæ [7] *de patrio vertice nata Dea est:*
[8] *Sed*

1. DIVERSORUM POETARUM] Scripserunt hujus argumenti poëmatia plures veterum, Catullus, Tibullus, Ovidius, Petronius Arbiter, alii. Itaque ex eorum epigrammatis totus hic liber concinnatus est, & conflatus ab eo qui epigramma illud libro præposuit, *Carmina incompti*, &c. Et *Ludens hæc ego*, &c. Nam ne adscriberent hæc Partheniæ nostro, poterat eos monere os hominis probum, vita pudica, integri mores. Sanè Petronium hujusce argumenti & nominis quædam lusisse auctor Sidonius:

Et te Massilienſium per hortos
Sacri ſtipitis, Arbiter colonum
Helleſpontiaco parem Priapo.

Quidam etiam ex Græcis libros singulares ejusdem materiæ scripsere. Inter quos maximi nominis Euphronius poëta. Strabo, quum de urbe Orneis scriberet, ait templum Priapi in ea fuisse, ἀφ' ὧν, inquit, καὶ τὰ περὶάπεια ποιήματα Ἐυφρονίῳ γνώριμα καλεῖ τὸν θεόν. *Ioseph. Scaliger.* Vid. Politian. Miscell. c. LIX, Florid. Sabin Variar. adnot. c. VI, Pium annot. post. c. XLI; Barthium lib. XXIV Adv. c. VIII. *Gabbema.* Quod autem Virgilio à quibusdam tribuantur, male id fieri existimo, & Iovem lapidem jurare ausim, nullum horum à Virgilio factum fuisse: quod & Doctis placere video. Mihi vero simile fit, in horto Mecænatis sacellum Priapo dicatum fuisse, & ex iis Poëtis, qui ad Mecænatem suum cottidie visebant, unumquemque versiculos aliquot jocosos in sacelli parietibus notasse, quod heic confirmari videtur Carm. I, XLI, & XLIV. Ad eorum imitationem, posteriores, Petronium, Martialem, alios multa lusisse crediderim, quo demum ab eo, qui carmen ad Lectorem præposuit, in unum libellum congesta sunt. Argumentum hujus libelli varium est: modò enim vel poëta, vel puella aliqua, vel viator vel villicus Priapum adloquitur. Interdum imò sæpius Priapus furibus masculini & fœminini sexus stuprum suadet vel minatur; sortem suam miseretur, de tentigine sua, de furibus, de puellis lascivis super inguina Priapi de nocte molentibus conqueri, & alia plurima, quæ hìc recensere infinitum sit, & à lectore nullo negocio, intelligi facilè poterunt. *Gaspar Scioppius.*

2. IN PRIAPUM] Quis qualis hic fuerit, tradidit suprà in Satyrico p. 483, 84. *Gabbema* ex Scioppio.

[9] *Sed ruber hortorum custos membrosior æquo,*
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende [10] *tegendæ,*
Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

CAR-

3. *Carminis incompti*] Hinc Auson. accepit illud proœmium:

Carminis incompti tenuem lectare libellum.

Pone supercilium. Scaliger. *incompti.* Scripti nimirum, ut Carmin. seq. ait, non nimiùm laboriosè: & inornati nec exacti satis. *Comere* enim est *ornare.* Auson.

Come serenatam duplici diademate frontem. Idem:

Tu quoque qui Latium lecto sermone TerentI
Comis, & adstricto percurris pulpita soccô. Ga. Scioppius.

4. *lusus*] *Ludere* dicitur in re, ad quam efficiendam & impetrandam non magno labore usus est, ut Carm. seq. *Ludens scripsi.* & hoc in vulgus etiam notum est, nec pueri ignorant, nisi qui nondum ære lavantur. *Sciopp.*

5. *pone supercilium*] *Ponere supercilium*, sive, ut Horatius fabulatur, *demere supercilio nubem*, est *frontem exporrigere*, nec austero vultu sive matutina & Catoniana fronte jocos alterius suscipere. tristem enim animum præportare videntur, & severum, quibus frons corrugata & supercilium conductum. Sic vetus Poëta in Catalectis à Iosepho Scaligero Criticorum patre vulgatis:

Esse tibi videor demens, quòd carmina nolim
Scribere patricio digna supercilio.

Senatoribus austeritatem convenire scilicet. Cæterùm quo animo Latio convenire heic dicatur, nullus adhuc dispicio, & aliorum esto arbitrari. *Sciopp. Supercilium* notat gravitatem. Martial. lib. 1 Ep. IV. Valer. Maxim. lib. VI, c. III. *Horridum quoque C. Sulpitii Galli maritate supercilium.* S. A. Gabbema.

6. *Non soror*] Tres Deas commemorat, quibus virginitas perpes nullius gnara mariti; Dianam, Vestam, Minervam. *Scioppius.*

7. *de patrio*] *De* pro *ex.* Sic Tibullus l. 1 El. 1.

— De facili compositque luto.

Et infrà: *Quæ puto de quæstu libera facta tuo est.* Propertius l. 2 El. 24.

Iam tibi de timidis iste protervus erit.

id est, ex timidorum numero. Tertullianus (ut & hunc ad partem venire patiamur) de Præscriptionibus: *Et ipse* (inquit) *Christi traditor de Apostolis fuit.* sic etiam Carm. 31.

Exire ut ipsa de tuo queas c. & 42.
De cera facili dat tibi poma deus.

Sciopp.

8. *Sed ruber*] Priapum rubrum dici primùm, putabam, quòd verpâ esset & glande ex tentigine assidua nudata. Sed muto nunc, & probo Priapum rubrum integrum fuisse, infrà c. 25.

Qui quondam ruber & valens solebam
Fures cadere quamlibet valentes.

Et Tibullus:

Soles sacrum revincte pampinô caput
Ruber sedere rubente fascino. Sciopp.

Ruber dicitur propter fascinum rubrum. Catullus: *Sedet revinctus cum rubenti* &c. & alibi in Priapeis,

Rubro Priape furibus minare mutinô.

Horat. lib. 1 Sat. VIII.

Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus. Frid, Lindenbrogius.

9. *membrosior æquo*] Infr. c. LXXIX fascinosum eumdem vocat, ob vasorum luculentitatem. *Gabbema.* Lucret.

At qui obitum lamentetur miser amplius æquô.

Horatius: *— ubi plenius æquô*
Laudat. —. Ga. Scioppius.

10. *tegendæ*] Cur hîc *pudendæ* malim,

CARMEN. I.

AD PRIAPVM.

LVdens hæc ego [1] teſte te, Priape,
Horto carmina digna, [2] non libello,
Scripſi [3] non nimium laborioſe.
Nec Muſas tamen, ut ſolent Poëtæ,
Ad [4] non virgineum locum vocavi.

Nam

lim, occidit cauſſa. *Ga. Scioppius.*

1. *teſte te*] id eſt, ſpectatore. *Teſtis* enim κατ' ἐξοχὴν dicitur oculatus, qui in re præſente adfuit. Nam, ut ait Plaut. Trucul. act. 2, ſc. 6.

Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem.

Qui audiunt, audita dicunt. qui vident, planè ſciunt. Sic Seneca Thebaide, ubi loquitur Iocaſta, bellum inter filios compoſitura:

--- fervidos juvenes anus
Tenebo, nullum teſte me fiet nefas:
Aut ſi quod & me teſte committi poteſt,
Non fiet unum. --- Sic Plautus Pœnul. ſc. 3 in f. act. 3. *teſtem eſſe*, pro *inſpectare.*

--- evocemus huc Agoraſtoclem,
Vt ipſe teſtis ſit tibi certiſſimus.

Hoc ipſum interpretatur:

Vt tute inſpectes aurum lenoni dari.

Sic infrà: *Magnis teſtibus iſta res agetur.* Carm. 14. *Scioppius.*

2. *non libello*] Libellum hîc accipio pro taberna libraria, ad quam ſermonem cædundorum gratiâ honeſtiores confluebant, ſicut ad tonſtrinas viliores. Vide Scaligerum ad verſum illum Catulli:

Te quæſivimus in minore campo,
Te in circo, te in omnibus libellis.

Ait ergo, carmina ſua, utpote rudia & nondum exacta, adde etiam laſciviuſcula non tam in librarias officinas ad reliquorum erudita ſcripta, quàm in hortum, qui locus Veneri ſacer & Priapo minorum gentium deo, amandanda. *Sciopp.*

3. *non nimium*] Ironiæ ſpeciem habet. vult enim dicere, nullo ſibi hæc labore Carmina conſtitiſſe. Sic Catull.

Cæſar, non cupio nimium tibi velle placere,
Nec ſcire utrum ſis albus an ater homo. Idem:
Salve nec nimio puella naſo.

Ita enim legendum ibi cum Scaligero Iovem lapidem jurare ſum paratus, quicquid alii dicant non minimi homines naſi, qui quod ſibi vitii eſt, id puellæ etiam Catullianæ ineſſe volunt, eique de ſuo & ex abundanti liberaliſſimâ cauſa condonare. Sed aſſis eos non facio, & cum naſo ſuo malam rem habere porrò jubeo. Satis enim acceptum mihi atque perſuaſum eſt, puellam à naſo non oppipare, imò ne ad pauperiem quidem vitandam, inſtructam fuiſſe, quippe de qua alibi ſcribat:

Iſta turpiculo puella naſo. Sic cenſeo. Sic etiam Carm. 49.

Non nimium caſti carmina plena joci. Idem.

4. *Horto carmina --ſcripſi-- Nec Muſas-- Ad non virgineum locum vocavi*] *Hortis* præficiebatur Priapus. Vnde & *hortus non virgineus locus* dicitur, & horti vocabula paullò improbiora fiunt, propter ejus Deos tutelares,

Nam [1] *ſenſus mihi* [2] *corque defuiſſet,*
Caſtas Pieridum chorum ſorores
Auſo ducere [3] *mentulam ad Priapi.*
[4] *Ergo quidquid id eſt, quod otioſus*
Templi parietibus tui [5] *notavi,*
In partem accipias bonam rogamus.

II. PRIAPVS.

[6] *OBſcure poteram tibi dicere,* [7] *da mihi, quod tu*
Des licet aſſidue, [8] *nil tamen inde perit.*

Da

Venerem, inquam, & Priapum. Hinc Carm. 4 hortus obſcœnum eſt, cùm dicit Priapus:

Quod meus hortus *habet ſumas impunè licebit,*
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Eadem nequitia *hortum* Plautus naturam muliebrem vocat, ut à Lipſio obſervatum eſt. Et ideo Priapus *hortorum* cuſtos. Carm. ad Lectorem:

Sed rubor hortorum *cuſtos membroſior aquô.*

Si quis provectus audaciæ ſcribere hodie non dubitet, *hortos locos eſſe non virgineos*, næ faxim pereat ille probe & pugnam cum virginibus noſtratibus cernat non bonam: quæ omnibus cæteris locis indelectatæ & nauſeantes ad ſolos hortos uſquè convolant, quippe in quibus non cruentos, non deformes Priapos, ſed verò formoſiſſimos & nihilô deteriùs mutoniatos juvenes reperire ſperant, *Ga. Scioppius.*

1. *ſenſus*] Sic Propert.

Hic primum vidit ſine ſenſu vivere amantem, Idem.

2. *corque defuiſſet*] id eſt, omni ratione orbatus, & modò non furioſus fuiſſem. Sic Auſonius:

Qui reminiſco putat ſe dicere poſſe Latinè,
Hic ubi GO ſcriptum eſt, faceret COR, ſi cor haberet.

Cor enim prò ſinceritate rationis & intellectu utuntur. Vt Furius Bibaculus: *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!* Propert. lib. 2 Eleg. 9 de eo, qui Amorem pinxit:

Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde *volare deum.*

Id eſt, admodum cordate finxit Cupidinem volare. *Id.*

3. *mentulam*] *Mentula*, virga virilis. Martin. in Lexic. Philol. deduci à μηντης, indicator, index, quòd ſit ſexus nota. niſi à Germanico *Mann*, vir, quaſi *Mannheyt*, ut opinatur Goropius. Ita & Germanis, *Mannligheyt*, & Græcis ἀνδρεία, & ἀνδρειον μόριον. *Io. Weitzius.*

4. *Ergo quicquid id eſt*] Sic Catull.

Quare habe tibi quicquid hoc libelli eſt.

Scioppius.

5. *notavi*] *Notare* pro *inſcribere*: id verò non chartæ ſolùm, ſed animo quoque notandum. Haut abſimiliter Virg. Eclog. 5.

Imò hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notavi. Idem.

6. *Obſcure*] Eſt Ovidii hoc Epigramma, ut ex Seneca colligimus, qui illum verſiculum ex eo citat:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

I. Scaliger.

7. *da mihi*] *Dare* in obſcœnis eſt, ut loquitur Petronius, *facere quod dicat*

Da mihi quod cupies [1] frustra dare forsitan [2] olim,
Cum tenet [3] obsessas [4] invida barba genas,
Quodque Iovi dederat, [5] qui raptus ab alite sacra,
[6] Miscet amatori pocula grata suo:
Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta [7] loci.
Simplicius multo est, da pædicare [8] Latine
Dicere, [9] quid faciam? [10] crassa Minerva mea est.

III. AD

ctat distenta libido. sive, ut idem ait, *plenum & voluptabilem coitum concedere.* Infrà Carm. 50.

Et nec dat mihi, nec negat daturam.

Ga. Scioppius.

8. *nil tamen inde perit*] Non si vel Marrucinus Asinius furtorum insignis ipsius in re præsenti adesset. *G. Scioppius.*

1. *frustra dare*] Præter vulgarem interpretationem τὸ *frustra* pro *gratis* accipere possumus. quod ego tamen sciolo cuidam probare adhuc non potui. quin imò operam navasse sibi videbatur, si, quòd quem *frustra docuisse* dixeram, ea me re derideret. Sed quid mirum in homine, qui fontes linguæ Latinæ, id est, Plauti delicias non degustavit? Plautus ergo Menæch. audiatur. *Frustra*, inquit, *meretrix, me ductare non potes.* innuit, eum nisi à donis instructum ipsius quidem causâ fore exclusissimum. *Scioppius.*

2. *olim*] de futuro. Horat.

Non si malè nunc & olim sic erit.

Sciopp.

3. *obsessas*] Notandum *obsessæ genæ*, id est, hirsutæ. Nisi fortasse legendum sit, *obsertas* pro obsitas ab obserendo. Sicut Tibull. *Stipitem desertum in agris* dicit, id est, defixum, à deserendo, quod est, inserendo *obserere*, utitur Attius apud Nonium in Seges: *Quod beneficium haut in sterili segete te obsesse intelligis*, id est, *obseviſſe.* Vbi *serere beneficium* dicit. *Idem.*

4. *invida*] Quòd illum lævorem invidere quasi pueris vel ephebis videatur. *Scioppius.* Malim *ninguida.* infrà: *canis cùm barba caput albicet capillis.* Fr. Lindenbrog.

5. *qui raptus*] Ganymedes puer ab aquila, sive Iove in aquilam conversō in cœlum raptus, ut illi in deliciis & à poculis esset. *Scioppius.*

6. *Miscet amatori pocula*] *Miscere pocula*, est, *esse alicui à poculis*, sive fundum aut pocillatorem. *Sciopp.*

7. *loci*] Isthunc locum Murrhedius Rhetor loco inlustrat insigni apud Senec. Patr. lib. 1 Contr. 11. *Novimus*, inquit, *istam maritorum abstinentiam, qui etiamsi primam Virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt.* Est hæc Martial. sententia lib. 11 Ep. LXXIX.

Pædicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi.

E libero illud mutuatus est carmine. Sic & Quintus Serenus:

Obscœnos si ponè locos nova vulnera carpent.

pro fœmineo utero sæpius apud Lucret. est etiam *locus.* Gonsalius. Sensum ita quoque expressit Plaut. Casin.

Illa haud verbum fecit, & sepit veste id, qui estis.
Vbi illum saltum video obseptum, rogo, ut altero sinat ire. I. Scaliger.

8. *Latine*] Legendum puto: *Latinè dicere*, id est, Latino sermone. Porrò Latinè loqui dicuntur etiam, qui

III. AD PRIAPVM.

[1] *OBscænis* [2] *rigido deo* [3] *tabellas*
Ducens [4] *ex Elephantidos libellis*
Dat donum Lalage, rogatque tentes,
[5] *Si pictas opus edat ad figuras.*

IV. DE

unamquamque rem libertate Stoica, ut testatur Cicero, non per ambages & circuitionem, sed suo nomine simpliciter appellare consueverunt. Martial.

Absolvis lepidos nimirum Auguste libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.
Ga. Scioppius.

9. *quid faciam?*] Τί πάθω; ἄγροικος, καὶ ἄμουσός εἰμι. Aristoph. Ἄγροικός εἰμι τὴν σκάφην, σκάφην λέγω. Vnde jocus maximi Principis, Philippi Macedonis. Quum ii, qui prodiderant Olynthum Philippo, conquestum & expostulatum ad ipsum venissent, quòd injuriosè nimis vocarentur proditores ab aliis Macedonibus: οἱ Μακεδόνες, inquit, ἀμαθεῖς, καὶ ἄγροικοί εἰσι· τὴν σκάφην, σκάφην λέγουσι. *I. Scaliger.*

10. *crassa Minerva mea est*] Solent textoriis & similibus vocabulis uti scriptores, si quando de contexenda oratione loquuntur. Vt, *deducere versus*, &c. Sic Cicer. *orationem crasso filô scriptam* ait. *Ga. Scioppius.*

1. *Obscænis*] Elephantis puella Græca σχήματα συνουσιῶν *varios coëundi modos* scripserat. Ex hujus ergo libris ductas picturas Lalage Priapi sacerdos suspendit, rogans, ut stuprare velit & tentare, an omnes istos pictos coëundi modos fideliter imitari posisit. Hic sensus est carminis; aliud qui dicunt, campas loquuntur. *Sciopp.*

2. *rigido deo*] i. e. Priapo, ob adsiduam tentiginem sic etiam carm. 45.

Cum quendam rigidus deus videret.
Idem.

3. *tabellas*] Sic in veteri Epigrammate:

Inque modos omnes dulces imitata tabellas
Transeat, & lecto pendeat illa meô.
I. Scaliger.

4. *ex Elephantidos libellis*] Mart. lib. XLI Ep. XLIII.

Quales nec Didymæ sciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli,
Sunt illic Veneris novem figuræ.

Vbi novem illæ figuræ sunt, de quibus Philænis librum conscripsit. Infrà:

Tot figuras, quot Philænis enarrat.

Ex Elephantidos libellis Tiberius, qui libidinosissimus fuit, figuras depingi curavit, quibûs cubiculum instruxit: ne cui in opera edenda, ut Suetonius de eo loquitur, exemplar imparatæ scenæ deesset. *Fr. Lindenbrog.*

5. *Si pictas*] id est, an possit opus edere ad figuras, seu, omnes istos coëundi modos exprimere. *Si* pro *an.* Propert. lib. 2 Eleg. 20.

Manè erat, & volui si sola quiesceret illa
Visere, at in lecto Cynthia sola fuit.

Sallust. Iugurth. de Vacca: *Simul tentandi gratiâ si paterentur.*
Terent. Eunuch.

Itque ad eum visum, si domi est.

Lib. 2 Eleg. 2.

Quærebam, sicca si posset piscis arenâ
Vivere? ---. Et in Iure nostro sæpius ut l. 3 § 1 D. de Collat. bon. l. 3 C. Commun. de legat. l. 10 C. de Adopt. l. 13 C. de Vsufr. leg. & aliàs sæpe. *Scioppius.*

1. *dixisse*

IV. DE PRIAPO.

Quam puero legem fertur [1] dixisse Priapus,
Versibus hic infra scripta duobus erit:
[2] Quod meus hortus habet, sumas impune licebit;
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

V. PRIAPVS.

[3] Quod sim ligneus, ut vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneusque penis;

[4] *Pren-*

1. *dixisse*] *Dicere legem alicui*, Livius & Ovidius. *Dicere* enim pro edicere & imperare usurpatur. Vegetius: *Multa sunt dicenda atque observanda pugnantibus.* Idem: *quocumque enim hæc ferri dixerit ductor.* Hinc *dicta ducum* pro *jussis*, teste Varrone. Furius:

Nomine quemque ciet, dictorum tempus adesse. Ga. Scioppius.

2. *Quod meus hortus*] Κῆπος pro obscœna mulierum parte apud Diogenem. quod & adnotat Victorius. Hic verò pro puerili. Hesychius quoque: κῆπος, τὸ ἐφήβαιον γυναικεῖον. & potest illud proverbiale huc adludere: γλυκεῖ ὀπώρᾳ, φύλακος ἐκλελοιπότος. Aristophanes quoque πέδιλα nomine:

--- --- νὴ δί' ὦ βοιωτία
Καλόν γ' ἔχεσκε τὸ πέδιον. λα. κοὐ νὴ Δί'.
Κομψοτάτῃ γὰρ τὴν βλαχάνῃ πυραπαλμύᾳ,

Vbi simul adlusum ad pulegium, quo abundabant Bœotii: & ad ipsos quoque Bœotios qui hortorum culturæ valde dediti erant. Euripides quoque Cyclope λειμῶνα vocat:

Ἵν' ἔστι τᾶπι τἀγρὸν ἐξανιστάνευ.
Μασᾶ τε δραγμὰς, κὴ παρεσπυαστρίδας
Ψαῦσαι χερῖν λειμῶνος. --- Scaliger. Imitatum in Epigr: veteri:

Quod meus hortus habet grata[n]ti suscipe mente:
Sic frueris lætus quod tuus hortus habet.

Quemadmodum hîc *hortus*, sic etiam apud Græcos κῆπος usurpatur. Hesychius: κῆπος, γυναικὸς αἰδοῖον. Latinè ad verbum *saltus*. Plaut. Casinâ:

--- *Tegit veste id*, &c. *Fr. Lindenbrog.*

3. *Quòd sim*] *Quòd* pro *quamvis*. Sic Ovid.

Illa quòd est virgo, quòd tela Cupidinis odit,
Multa dedit multis vulnera, multa dabit.

Ita etiam Plautus Asin. Aulul. & Milite usurpat, ut princeps docuit elegantissimus omnium Muretus in enarratione Epigramm. Catulli in Furium. Nec aliter Terentius Eunuch.

Quòd dicas mihi, iter hàc habui, alium quærebam, peristi.

Sic Propert. lib. 2 Eleg. 17.

Tu quoque quòd pleno fastus assumis amore
Credule, nulla diu femina pondus habet.

Idem lib. 3 Eleg. 1.

Quòd non Tænariis domus est mihi fulta columnis, &c.
At Musæ comites. Scioppius.

[1] *Prendam te tamen, &* [2] *tenebo prenſam:*
[3] *Totamque hanc* [4] *ſine fraude, quantacunque eſt,*
[5] *Tormento citharaque* [6] *tenſiorem,*
Ad coſtam tibi ſeptimam [7] *recondam.*

VI. PRIAPVS.

CVm loquor, una mihi peccatur litera, nam præ,
[8] *Pæ, dico ſemper,* [9] *blæſaque lingua mea eſt.*

VII.

1. *Prendam*] pro *prehendam* & apprehendam ac retinebo te. *Ga. Scioppius.*

2. *tenebo*] *Tenere* amatorium. puellam ad lubitum ſuum paratam habere:

Hanc tamen in nullos tenui malè languidus uſus.

Tibull. lib. 1.

Sæpe aliam tenui, ſed jam cùm gaudia adirem
Admonuit Dominæ deſeruitque Venus. S. A. Gabbema.

3. *Totamque hanc*] Quam manu tenebat. *Scioppius.*

4. *ſine fraude*] Pro *profectò*. Scioppius.

5. *Tormentho citharaque*] *Tormentum*, eſt funis tenſus, ut in Ergatarum ſuculis & aliis ejuſcemodi. quin ſimpliciter funis. Nam *funem torquere*, eſt χοῖνον πλέκειν. Propertius:

Dignior obliquo funem qui torqueat Oenô.

Tormentum itaque funis. Et rectè in Apuleio: *Capillus ipſe, quem ipſi aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixere, vides quàm non ſit amœnus, ac delicatus, horrore impexus atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis,* &c Neque quicquam mutandum. Sed pro eo, quod hodie legitur, *honore implexus*, lego, *horrore impexus*. & ſanè verum eſt. *I. Scaliger.*

6. *tenſiorem*] Obſerva, *tendere eſſe* in obſcœnis pro tentigine adfici, & habere ſupinum *tentus* vel *tenſus*. Vnde *mentula tenta* inf. (ſic *diſtentare* etiam), Carm. 19, 33, & 75, quæ hîc tenſa dicitur. Sic *terſa* & *terta* galea inf. Carm. 69 de Achill.

Ille Pelethroniam ---
--- citharâ tenſior ipſe ſua.

Tenſus ergo eſt, qui tentigine rumpitur. infr. Carm. 26 *tentum* vocat. de puella quæ Priapum orat:

Tenta ut ad exemplum ſit ſua turba dei. Scioppius.

7. *recondam*] *Condere* in hoc ſignificatu admodum propriè accipitur. Sic Plaut. Trucul. ubi meretrix quæ ſe ex militis complexu gravidam reperiſſe ait:

Qui me interfeciſti pene & vitâ & lumine,
Quique vim magnam doloris per voluptatem tuam
Condidiſti in corpus etiam quo nunc, morbo miſera ſum.

Aliàs *recondere* accipitur etiam pro *effundere*. contrarium τῷ Condere. Propert. lib. 2 Eleg. 21.

Cùm ſubitò Triton ore recondit aquam.

Sic idem ſub finem Eleg. 20 lib. eod.

Sic ego tam ſancti cuſtode recludor amoris.

id eſt, excludor à Cynthia, quæ amorem tam ſanctè colit. Vide etiam Huberti Giphanii Iuriſconſultorum noſtra memoriâ facilè principis Indicem Lucret. in Reparcunt. *Scioppius.*

8. *Pæ, dico*] Dicturus *prædico*, ſemper balbutiens videlicet, ſoleo *pædico* dicere. *Pædicare* autem eſt puero hillas cædere, ſive, conſtuprare. *Idem.*

9. *blæſa-*

VII. PRIAPVS.

Matronæ procul hinc abite castæ :
Turpe est vos legere impudica verba.
[1] Non assis faciunt : [2] euntque recta :
Nimirum sapiunt, videntque magnam
Matronæ quoque mentulam [3] libenter.

VIII. PRIAPVS.

[4] Cur obscæna mihi [5] pars sit [6] sine veste, requiris.
Quæro, tegat nullus cur sua signa deus ?
Fulmen habet [7] mundi dominus, tenet illud aperte :
Nec datur [8] æquoreo fuscina tecta deo.

Nec

9. *blæsaque*] Ovid. quoque *blæsam linguam* dixit. Cæterùm quòd quidam inter *blæsum* & *balbum* distinguere volunt, ne illi balbutiunt & frustra sunt. Quam enim hic *linguam blæsam* dicit, quæ sc. literam R pronunciare nequit, Cic. *balbam* vocat, de Oratore: Demosthenes ita balbus fuit, ut Rhetoricæ primam literam non posset dicere. *Ga. Scioppius.*

1. *non assis faciunt*] Catull.

Non assis facis obsitum, lupanar. iter.
Rumoresque senum severiorum
Omnes unius æstimemus assis.

Plaut. in Capt. *Neque ridiculos jam terruncii faciunt.* Sciopp. & Gabbema.

2. *euntque recta*] Id est, rectà accedunt, nec avertuntur matronæ istæ, ut pudicas decebat. *G. Scioppius.*

3. *libenter*] Cum appetitu, ut loquuntur, & voluptate. Cic. 2 de Finibus: *Et tamen non negat* libenter *umquam cœnasse Gallonicum : mentiretur enim.* Scioppius.

4. *Cur obsc.*] Puto esse Ovid. *I. Scaliger.* Hoc Carmen Ovidii est, & vel eo nomine diligenter legendum, quòd uno quasi obtutu omnium ferè Deorum arma nobis exponit. Ead. sunt. infr. C. 19. *Sciopp.*

5. *pars*] Suprà p. 466. Sic & *membrum.* inf. C. 29, & 48. *Idem.*

6. *sine veste*] *Esse sine veste*, id est, *nudum.* Contrà apud Propert. *esse in tunica*, id est, *tunicatum.* Id.

7. *mundi dominus*] Id est, *Iupiter.* Sic Horat.

Terrarum dominos evehit ad deos. Id.

8. *æquoreo deo*] id est, *Neptuno.* Porrò fuscina est tridens Neptuni, hoc est, telum trisulcum piscatorium, quod fundò natantia capiat. hôc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Iuvenal.

Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Sed de isto videnda Lipsii Saturnalia, quid Lipsii? imò Petri Fabri. Sed utrùm illius, an Fabri, quid ad me? Tam utitur bene, quàm sibi pararit Nostro Lipsius invidendus ævo, per quem non licet esse negligentem, ut in Taciti compilatione Chifletio & Mureto sese exhibuit. ne quid hîc de versibus Ennianis apud Agellium lib. 12, c. 4 dicam: quos cum ope complurium veterum librorum feliciter emendasset Gifanius, & Mureto Romam misisset, hic, qui tum Mureto prx-

Nec Mavors illum [1] *per quem valet,* [2] *occulit enſem :*
Nec latet in tepido Palladis haſta ſinu.
Num pudet auratas Phœbum portare ſagittas ?
Clamve ſolet pharetram ferre Diana ſuam ?
Num tegit Alcides nodoſæ [3] *robora clavæ ?*
Sub tunica virgam num [4] *deus ales habet ?*
Quis Bacchum gracili [5] *veſtem prætendere* [6] *thyrſo,*
Quis te [7] *celata cum face vidit Amor ?*
[8] *Nec mihi ſit crimen, quod mentula ſemper* [9] *aperta eſt :*
Hoc mihi ſi telum deſit, inermis ero.

IX.

præſens erat & epiſtolam Gifanii legebat, totam deinde iſtorum verborum emendationem, mutatis tamen, ut fures ſolent, poculorum anſis, cum pulviſculo ſibi abſtulit. adeò apud iſtos homines unaquæque res

Res fiſci eſt, ubicumque natat. --- Sed odorati ſunt poſtea fraudem hanc viri docti, editis nimirum Mureti epiſtolis. En Lector imitare ſis egregiam iſtam ad laudem graſſandi viam. *Ga. Scioppius.*

1. *per quem valet*] *Valere* eſt *eſſe robuſtum, viribus firmum.* unde *valens* etiam in Priapeiis pro robuſto, quem volgò fortem poëticè magis, quam oratoriè vocare ſolent. *Valentiorem nactus adverſarium.* Plaut. quem Lucret. viribûs editiorem vocat. *G. Scioppius.*

2. *occulit*] *Occultat.* Vtitur Cicero, & Plautus, eleganter de mulieribus, quæ vitia corporis fucò occulunt. Moſtellariâ. *Scioppius.*

3. *robora clavæ*] Id eſt, *ipſam clavam.* Sic Lucret. *Robur ſaxi* ponit pro ipſo ſaxo lib. 1.

Conveniebat enim fruges quoque ſæpe minutas
Robore cùm ſaxi franguntur, mittere ſignum.

Sanguinis. --- Et lib. 2.

Et validi ſilices ad duri robora ferri.

Vbi Lambinus, qui uno anno plùs auctoribus nocuit, quàm alii decennio prodeſſe poterunt, putabat tralationem eſſe ab inanimo ad aliud inanimum, cùm *robur* propriè de quercu dicatur. Acuté! quaſi verò *robur* non potiùs de vi & duritia dicatur, ſicut idem Lucret. *vim ignis*, ſeu *flammeam* vocat. Sed de acumine illius in Plautum dicendi locus erit. *Scioppius.*

4. *deus ales*] Mercurius, quì pinnatus pingebatur. *Idem.*

5. *veſtem prætendere*] Sic ſuprà ad lectorem:

Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ. Idem.

6. *thyrſo*] *Thyrſus* haſta erat aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis, Bacchi ſacris, quatiebant. *Id.*

7. *celata cum face*] Vide Lilium Gyraldum hiſtor. Deorum ſyntagmate XIII, ubi ait Caunium Cupidinem vocatum ab æſtu, qui fit ex amore; unde & illi ardentes faces attribuebant antiqui. Tibull. l. 2 El. 1.

Sancte veni dapibus feſtis, ſed pone ſagittas,
Et procul ardentes hinc precor abde faces. Idem.

8. *Nec mihi ſit crimen*] *Crimen eſſe alicui*, pro *vitio verti.* Sic Propert. lib. 2 Eleg. 19.

Iupiter adfectæ tandem miſerere puellæ:
Tam formoſa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus, quo torridus æſtuat aër,
Incipit & -- fervere terra &c.

Et

IX. PRIAPVS.

[1] *INsulsissima quid puella rides?*
Non me [2] *Praxiteles, Scopasve fecit:*
Nec sum Phidiaca manu [3] *politus:*
Sed lignum [4] *rude villicus dolavit:*
[5] *Et dixit mihi, tu Priapus esto.*
Spectas me tamen & subinde rides.

Nimi-

Et pòst Eleg. 21.

Qui videt, is peccat, qui non & viderit, ergo
Non cupiet? facti crimina lumen habet? Ga. Scioppius.

9. *aperta*] *Apertas* pro *nudo*, ut hîc & Carm. 13, 38, 51. *Scioppius.*

1. *Insulsissima*] Insulsus hîc pro eo, cui res quæpiam salsa & ridicula videtur, quæ tamen secus est. *Id.*

2. *Praxiteles*] Marmoris sculpendi insignis artifex. Scopas unus ex iis fuit, qui Mausoleum cælaverunt. Phidias in ebore scalpendo maximè claruit. *Scioppius.* Columella lib. x.

Non tibi Dædaliæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletea, nec Phragmonis, aut Agelada
Arte laboretur, sed truncum fortè dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli. Lindenbrogius. *Praxitel.* ætate Pompei vixit. Plin. lib. XXXIII, c. IX. ejus Venus maximè celebratur: Plin. lib. VII, cap. XXXVIII. *Scopas.* Plin. lib. XXXVI, c. V. *Phidias.* Plin. lib. XXXVI, c. V: Valer. Max. lib. III, c. VII. *S. A. Gabbema.*

3. *politus*] *Polire* est statuariorum verbum, quando imaginem exegerunt, ut homini jam omnibus partibus æmula sit. ait ergo Priapus, se perfunctorie & tralatitia diligentia dolatum, ut ligno, quàm homini similior sit. *Scioppius.*

4. *rude*] *Rudis* quoque est statuariorum verbum, & idem est, quod non politus. Ovid.

Nondum exacta satis, rudibusque simillima signis.

Vbi *signum* pro statua accipitur, quod & heic ἀντὶ τοῦ *lignum* libens admodum receperim & legerim:

Sed signum rude villicus dolavit.

Imago ergo vel simulacrum non edolatum, *rude* vocatur vel impolitum. aliud *exactum.* Cicer. *Forma ingenii admodum impolita & planè rudis.* Idem lib. I de Oratore: *Vis enim, ut mihi sæpe dixisti, quoniam quæ pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata atque rudia exciderunt, vix hac ætate digna & hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus, aliquid iisdem de rebus politius à nobis perfectiusque proferri,* &c. Vbi perfectum inchoato, politum rudi opponit. *Sciopp.*

5. *Et dixit mihi*] Sic apud Horat. lib. I Sat 8 Priapus:

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cùm faber incertus, scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse deum deus indè ego furum aviumque
Maxima formido. --- Scioppius. *Et dixit mihi* t. *P. e.* Indicat ita impolitè fabricatum fuisse, ut necessum habuerit dicere, *Tu Priapus esto.* alioquin in ea causa fuisse ut ignoraretur, Priapus ne esset, an putre & inutile lignum. Sic pictores rudi adhuc

seculò

Nimirum tibi salsa res videtur,
Adstans inguinibus [1] *columna nostris.*

X. PRIAPVS.

NE [2] *prensere cave: prenso nec fuste nocebo:*
Sæva nec incurva vulnera falce dabo.
Trajectus conto sic extendêre [3] *pedali:*
Vt culum rugas non habuisse putes.

XI. PRIAPVS.

[4] *QVædam serior Hectoris* [5] *parente,*
Cumææ soror, ut puto, [6] *Sibyllæ,*
[7] *Æqualis tibi, quam domum revertens*

Theseus

seculô, & cùm nondum magna ista ars ad tantam excellentiam pervenisset, picturis subscribebant, hic homo, hic asinus. Ælianus Variarum lib. x, cap. x. Ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινὰ ἐν γάλαξι, καὶ ἐν σπαργάνοις, οὗτος ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥς τε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον. *Fr. Lindenbrog.*

1. *columna*] Quam *columnam* dicat notum est; eamdem & *trabem* & *pyramidem* vocabant. *Pyramis* infr. c. lxiii. *Gabbema. Columna* pro *eo, quo viri sumus.* Catullus Ep. 28 trabem vocat:

O Memmi, bene me ac diu supinum
Tota ista trabe lentus inrumasti.

Horatius locô modò laudato palum vocat:

Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus. Ga. Scioppius.

2. *prensere*] *prehendare* vel *deprehendare à me.* Quòd si enim apprehensus fueris, pœnas penitus dabis. nam hic contus sive hæc pertica ab inguine meo porrecta, -- ita extendet, ut nunquam antè rugosum fuisse credere possis. Carm. 5 suprà:

Prendam te tamen & tenebo prensam.

G. Scioppius.

3. *pedali*] Infrà Carm. 37. Martialis *sesquipedalem* amat dicere:

Mentula cui nondum sesquipedalis erat.

Scioppius.

4. *Quædam serior*] *senior.* Claudicat versus. Puto ita restituendum: *Quædam serior*, ὀψαιτέρα. Quod sanè placet. Ita enim interpolatum inveni in manuscripto quodam, quanquam malæ notæ libro. & Tibull. ita locutus est:

Vidi ego jam juvenem, premeret quum serior ætas,
Mœrentem stultos præteriisse dies.

I. Scaliger.

5. *parente*] *Parens* pro *matre.* quamvis non ignorem Priamum Hectoris patrem cum Nestore collocari solere infrà Carmin. 57, & 77. hanc tamen cum tribus aniculis comparat, cum Hecuba, Sibylla, & Hecale. *Sciopp.*

6. *Sibyllæ*] Deiphobes: cujus ætas in proverbium abiit. *Idem.*

7. *Æqualis tibi*] *æquales* ergo sunt, qui eadem ætate sunt. *tibi.* Hecalem anum adloquitur pauperculam, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitiô suscepit. Hujus paupertatem Callimachus integro librô celebravit. *Id.*

1. *rep-*

Theſeus [1] *repperit in rogo jacentem,*
[2] *Infirmo ſolet huc gradu venire:*
Rugoſaſque manus ad aſtra tollens,
[3] *Ne deſit ſibi mentulam rogare.*
Heſterna quoque luce, dum precatur,
Dentem [4] *de tribus exſcreavit unum.*
Tolle, inquam, procul, ac jube latere
Sciſſa ſub tunica, [5] *ſtolâque rufa,*
Vt ſemper ſolet, [6] *& timere lucem,*

Qui

1. *repperit*] Malè & inſulſiſſimè Muſiſque adeò invitis & plorantibûs magiſtelli noſtri *repperit* ſcribunt, verſui conſulentes ſcilicet. At ego Lucumones iſtos atque hominum vix nomine dignos malam rem habere & in Arcadiam ad conſortes ſuos auritos amandandos cenſeo, & literas fœdis ungulis ſuis tractare veto: niſi ſi diſcere tandem velint, Præpoſitiones RE & PRO modò longas, modò breves eſſe. quod idem de adverbiis in E & O quibuſvis cenſeo. qua de re conſulendi præſtantiſſimi Giphanii Index Lucretianus, & Ioſephi Scaligeri ad Propertium notæ. *Ga. Scioppius.*

2. *Infirmo gradu*] quem Plautus teſtudineum & ſuccretum cribro pollinariô vocat. *G. Scioppius.*

3. *Ne deſit ſibi*] Solet huc venire, & ſublatis ad cœlum manibus mentulam rogare, ne ſibi deeſſe velit. *Scioppius.*

4. *de tribus unum*] Sic Propert. de Parca loquens. --- *de tribus una ſoror.* Sciopp.

5. *ſtolâque rufa*] Nota vetulam rufa ſtolâ indutam fuiſſe. quod ille, qui regnum inter Criticos obtinere putat, &

Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.

in ſuis Collectis (illud, Electis inquam) non innuit. Sed vero ſimile fit, Petrum Fabrum memoriæ noſtræ Cujacium nihil etiam iſta de re in ſcriniis ſuis latitans ſervaſſe. *Stola rufa* matronarum. Sic Propertius:

Seu qua eſt plebeio, ſive eſt ſandycis amictu. Scioppius. *Stola* matronarum tunica propriè dicta, licèt apud Græcos, & barbaros pro communi veſte, & maximè virili accipiatur. Cic. Philippicâ II. *Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim ſtolam reddidiſti.* Eodem planè ſenſu ille apud Petron. *Quid ille alter, qui die togæ ſtolam tamquam togam ſumpſit?* Ita enim locus ille legendus eſt. Sic Caligula Liviam *Vlyſſem ſtolatum* appellabat. Hanc autem ad talos, ut loquitur Flaccus, demiſſam & inſtitâ ad oram ornatam, docuit Turneb. lib. XXIX; & ex eo plures. Vbi duo inſignia in cultu matronarum notat, vittas queîs crines ligabantur, & talarem tunicam adſutâ inſtita cultam. Secus in libertinis, quæque vitis morigerabantur. Tibull. El. VI.

--- --- *Quamvis non vitta ligatos*
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

De inſtita Horat.

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.

Vbi Acron: *Quia matronæ ſtola utuntur demiſſâ, uſque ad imos pedes, cujus imam partem ambit inſtita ſubſuta,* &c. vide Ferrarium lib. III c. XVII de Re Veſtiaria. *S. A. Gabbema.*

6. *& timere lucem*] Ita quidem emendavit Scaliger, cum ante legeretur: *& timere locum.* Ego ſic legendum

Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.

XII. PRIAPVS.

[1] P*Ædicere puer, moneo:* [2] *futuere puella:*
Barbatum furem [3] *tertia pœna* [4] *manet.*

XIII.

dum putem: *& locum timere Qui,* &c. dic tuo denti, ut locum hunc, id est, gingivam ploxemi veteris, fugiat, nec inseri rursus velit. qui locus interea dum nasum resupinas tuum & elevas ac eminere facis, tanto hiatu turpiter patet, ut quis hominem pigerrimum, & Epicuri de grege porcum oscitari credat. *Ga. Scioppius.*

1. *Pædicere*] Sic Gabbem. editio. Scioppius: *Præcidêre.* Omnibus manum ab horto non abstinentibus pœnam interminatur, puero pædicationem, puellæ futuitionem, viro autem sive barbato, irrumationem. Vide etiam Carm. 21, & 75. *Præcidere. Cædere* & *præcidere* sunt in abominanda illa Venere virili. Sic etiam Carm. 14, & 25.

--- nemo præcisum sciet esse me.
Fures cædere quamlibet valentes.

Et Catull. *--- rigida meâ cæcidi* sc. puerum.

2. *futuêre*] *Futuere* est in licita Venere, frequens Martiali; quamvis descendat à *fundo*, quod semen fundatur. Sic etiam *effutio* à fundo dicitur, vel potiùs ejus frequentativo *futo.* Inf. C. 25 *exfututus* est ad nauseam usque in palæstra illa versatus. *Ga. Sciopp.*

3. *tertia pœna*] Turpitudo, quæ per os peragitur, significatur, quod Galenus in exordio libri II Simpl. medic. *lesbiari* dixit, nimirum à Lesbiis, apud quos primùm obscœnitas illa exorta traditur, Quia verò in ore hæc exercetur immanitas, meritò, *capiti non parci*, dixit Lactantius lib VI, c. XXIII. infr. c. XXI.

Hic cunnum, caput hic, præbeat ille nates.

id est, os ad inrumationem, non autem caput falce aut securî amputandum. Elegant. Epigrammat. Sciptor:

Corve salutator, quare fellator haberis?
Cùm caput intrarit mentula nulla tuum?

Corvos enim ore coire, non sine errore, cujus nos & Aristoteles & Plinius admonent, fuit olim existimatum. Qui inrumanti parent, eamve ferunt obscœnitatem, *ore morigerari* dicuntur. Suet. in Tiber. *Magius. tertia pœna.* Scilicet oris stuprum: ita enim hoc vocat Arnobius lib. II. *Nihil pati renuentes ad oris stuprum paratæ.* Nec debet hic locus mutari, quod quidam nuper tentavit. Horatius *ore adlaborare* dixit Epod. VIII.

Minúsve languet fascinum,
Quod ut superbo provoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi.

Sic apud Pausaniam, ut me monuit vir doctissimus, Συναμωρεῖσθαι sumitur. τὴν Ἀθαλάντην συναμωρουμένην, quod tamen Aristophanes simpliciter pro virum pati usurpat, ἐν νεφέλαις, γυνὴ δὲ συναμωρουμένη χαίρει. *Fr. Lindenbrog.*

4. *manet*] Pœna me manet. Solemus etiam dicere, *manet mihi.* Catullus & Virgil.

Scelesta, bene? quæ tibi manet vita?
O mihi tam longè maneat pars ultima vitæ! Scioppius.

1. *Huc*

XIII. PRIAPVS.

[1] *HVc huc, quiſquis es, in Dei ſalacis*
Diverti grave ne puta ſacellum.
Et ſi nocte fuit puella tecum,
[2] *Hac re quod metuas adire, non eſt,*
[3] *Iſtuc Cœlitibus datur ſeveris.*
[4] *Nos vappæ ſumus, & puſilla culti*
Ruris numina: nos [5] *pudore pulſo*
Stamus [6] *ſub Iove* [7] *coleis apertis.*

Ergo

1. *Huc huc, quiſquis es*] Arcendos Antiqui à Sacris putabant heſterna Venere inquinatos. Tibullus Eleg. 1 lib. 2.

Vos quoque abeſſe procul jubeo: diſcedite ab aris,
Queîs tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Hinc Lampridius in Alexandro: *Primùm uſus vivendi eidem hic fuit: primùm ſi facultas eſſet*; id eſt, ſi cum uxore non cubuiſſet, matutinis horîs in larario ſuo rem divinam faciebat. Ovid. lib. 3 Amor. Eleg. 6.

A tenera quisquam ſic ſurgit manè puella,
Protinus ut caſtos poſſit adire deos?

Plura pete à magno illo Briſſonio Formul. lib. 1, fol. 6 editione Francoford. Mercuriali Var. lect. lib. 2, cap. 15: & Sebaſt. Caſtalione Annotat. in 1 Reg. 21. *Scioppius*. Veteres concubitu abſtinebant rem divinam facturi. quod Latinè dicebant *Purè habere*, ut Græce ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν. Plaut. Aſinariâ:

Si fortè purè velle habere dixerit,
Tot reddat ſpurcas, quot puras habuerit.

Deus Κηπουρὸς ait, ut ad ſuum ſacellum divertant prætereuntes, non eis opus eſſe, puras noctes habuiſſe. *I. Scaliger.*

2. *Hac re*] pro ideo, ea de cauſſa. Valer. de Faliſcis puer. *hac re Senatus cenſuit.* Varro: *Hac re medicos exquiſitim convocabat, ut convaleſceret.* Sic Brutus ad Atticum de Cicer. *An hoc ipſum ea re facit, quòd illi propter amplitudinem omnia jam deferenda putat?* Sic Valerius. *Hac re Senatus cenſuit.* Vide Giphanii Indicem Lucretianum in *Hac re.* Ga. Scioppius.

3. *Iſtuc Cœlitibus*] Apud me non ea puritate opus eſt, quæ in ſacris majorum deorum requiritur. non opus eſt ut te vivo flumine ad me venturus priùs abluas. *G. Scioppius.*

4. *Nos vappæ*] *Vappas*, τοὺς ἀχρήστους ac homines nihili vocant Latini. Catull. *Satiſne cum iſto vappa, frigora & famem tuliſti?* Græci quoque ὀξίνην ad eam rem uſurpant. Nam ὀξίνης *vappa*. Ariſtoph. ἱππεῦσι:

Ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον.

Vbi ſanè nugatur interpres. *Scaliger.* Plin. lib. XIV, c. XX. & ibi Dalechamp. *S. A. Gabbema.*

5. *pudore pulſo*] *Pellere pudorem*, quod Apulejus *devorare*, alius inf. carm. 28 ponere pudorem dicit:

Sed cùm tu poſito deus pudore
Oſtendas mihi coleos patentes. Sciopp.

6. *ſub Iove*] Id eſt, ſub dio. Sic Horat.

— *manet ſub Iove frigido Venator.*

Idem.

7. *coleis apertis*] *Colei* ſunt teſticuli. Hinc Pomponius apud Nonium, *coleatam cuſpidem* vocat id, quo viri ſumus.

Ergo quilibet huc licebit intret,
[1] *Nigra fornicis oblitus favilla.*

XIV. PRIAPVS.

[2] *COmmisso mihi non satis*[3] *modestas*
Quicunque attulerit manus agello:
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices[4] *loco remoto*
Dicat forsitan hæc sibi ipse:[5] *nemo*
Præcisum sciet esse me. sed errat:
[6] *Magnis testibus ista res agetur.*

XV. AD

mus. Sic infrà 48. *Coleos patentes.* Ga. Scioppius.

1. *Nigra fornicis*] Sic C. Cæsar *Bithynicus fornix, & stabulum Nicomedis*, dictus fuit. In fornice prostabant meretrices, ac usuram corporis & sui copiam faciebant. Horat. lib. 1 Sat. 11. quod jam satis ad Petron. adnotavimus. *S. A. Gabbema.*

2. *Commisso*] Quicumque ex agro meæ custodiæ & fidei concredito auferre volet, is à me stuprabitur, hîc post frutices. *Committere alicui*, id est, custodiæ ejus mandare. Vide carm. 52, in principio. *G. Scioppius.*

3. *modestas*] Nota *modestas manus*; quibus contrariæ sunt quas furaces sive malas & improbas vocant. *Scioppius.*

4. *loco remoto*] Sic Horat.
Seu tu in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis &c. *Sciopp.*

5. *nemo*] Noli cogitare, neminem impudicitiæ tuæ conscium adfore, eò quòd in remoto loco te stuprare velim. De *præcidendi* verbo vide commentarium ad 12 carmen. *Idem.*

6. *Magnis testibus*] Ambiguitas inest testibus: videtur dicere *testes*, id est spectatores. suprà ad carmen 1. cùm tamen revera coleos illos apertos & testiculos intelligendum sit. *Scioppius. Testis*, ὁ μάρτυς ex antiqua lingua Græca θέστωρ: & μάρτυρας θέστωρ. τοὺς διδύμους verò (quos eleganter *pares* vocat Plinius) ita nominarunt, quòd & ipsi μάρτυρες τῆς ἀῤῥενότητος. Idcirco ambiguè lusit Plautus Amphitruone:

AL. *Mihi quoque assunt testes: qui illud, quod ego dicam, assentiant.*
AM. *Qui testes.* AL. *Testes.* AM. *quid testiculare?*

Nam, ut erat mos veterum, verbum formavit ex re, quam non intelligebat: ex teste, *Testiculari.* ut Aristophanes θεσμοφοριαζούσαις.

--- ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.
κλει. τί καρδαμίζεις; ---

At dedita opera *testiculari* dixit pro eo, quod Græci ὀρχιπεδῆσαι. Aristophan.

Οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου·
Οὐκ ὠρχιπέδησας. ---

Sicur & κλειτορίαζειν, dicebant à pudendo muliebri. quod Laberius ut ego puto, *puellitari* interpretatus est:

Quænam vos dementia suppolitores facit
Cum cano eugio puellitarier?

Nam Eugium (quod & Græcum ipsum quoque est, εὐδίαιον) est τὸ κλειτόριον. Vnde *colei Cliternini* Ciceroni. quia videntur adludere non ad Cliternum oppidum Italiæ, sed ad κλειτόριον. Nam sicut ab oppido Lanuvio,

XV. AD PRIAPVM.

[1] *Qualibus Hippomenes rapuit Schœneida pomis :*
Qualibus [2] *Hesperidum nobilis hortus erat :*
Qualia credibile est spatiantem rure paterno,
[3] *Nauficaam pleno sæpe tulisse sinu :*
Quale fuit malum, quod litera pinxit [4] *Aconti,*
Qua lecta, cupido pacta puella viro est :
[5] *Taliacumque puer dominus florentis agelli*
Imposuit mensæ nude Priape tuæ.

XVI.

nuvio, Lanuvinorum Coleorum familia erat: at non ita à Cliterno Cliternini. Quin & nomen familiæ Lanuvinos fuisse ex eo colligo, quod adversarius Terentii Lanuvinus nominabatur. Alii apud Donatum legunt, *Lavinius.* At *Lavinium*, & *Lanuvium*, idem. *I. Scaliger.*

1. *Qualibus Hippomanes*] *Atalanta* Schœnei filia procis suis cursus certamen ea lege proposuit, ut illi inermes currerent, ipsa cum telo insequeretur, & quem cursu adsequi posset, venabulo confoderet. *Hippomanes* ejus amore captus adsumptis tribus aureis malis cum ea cursu certare non dubitavit. Cùm ergo currerent, ille rejectis post se extra viam malis illam in colligendis istis occupatam facilè antevertit. *Scioppius.* Hujus etiam *Hippomanis* & *Atalantæ* fabula, perquam lepidè ab Ovid. lib. x, & à Servio in III Æneid. & à Sidon. Apollin. in Panegyr. ad Anthem. describitur. à Lutatio in VII supra Statii Thebaide duas fuisse Atalantas dicitur, alteram Arcadicam, alteram à Schœnejo nobilem cursu. Vide Gyraldum latè dissertantem Dial. XX. *S. A. Gabbema.*

2. *Hesperid. n. hortus*] *Hesperi*, qui frater fuit Atlantis, filiæ hortum habuerunt nemore aurifero pretiosum, à dracone pervigili servatum: quem cùm Hercules interfecisset, pomis aureis potitus est. *Scioppius.* Diodor. l. V Bibloth. *Gabbema.*

3. *Nauficaam*] Videnda. Homer. *Gabbema. Nauficaa* filia fuit Alcinoi Phæacum regis, cujus horti & deliciæ in proverbium abiere. *Ga. Scioppius.*

4. *Aconti*] Profectus sacra ad Dianæ *Acontias*, quæ in Delo insula maris Ægei omnium Cycladum clarissima, ex frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem visæ Cydippes puellæ nobilis excaluit. Sed cùm illam ob generis imparitatem non auderet in suum amorem solicitare, novam commentus fraudem, in pulcerrimo pomo scripsit duos hosce versus :

Iuro tibi sanè per mystica sacra Dianæ
Me tibi venturam comitem, sponsámque futuram.

Atque illud ad pedes puellæ projecit, quæ fraudis insciæ, cùm imprudens legeret, visa est se uxorem Acontio paciscì. Nam quæ ante Deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere, lex erat. *Sabinus.*

5. *Taliacumque*] id est talia. τὸ cumque πυρίλεκτ, ut apud Horat. *Vtcumque* pro *ut* sive *ubi*. Sic infrà Carm. 69. *Quicumque valentior esset*, pro, *qui, quinam.* Scioppius.

XVI. PRIAPVS.

Quid mecum tibi [1] circitor moleſte ?
Ad me quid prohibes venire furem ?
Accedat ſine : [2] laxior redibit.

XVII. PRIAPVS.

Commoditas hæc eſt in noſtro maxima pene,
Laxa quod eſſe mihi [3] femina nulla poteſt.

XVIII. AD PRIAPVM.

[4] Ecquando Telethuſa circulatrix
Quæ [5] clunem tunica tegente nulla

[r] *Extis*

1. *circitor*] *Circitor* eſt cuſtos, qui hortum frequenter obit, ne fures intrent. *Circare* eſt περιοδεύειν, *circuire*. Hinc Vegetius *circatores* vocat, qui vigilias circumeant, quos *rondier* hodie dicimus. Videndus eruditorum princeps Scaliger ad lib. 1 Tibull. & doctiſſimus deque literis noſtris optimè meritus Stevechius ad lib. 3 Vegetii, cap. 8. *Ga. Scioppius.*

2. *laxior redibit*] Perforatus, longè quàm acceſſit amplior. Vide Carmen 31, & 46. *Scioppius.*

3. *femina*] Quantumvis laxum foſſatum habeat, naviter, ut ait Lucretius, expleam. *Idem.*

4. *Ecquando Thelethuſa*] Papinianus noſter Giphanius Indice Lucretiano in *Etquantus* multum diſputat de ſignificatione τοῦ *Ecquis* & *Etquis*, & labitur tandem ut dicat *Ecquis* valere *numquis*. *Etquis* autem ſonare, *quod quis*. Cui nos ſubſcribentes hic *Etquando* legendum pro *quando* rectè opinor contendemus. *Scioppius.* Omnino videndus Gifanius in indice Lucretiano, in voce *Etquantus*; multa enim ibi corradit huc ſpectantia. *Gabbema. Thelethuſa.* Hîc & in Mart. perperam ſcribitur *Theletuſa*. Aut enim θαλέθρου, aut τελέθρου. Videtur autem idem auctor illius carminis fuiſſe :

Nota Suburranas inter Telethuſa puellas, &c. *I. Scaliger.*

5. *clunem motat*] *Clunis* in ſingulari. Porrò clunes in Venere movere meretricum eſt. Lucret. fine 4.

Nam mulier prohibet ſe concipere atque repugnat.
Clunibus ipſa viri Venerem ſi lata retractet,
Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus.

(id eſt, dum ſe mulier ita commovet & ſubinde incurvat, acſi nullam ſpinam aut in tergo *os* habeat.)

Ejicit enim rectâ ſulci regione viáque
Vomerem, atque locis avertit ſeminis ictum.
Idque ſua cauſsâ conſuerunt ſcorta moveri,
Ne complerentur crebrò gravidæque jacerent,
Et ſimul ipſa viris Venus ut concinnior eſſet.

Sic infra Carm. 26.

Deliciæ populi, magno notiſſima circo
Quinctia, vibratas docta movere nates.

Et

[1] *Extis aptius, altiusque motat,*
[2] *Crissabit tibi* [3] *fluctuante lumbo?*
Sic ut non modò te Priape posset,
Privignum quoque sed movere Phædræ.

XIX. PRIAPVS.

[4] *FVlmina* [5] *sub Iove sunt: Neptuni* [6] *fuscina telum:*
[7] *Ense potens Mars est: hasta, Minerva, tua est.*

[1] *Sutili-*

Et hinc Petronius *pygiaca sacra* vocat coitum, nam *pygæ* clunes: *Non cessavit,* inquit, *puellam invitare ad pygiaca sacra.* Nævius apud Non. in Pilare: *Antequam pygæ pilant,* id est, antequam crines ibi crescere incipiant. *Ga. Scioppius.*

1. *Extis*] Hoc præter Sibyllam interpretari posse reor neminem. Fortassis legendum est, *Lectis,* & ita sensus erit apertus. Vide jam ad *Crissare. Sciopp.*

2. *Crissabit*] *Crissabit tibi,* id est, tibi subsidet seu succumbet. *Crissare* enim & *Cevere* apud Iuvenalem est, nates ita, ut dixi, movere. Iuven. Satyr. 6. *Medullinæ crissantis.* Interp. *Crissare* mulierum, *cevere* virorum est. Hinc cevetes molles & obsceni vocantur. Martialis pro *tremere* & *moveri* usurpavit de mentulâ:

Tam tremulùm prurit, tam blandùm crissat, ut ipsum
Mastupratorem fecerit Hippolytum.

ait, partem tentam adeò tremere, ut quemvis etiam Hippolyto castiorem incitare possit, ut manibus ipse ad inguen admotîs semen sibi eliciat. Hoc enim est Mastuprari, q. d. manu stuprare. Erravit igitur amicus quidam noster, qui in suis ad Institutiones juris commentariis Mastuprationem quasi maris seu masculi stuprationem & pædicationem dictam censet. *Crissare alicui. puto heic intelligi inequitationem; coitus speciem: ut dicat, illam super virum positam & delicias libidinesque facientem, clunes altiùs elevare, quàm* intestina *ipsa, quæ heic* Exta *satis durè vocàt, ut ita nates supra totum corpus sublatæ sint. quod mihi heic sub calamo nascitur, & ita meliùs de lumbo fluctuante intelligetur, qui non fluctuabunt, si illa subsidat.* Scioppius. *Crissare,* propriè prurire (pruritum movere). Verbum Tarentinum, κνισσᾶν, & κνιττᾶν. non à κνίσσα. Sed quod alii dicunt κνιζᾶν, ipsi κνιττᾶν, vel κνισσᾶν. ut ἐπιχαριττᾶν, ἀντὶ τοῦ ἐπιχαρίζεσθαι. κνισσᾶν *Crissare.* ν in r, ut μονὰ, *mora.* φονία, *Furia.* φονᾶν, *furere.* κνέφας, *Crepus, crepusculum:* κνίσσος, *Crispus,* ut λίσσος. Γνῶμα, *Groma.* γνωματικὸς, *Gromaticus.* I. Scalîger.

3. *fluctuante*] *Fluctuare* est crebrò movere & inquietare ad exemplum fluctuum. Arnob. lib. 2. *Et ad ultimum clunibus & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret.* Hinc *fluctuatim ire* est magnificè & contemnifice se inferre & facere ut pallium ad undarum instar fluctuet. Afranius: *Magnificè volo fluctuatim ire ad illum.* Sic Plaut. Epid. *Quis ille, suam qui undantem chlamydem quassando facit?* Scioppius.

4. *Fulmina*] Similia habes suprà Carmine 8, quod vide. *Sciopp.* Secutus Antholog. lib. IV ΕΙΣ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΘΕΑΙΝΩΝ ΑΓΑΛΜΑΤΑ κεφ. ιβ.

Τύμπανα καὶ θύρσον βρομίου. ζηνὸς ἢ κεραυνὸν,
Ἀσπίδ' ἐνυαλίου καὶ κόρυν ἠΰκομον,

[1] *Sutilibus Liber* [2] *committit prælia thyrsis:*
Fertur Apollinea missa sagitta manu.
[3] *Herculis armata est invicta dextera clava:*
At me [4] *terribilem mentula tenta facit.*

XX. AD PRIAPVM.

[5] *Copia me perdit: tu suffragare rogatus,*
Indicio nec me prode, Priape, tuo.
Hæc quæcunque [6] *tibi posui* [7] *vernacula poma,*
De [8] *sacra nulli dixeris esse via.*

XXI.

Φοίβου δ' εὔτοξον φαρέτρην, ἁλίου δὲ τριαίναν,
Καὶ θεναρᾶν χειρῶν ἡρακλέους ῥόπαλον. Fr. Lindenbrog.

5. *sub Iove sunt*] observanda phrasis, *sub aliquo esse*, pro alicujus. *Ga. Scioppius.*

6. *fuscina*] Vide quæ dixi ad Carmen 8. *G. Scioppius.*

7. *Ense potens*] sic supra. *Mavors, per quem valet, ensem.* Scioppius.

1. *Sutilibus*] id est, consutis & connexis: hederâ enim thyrsi implicabantur. *Sciopp.*

2. *committit prælia*] Notandum: *gladiò committere prælium*, id est, *pugnare.* Idem.

3. *Herculis*] Quia Hercules semper cum clava pingebatur, interdum etiam cum clava, sagittis, & pelle leonina, ideo Tertull. una voce hæc omnia comprehendens *Scytalosagittipelligerum* eum vocat, librô de Pallio c. IV. *Adoratur à vobis qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem, cum muliebri cultu compensavit.* Lindenbrog.

4. *terribilem*] Petron. *Ter corripui terribilem manu bipennem.* infr. c. LVI. *Quæ me terribilem facit videri.* S. A. Gabbema.

5. *Copia*] Adloquitur dominus Priapum suum. Sensus est subobscurus. Hoc tamen videtur dicere: Quia copiosum & divitem me feci sive simulavi, ferè ad paupertatem redigor, quia semper dare cogor. quando ergo ad te de facultatibus meis rogatum venient, hoc à te peto, ne paupertatem meam, cujus tu conscius, illis prodere velis. Idque ut facias faciliùs, en tibi à me poma: quæ etsi in Sacra via emerim, tu tamendicas, esse in meis prædiis nata. *Scioppius.* Priapo queritur aliquis tot rogatores se pomorum sua caussâ pati; ut nec deo ipsi ponere ea audeat, nisi sub obtestatione silentii. Scribendum igitur puto: *Copia me perdit, tu suffragare, rogantum.* Commendat oblationem suam Priapo. Cæterùm omnis lepor in vocibus *Sacra via* est: Nam intelligit utique poma illa clanculum, quæ ut hîc de *sacra via*, ita à Petronio *Deorum* beneficia adpellantur; quæ perpetua materies jocorum in istis epigrammatis est. Ne igitur incivili fatigatione opus habeat, poëta rogat ne indicium faciat quæ poma ipsi obtulerit Priapus, velut antea copiâ petitorum penè enectus. *Ga. Barthius.*

6. *tibi posui*] *Ponere deo aliquid*, est *ei dicare.* sic infrà Carmine 29 de Quinctia. Et Propertius:

Has pono ante tuam tibi, Diva, Propertius ædem
Exuvias, tota nocte receptus amans.

Scioppius.

7. *vernacula poma*] Id est, *in fundo meo nata. Vernaculus* enim domesticum

XXI. PRIAPVS.

Femina si [2] furtum facit mihi, virque, puerque :
Hæc [3] cunnum, caput hic præbeat, ille nates.

XXII. PRIAPVS.

Quicunque hic violam, roſamve [4] carpet,
Furtivumve olus, aut [5] inempta poma :
[6] Defectus pueroque feminaque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
[7] Rumpatur precor [8] uſque, mentulaque
[9] Nequidquam ſibi [10] pulſet umbilicum.

XXIII.

cum notat & advenæ ſive peregrino opponitur. Horatius *inempta* vocaret. *Ga. Scioppius.*

8. *ſacra via*] In ſacra enim via poma & ſimilia leviora venibant. Ovid. ead. de re :

Dum bene dives ager, dum rami ponderа nutant,
Adferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa,
Illa vel in ſacra ſint licèt emta via.

Scioppius. *Nulla via hiſtoricorum ſcriptis celebratior legitur.* Nomen traxit à fœdere inter Romulum & Tatium Reges ictum, quod nunquam ſine prævio ſacrificiorum apparatu, patet ex lib. II Halicarn. meminit Seneca, qui *viam ſacram celeberrimum locum* appellat lib. de Conſol. ad Marc. c. XVI. & ante illum Aſcon. in orat. II in Verr. Totam autem velis intexit C. Cæſar, ut & forum Romanum, cui vicina fuerat. Plin. lib. XIX, c. I. ibique Iulius Dictator habitavit, ut liquet ex Sueton. in ejus Vita c. XLVI. Et quod miror omnes urbis topographos omiſiſſe, *ſigna fœderis initi in ea extabant, tempore Servii Honoratii, regibus diverſo itinere venientibus, Romulo à Palatio, Tatio à Roſtris*, ad verſ. DCXLI lib. III. Celebre hic & à multis rerum venalium emporium ruſticis in urbem commeantibus, & fructus villicos conferentibus. Varro de RR. c. II l. I. *Th. Dempſterus.*

1. *Femina*] Vide carmen 12, & notas : & inſrà Carm. 75. *Scioppius.*

2. *furtum faciet*] Obſervandum, furtum facere alicui. *Sciopp.*

3. *cunnum*] ſtuprandum ; *caput* irrumandum, *nates* pædicandas. *Idem.*

4. *carpet*] *Carpere* pro *decerpere* : verbum hortorum. unde ad oſcula transfertur. *Id.*

5. *inempta poma*] Horat. Epod. 2. *Dapes inemtas adparet.* Virgil. 4. Georg.

--- Seráque revertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemtis.

Sed ibi *inemptus* eſt vernaculus, in fundo natus, heic eſt idem quod furtivus, non ære paratus. *Idem.*

6. *Defectus*] precor ut tentigine rumpatur, & non habeat in quo evomat vim Lucillii ſeu genitale ſemen. *Defectus* eſt *deſtitutus, carens.* Id.

7. *Rumpatur*] Horat. lib. Sat. 2.

-- tument tibi cùm inguina, num, ſi
Ancilla aut verna eſt præſto puer, impetus in quem,
Continuò fiat, malis tentigine rumpi ?

Sic etiam Carm. 33, & 25. *Id.*

8. *uſque*] *Vſque* pro *diu* vel *ſemper.*

XXIII. PRIAPVS.

Hic me custodem fecundi villicus horti
Mandati curam jussit habere loci.
Fur habeas pœnam, licet indignere, [1] *feramque*
Propter olus, dicas, hoc ego, [2] *propter olus?*

XXIV. PRIAPVS.

[3] *Hoc sceptrum, quod ab arbore* [4] *ut recisum est,*
Nulla jam poterit virere fronde:
Sceptrum, quod [5] *pathicæ petunt puellæ:*
Quod quidam cupiant tenere [6] *Reges:*
[7] *Cui dant oscula nobiles cinædi:*

[1] *Intra*

aliàs ferè παρέλκον videtur. *Scioppius.* Id. in Indice: *Vsque. particula hæc sæpe redundare in oratione videtur, & pro re nata varie interpretanda est. Vsus ejus exemplis ostendi poterit.* 22. c. 45, 50, 64, 77.

9. *Nequidquam*] *nequaquam.* id est, *frustra*, ita scribendum ex v. lib. *Ga. Scioppius.*

10. *pulset umbilicum*] Quod in tentigine fieri solere omnes norunt. *Scioppius.*

1. *feramque*] & *dicas:* Egóne ut hanc pœnam ob olus surreptum feram propè olus in gramine? Alterum *propter* est prope. Vult enim furem stuprare in gramine prope agrum ubi olera consita. Sed hæc conjectura tantùm est. *Idem.*

2. *propter olus*] Omnino mutuatum ex Leonida:

Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φῶρ, ἔμβλεπε. τοῦτο δ' ἐρωτᾷς,
Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; τῶν ὀλίγων. I. Scaliger.

3. *Hoc sceptrum*] Constructio hæc est: hoc sceptrum, &c. ibit intra viscera furis. *Sceptrum* pro mentula poni nemo mirabitur, qui cogitabit mulieres omnes reginas esse, & hæ quidem sceptrô indigent. *Scioppius.* Festivissimè παρῳδιάζει ex Homero:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. Virgilius:

Vt sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta, neque umbram,
Quum semel in silvas imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, & brachia ferró.

Sed & Val. quoque Flaccus idem imitatus est. quod tamen, ne in hac re nimius sim, non ponam. *Scaliger.* regnum adfectant feminæ, iccirco sceptrô indigent. *S. A. Gabb.*

4. *ut recisum*] *Vt* pro *postquam*, *simulac.* Scioppius.

5. *pathicæ*] *Pathicus*, qui patitur. infr. c. XL, c. XLVIII. *Sciopp.*

6. *Reges*] Perstringit libidinem regum & imperatorum, qui se aliis culcitas fecerunt, ut Cæsar Nicomedi, Cicero Crasso, alii aliis. *Idem.*

7. *Cui dant oscula*] sic infrà Carm. 44. *Oscula dat medio siqua puella mihi.* Idem.

1. *Intra*

1 *Intra viſcera furis ibit uſque*
2 *Ad pubem, capulumque coleorum.*

XXV. PRIAPVS.

3 *Porro (nam quis erit modus Quirites?)*
Aut præcidite ſeminale membrum,
4 *Quod totis mihi noctibus fatigant*
Vicinæ ſine fine prurientes,
5 *Vernis paſſeribus ſalaciores:*
Aut rumpar: nec habebitis Priapum.
Ipſi cernitis exfututus ut ſim,
6 *Confectuſque, macerque pallidusque*
Qui quondam ruber, & valens ſolebam
Fures cædere quamlibet valentes.
7 *Defecit latus, & periculoſam*
Cum tuſſi miſer exſpuo ſalivam.

XXVI.

1. *Intra viſcera*] *Viſcera* ſunt interiora omnia, ut jecur, cor, pulmo, præcordia, ilia, & reliqua, quæ pelle teguntur. Sic infra Carm. 66.

Intra viſcera habere concupiſcis.

Ga. Scioppius.

2. *Ad pubem capulumque*] id eſt, tota, quantacumque eſt, inibit uſque ad pudendos crines & teſticulos, de quibus vide ſuprà Carm. 13. quod & in gladio eſt capulum, id ſunt colei heic. *Scioppius.*

3. *Porrò*] quaſi dicat: quando nullum quidem malorum meorum finem modumque video, civium Romanorum opem implorandam eſſe exiſtimo. Qui enim auxilium populi implorabant, *Porrò Quirites* clamabant, imitatus Plautus . . . ſc. 1, v. 220.

Cujus nunc es. S O. *tuus, nam pugnis uſu feciſti tuum.*

Porrò fidi Thebani *cives.* ME. *etiam clamas carnifex?*

Sic enim locus ille ex v. l. legendus eſt. Plura vide apud Briſſonium in Formulis, C. Colerum Parerg. c. 13; Turneb. in Adverſ. & meor. Veriſim. lib. 1, c. 16. *Idem.*

4. *Quod totis*] Intelligendum opinor de coitus genere, quod inequitatio dicitur. Sic Ovid. *Andromachen Hectoreo equô ſediſſe* dicit, id eſt, ſuper Hectorem jacuiſſe, & ſuper inguina ejus moluiſſe. *Scioppius.* Aut flagitioſa inequitatio mulierum, ut Mutuni Titinii apud Feſtum, & Arnobium: aut eſt id, quod alibi dicit:

Oſcula dat medio ſiqua puella viro.

I. Scaliger.

5. *Vernis paſſeribus*] Omnia vernò tempore in Venerem ſunt proniora, maximè verò omnium paſſeres. Cùm Ingolſtadii agerem vidi è regione muſæi mei paſſerem coitum vicies repetentem, & inde adeò ad languorem datum, ut avolaturus in terram decideret. *Scioppius.*

6. *Confectuſque*] id eſt, *defeſſus.* Sic Virgil. XI Æneid.

Ducitur infelix ævô confectus Aletes.

Lucill. *confectum doloribus corpus* vocat. Et Cic. 2 de Off. *Ne me angoribus dedi,*

XXVI. AD PRIAPVM.

[1] *Delicia populi* [2] *magno notissima circo*
Quinctia vibratas docta movere nates:
[3] *Cymbala cum crotalis,* [4] *pruriginis arma, Priapo*
[5] *Ponit, &* [6] *adducta tympana pulsa manu.*

Pro

quibus essem confectus. Ga. Scioppius.

7. *Defecit latus*] Eadem laterum est ratio, quæ lumborum, de quibus Carm. 18. Tibull. infrà Carm. 83.

— *usque dum mihi*
Venus jocosa molle ruperit latus.

Catull. ad Flavium:

Nam ni stupra, valet nihil tacere
Curvantem latera ex futura panda.

Quod ita interpretatur Scalig. nisi stuprum est, quod fateri non audes, nihil est cur taceas quid noctu facias, cùm exhaustæ vires & pandum latus id prodat. *Scioppius.*

1. *Deliciæ*] Sic Plaut. Pseud. *Phœnicium, tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum virum.* Idem.

2. *magno notissima Circo*] De meretricibus in Amphitheatro prostantibus videndus Lipsius Elect. 1, cap. 13. Sic Virgil.

— *mediâque in valle theatri*
Circus erat. — Scioppius. Fusè Lipsius lib. 1 Electorum c. XI de more in scenam producendi scorta dissertat. *S. A. Gabbema.*

3. *Cymbala cum crotalis*] Sic auctor Copæ:

Copa Syrisca caput Graja redimita mitellâ
Crispum sub crotalo (id est, ad sonum ænei crepitaculi) *docta movere latus. crotalis. Crotalum* perperam confundit cum Sistro vir doctus. Figurâ primum variabant omnino, hoc enim erat oblongum, manubriatum in ima sui parte, cancellarum trajectis virgulis, & ut uno verbo dicam, laminæ, & præterea nihil; Illud (si Eustathio Iliad. A, credimus) vas è testa, ligno aut ære, quod manibus tenebatur. videtur aut collisum, sonitum edidisse, ut indicat Plinius de margaritis loquens lib. IX, c. XXXV. Crotali crepitus onocrotalo avi nomen videtur impositisse, quòd vocem forsan edat ciconiæ simílem, quam & ipsam crotalistriam appellat Petronius, at Ægyptii crotalum, si Ioanni Sarisberiensi lib. VIII, c. XII fidem velimus habere, qui & addit: *Crotala quoque dici sonoræ sphærulas, quæ quibusdam granis interpositis, pro quantitate sui speciei metalli, varios sonos edunt.* Laur. Pignorius.

4. *pruriginis arma*] Quia cantus iste & saltationes prurire faciunt & ad Venerem invitant, ut ex Copa apparet. *Arma* pro eo, quod vulgò, non rectè tamen, (ut in Indice dicetur) instrumenta dicimus. Armis in bello, crotalo in Veneris studio utimur. *Scioppius.* Idem in Indice: *Instrumentum* minùs rectè accipimus, pro *eo, cujus opera & subsidio aliquid facimus.* Ciceroni idem est, quod *instructus, ornamentum & apparatus*, ut 2 de Finibus: *Quid tanto opus est* instrumentò *in optimis artibus comparandis, quid tanto concursu honestissimorum studiorum, tanto virtutum comitatu?*

5. *Ponit*] Id est, *dedicat.* Vide suprà ad Carm. 20. *Scioppius. consecrat.* V. quæ in Triumviros amorum adnotamus. *Gabbema.*

6. *adducta*] Nam tympanistæ alteram manum ad se reductam habent, dum tympana terunt. *Scioppius.*

1. *tur-*

Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
Tentaque ad exemplum sit sua [1] turba Dei.

XXVII. PRIAPVS.

TV, qui non bene cogitas, & ægrè
[2] Carpendo tibi temperas ab horto:
[3] Pædicabere [4] fascino pedali.
Quod si tam gravis, & molesta pœna
Non profecerit: [5] altiora tangam.

XXVIII. AD PRIAPVM.

OBscœnis [6] peream, Priape, si non
Vti me pudet, improbisque verbis:
Sed cum tu [7] posito deus pudore
Ostendas mihi [8] coleos patenteis,
Cum cunno mihi mentula est vocanda.

XXIX. AD PRIAPVM.

FAlce minax, & parte tui majore Priape:
[9] Ad fontem quæso, dic mihi [10] qua sit iter.

XXX.

1. *turba*] Amatores. *Ga. Scioppius.*

2. *Carpendo horto*] *Carpere hortum*, insolens est, pro *fruges ex horto*. Sic infrà Carm. 72. *Scioppius.*

3. *Pædicabere*] Cùm pædicationem significare vellent Ægyptii, geminas pingebant perdices, quæ cùm viduæ sunt, se invicem abutuntur. Plinius quoque promiscuè iniri fatetur. Forsan ideo libidinosissimus homo Heliogabalus, in pulvinaribus culcitrisque substerni sibi voluit perdicum plumas. De turpissima hac re multa veteres. *S. A. Gabbema.*

4. *fascino pedali*] Sic suprà Carm. 10 *conto pedali*, quod vide. *Fascinum* est pudendum. hinc *fascinosus*, infra Carm. 72. *Scioppius.*

5. *altiora tangam*] Irrumabo te. *Sciopp.*

6. *peream si non* &c.] Iurandi formula, qua plerique auctores utuntur. Item *Dispeream*:

Dispeream si non totis Deciane diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.
Martialis. Catullus:
--- *Dispeream me nisi Lesbia amat.*
Plura vide apud Brissonium 8 Formul. 28. *Idem.*

7. *posito pudore*] Suprà Carmine 13 dixit, *pudore pulso*. Idem.

8. *coleos patenteis*] Carm. 13. *his apertis stare*. Id.

9. *Ad fontem*] Solent advenæ, qui aquaturi eunt, scisciatari obvios de fonte. unde Cicero proverbialiter dicit, *Digitum ad fontem intendere*. pro eo quod est, δειπλανῶς, &, ut Æschylus loquitur δακτυλοδείκτως, & quasi manu ad aliquid ducere. Iccirco ita intelligendus insignis locus Iuven.

Nec monstrare vias eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Id

XXX. PRIAPVS.

VAde per has viteis, quarum si carpseris uvas,
[1] Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

XXXI. PRIAPVS.

DOnec proterva nil mihi manu carpes,
Licebit ipsa [2] sis pudicior Vesta:

[1] *Sin,*

Id est, Moses vetuit nisi sacra eadem colentes, hoc est, jus Iudaicum, ad mysteria illa admitti: ut qui eam doctrinam quærunt, excludantur, nisi eandem legem colant. Vnde adparet Grammaticos perperam ad fabulosum fontem Corn. Taciti hæc retulisse: quum sit proverbium, *quærere fontem.* Hîc verò non est proverbium, sed simplex sensus. Quur autem ignotus, & ignarus viarum à custode hortorum quærit viam ad fontem, quum ipse custos intra septa hortorum esset? Sciendum *Priapos,* & *Hermas,* vel Hermulas & *Marsyas* etiam in compitis, triviis & quadriviis poni solitos, cum virga in manu, quæ monstraret iter ad fontem. Et quantum ad Deos Viales, ut vocat Plautus, nihil intererat, Mercurii, an Priapi essent. Quin & Mercuriis, ipsis & Terminis vialibus veretra longa; & immania, ut Priapis, attribuebantur. Quod & ego Romæ in ædibus Cardinalis de Cæsiis vidi, & patet ex dicto Philosophi, qui in gulosum, & libidinosum adolescentem tempestive lusit, quod similis esset τοῖς ἑρμαῖς, qui nihil nisi caput & penem haberet. Ergo Priapi, seu Hermæ Dii viales, qui & digitum intendebant ad fontem. In numismate argenteo ab una parte Mercurius petasatus, ab altera viator cum pedo, & cane insculptus est. Quare hic Priapus, quem interrogat viator, non magis est custos vitium, quàm viarum, vel potiùs utrorumque. *I. Scaliger.*

10. *qua*] hîc transitum notat. Malè tamen, & pessimo exemplô Gifanius Indice Lucretiano τῷ *Qua* pro *ubi* universo Latio interdicit, ædilitias sc. edictiones habens sine populi suffragio. *Ga. Scioppius.*

1. *Quas aliter sumas*] Minatur illi τὴν στόματος μόλυνσιν. Quare opus ei lotione ad os. Iccirco Martial.

Qua tibi parte opus est, Gallia, sumis aquam.

Nam & illa quoque τὸ στόμα ἐμολύνετο, καὶ ἐλεσβίαζε. Igitur, aliter sumes aquam, quàm institueras. Nam quæ tibi ad bibendum, ea ad eluendum os opus erit. Non ignoro quomodo alii interpretati sint. Ego sanè ita simpliciter malo. *Scaliger.* V. Mercurial. lib. VI Var. lect. c. VI. G. Canter. lib. I Nov. lect. c. X. *Gabbema. Quas aliter sumas.* Tu quidem aquam petis potui: sed si uvam decerpseris, ego te irrumabo, ut ob aliam causam, quàm institueras, aquâ opus habeas, ad os sc. à me impudicatum, eluendum. *Aliter* pro, *alia de causa.* Sciopp.

2. *sis pudicior Vesta*] *Pudica matrona,* quæ maritô contenta est. At hîc *pudica,* quæ omnino virum ignorat. Plautus:

Tam à me pudica est, quàm si soror siet.

Et *signatam virginem* in eum sensum dixit Lucillius, illæsam, inviolatam. Terentius dixit *integram à* viro. Cui respondet contrarium, *imminuta virgo. Imminuere virginem* διαπαρθενεύειν. Apulejus: *Coràm virginem imminu-*

[1] *Sin, hæc mei te ventris arma laxabunt,*
[2] *Exire ut ipsa de tuo queas culo.*

XXXII. PRIAPVS.

[3] *Uvis aridior puella passis,*
[4] *Buxo pallidior,* [5] *novaque cera,*
[6] *Collatas sibi quæ, suisque membris*
Formicas facit altiles videri:
[7] *Cujus viscera non aperta Tuscus*

Per

minuissent parata constantiâ. & Plautus *imminuere pudorem.* I. Scaliger.

1. *Sin*] Eleganter hæc particula sic separatim ponitur, pro *si non, si minus.* Cic. x ad Att. Ep. VI. *Si vir esse volet, præclara συμβολία: Sin autem; erimus nos, qui solemus.* Et lib. XVI ad Att. *Verumtamen si pares aquè inter se, quiescendum. sin; latiùs manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.* Ga. Scioppius.

2. *Exire ut ipsa* &c.] Ita laxum reddam ut ipsa indè exire possis. *De* pro *ex* & suprà Carm. ad Lector. item Carm. 40, 42, 69. *Culo. cunno.* Iupiter diique cæteri facinus maximum cluent feciſſe, quòd Pelopi humerum eburneum pro carneo restituerint. nugas maximas fuisse reor, præ ut ego nunc sequiori sexui, mulieribus inquam, id restituo, quo sunt, quod sunt; *cunnum* videlicet, quo nunc sæcula aliquot *culò* contentæ caruerunt. Antè enim nullo sensu hìc *culo* legebatur, etiam in Scaligeri editione. Equidem magnas & modò non ingentes à feminis gratias hac mea tam comi opera iniisse confido. *G. Scioppius.*

3. *Uvis aridior*] Simile ferè epigramma est apud Catullum, in quo Furii ejusque parentum maciem describit. Inter alia:

Atqui corpora ficiora cornu,
Aut si quid magis aridum est, habetis
Sole, frigore, & esuritione.

A te sudor abest, abest saliva,
Mucusque & mala pituita nasi, &c. *Scioppius.* Etiam Græci hominem exsuctum ἀσταφίδα vocant. Lucillius *passos senes* dixit, Persius *apricos.* Scalig.

4. *Buxo pallidior*] Etiam Græci τὰς ὠχρὰς πυξίνας vocant. *Scalig.*

5. *novaque cera*] Sic infrà Carm. 51. *Magisque cerâ luteum nova prunum.* Scioppius.

6. *Collatas sibi* &c.] tam tenuis est, ut si cum formicis conferatur, illæ pinguiores videantur. *Altilis* enim, teste Nonio, est *pinguis* ab alendo. *Sciopp.*

7. *Cujus viscera*] Ejus intestina *non aperta*, id est, adhuc in ventre conclusa inspici possunt. *Scioppius.* A Plauto accepit:

Quin exta inspicere in Sole etiam vivo licet.

Ita is pellucet, quasi laterna Pœnica.

Aperta viscera intelligit, quum apertus est venter. Nam alioqui rimari exta, hoc est ἡπατοσκοπεῖν vocabant *fissiculare*, à fisso jecoris: ut à misso *missiculare.* Apulejus de Dæmonio Socratis: *vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis.* Martianus: *fissiculatis extorum proficiis.* Idem alibi: *Hæc aruspiciò exta fissiculant admonentia quædam.* Dolendum autem in utroque scriptore falsò *physiculare* scriptum esse, tanquam παρὰ τὴν φύσιν esset. Portò *fissiculare* Græci vocarunt κηρδιλκεῖν: & κηρδιλκίαν *fissiculationem.*

Per pellem poterit videre [1] *haruſpex.*
Quæ ſucco caret, [2] *atque petra pumex,*
Nemo viderit hanc [3] *ut exſpuentem:*
Quam pro ſanguine pulverem, ſcobemque
In venis medici putant habere:
Ad me nocte ſolet venire: & affert
Pallorem, maciemque [4] *larvialem.*
[5] *Ductor ferreus inſularis, æque*
Laternæ videor [6] *fricare cornu.*

XXXIII.

nem. Videndum tamen, an *phyſiculare* ſit ἀπὸ τῆς φυσικοῦς ἕξεως. Nam aruſpicina rimans exta idem facit, quod ἡ ἀναθεωρητικὴ, & medicina quæ pertinet ad *φυσικὸν*. *I. Scaliger.*

1. *Tuſcus haruſpex*] *Haruſpices* dicti, ut ait Donatus, ab *harugis*, id eſt, hoſtiis inſpiciendis ex Hetruria primùm Romam acciti. *Ga. Scioppius.*

2. *atque petra p.*] I. Scaliger: *ut putriſque pumex. Putrem pumicem* dici rectè non ignoro. ſed τὸ *que* nihil quàm tibicen eſt ad fulturam verſus. Veteres editiones, ad quas ſemper confugio, habent *atque putris pumex.* lego:

Quæ ſucco caret, atque petra pumex.

Etiam ita vulgò vocamus. Quin & petras ipſas, & tophos, *pumices* vocabant, ut patet ex lectione Poëtarum, qui antra ſubinde deſcribunt *tophô laqueata, ac pumice vivo.* Vt autem dicimus eleganter, *amo te atque fratrem germanum*: ſic hîc,

Quæ ſuccô caret, atque petra pumex.

Eſt autem petita ὑπερβολὴ ex eodem Plauto:

Pumex non aquè eſt aridus, atque hic eſt ſenex.

Scioppius: *Atque*, pro *ſicut.* obſervatione dignum.

3. *ut*] Conſtrue: *ut nemo viderit hanc exſp.* Scioppius.

4. *larvialem*] Scaliger: *larvalem.* Lego cum doctiſſimo Turnebo *larvialem.* Eſt enim ἐπίνθεσις Poëtica, ut apud Ennium:

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.

Nam analogia, & uſus poſtulat *Carthaginenſis.* Quare errat Priſcianus, & qui eum ſecuti, qui ſemper *Carthaginienſem*, non *Carthaginenſem* ex illo Ennii verſu dicendum eſſe colligunt. Scioppius: *Larvialem*, qualem maciem larvæ ſeu animæ defunctorum habere ſolent.

5. *Ductor ferreus i.*] *Ducere* ἐλαύνειν. *Inſularis* quia in *inſulis* multa metalla, ad quas deportabantur damnati ad opus in metallis faciendum. Igitur χαλκεργὸς τις videor mihi *ferrum ducere*: aut tanquam *laternæ fricare cornu.* Eſt autem Eclipſis in utroque verſu. Nam *ductor ferreus*, intellige, videor mihi fricare ferrum. &, *laterna* videor fricare cornu, ſubaudi laternarius, aut laternæ opifex, videor mihi fricare laternæ cornu. *Scaliger.*

6. *fricare cornu*] Cornea laternæ & hodie ſunt & priſcis fuerunt in uſu. Plaut. Aulul. *Quis Vulcanum in cornu concluſum gerit?* Fiebant etiam ex veſicis. Mart. Apophoretis, lemmate *Laterna ex Veſica* LXII. Lindenbrog. Plin. lib. XVI. *Vrorum cornibus barbari Septentrionales potant. apud nos in laminas ſecta tranſlucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt.* S. A. Gabbem.

1. *vena*

XXXIII. PRIAPVS.

Najadas antiqui, Dryadasque habuere Priapi:
Et, quo tenta Dei [1] vena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido;
Vt Nymphas omneis interiisse putem.
Turpe quidem factu: sed ne tentigine rumpar,
Falce manu posita fiet amica [2] manus.

XXXIV. AD PRIAPVM.

Cvm sacrum fieret Deo salaci,
Conducta est pretio puella parvo.
Communis satis omnibus futura;
Quæ quot nocte viros [3] peregit una,
Tot [4] verpas tibi dedicat salignas.

XXXV. PRIAPVS.

Pædicabere fur semel: sed idem
Si prensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt pœnam patiare & hanc, & illam,
Pædicaberis, irrumaberisque.

XXXVI. PRIAPVS.

Notas habemus quisque corporis formas.
[5] Phœbus comosus: [6] Hercules lacertosus:

Trahit-

1. *vena*] pudendum. *Scioppius.* ἡ ψωλή. Persius:

Quum morosa vago singultiet inguine vena.

Et in Epigrammate:

--- ἀλλ' ὑπὸ τηλῷ
Φῶρ ἴθι, μὴ κλαίσης τὸν φλέβα δεξάμενον. I. Scaliger.

2. *manus*] Mastuprationem innuit. *Ga. Scioppius.*

3. *peregit*] Martialis:

Et qua te faciet prima puella virum.

Scaliger. *Peragere virum* est experiri. Ennodius:

Ludit in ancipiti constans fallacia sexu
Femina cùm patitur, peragit cùm turpia vir est. Scioppius.

4. *verpas*] Vide Lipsium lib. 2 Antiq. lect. *Scioppius.*

5. *Phœbus comosus*] Qui comam pascit. *Phœbo* enim semper intonsi sunt capilli. *Scioppius.* V.N. In Petronium: *Phœbo*

Trahitque Bacchus virginis tener formam :
Minerva flavo lumine est : Venus pæto :
[1] *Frontem cruentos Arcadas vides Faunos :*
Habet decenteis nuncius deûm plantas :
[2] *Tutela Lemni* [3] *dispares movet gressus ,*
Intonsa semper Æsculapio barba est :
Nemo est feroci pectorosior Marte :

Quod

Phœbô pulcrior & sorore Phœbi. S. A. Gabbema.

6. *Hercules lacertosus*] Philost. Icon. 11 in Antheo. *Idem.*

1. *Frontem cruentos*] Scaliger : *Fr. comatos.* In veteribus editionibus : *Frontem crinitos.* Sed neque versus constat, neque Fauni criniti pingebantur : neque hîc frons pro parte ; sed pro tota facie : τὸ πρόσωπον. Lego :

Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.

Id est, rubentes ; ut, *mora cruenta.* Nam quòd rubenti facie pingeretur Pan, apertè docet Servius. Virgilius quoque, sed βουκολικῶς allusit :

Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccîs, miniôque rubentem.

Porrò, ut dixi, Fauni, & Sileni nunquam criniti pingebantur, sed Ἀναφαλαντίαι καὶ στιλπνοί : quare non distinxisset Bacchi formam à Satyris, & Faunis, si verum erat Faunos, & Bacchum comosos esse ? Sed Fauni semper calvi. Quocirca Panes, Silvani, Satyri semper pingebantur manum obtendentes fronti pro umbraculo ad arcendum calorem solis. quod non facerent si comati essent. Glossarius Hesychii id testatur his verbîs : ὑπόσκοπον χεῖρα. Αἰσχύλος. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες. οὕτω κελεύει σχηματῖσαι τὴν χεῖρα, ὥσπερ τοὺς πᾶνας ποιοῦσι, σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχησικὸν ὁ σκῶψ. Vbi Hesychius non ἀποσκοποῦντα ἀπὸ τοῦ σκωπὸς deducit, sed innuit τὸ σχῆμα, quod vocabatur σκῶψ, fieri manibus fronti obtentis : vel, manus fronti obtendere, id dici σκῶπα. Iccirco pro σκοπὸς bene in Hesychio correximus σκῶψ. Sic alibi : σκαπηνμάτων. σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Quod & Aristoteles indicat, loquens περὶ τοῦ σκωπός. Silius de Pane :

Obtendensque manum, Solem inferve-
scere fronti
Arcet, & umbrato perlustrat pascua
visu.

Indè lux affertur Plinio, qui ait Antiphillum pictorem celebratum nobilissimo Satyro cum pelle Pantherina, quem ἀποσκοποῦντα appellant, id est, manu fronti apponentem. Lindenbrog : *At fronte crinita.* Eleganter hæc ut omnia emendat D. Scaliger. Posset tamen etiam legi : *At fronte cornuta Arcad.* Cornuti enim Satyri, nihilque hominum habent nisi faciem, dicit M. Capella. Quare autem cornuti pingantur, docet Fulgent. Mythol. lib. III. *Ideo Satyri caprinis cornibûs depinguntur, quia nunquam novere saturari libidine.* Scioppius : Hujus loci restitutio Scaligero debetur. Antè legebatur :

At fronte crinita ---.

2. *Tutela Lemni*] id est, *Vulcanus. Tutela* pro *tutore.* Sic infrà Carm. 73. *Pomarii tutela diligens* dicitur *Priapus.* Ga. Scioppius.

3. *dispares movet gressus*] Eleganter, pro *claudicat.* Scioppius.

1. *memo-*

Quod si quis inter hæc locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

XXXVII. VOTI SOLVTIO,

CVr pictum [1] *memori sit in tabella*
Membrum quæritis, unde procreamur.
Cum penis mihi forte læsus esset,
Chirurgique manum miser timerem:
[2] *Diis me legitimis, nimisque magnis,*
Vt Phœbo, [3] *puta, filioque Phœbi*
[4] *Curatum dare mentulam verebar.*
Huic dixi, fer opem, Priape, parti,
[5] *Cujus tu, pater, ipse par videris,*
Qua salva sine sectione facta,

Pone-

1. *memori tabella*] Quemadmodum naufragi vestes, cum quibus evaserunt in templo Neptuni, aut alterius Dei marini ex pariete suspendere consueverunt ad voti solutionem, atque adeò in his votivis tabulis depictos naufragorum casus & pericula, ut habet Cic. lib. III de Nat. Deor. Horat. lib. II Serm. Satyr. I. Et ibidem Acro ac Porphyr. Sic qui è morbo convaluerant, è tholo sacrarum ædium suspendebant *pictas tabellas*, continentes curationis genus. V. Brisson. de Form. lib. I. Hic proponitur *tabella*, in qua mentula depicta cum eisdem carminibus in Priapi sacello visebatur. V. N. in Tibull. *Gabbema. memori tabella.* Vnde & monumenta dicuntur, quod nos rerum vetustarum admoneant & recordari faciant. *Ga. Scioppius.*

2. *DIs me legitimis*] τὸ *me* παρέλκει. sive supervacaneum & redundans, ut & *tu*, *se*. 37. *c*. Sallust. *Omnes homines, qui sese student præstare cæteris.* Plaut. Asin. *Atque ego id facere me studeo.* Idem: *quod velis modò, id velim me scire.* Idem: *Volt placere sese amicæ, volt mihi.* Mostell. *Illud volo dici, id scire me expeto.* Ibid. *Si te accipere cupias, numquam sinam.* Milit. *Quos videre exoptabam me maximè.* Terent. *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis.* Scioppius. *Dii legitimi* dicebantur, ad quos propriè cura rei alicujus pertinere videbatur, ut ad Æsculapium sanitatis restitutio: Neptunum naufragia, &c. fortassis etiam ita dicti quod legibûs in urbem recepti essent. *Sciopp.*

3. *puta*] posteriore brevi. Quæ res suspicari me facit, Imperativos primæ conjugationis non minùs corripi, quàm omnes secundæ. *Idem.*

4. *Curatum dare*] *Medico quid curatum dare.* phrasis observatione non indigna. *Id.*

5. *Cujus tu — par*] *Par*, συγγενής. Ennius:

Corpore Tartarino prognata paluda Virago,
Quoi par imber, & ignis spiritus, & gravi' terra. Sidonius:
Hellespontiaco parem Priapo.

Græcanicum est. Nam illi dicunt alicui rei συγγενῆ esse, cui maximè quis adhæret. Sic in Aristophanis Equitibus, δικασταὶ συγγενεῖς τριωβόλου, quod trioboli valde studiosi essent. *I. Scalig.*

 1. *leva-*

Ponetur tibi picta, quam [1] *levaris,*
Compar, consimilisque, concolorque.
Promisit fore: [2] *mentulamque movit*
Pro nutu deus, & rogata fecit.

XXXIIX. PRIAPVS.

Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet:
[3] *Natura est quoniam semper aperta mihi.*
Pædicare volo: tu vis decerpere poma.
Quod peto, si dederis: quod petis, accipies.

XXXIX. PRIAPVS.

Forma Mercurius potest placere:
Forma conspiciendus est Apollo,
Formosus quoque pingitur Lyæus:
Formosissimus omnium est Cupido.
Me pulcra fateor carere forma:
Verum mentula luculenta nostra est:
Hanc mavult sibi, quam Deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

XL. AD PRIAPVM.

Nota Suburanas inter [4] *Telethusa puellas,*
Quæ puto [5] *de quæstu libera facta suo est:*
Cingit

1. *levaris*] Sanaveris. *Ga. Scioppius.*

2. *mentulamque movit*] Ridiculum. Sicut Iupiter rogatus superciliis annuere solet, ita Priapum mentulâ annuisse volt. *Scioppius.*

3. *Natura*] *Natura* pro pudendo. ut Græcis φύσις. Sic in illo Mimi: *Hircus vetulus* naturam *capreis ligurit.* Sic Cic. III de Nat. Deor. *Cujus obscœnius excitata* natura *traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit.* loquitur de Mercurio. Conf. Carmen 8. *Idem.*

4. *Telethusa*] Adparet Telethusam hanc, de qua & sup. Carm. XVIII, libertinam meretricem fuisse, quæ cùm in regione Suburana, ubi meretricum fornices, & diversoria erant, amplum corpore quæstum fecisset, argentumque pro capite numerasset, penem seu caudam Priapi corona inauratâ donavit. ut infr. ex Carm. 1. discimus:

Totam cum paribus Priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Idem.

5. *de quæstu libera facta*] Plaut. Pers. IV, IV, CIV. *Libera eris actutum si crebra cades.*

Cingit inaurata penem tibi [1] sancte corona:
Hunc pathicæ summi Numinis instar habent.

XLI. PRIAPVS.

Quisquis venerit huc, poëta fiat,
Et versus mihi dedicet jocosos.
Qui non fecerit: [2] inter eruditos
Ficosissimus ambulet poëtas.

XLII. AD PRIAPVM.

[3] *Lætus Aristagoras natis bene villicus uvis*
[4] *De cera facta dat tibi poma Deus,*

At

cades. Nam *cadere* inter verba Romana: quod si crebriusculè facerent, summulam pecuniæ corradebant, qua se in libertatem (sæpe hoc apud Comicos habetur) vindicabant. Eodem modo apud quasdam gentes virgines liberæ dotem sibi comparabant. Sextus Empyricus Pyth. Hypot. lib. III, quem vide. Plautus id Thusci adtribuit. Ciftell. II, III, XX.

---*Tusco modo.*

Tute tibi indignè dotem quæras corpore. Augustin. de Civitat. Dei lib. IV, cap. X etiam Phœnicibus: *Phœnices donum dabant de prostitutione filiarum, antequam jungerent eas viris.* Lindenbrog. Hoc de Cypriis narrat Iustinus lib. XXII. *Mos*, inquit, *erat Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas.* credo quod ex instituto Veneris, quæ ut Lactantius ex sacra historia refert, autor meretriciæ vitæ fuit, docuitque Cyprias fœminas quæstum vulgato corpore facere. Armeniis similem ferè morem fuisse, narrat Strabo. Idem scribit Herodotus de Lydis: qui Babylonicos plebeios refert, cùm rei familiaris angustiâ premuntur, solitos quæstus gratiâ filias suas populo prostituere. Prostituendi fœminas vulgò etiam fuit mos Augilarum in Africa, nocte qua nuberent. Herodotus, Solinus, Mela. Sicæ in eadem terra templo Veneris matronæ dotem quærebant vulgato corpore. Valerius Locrenses, Iustinus scribit bellò pressos voviſſe suas se filias festò Veneris prostituturos, si victores forent. *L. Vives.*

1. *sancte*] Sic & Cupido infrà Carm. 83. *Ga. Scioppius.*

2. *inter eruditos Ficosiss.*] *Ficosus* est plenus ulceribûs, quæ *fici* dicuntur. *Scioppius.* In hoc epigrammate *eruditus* nequam vocabulum est: nam quid alioquin *erudito* & *ficoso* commune? Eruditus itaque valet nequitiis subactum, unoque verbo spathalocinædum. Sic Martialis meretricem non ineptam vocat *doctam*, quam deinde nolit habere ipse, quippe solœcismis Veneris adsuetior. Ita *rudem* pro rustica suam dicit Priapus Carm. IX, & alibi. *Ga. Barthius.*

3. *Lætus*] Aristagoras villicus pomum cereum Priapo offert. *Scioppius.*

4. *De cera facta*] Lego, *de cera facili.* Vt Tibullus:

At tu [1] *ſacrati contentus imagine pomi,*
Fac veros fructus [2] *ille, Priape, ferat.*

XLIII. PRIAPVS.

NOlite omnia, quæ loquor, putare,
[3] *Per luſum mhi, per jocumque dici.*
Deprenſos ego ter, quaterque fures
Omnes ne dubitetis, irrumabo.

XLIV. PRIAPVS.

[4] *VElle quid hanc dicas, quamvis ſim ligneus, haſtam:*
Oſcula dat medio ſiqua puella mihi?
Augure non opus eſt: in me, mihi credite, dixit,
Vtetur veris uſibus [5] *haſta rudis.*

XLV.

— *de facili compoſuitque luto.* I. Scaliger.

1. *ſacrati*] *Sacratus* pro *ſacro* & *dedicato.* Ga. Scioppius.

2. *ille*] Ariſtagoras. *Scioppius.*

3. *Per luſum mihi per j. d.*] Catull. *Reddens mutua per jocum atq; vinum.* Sic etenim Veteres loquebantur. Sueton. in Veſpaſ. *per ludum jocumque.* Et in Nerone Claudio: *Fallere ac furari jus erat per jocum.* Belgæ dicerent *Door boert.* S. A. Gabbema.

4. *Velle*] Ita Carmen hoc elegans, quod ante obſcurum erat, primus interpunxi. hoc primum; deinde legendum cenſeo: *Velle quid hanc dicat*, ut ſit ſenſus. Non opus eſt augure ad divinandum, quid (id eſt, ob quid, quamobrem) hanc ſe haſtam velle dicat puella, quæ me in medio mei oſculatur. Cur non opus eſt augure? quia ipſe, modò mihi fidem arbitremini, idipſum exponam. Dixit ergò puella: *Hæc rudis haſta in me veris uſibûs utetur*, & me inibit. Hîc ſenſus eſt epigrammatis. *Sciopp.*

5. *haſta*] *Haſtam* poſuit pro obſcœna parte corporis. ſic Auſon. in Cent. Nupt.

Intorquet ſummis adnixus viribûs haſtam.

Nam cùm legiſſet apud Virgilium id de Pandaro dici, qui Turnum oppugnabat, ad nugas nuptiales tranſtulit. Tale eſt etſi paullò immutatum, in eadem tamen re, illud Diogenis apud Laërtium. Is enim, cùm videret formoſum puerum negligentiùs dormientem, eodem ſenſu, quo Auſonius, Ἐπέγειραι, ἔφη.

Μὴ τίς σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

At illud apud Homerum Iliados θ' Diomedes fugienti Vlyſſi dicit: niſi quod in eo eſt φεύγοντι. Tale denique eſt urbaniſſimum illud Veſpaſiani, qui, cùm vidiſſet quendam procero corpore, ac immane faſcini pondus trahentem, exclamavit:

— μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.

Nam quod Homerus Ἰλιάδος ἡ de Ajacis cum Hectore congreſſuri haſta dixerat, id jucundiſſimus Imperator ad eam corporis partem tranſtulit, quæ honeſtè nominari nequit. *Ian. Rutgerſius.*

1. *Cum*

XLV. PRIAPVS.

Cvm quendam rigidus Deus videret
Ferventi caput ustulare ferro,
Vt Maurae similis foret puellae:
Heus, inquit, tibi dicimus cinaede,
Vras te licet usque, torqueasque:
Num tandem prior est puella, quaeso,
Quam sunt, mentula quos habet, capilli?

XLVI. PRIAPVS.

O non candidior puella Mauro,
O sed mollior omnibus cinaedis,
Pygmaeo brevior gruem timenti,
Vrsis asperior, pilosiorque,
Medis laxior, Indicisque braccis,
Mandes hic licet, ut lubenter ires.

Nam

1. *Cum*] Iuvenis crines suos in capite torquebat, ut Mauritanae puellae similis esset. Hunc Priapus increpat, puellam totam non tanti esse, ut propter eam vel capillus pudendorum, non dico capitis, mutetur. Hic sensus est. *Ga. Scioppius.*

2. *Ferventi caput*] *Fervens ferrum*, calamistrum, quod, ut inquit Varro, calfaciebatur in cinere, quo torqueretur capillus. Arnob. *Nec ii formis erubescerent Calamistris masculorum vibrare casariem. Formis calamistris*, ut hic, *ferventi ferro.* Nam veteribus *Formus, Calidus*: & *formucapes*, quae postea *forcipes.* quod forma, id est calida caperent: εὐ πυρώσεως. *I. Scaliger.*

3. *Maura*] Hinc videmus Mauros, ut etiamnum Æthiopes, crispos fuisse. *Scioppius.*

4. *prior*] Eleganter posuit pro *melior*, ut Graeci πρότερος. Hom. Οὐ τ. θεὸν ἄλλον πρότερον νῷ εἰρείων. Scioppius. *Prior.* i. melior. Horat.

Et, nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam. — S.A.Gabbem.

5. *capilli*] *Capillus* pro pilo. Persius:
— & positis bicolor membrana capillis.
A. Gell. lib. XII, c. 1. *Nam si ovium lacte haedi aut caprarum agni alerentur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis igni capillum teneriorem.* Scioppius.

6. *mollior cinaedis*] Catull.
Cinaede Thalle mollior, cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla.
Infr. Carm. 64.
Quidam mollior anseris medulla.
Sciopp.

7. *braccis*] *Bracca seu bracha* vestimenti laxi genus, pudenda maxime tegens, Medis, Indis, & Scythis usitatum. *Idem.*

8. *Mandes hic*, &c] Sic Gabbema. Scioppius: *Mantes hic licet, ut libenter ires.* Etiamsi hic *manes*, tamen utinam hinc abires. vel optarem tamen ut ultro & libenter abires. *Vt ὀκτικῶν.* Catull.

Nam quamvis videar [1] satis paratus,
[2] Erucarum opus est decem [3] maniplis,
[4] Fossas inguinis ut teram, [5] dolemque
Cunni vermiculos [6] scaturienteis.

XLVII. PRIAPVS.

Quicumque vestrum qui venitis ad Cœnam,
[7] Libare nullos sustinet mihi versus:
Illius uxor, aut amica, rivalem
Lasciviendo [8] languidum, precor, reddat,
Et ipse longa nocte dormiat solus,
[9] Libidinosis incitatus erucis.

XLVIII.

Iupiter, ut ficelicum omne genus pereat. Ita enim locus ille legendus cum Scaligero, quantumvis reclamante Giphanio, qui *genus ficelicum* Latinè dici posse non putat. de quo ille viderit. Scaliger: *Manes hic l.* Leg. *Mandes his licet, ut lubenter ires.* hoc sensu: Si istis Statoribus, & Circitoribus, qui latus meum tuentur, ut fures arceant, mandare vis te lubenter ituram, si illis constituere, & condicere vis, per me quidem eis clunem submittas licet. Nam mihi non satis virium suppetit ad explendam libidinem tuam. *Mantes*, quod hic comminiscitur Alciatus, nequaquam mihi placet: neque illa expositio, *ut lubenter ires.* pro, *me lubente ires.* Non enim ita Latinè loqui consuevimus. Et sanè infeliciter ferè omnia emendare conatus est Alciatus.

1. *satis paratus*] Ita accipiendum, ut in Propertio:

Nec te decipiat, quòd sit satis illa parata. I. Scaliger.

2. *Erucarum*] Non frustra accipiendum de *erucis*, non solùm propter vim herbæ, quod notissimum est; sed quia ipsa herba ei Deo dicata erat, & propter eum ferebatur. Columell.

Et quæ frugifero feritur vicina Priapo,
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Scaliger. Auctor Moreti:

-- Venerem revocans eruca *morantem.*

Dicitur *eruca*, quòd bestiolas omnes corpori innascentes erodat. *Ga. Sciop-pius.*

3. *Maniplus*] tantum herbæ, quantum manu teneo. 46, & Ανεχμι. *G. Scioppius.*

4. *Fossas inguinis*] Muliebris synonyma hîc, & 21, 28, &c. 60; tum inferius Ανεχρήμω Apulei. *Scioppius.*

5. *dolemque*] *Dolare* pro *nocere alicui.* Propert.

--- adsiduo me dolat aura gelu.

hîc *dolare vermiculos* est *necare.* Sciopp.

6. *scaturienteis*] *Scaturire* non modò de aquis sed etiam de herbis, cæterisque sua sponte ubertim nascentibus dicitur. *Idem.*

7. *Libare versus*] Hoc propter cœnam dicit, in qua diis vinum *libatur*: sibi *vinum* (L. *versus*) expetit. *Id.*

8. *languidum*] *Languidum reddere* in coitu quid sit, interpretatione non eget. Sic Plaut. Pseud. *Leno minatur puellæ, se illam, ut in pergulam deferatur, curaturum, ut ibi usque ad languorem.* Idem.

9. *Libidinosis - erucis*] *Libid.* activè, quæ *libidinosum* faciunt, ut suprà Carmin. 46. *erucis.* Quando in cœna comederat *erucas.* Id.

1. *Per*

XLVIII. PRIAPVS.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicæ memor puellæ.

XLIX. PRIAPVS.

Tv quicunque vides [3] circa tectoria nostra
Non nimium casti carmina plena joci:
Versibus obscœnis offendi desine: non est
Mentula [4] subducti nostra supercilii.

L. AD PRIAPVM.

Quadam, [5] si placet hoc tibi, Priape,
Ficosissima me puella ludit:

Et

1. *Per quam significor*] Et Varro ita loquitur:

Per id, quod discernitur, homo mas, an femina sit.

Ita Plaut. Casinâ:

Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui est is.

Loquitur enim mulieri servus, & de muliere. *I. Scaliger.*

2. *Sed quod sponte*] *Sponte sua:* Hesychius, αὐτομάτῳ, σπέρμα ἀνδρός. Arnob. lib. VI. *Tunc sancta, & ferventia numina vim vomuisse;* Lucillii. Vbi *vim* αὐτομάτῳ illam intelligit: quum voluit exprimere ad verbum Græcorum ὁρμήν. Nam etiam ὁρμὴ est vis, & inde ὁρμὸς violentus. Et Nonnus Dionysiacus ita αὐτομάτῳ illam disertim describit:

Οὐ τόσσην ἱμείρων ἐπεμήνατο κυκλάδι νήσῳ,
Ἣν ποθέων ἀκίχητος ἑὸν λιβὸν ἔσπειρεν ἄρρην,
Θερμὸν ἀκηρπάζων αὐτόσπορον ἀφρὸν ἐρώτων.

Lingua Africana, semen humanum in terram profusum, cujusmodi fuit Volcani ἀκρασία, dum colluctatur cum Minerva renitente, *bilbis*, aut *bilbil* vocabatur, ut scribit Sex. Pompeius. Quod sanè, qui sciunt Syriace, intelligunt *bilbul* esse: hoc est, fœditatem, & confusionem. *Scalig.*

3. *circa tectoria*] *Tectorium* κονίαμα. Nam parietibus templorum Priapi, quicunque intrabant, pro symbola quisque carbone Epigramma exorabat, ut etiam denotatur illis:

Ergo quicquid id est, quod ociosus
Templi parietibus tuis notavi.

Tectorium ergo τοῖχος κονιαμάτων. Scaliger.

4. *subducti supercilii*] Propert. eodem modo lib. 2 Eleg. 8.

Nunc volo subducto gravior procedere vultu. Ga. Scioppius.

5. *si placet*] Sic Catull. de puero:

--- hunc ego, si placet Dione,
Pro telo rigida meâ cæcidi. Scioppius.

Et non dat mihi, nec negat daturam :
Causasque invenit usque differendi.
Quæ si contigerit fruenda nobis :
Totam [1] *cum paribus, Priape, nostris*
[2] *Cingemus tibi mentulam coronis.*

LI. PRIAPVS.

Quid hoc negoti est, quave suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures,
Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas ;
Et usque curvos excavetur ad lumbos ?
[3] *Non ficus hic est præferenda vicinæ,*
[4] *Vvæque, quales flava legit Arete :*
Non mala truncis [5] *asserenda Picenis.*
Pyrumve, tanto quod [6] *periculo captes ;*
Magisque [7] *cera luteum nova prunum,*
Sorbumve ventres lubricos [8] *moraturum.*
Præsigne rami nec mei ferunt morum.
Nucemve longam, quam vocant [9] *avellanam,*

Amygda-

1. *cum paribus*] σὺν ἡλικιώτεσις, æqualibus. *Ga. Scioppius.*

2. *Cingemus*] Vid. Lipsi. lib. III Ant. lect. *S. A. Gabbema.*

3. *Non ficus hic*] Mirum est fures in hunc hortum potiùs quàm in vicinos venire : cùm tamen hujus horti arbores & fructus vicinis non sint præstantiores. Non est heic melior ficus, quàm in vicinia, non sunt hic meliores uvæ, non sunt meliora pyra, &c. Sed verisimile est, eos non propter fructus huc venire, sed amore pœnæ potius, ut sc. à me perforentur. *G. Scioppius.*

4. *Vvas legit Arete*] Sic Varro lib. 5 de ling. Lat. *Vinum legere*, sicut *poma legere*. infrà Carm. 68. *Arete*. quales uvas Alcinoi uxor ex suis hortis decerpere solita est. *Scioppius.*

5. *asserenda*] sive *inserenda*. Prius etiam apud Catonem reperitur. A *sero*, quando pro *semino* sive *planto* accipitur, fit *insero*, quod modò est *planto*, Virgil.

Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

aliquando pro, *insitionem facio*, quod fit, cùm scisso truncô surculus fœcundæ arboris in sterili inseritur. *Picenum* porrò Italiæ regio est fertilissima. *Sciopp.*

6. *periculo*] Ad eum modum Catullus : — *quandoquidem meos amores*
Cum longa voluisti amare pœna. Scalig. *Periculô*, prædicationis sc. *Sciopp.*

7. *cera*] Sic suprà Carm. 32. *Buxô pallidior novâque cera.* Idem.

8. *moraturum*] *Morari ventrem lubricum*, seu *alvum* conducere & adstringere. Id.

9. *avellanam*] Avellanarum duo genera,

Amygdalumve flore [1] *purpureo fulgens.*
Non brassicarum fero gulosior caules,
Betasve, quantas hortus educat nullus,
Crescensve semper in suum caput porrum:
Nec [3] *seminosas ad cucurbitas quenquam,*
Ad ocymumve cucumeresve humi fusos,
Venire credo, [4] *sessilesve lactucas.*
Nec ut salaces nocte tollat erucas,
Mentamque olentem, cum salubribus rutis:
Acresque cæpas, [5] *alliumque fibratum.*
Quæ cuncta nostro [6] *ut ambiamus in septo.*
Non pauciora proximi ferunt horti,
Quibus relictis, in [7] *mihi laboratum*

Locum

genera, alterum rotundum, alterum longum. Auctores Geoponicôn commentarii. Theophrastus de avellana: γένη δὲ δύο ἀμφοῖν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλον, αἱ δὲ πρόμακρον φέρουσι τὸ κάρυον. Sed suspecta est mihi lectio, propter veteres editiones, quarum pars habent, *quæ vocatur alva.* pars -- *quæ vocatur Alana.* An legendum *Albana*, ut eadem sit cum *Albensi* apud Plinium? Sanè in veteribus Glossis legi: *Albanæ, nuces Prænestinæ.* An --*quæ vocatur & calva? calvam nucem*, βασιλικὸν κάρυον, alias ποντικὸν interpretatur vetus Glossarius noster. ea lectio mihi penitus respuenda non videtur. *Scaliger. Albana.* id est, *Albensis* seu *Prænestina.* secuti heic sumus emendationem Scaligeri. *Scioppius.* De ipsis quoque sic Macrob. lib. 11 Sat. c. 14. *Nux hæc avellana, seu Prænestina, quæ est eadem, ex arbore est, quæ dicitur corylos.* S. A. Gabbema.

1. *purpureo*] Hîc fit συνίζησις. ut
--- *villo spectabilis aureo.*
Amygdalum flore purpureo. ἀμύγδαλον πορφυρανθές. I. Scaliger.

2. *Non brassicarum*] Scaliger: *Non brassicæ fero.* Vetus edit.
Non brassicarum fero gulosior caules.
Eho meliorem in præsentia comminisci non possum.

3. *seminosas*] Semine abundantes. *Ga. Scioppius.*

4. *sessilesve lactucas*] *Sessilis lactuca*, sic dicta quòd in altum non surgat, nec in caulem crescat, sed in latitudinem potiùs, & in plano se spargat. Ita *sessilis obba* quæ planum ac latum habet fundum quo in solo sistit, nec pediculum habet quo statui possit. Sedentem lactucam dixit Iuvenal. τὴν χαμαίζηλον:
--- *Lactuca sedens, & sectile porrum.*
Martial. *sessilem:*
Vtrumque porrum, sessilesque lactucas.
Cl. Salmasius.

5. *alliumque fibratum*] Ita Scaliger in Moreto:
At primùm leviter digitis tellure refossa,
Quatuor educit cum spissis allia fibris.
Scioppius.

6. *ut ambiamus*] Ita Scaliger, quæ quanquam omnia in nostro sæpto ambiantur, in nostro horto inclusa sint, tamen ea nec à cæteris hortis absunt. *Sciopp.*

7. *mihi laboratum*] In hortum, qui mihi factus & cultus est. *Idem.*

Locum venitis, [1] *improbissimi fures.*
Nimirum [2] *apertam convolatis ad pœnam:*
Et vos hoc ipsum, quod minamur, invitat.

LII. PRIAPVS.

HEus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto:
Iam primum [3] *stator hic libidinosus*
Alternis ineundo & exeundo
[4] *Porta te faciet patentiorem.*
Accedunt duo, [5] *qui latus tuentur,*

Pulchre

1. *improbissimi*] *Improbus* perpetuum furis epitheton. unde Carm. 83. *Improbus* absolutè pro *fure* dicitur. *Ga. Scioppius.*

2. *apertam*] Quia Priapo natura est semper aperta. *Idem.*

3. *stator*] Quem suprà *circitorem* nominavit. *Statores* propriè sunt carcerum, aut ædium custodes. Nam *stare* est verbum ejus rei. Manil. lib. v.

— immitis veniet pœnæque minister,
Carceris & duri custos, quo stante superbæ
Prostratæ jaceant miserorum in limine matres.

Ergo optiones & mancipes carceris designat, qui & ultimis temporibûs *commentarienses* dicebantur. Hîc verò tantùm sunt custodes, quos, ut & admonui, suprà *circitores* vocaverat. Quod sequitur: *Accedent duo, qui latus tuentur*, nihil aliud quàm *latrones* eo designantur: qui priùs *laterones*, quòd latus tegerent. Hi & *statores* quoque ipsi sunt. Petronius: *Quædam enim fœminæ sordibûs calent: nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint aut* statores *altiùs cinctos.* I. Scaliger.

4. *Porta te faciet patentiorem*] Etiam *portam* inter obscœna vocabula fuisse constat. Catullus: --- *patente* porta

Percurrent raphanique mugilesque.

Quò pertinet & illud:

Portam ingredi nefas quà exieris.

Sic etiam apud Græcos θύρα usurpatur, unde Bacchus Διθύραμβος vocatus, παρὰ τὸ δὶς θύραξε βαίνειν. Ita malo interpretari, quàm ab antro διθύρῳ, in quo eum enutritum fabulantur, cujus etiam opinionis Scholiastes Apollonii est lib. IV. διὰ τοῦτο διθύραμβος ὁ Διόνυσος ἐκλήθη, διὰ τὸ δύο θύρας ἔχειν τὸ ἄντρον. *Fr. Lindenbrog.*

5. *qui latus tuentur*] Latrones designat, qui priùs *laterones*, quòd latus tegerent. Varro lib. IV de L. L. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera habebant ferrum, qui postea à stipatione stipatores appellabant.* Glossarium, *stipator*, σωματοφύλαξ. Apuleius de Mundo: *Ante fores viri fortes, stipatoresque regalium laterum.* Rectè verò Varro dicit latrones indè dici, quòd ad latera habebant ferrum: ea namque de causa δορυφόροι Græcè vocantur. Hesych. δορυφόρος, ὁπλοφόρος ὑπασπιστὴς, ἢ φύλαξ τῶν τυραννῶν καὶ πρόσωπον. Glossarium, δορυφόρος *stipator, satelles.* Vltimis autem temporibûs dicti *scribones*, Agathias lib. III. εἷς δέ γε ἦν τοὺς τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ σκρίβονας ὀνομάζουσιν. Suidas tamen non ipsos satellites scribones vocatos scribit, sed τῶν σωματοφυλάκων ὑπερφερομένους. *Scribones* etiam vocatos, qui antea

Depu-

Pulchre [1] *pensilibus peculiati.*
Qui cùm te malè foderint jacentem,
[2] *Ad partem veniet falax asellus,*
Nihilo deterius [3] *mutoniatus.*
Quare, qui sapiet, [4] *malum cavebit,*
[5] *Cum tantum hic sciet esse mentularum.*

LIII. AD PRIAPVM.

[6] *Contentus modico Bacchus solet esse racemo:*
Cum capiant alti vix sua musta [7] *lacus.*
Magnaque fecundis cum messibus area desit,
In Cereris crines una corona [8] *datur.*

Tu

Deputati, refert Leo Imperator in Excerptis, quæ accepta debemus V. C. Bon. Vulcanio: Δαιμονίσται δὲ ὠνομάζοντο τὸ παλαιὸν, οἱ νῦν λεγόμενοι σκιάζοντες, οἵ τινες ἀλλοδόξοις τῇ πίστει, τὰς οὖν τῇ μαίζῃ τραυματίζοντες ἀναλαμβάνουσιν ὡς ἰατροὶ ἐπῳδοὶ ἐκποιοῦντες. Adeò ut non unum eorum officium fuerit. *Fr. Lindenbrog.*

1. *pensilibus peculiati*] Plaut. Pseud. *Sc.* Malus:

Mea hæc habeo omnia, meo peculiô *emta.*

B A. *nempe quod fœminæ sustinent.*

Et Persâ Sc. *Satin hæc: Atque ob istam rem ego aliqui te peculiabo.* id est, *te stuprabo.* Scioppius. Dicebant & *Res.* Arnobius lib v. *Artificii curas tum rebus adhibuisse perituris:* id est genitalibus. In eodem: *Oriculam imperavisse captivæ, ut intelligeret, & cognosceret, quid sibi res vellent.* Loquitur de illis veretris, quæ in foco à Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inventa fuerant. Idem in versione Orphei Carmin.

Objecitq; oculis formatas inguinibus res.

Etiam in Gallia vulgò ita loquimur, honestè rem fœdam circumloquentes. *I. Scaliger.*

2. *Ad partem veniet*] *Venire ad partem:* observandum. *G. Scioppius.*

3. *mutoniatus*] *Muto, onis.* & habet primam ancipitem. heic enim brevis, apud Horat. longa:

Quod si mutonis *verbis mala tanta videntis.* Scioppius.

4. *malum cavebit*] *Cavere malo* & *malum.* prius apud Plautum frequentiùs, & Petronium. *Idem.*

5. *Cum tantum*] A Catullo mutuatum:

Quum tantum sciet esse basiorum.

S. A. Gabbema.

6. *Contentus modico*] Eriamsi vinum uberrimè provenit, tamen Baccho racemus tantùm offerri solet, & quamvis adeò sit fœcunda messis, ut granaria & areæ ferè desint, tamen Cereri spiceam tantùm coronam imponere solent; quare & tu, Priape, paucis pomîs contentus esse debebis. *Scioppius,*

7. *lacus*] Vas. in quo uva calcatur, ac mustum defluit. Plin. *Gustare de lacu mustum.* Tibull.

Nec spes destituat, sed frugum semper acervos
Præbeat, & pleno pinguia musta lacu.

Columella, *lacus vinarios* vocat. *Scioppius.*

8. *datur*] *Dare coronam in crines.* observandum. Horat. Carm. seculari:

Fertilis frugum pecorisque tellus
Spicea donet Cererem coronâ. Idem.

Tu quoque Dive minor majorum exempla secutus,
Quamvis pauca damus, consule poma boni.

LIV. PRIAPVS.

[1] E, D, *si scribas, temonemque insuper addas:*
Qui medium vult D *scindere, pictus erit.*

LV. PRIAPVS.

Credere quis posset, falcem quoque, turpe fateri,
De digitis fures surripuisse meis?
Nec movet amissi tam me jactura, pudorque,
Quam præbent justos [2] *altera tela metus.*
Quæ si perdidero patria multabor, & olim
Ille tuus civis, Lampsace, [3] *Gallus erit.*

LVI. PRIAPVS.

Derides quoque fur, & [4] *impudicum*
Ostendis digitum mihi minanti,

Eheu

1. E,D, *si scribas*] Hoc dicit: Si scribas E D & temonem in medio addas hoc modo: E-D, tum mentula erit quodammodo depicta, quæ te medium scindere volt, sive quæ te stuprare volt. Ambiguitas est in D. in pronunciatione sc. *Te* enim intelligit. *Ga. Scioppius.*

2. *altera tela*] Verendæ partis, in viris synonyma, & epitheta: *mentula* c.1, 50, 52, &c. *membrum*, præf. c. 8, c. 25, 69. *pars tegenda*, præfat. *tenta*, 2 c. 19. *penis*, 5, 37. *pars obscœna*, 8. c. *telum*, 8, 55. *columna, trabs*, 9. c. *palus*, 9. c. *contus pedalis*, 10. c. *fascinum*, 80. c. 84. *fascinum pedale*, 27. c. *coleata cuspis*, 14. c. *sceptrum*, 24. c. *seminale membrum*, 25. *ventris arma*. 31. *vena tenta*, 33. c. *membrum unde procreamur*, 37. *hasta*, 63. *pars mei per quam significor Priapus esse*, 48. *anguis*, 84. c. *thyrsus*, Ανεχου. *pensilia*, 52. *peculium*, 52. c. *mutò*, 52. c. *libidinoso tenta pyramis nervò*, 63. *nota virilis*, 66. c. *nervus*, 82, 84. *mutinus*, 73. *verpa*, 34. *inguen*, præfat. *Taurus. castaurus quæ pars cæditur in castratione. Cujus in indomito constantior inguine alvus, quàm nova collibus arbor inhæret.* Hor. Epod. 12. *Venas inflavit tetra libido. Hor. l. 1 Sat. 2. Inguina tument. tentigo, glans, penis.* G. Scioppius.

3. *Gallus*] i. *inteſtabilis.* Mart. lib. 1 Ep. XXXIV.

Gallo turpius est nihil Priapô. Scioppius.

4. *impudicum*] Id est, *medium*, qui & infamis. Plaut. Pseud. Sc. Malus & nequam:

In hunc intende digitum, hic leno est.

Id est, medio digito porrectô lenonem deride. *Scioppius.* Sed cur *medius digitus infamis* esset caussam hanc quidam afferunt; quòd Iudæi eo delapsa intestina reconderent. sunt qui dicant à verrendo podice; nam cùm hæmorrhoides fere Iudæi patiantur, podicem

Eheu me miserum [1] *quod ista lignum est,*
Quæ me terribilem [2] *facit videri.*
Mandabo domino tamen salaci,
Vt pro me velit irrumare fures.

LVII. PRIAPVS.

[3] *Cornix, &* [4] *caries,* [5] *vetusque bustum,*
[6] *Turba & putrida facta seculorum,*
Quæ forsan potuisset esse nutrix
Tithoni, Priamique, Nestorisque,
[7] *Illis ni pueris anus fuisset.*
Ne desit sibi, me rogat, fututor.
Quid si nunc roget, ut puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet, puella est.

LIIX. PRIAPVS.

Quicunque fur [8] *fefellerit fidem nostram,*
[9] *Effeminato marceat procul culo.*
Quæque hæc proterva carpserit manu poma
[10] *Puella, nullum inveniat fututorem.*

LIX.

dicem sanguine scatentem verrere hoc soleant digito, unde & ab ipsis aliquando verpus dicitur, Iudæi ipsi verpi eadem caussâ, aut falsum hoc. sed potiùs à versa pelle; sicuti quoque & apellæ & recutiti eadem caussâ nuncupantur. Alii *medium digitum* ideo infamem appellant, quòd subductis altrinsecus duobus digitis & ipso protenso, verpæ, id est, mentulæ formam imitari videmur. *Lil. Greg. Gyraldus.*

1. *quod*] sic distinxi. *Quòd* pro *quamvis*; suprà Carm. 5. Etiamsi mea mentula lignea est, & ideo te inire non potest, tamen domino mandabo &c. *Ga. Scioppius.*

2. *facit videri*] Suprà Carm. 32. *Formicas facit altiles videri.* Scioppius.

3. *Cornix*] Anus cornice annosior, quæ. &c. rogat me. *Sciopp.*

4. *caries*] *Caries*, ut ait Nonius, est vetustas vel putrilago. Hic pro anu carriosa. Sic Turpill.

Viden' ut osculatur cariem? num illum hæc pudet? Afran.
Nemo illa vivit carie carriosior. Idem.

5. *vetusque bustum*] Ita etiam Græci τυμβογεροντας. *I. Scaliger.*

6. *Turba seculorum*] pro *annorum multitudine.* Scioppius.

7. *Illis ni pueris*] Cùm illi pueri adhuc essent, jam tum hæc anus erat, ita ut ætate eos nutrire non posset: absque hoc fuisset, mammam fortassis illis dedisset. *Sciopp.*

8. *fefellerit fidem*] Me non advertente aliquid surripuerit *Idem.*

9. *Effeminato*] Id est, *impudico, muliebria patiente.* Id.

10. *Puella, n. inveniat*] Lego: *Puella nulli*

LIX. PRIAPVS.

Præditum tibi ne negare possis,
Si fur veneris [1] *impudicus ibis.*

LX. AD PRIAPVM.

Si quot habes versus, tot haberes poma, Priape:
Esses antiquo ditior [2] *Alcinoo.*

LXI. AD PRIAPVM.

[3] *Quid frustra* [4] *quereris, colone, mecum,*
Quod quondam bene fructuosa malus,
Auctumnis sterilis duobus adstem?
Non me prægravat, ut putas, senectus,
Nec sum grandine verberata dura,
Nec gemmas modo germine exeunteis
Seri [5] *frigoris ustulavit aura,*
Nec venti, pluviæve, siccitasve,
Quod de se quererer, [6] *malum dederunt:*
Non sturnus mihi, graculusve raptor,
Aut cornix anus, aut [7] *aquosus anser,*

Aut

nulli veneat [*fututorum*]. Ne quæstum faciat apud ullum. Ne stuprô lucrum mereat. Ovidius:

Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.

Potes & legere:

Puella nullum invenerit, &c.

Sed prior lectio magis arridet. *Scalig.* *invenerit*. Sic legimus cum Scaligero. *Ga. Scioppius.*

1. *impudicus*] *Impudicatus*, qui muliebria patitur. *Scioppius.* *flagitatus*. Apulejus: *nudatum, supinatumque in ventrem execrandis uredinibûs flagitabant.* I. Scaliger.

2. *Alcinoo*] Cujus horti proverbiô celebrantur. *G. Scioppius.*

3. *Quid*] Elegans Carmen hoc Priapejum non est, sicut & proximè sequens. *Scioppius.*

4. *quereris mecum*] *Queri cum aliquo* pro *expostulare*. Sciopp.

5. *frigoris ustulavit*] Virgil. 1 Georg. --- *Boreæ penetrabile frigus adurat.* Idem.

6. *malum dederunt*] *Dare malum* pro *necare* Id.

7. *aquosus anser*] *Aquosus*, φιλυδρος. ut *mulierosus* φιλογύναικος, γυναιμανής. *vinosus*, οἰνόφλυξ. Ovidius dè Thetide:

--- per numina matris aquosæ.

Alioqui *aquosus*, est ὑδατώδης. Mirum autem hoc Epigramma, quod Priapeium non est, huc alieno loco immissum esse; ut & illud:

Securi dormite canes. Custodiat hortum, &c.

Nam

Aut corvus nocuit siticulosus :
Sed quod carmina pessimi poëtæ
[2] *Ramis sustineo* [2] *laboriosis.*

LXII. PRIAPVS.

Securi dormite canes, custodiet hortum
Cum sibi dilecta Seirius [3] *Erigone.*

LXIII. PRIAPVS.

Parum est, amici, [4] *fixerim quod hic sedem,*
[5] *Agente terra* [6] *per Caniculam rimas,*
Siticulosam sustinens diu æstatem.
[7] *Parum, quod imi perfluunt sinus imbres :*
Et in capillos grandines cadunt nostros :
[8] *Rigetque dura barba juncta* [9] *crystallo.*
Parum, quòd [10] *acta sub laboribus luce,*
[11] *Parem diebus* [12] *pervigil traho noctem.*

Huic

lam tametsi est κπτρσλικὸν, tamen on κπτρσῦ θεᾶ, hoc est πελάτης. . *Scaliger.*

1. *Ramis*] Carmina ramis & cor-ce notabantur. *Ga. Scioppius.*

2. *laboriosis*] Ευφημικῶς pro *labo-antibus.* Sciopp.

3. *Erigone*] *Erigone* Icarii filia, quæ x dolore paternæ necis, quem ru-tici temulenti occiderant, se ipsa sus-endit, deorumque miseratione in œlum tralata Virginis nomen obti-uit. Indè Erigoneius canis est stel-a, unde Caniculares dicuntur : sive irius. nam fabulantur hanc canicu-am Erigones fuisse : quæ cum Ica-ium occisum esse, & Erigonen sus-endiô periisse videret : contabuerit: b quam pietatem eam cum Erigone upiter in cœlum transtulerit. *Scop-ius.* Vid. Hygin. Fab. cxxx: & Astron. ib. II. *S. A. Gabbema.*

4. *fixerim sedem*] *Figere sedem alicu-i* & apud Iuvenalem. *Scioppius.*

5. *Agente*] *Agere rimas* est *hiscere.* utitur & Ovid. *Scopp.*

6. *per Caniculam*] Eleganter, pro *in diebus canicularib.*

Cum gravis exustos æstus hiulcat agros,
ut ait Catull. *Id.*

7. *Parum quod imi p. s. i.*] Anastrophe: *P. q. imos p. s. i.* Scaliger: *Parum quod imi.* Repono ex antiquitus excusis :

Parumve, quod superfluunt sinus imbres.

Scioppius : *superfluunt.* Imbres fluunt super sinum.

8. *Rigetque*] Id est, *hiberno tempore congelata est.* Scioppius.

9. *crystallo*] *Crystallus* pro *glacie.* Idem.

10. *acta sub*] Elegans elegantissimi hujus epigrammatis phrasis : *agere lucem sub laboribus*, id est, *diem labore frangere*, ut loquitur Horat. *Id.*

11. *Parem diebus*] Nox pares diurnis mihi molestias creat. *Trahere noctem.*

Huc adde, [1] *quod me terribilem deum fuste*
Manus [2] *sine arte rusticæ dolaverunt,*
Interque cunctos vilius deos numen
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis impudentiæ signum,
Libidinoso tenta pyramis nervo:
Ad hanc puella (penè nomen adjeci)
Solet venire cum suo fututore:
[3] *Quæ ut tot figuris, quot Philænis enarrat,*
Non inventis, pruriginosa discedit.

LXIV. PRIAPVS.

QVidam mollior anseris medulla,
Furatum venit huc amore pœnæ.
Furetur licet [4] *usque non videbo.*

LXV

ctem. Propert. dicit *ducere.* Ga. Scioppius.

12. *pervigil*] Amat hocce numen *operosis* & *pervigilibus* noctibûs, ut cum Apuleio loquar, creberrimè coli. Itidem etiam Venus & Amor. Illa proinde *Noctuvigila* Plauto; *Noctiluca* Nævio antiquissimo poëtæ; *φιλοπάννυχος*, *pervigilium cupiens* Orpheo. & ejus palæstram Casinæ Plautinæ Prologographus vocavit *excubias.* Isti etiam, *Amori* inquam ea propter *vigilandi vis* tribuitur ab Apuleo lib. de Deo Socratis: *Quorum è numero Somnus atque Amor, diversam inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi.* Hinc jam & C. Plinii Epigrammati dies oritur:

Huc mihi vos largo spumantia pocula vinô,
Vt calefactus Amor pervigilare velit.

Alioquin largius merum somnum conciliat. Hinc & *noctes* Amoris ac Veneris *ἁπλῶς pervigiles* vocatæ. Apul. lib. 11 fab. Miles. *Vt nocte pervigili & oleô lucerna, & vinô calix abundet.* I. A. Gonsalius.

1. *quod me terribilem*] Puto priùs fuisse, *fuste terribilem.* Corrigo igitu -- *fuste de rudi vilem.* hoc est,

αὐτόξυλον τέχνημα φαυλούργου χ ρός,

jambico senariô. *I. Scaliger.*

2. *sine arte*] Columella lib. 10 vo cat fortè dolatum:

--- Sed truncum fortè dolatum
Arboris antiquæ n. v. I.

Sic infrà Carm. 86 Catullus:

Parata namque crux sine arte mentul

Scioppius.

3. *Quæ ut tot figuris, quot Philænis Figuris, picturis,* in quibus varia coëu di genera continentur. Tales scripse Philænis, Elephantis suprà Carm. 3 & Cyrene, quæ eam ob rem *δωδεκα μήχανος* dicta est. Ait ergo Priap puellam istam, nisi omnes istos m dos cum suo fututore experiatur, a huc pruriginosam discedere. *Scioppiu Philænis.* Scripsit hæc libros *περὶ πα κίλων σχημάτων ἀφροδισίων.* sicut Elephantis, & Cyrene, quæ *δωδεκα μήχανος* dicta fuit. item Astyanas quædam, ut ait Hesychius. De Phil nidis libris Athenæus l. VIII. *Scalig*

4. *usque, non videbo*] *usque.* Vis h

LXV. AD PRIAPVM.

[1] *HIc tibi, qui [2] rostro crescentia lilia mersit,*
Cæditur è tepida [3] victima porcus hara.
Ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape:
Horti sit facies janua clausa tui.

LXVI. PRIAPVS.

TV quæ, ne videas [4] notam virilem,
Hinc averteris, ut decet pudicam:
Nimirum, nisi quod times videre,
Intra viscera habere concupiscis.

LXVII. PRIAPVS.

PEnelopes primam DIdonis *prima sequatur,*
Et primam CAni *syllaba prima* REmi,
[5] *Quodque fit ex illis, mihi tu deprensus in horto*
Fur dabis: [6] hac pœna culpa luenda tua est.

LXVIII.

...is particulæ tam crebrò repetitæ & ...rè redundantis hæc videtur, *quam...u videbitur, dum voles.* Sic suprà: *...ras te licèt usquè torqueasque. non vide...* ...simulabo me non videre. *Ga. Sciop...ius.*

1. *Hic*] *Porcus* in hortum invaserat ...lilia devoraverat, ob quam noxam ...riapo immolatur: cui tamen man...atur, ut posthac fores claudat, ne si ...rumpant pecudes & horto noceant, ...atim omnes occidendæ & immo...ndæ sint. *G. Scioppius.*

2. *rostro*] *Rostrô mergere* est *devorare.* ...a enim interpretari malo. Etsi ne il...d quidem rejiciendum, *porcum ro...ô* protrivisse lilia. *Scioppius.*

3. *victima porcus*] Ideo & puellæ, ...æ Priapi sacra videlicet curarent, ...onnunquam *suillis* pellibûs præcin...ebantur, uti palàm videre est in ...armore sacrificii Priapi, quod Bois...rdus vulgavit. *S. A. Gabbema.*

4. *notam virilem*] Apulejus *notaculam* dixisset, unde sc. agnosceretur. *Sciopp. Notaculam natalium* Apulejus vocat. *signa & indicia quibûs natales probantur.* Vnde ego verissimè quodam in carmine virtutem vetustorum *natalium notaculam* vocavi. *Idem in Indice.*

5. *Quodque fit ex i.*] *pudicare* scilicet. quod verbum ex istis quatuor verborum syllabis efficitur. *Scioppius.* Ita Ausonius:

Λαΐς, Ἔρως, & Ἴτος, Χ'ειρων, & Ἔρως, Ἴτος *alter*
Nomina si scribis prima elementa adime:
Vt facias verbum quod tu facis, Eune magister,
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Vt facias verbum, sc. λείχῃ, quod *lingit* significat. *Gabbema.*

6. *hac pœna culp. l. t. e.*] *Pœna* hic

LXVIII. PRIAPVS.

[1] *RVsticus indocte si quid dixisse videbor,*
Da veniam: [2] *libros non lego, poma lego.*
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
[3] *Institi, Homeriacas edidicique* [4] *notas.*
[5] *Psoleon ille vocat, quod nos Psoloenta vocamus:*

Id

ἀντὶ λύτρων, ποινή. unde ἄποινα: sic in Ciri:

Et dictam Veneri votorum avertere pœnam.

Λύτρα veteres Latini vocabant *lustra.* Nam Tragœdiam ἕκτορος λύτρα quum verteret Ennius, inscripsit, *Ectoris lustra.* Ita enim habent omnes Nonii Marcelli tam scripti, quàm antiquitus excusi codices. Ergo λύτρα, *lustra.* & sanè ratio est apud Varronem, qui ait *lustrum* dictum à luendo: & propriè *lustrum*, quod pendebatur quinto qnôque anno. *lustrum* à luendo: ut à fluendo *flustrum*, ἡ θαλάσσης μαλακία. & *frustrum* à frio, & *transtrum* à transeo, *monstrum* à moneo, *rostrum* à rodo, *plostrum* à plodenda terra; &c. *I. Scaliger.*

1. *Rusticus*] Est qui rem quamque suo adpellat nomine, nec circuitione utitur. Sic Aristophanes:

Ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφην σκάφην λέγω.

Rusticus sum, scapham scapham voco.

Sciopp. *Rusticum* vocant Veteres τὴν ἀφυῆ. Martialis:

-- si nescis, Rustice, redde pilam. Scalig. Suspicatur Magnus Scaliger esse hoc Ovidii Epigramma; cujus conjecturâ fretus Scioppius planè hoc adfirmat. *S. A. Gabbema.*

2. *libros non lego, poma lego*] *Legere poma,* non aliud est quàm facere illud quod Propertius cum sua Cynthia, Catullus cum Lesbia solent. illud docet Servius ad hoc Virgilii:

Ipse ego cana legam tenera lanugine malum.

Studiosè enim, iis verbis poëtam rem obscœnam verecundè velasse, quam Theocritus expresserit liberiús. Sic apud Catullum, *legere olera,* apud Ciceronem, *legere nuces.* Quæ omnia sumpta ab hortis sunt, & ideo tralata ad rem voluptatum, quòd antiqui (*ut jam adnotatum est*) partes illas inverecundas *hortum* vocarent aut *saltum.* Lipsius. *Gabbema. poma lego.* nimis argutatur Lipsius, dum rem hîc turpiculam & parum severam innui putat. *Ga. Scioppius.*

3. *Institi*] id est, *conatus sum.* Catull.

Institit & ferri frangere duritiem.

Et Afranius:

Incirco hæc agere tecum secretò institi.

Scioppius. Græcum est. Aristophanes, ὅσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐνεστήσαντο. Dicitur & in alium sensum, ut *instare merces.* Nonius Atellanâ:

Instat mercaturam, credo rem faciat frugi est homo.

Indè *Institores.* Nec longè ab hac mente Virgilius:

Parte alia Marti currumque, rotasque volantes
Instabant. --- Scaliger.

4. *notas*] *Nota* pro *vocabulo.* Hinc *notare:* Lucret.

Cum ligna atque ignes distincta voce notemus. Idem:

-- Nam cur hic posset cuncta notare
Vocibûs. ---
Pro vario sensu varias res voce notare.

Scioppius.

5. *Psoleon*] Nam ψωλεὸς, & ψωλὸς verpus. & ψωλὴ verpa. παρὰ τὸ ψᾶν. Cui αἰδοῖον ἀποψώμενον, καὶ ἔσκο

Id quod nos culum, [1] *culeon ille vocat.*
[2] *Smerdaleos certe nisi res non munda vocatur,*
Et pædiconum [3] *mentula smerdalea est.*

LXIX. PRIAPVS.

[4] *QVid? nisi Tænario placuisset Troica cunno*
Mentula, quod caneret, non habuisset opus.
Mentula [5] *Tantalidæ bene si non nota fuisset,*
Nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
[6] *Hæc eadem socium tenera spoliavit amica,*
Quæque erat Æacidæ, maluit esse suam.
[7] *Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen*
Ad citharam, cithara, tensior ipse sua.

Nobilis

σκολυμμένον. Invenio & δρυλλὸν vocari. *I. Scaliger.*

1. *culeon*] Κȣλεὸς vagina. Et sanè pars illa in nobis, quæ honestè nominari non potest, & quæ hîc intelligitur, indè dicta est. Et videtur Plautus alludere in Pseudolo:

Conveniebatne in vaginam tuam machæra militis? Scaliger.

2. *Smerdaleos*] σμερδαλέος dictum censeo παρὰ τὸ σμέρδειν. Quod idem est cum ἀμέρδειν, & μέρδειν. Itaque plus erit σμερδαλέος, quàm φοβερὸς, quum tamen cathedræ Grammaticorum ferè omnes φοβερὸν tantùm interpretentur. Non obscurum, quid ipse velit. Vt autem suis, bovis, muris stercus *sucerda, bucerda, mucerda*: sic hominis priùs *homerda* dicta fuit. Porrò rotundiora stercora vulgò *struntos* vocamus. Idque in peroptimo Glossario inveni Latinè dictum, *struntos*, σπέλεθος. Quod verbum in idiotismo Gallico & Teutonico remansit. *Scaliger.* Pædiconum *mentula* horribilis est & *smerdalea*, nisi quis dicat *smerdaleum* esse turpem & immundum, & non significare terribilem. *Ga. Scioppius.*

3. *mentula smerdalea est*] In Epigrammate veteri:

Non mihi laudanturque manus; hanamque rapaces:
Et non laudatur mentula, merdacea est. Scaliger.

4. *Quid? nisi Tænario*] Carmen hoc cum superiore cohærere debet: pergit enim exsequi de *Homero*: cujus scripta dicit omnia propter *mentulam* suscepta esse. *Tænario.* nisi Helenæ placuisset Paris. *Tænarus* promontorium est Laconiæ. *G. Scioppius.*

5. *Tantalidæ*] Agamemnonis, qui Chrysei sacerdotis filiam bellò captam secum habuit. *Scioppius.*

6. *Hæc eadem*] sc. Agamemnonis, Briseidem à socio suo Achille abduxit. *Sciopp.*

7. *Ille Pelethroniam - Ad cithar.*] *Pelethronium* oppidum est Thessaliæ, & Achilles fuit Thessalus. Ιλιάδ. 1 narrat Homerus legatos offendisse Achillem oblectantem se *citharâ* & præteritorum virorum res præclarè gestas decantantem. *Idem Sciopp. Ad citharam.* Apul. l. VI Mil. *Gratiæ spargebant balsama: Musæ voce canora personabant. Apollo cantavit ad citharam: Venus suavi Musicæ suppari gressu formosa saltavit: scena ibi sic concinnata, ut Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret*

Nobilis hinc nata nempe [1] *incipit Ilias ira:*
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est [2] *error fallentis Vlysseî,*
Si verum quæras, hunc quoque movit amor.
Hinc legitur radix [3] *de qua flos aureus exit:*
Quem cum [4] *moly vocat, mentula moly fuit.*
Hinc legimus Circen, Atlantiademque Calypso
Grandia Dulichii [5] *jussa tulisse viri.*

Hujus

Satyrus, & Paniscus ad fistulam diceret. Ad citharam canere, est modulos citharæ voce exprimere suppari. *S. A. Gabbema.*

1. *incipit Ilias ira*] Quia Homeri *Ilias* incipit:

Iram dic mihi dea Pelidæ Achillis.

Hactenus de *Iliade:* nunc de *Odyssea*, quam quoque propter *mentulam* scriptam ait. *Scioppius. Inc. Il. i.* Notus versus Homeri:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληιάδεω ἀχιλῆος.

Atque hæc erat prima fabula, quam in scholis antiquitus discebant; Theodoretus sermone de Fide: τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μετ', οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν ἀχιλλέως. ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια. Ideo etiam lepidè in Epigrammate veteri, Antholog. lib. I, c. XVII.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ.

Ἀρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα·
Πρῶτος μῆνιν ἔχει. --- Fr. Lindenbrog.

2. *error fallentis*] *Fallentis*, δολομήτεω. Nisi mavis *palantis.* πλανωμένου, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. *Scaliger. Fallens*, pro *versuto, versipelle, duplice.* Ga. Scioppius.

3. *de qua flos aureus exit*] Poterat dixisse lacteus cum Homero:

Ῥίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.

Sed *aureum* dixit *florem*, quomodo χρυσῆ ἀφροδίτη dicitur. & non aliter *purpureum*, & *aureum* poëtæ usurpant pro pulcro. ut *nix purpurea* Albinovano, & *cycni purpurei* Horatio. *I. Scaliger.*

4. *moly*] Radix quam à Mercurio accepit Vlysses, ut contra Circes venena tutior esset. *Scioppius.* Ovidii locus est XIV Met. qui sic habet:

Pacifer huic florem dederat Cyllenius almum, (alii *album*)
Moly vocant superi, nigra radice retentum, vel *tenetur.*

deceptus ab Homer. X *Vlyx.* fingente à Mercurio Vlyxem hoc herbæ genere adversus Circæ veneficia defensum. Latinè dicam:

--- *Devulsam è terra porrigit herbam, medicinam*

Homerus habet, sed herba locum gerebat medicinæ:

Mercurius, simul & naturam me docet hujus:
Radix nigra huic, sed lactis flos concolor erit,
Moly vocant superi. -- Olim plerique suspicati sunt hac herba congressum cum muliere indicari: mox enim Vlyssem Circe amavit, & lectô accepit, ut fabulantur Homer. & Ovid. & ex ea sustulisse liberos, Hesiod. canit, Theog. & Tzetzes Hist. XVI chil. XV. *Laudatissima herbarum est hæc herba Homero, quam vocari à Diis putat Moly, & inventionem ejus Mercurio adsignat, contraque veneficia demonstrat,* &c. vide Plin. lib. XXV, c. IV; Bisciolam lib. XVI tom. II Hor. subsec. c. III: & Gyraldum Dial. XIV. *Gabbema.*

5. *jussa tulisse*] *Vasa tul.* sic libenter legi-

Hujus & [1] Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo [2] vix potuisse tegi.
Ad vetulam tamen ille suam properabat, & omnis
[3] Mens erat in cunno Penelopeja tuo.
Quæ sic casta manes, ut jam convivia visas:
Vtque fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires [4] quicunque valentior esset:
Hæc es ad [5] arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius [6] nervum tendebat Vlysse:
[7] Sive illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, modo vos intendite, qualem
Esse virum sciero, [8] vir sit ut ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere:
Illo sed nondum tempore [9] factus eram.

LXX. PRIAPVS.

[10] CVm fici tibi suavitas subibit,
Et jam porrigere huc manum libebit:

[1] *Ad*

legimus cum Lipsio, antè legebatur *jussa. vasa* pro *virilibus*. Plaut.

Facio quod mœchi non solent, salva vasa domum refero, &c. Mœchis enim deprehensis cauda demetebatur. Et ita legendum apud Lampridium, si bene memini, de Imperatore, qui conquiri sibi jusserit bene vasatos, non, ut Petr. Crinitus volebat, nasatos. *Ga. Scioppius.*

1. *Alcinoi filia*] Nausicaa. de qua suprà Carm. 15. *G. Scioppius.*

2. *vix potuisse tegi*] Homer. Odyss. Z. *Scioppius.*

3. *Mens er. in*] Sic dicimus de properante. Plaut. Pers. *mens est in navi*, id est, *propero ad navem*. Schiopp.

4. *quicunque valentior*] *Quicumque* pro *quinam*. not. *Idem.*

5. *arrectos*] Auson. in Cent. *Tollit se arrectum* (de genitali). vel pro attento ponitur: Terent. *Arrige aures Pamphile.* Id.

6. *nervum*] Ambiguitas. vel pro *arcu*, vel pro *nervo in virilibus*, de quo suprà Carm. 63. *Scioppius.* Ludit haut invenustè in ambigua *nervorum* acceptione, nam sæpe pro parte illa corporis, qua homines sumus, nervus accipitur. Fors quia, ut tradit ipsus Hippocrates, Φλέβες, καὶ νεῦρα, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον. *Ex toto corpore venæ, & nervi in pudendum procedunt.* Arbiter; *dictò citiùs* nervi *paruerunt imperio.* & alibi sæpè. *I. A. Gonsalius.*

7. *Sive illi laterum*] *Laterum* usus in Venere. Carm. 26. *Scioppius.*

8. *vir sit ut ille meus*] Vt quemcumque ego videam virum esse, & nervum bene tendere posse, ille meus sit. *Vir* pro *marito*. Scioppius.

9. *factus e.*] Nondum dolatus eram. *Idem.*

10. *Cum fici tibi*] Siquando delectaberis vesci *ficubus*. Latini indifferen-

[1] *Ad me respice, fur & æstimato,*
Quot pondo tibi mentula [2] *est cacanda.*

LXXI. PRIAPVS.

Illusit mihi pauper inquilinus,
Qui [3] *libum dederat,* [4] *molamque fusam,*
Quare [5] *partibus additis in ignem*
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde venit,
[6] *Nidorem puto* [7] *prosecuta fumi:*
Quæ libamine mentulæ comeso,
Tota nocte mihi litat rigendo.
At vos amplius hoc loco cavete
Quidquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire;
Ne dum me colitis meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

LXXII.

ter *ficus* & *fici* pro fructu dicunt; quamvis Martialis distinguat. *Ga. Scioppius.*

1. *Ad me respice fur*] Sic & Græcanicus Priapus in Epigrammate:

Αλλ' ὡς ἐντέταμαι φῶρ' ἔμβλεπε. -- I. Scaliger.

2. *est cacanda*] Observa, æstima, quot pondo mentula tibi *est* c. pro *sit.* hoc apud Plaut. *Nunc cujus jussu venio & quamobrem venerim dicam.* & alios multum, apud nos rarum: Indicat. nimirum pro Subjunctivo. *cac.* Quot librarum sit mea mentula, quam tu in te recipies, & emittes alternîs, ut eam quasi *cacare* videaris. Plura addere piget pudetque. *Sciopp.*

3. *libum dederat*] *Dare* sacrorum verbum est. Cato: *Cereri exta & vinum dato.* Martial.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. Idem.

4. *molamque fusam*] Expressit οὐλοχύτας, quæ sunt ordea tosta. Quòd autem *mola* ordeum significet, docet Varro: *Grunnit lepido lacte satur, molâ mactatus porcus. Molâ mactatus,* est auctus ordeô. hoc est κριθιῶν. *I. Scalig.*

5. *partibus*] *Partes* vocat in libo, quæ propriè in victum *prosecta,* & *prosiciæ* dicerentur, *Scaliger. Partes,* prosecta vel prosicia. Ovid. 6. Fastor.

Sic ubi libavit prosecta calentibus aris. Vide Brisson. lib. 1 Formul. fol. 24. *Scioppius.*

6. *Nidorem*] *Nidor* κνίσσα, Homerus & alii. Sic semper Theodoretus adversus Græcos, ut lib. VII. σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταί φασι τῇ λοιβῇ καὶ τῇ κνίσῃ. Retinuit vocem Græcam Arnob. lib. VII. *Pasciturque de cnissis quas evomunt ardentia exta.* Fr. Lindenbrog,

7. *canis prosecuta - litat rigendo*] Nota: *canis hæc.* de masculo. unde istud? quia ait eam *rigere,* quod sine mentula fieri non potest. *litat.* Observa, *litare* pro *sacrificare.* quod non temerè alibi

LXXII. PRIAPVS.

SI *commissa meæ carpes pomaria* [1] *curæ:*
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

LXXIII. AD PRIAPVM.

POmarii *tutela diligens, rubro*
Priape furibus minare mutino.

LXXIV. PRIAPVS.

QVod movear non est: quia si furaberis ipse
[3] *Grandia mala, tibi μαυρὰ βραχεῖα dabo.*

LXXV.

alibi apud auctores reperias. Vide Brissonium. l. 1 Formul. f. 28. *Ga. Sciopp.*

1. *curæ: Dulcia quid*] Scioppius: *curæ Dulcia: quid.* Tunc ego te prædicabo, ut ita perdiscas, quàm acerbum hoc mihi accidat & ægrè faciat, quòd tu omnia mihi dulcia ex horto subducis.

2. *Pomarii tutela mutino*] Scaliger: *Tutelam pomarii.* Hæc verba nihili esse, neque ullum in eis versuum ordinem apparere, etiam mediocriter docto patet. Quare ita digerantur:

Pomarii tutela diligens, rubro
Priape furibus minare mutino.

Mutinum enim secundam producere contrà, quàm hujus ætatis literatores putarunt, probatur ex his Lucillii versibus:

Nam quid mætino, subjectòque est opus signo,
Vt lurcaretur lardum, & carnaria fartim
Patrum conficeret? — Mutinum enim in Lucillio, seu *Mætinum*, est σφραγὶς, vel φυλακτήριον. Nam pudenda pro amuletis suspendi è collo pueris, auctor Varro. Ex Lucillio verò cognoscimus etiam signis notam veretri apponi, velut προβασκάνιον quoddam. In veteri Glossario legitur *Mutonium*, προβασκάνιον, ὡς λαχίλιος. ut manifestè appareat eum in animo hunc locum Lucillii habuisse. In Lucillio tamen non est *Mutonium*, sed *Mutinum.* Gabbema: De pudendis pro amuletis collò suspendi solitis *vide Pignorium in exposit. Mensæ Isiacæ, p.* XVII. Scioppius: *Tutela*, pro *tutore*, suprà Carm. 36. *mutino. Mutinus* deus, unus priaporum, in cujus sinum nova nupta, locabatur, &c. Hinc nostrum peculium *mutinus*, vel *muto* dicitur. Vide Ian. Gulielmium Verisim. lib. 1. cap. 23.

3. *Grandia mala-βραχεῖα*] Sic Gabbema in textu. in nota: *mala dabo βραχέα.* & subjungit, Ita leg. censeo: & per *grandia* poma, hortensia illa intellego: per *βραχέα*, ista minuta, de quibus Ep. xv. qualia Catullo teste fuerunt quæ puellæ parnici Zonam solverunt. Eaque se daturum furi minetur Priapus. Nam quòd alii, *Mala dare*, prima brevi intellegunt, quasi dixerit, malè tibi faciam; ariolantur. Neque usquam Deus hortorum viris aut puellis malum cruciatum interminari solet, sed quiddam libidinosum, & pœnam non pœnam. Lusisse in eodem Plaut. videtur Amphitruone:

Enimverò prægnanti oportet & malum *&* malum *dari,*
Vt sit quod abrodat si animo malè esse occœperit.

Ambiguè enim Sosia vel *malum* Punicum intellexit, quod in prægnantium malacia expeti solere Plinius prodidit; vel illud *malum* quod cæteroqui fœminarum fastidiis paullò efficaciùs mederi solet. Quale fuit quod apud Virgilium lasciva Galathea, apud Theocritum Clearista sibi voluerunt, cùm pastorem malô peterent. Ex quo Græcis Proverbii locô μηλοβεῖν, id est *ad Venerem allicere.* Scholiastes Aristophanis: μηλοβολεῖν ἔλεγον τὸ εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν. ἐπεὶ καὶ τὸ μῆλον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν. *Lipsius.* Scaliger: Hoc epigramma ego sanè non intelligo. Nam quòd nonnulli legendum censent, μακρὰ βραχεῖα *dabo:* quis mediocriter Græcè doctus βραχεῖα pro βραχέα probet? Itaque potiùs legendum erat Μακρὰ *dabo* βραχέα. verùm esto: at quomodo *grandis* opponitur τῷ βραχεῖ? Nam sanè *Grande* hic constituit argutiam Epigrammatis, quæcunque illa est. Quare non solet Deus salax interminari furibus hoc modo: quos potiùs libidine aliqua, quàm malo cruciatu accipere solet. Itaque aliud nescio quid hîc potiùs innuitur. Sane *grandia* poma Rustici vocabant τὰ εὐαυξῆ, ut Virgilius *grandes fruges,* hoc est, εὐαλδεῖς Æschylo, & ἁδρὸν σῖτον. Contrà *vegrandes messes:* quæ, ut inquit Ovidius, malè creverunt. Rusticus apud Plautum Casinâ manifestò docet, quid sit *grande.*

-- profectò hercle non fuit
Quicquam olerum: nisi quicquid erat, calamitas
Profectò attigerat nunquam: ita quicquid erat, grande erat.

Ergo *grandia mala,* τὰ εὐαυξῆ. ut contrà *macra* γλισχρά. Indè ergo captanda fuit argutia. Sed quid dicam, nescio. Nam quid oppones *grandi*, nisi *vegrande*, & *macrum*? In multis veteribus editionibus disertim excusum est, *braccica macra.* An ita genus agrestium malorum ridiculè vocatum est *braccium* à braccis Gallorum: sub quibus nescio quid αἰσχρὸν subintelligatur? An legendum *Bacchica macra dabo?* Nam *mala Bacchi*, vel μῆλα διονύσου videntur esse genus minutorum malorum: fortassis quas nos vulgò in Aquitania *Avarcas* dicimus. Ea in amoribus tantum valere putabant, ut iis concubitum pellicere posse sperarent, & coronæ ex illis statuæ Bacchi imponebantur. Philetas:

μᾶλα φέρων κόλποισι, τὰ οἱ ποτε κῦπρις ἐλοῦσα
δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Et Theocritus: μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διονύσοιο φυλάσσων. Et quum scribat Arnobius Nanam Nympham mala tenentem in manibus concepisse: videntur fuisse Bacchi mala hæc. De qua re puto accipiendum illum versiculum ex Annalibus Attii poëtæ:

Mala manu retinens gravida concepit in alvo.

Citant Nonius, & Priscianus. Quin etiam malorum nomine aliquid αἰσχρὸν subintelligi apud Veteres solitum, auctor Servius in illud,

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Hic igitur stuprum interminatur cinædo Deus hortorum. quia sub illorum malorum nomine, ut retuli, tale quid intelligeretur. Multa dixi, nihil tamen dixi. Quare verbum non ampliùs addam. Scioppius:

Grandia mala, tibi bracchica mala dabo. Ita carmen hoc legendum puto interim dum doctioribus de ejus lectione convenerit. Qui versus variè legitur. quidam legunt μακρὰ βραχεῖα *dabo.* quidam *mala* βρακεῖα *dabo.* In quibusdam veteribus est, *braccica mala*, quæ minuta mala sunt, ut sit sensus: si tu mala Dionysiaca auferre voles, ego tibi non parva (qualia sunt Dionysiaca) sed verò grandia mala dabo. *Mala* pro *testiculis.*

1. *pathi-*

LXXV. PRIAPVS.

O Bliquis [1] *pathicæ quid me spectatis ocellis ?*
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc est, & inutile lignum :
[2] *Vtilis hæc, aram si dederitis, erit.*

LXXVI. PRIAPVS.

[3] P*Er medios ibit pueros, mediasque puellas*
Mentula : barbatis non nisi summa petet.

LXXVII. AD PRIAPVM.

[4] D*Odona est tibi Iupiter sacrata,*
[5] *Iunoni Samos, & Mycena Diti :*
Vndæ Tænaros æquorisque Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces :
[6] *Delphos Pythius orbis umbilicum :*

Creten

1. *pathicæ*] *Pathicus*, qui subsidit in rebus Veneris. 24. cap. 40, 48. *Ga. Scioppius.*

2. *Vtilis hæc, aram*] Scioppius : *Vtilis hæc aræ.* Ita lego, quia ex altera lectione bonum sensum eruere nequivi. Vtilis erit, si eam in aram ustulandam dabitis. Sed nec hoc mihi satisfacit.

3. *Per med.*] Scioppii in edit. hoc cum præcedente cohæret.

4. *Dodona* &c.] Sidonius Apollinaris in docto Panegyrico ad Priscum Valerianum :

Non divos specialibus faventes
Agris, urbibus, insulisque canto :
Saturnum Latio, Iovemque Cretæ,
Iunonemque Samo, Rhodóque Solem,
Ænnæ Persephonem, Minervam Hymeto,
Vulcanum Lypare, Papho Dionem,
Argis Prosecea, Lampsaco Priapum,
Thebis Euchion, Ilióque Vestam,
Thimbræ Delion, Arcaden Lyceo,
Martem Thracibus, & Scythis Dianam,
Quos fecere deos dicata templa.
Thus, sal, far, mola, vel superfluarum
Consecratio ceremoniarum. Fr. Lind.

5. *Iunoni Samos, & Mycena Diti*] Lego, *Iunoni S. & Mycenæ : Diti Vndæ Tænaros, æquorisque Regi.* Statius Thebaid. lib. 1.

Et Samon & veteres armis excinde Mycenas. Vbi commentator: *Samos & Mycenæ atque Sparta Græciæ civitates Iunoni sacratæ sunt,* Tænarum verò Plutoni dicatum, quis nescit ? Apul. Milesi. v. 1. *Quære Tænarum inibi spiraculum Ditis.* Lindenbr.

6. *Delphos*] Commenti sunt antiqui, Iovem cùm vellet medium atque umbilicum terræ invenire, alteram aquilam ab oriente, alteram ab occasu pari velocitate emisisse, jussisséque illas rectà & è regione convolare. Illæ ergo cum in *Delphos* denique convenissent, umbilicum terræ

Creten Delia, Cynthioſque colleis :
Faunus Mœnalon, Arcadumque ſilvas.
Eſt [1] *tutela Rhodos beata Solis :*
Gades Herculis, humidumque [2] *Tibur :*
Cyllene [3] *celeri Deo nivoſa :*
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos.
[4] *Ennæa Cererem nurus* [5] *frequentant :*
[6] *Raptam* [7] *Cyzicos oſtreoſa Divam :*
Formoſam Venerem Cnidos, Paphoſque.
Mortales tibi Lampſacum dicarunt.

LXXIIX. PRIAPVS.

[8] *Quod ſim jam ſenior, meumque canis*
Cum barba caput albicet capillis :
Deprenſos ego [9] *perforare poſſum*
Tithonum, Priamumque, Neſtoremque.
[10] *Immanem ſtomachum mihi videtis,*

Qui

Delphos eſſe Iovem docuerunt, teſte Plutarcho, & Claudiano. *Ga. Scioppius.*

1. *tutela Rhodos*] *Tutela* pro eo, qui eſt ſub tutela. quod obſervatione dignum. *G. Scioppius.*

2. *Tibur*] *Cúrve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur.* Propert. *Scioppius.*

3. *celeri Deo*] *Celer deus* eſt Mercurius: tardus eſt Volcanus, quem Catullus tardipedem vocat. *Sciopp.*

4. *Ennæa*] *Enna* civitas in Sicilia. ubi Cereris templum. *Idem Scioppius.* Stephanus de Vrbibus, Ἔννα, πόλις σικελίας, κτίσμα συρακοσίων, μεταξὺ τοῦ ἐπὶ συρακοσῶν. ὁ πολίτης συναῖος, καὶ συναία. Semper apud Iul. Firmicum *Henna* legitur, non *Enna*: & malè apud Sidonium *Æmna*, per *Æ.* Fr. Lindenbrog.

5. *frequentant*] *Frequentare Deum* pro *colere. Sic* infra Carm. 15 ait Priapus:

Vere roſa, autumno pomis, æſtate frequenter
Spicis. --- Sciopp.

6. *Raptam*] Proſerpinam à Plutone. *Idem.*

7. *Cyzicos*] V. Dial. XIX Lil. Gyraldi. *S. A. Gabbema.*

8. *Quod ſim*] *Quod* pro *quamvis.* Scioppius.

9. *perforare poſſum*] *Perforare* id eſt, *pædicare.* Plaut. *inforare* dicit Curcul. ſcen. 1 act. 3.

Licetne inforare, ſi incomitiare non licet.

Scioppius *perforare*, τὸ περαίνειν. Nam flagitioſum verbum fuiſſe docemur ex Plauto: *Me quidem hercle non inforabis.* Tarentini, & Syracuſani, ut alibi annotavimus, hoc μυλλεῖν vocabant, hoc eſt *fuere.* Vnde *mullare*, τὸ ηττᾶσθαι. & *mullei*, calcei. *I. Scaliger.*

10. *Immanem*] Vos, qui ſæpem condenſatis, ne fures intrare poſſint, immanem ſtomachum mihi facitis, id eſt, indignari & iraſci me facitis. *Scioppius.*

1. *Hoc*

Qui denſam facitis ſubinde ſepem,
Et fures prohibetis huc adire.
[1] *Hoc eſt lædere, dum juvatis; hoc eſt*
Non admittere ad aucupem volucres.
Obſtructa eſt via: nec licet [2] *jacenti*
[3] *Lactura natis expiare culpam.*
Ergo qui prius uſque & [4] *uſque & uſque*
Furum [5] *ſcindere podices ſolebam,*
Per noctes aliquot, dieſque ceſſo:
Pœnas do quoque, quod ſatis, ſuperque eſt,
[6] *In ſemenque abeo,* [7] *ſalaxque quondam*
Non vitam perago. quis hoc putaret,
[8] *Vt luſu citharœdus abſtineret?*
At vos ne peream ſitu ſenili,
Quæſo deſinite eſſe diligentes,
Neve [9] *imponite fibulam Priapo.*

LXXIX.

1. *Hoc eſt lædere dum juvatis*] Ovidius Triſtium lib. 1.

Tantùm ne noceas, dum vis prodeſſe, memento. Fr. Lindenbrog.

2. *jacenti*] Non licet furi furari, & propter furtum humi procumbere & pœnas luere impudicatis natibûs. *Ga. Scioppius.*

3. *Lactura natis*] Hunc ego verſum, tamquam proverbialem de pueris, qui in ſcholis virgis cæduntur, frequentare ſoleo. Non multum abhorret phraſis Palmerii: *Hæc mihi res in ſtudo nates abſtuliſſet.* Scioppius.

4. *uſque & uſque*] Id eſt *continuè*, ſine refrigeratione & protelo quaſi. *Sciopp.*

5. *ſcindere*] Oſcœnum, pro impudicare. ſup. c. LIV.

Qui medium D volt ſcindere, pictus erit.

Virg. in Catal. in Lucium quemdam:

Videbo habentem prater ignavos nihil
Fratres, & iratum Iovem,
Sciſſumque ventrem, & hernioſi patrui
Pedes inedià turgidos. Idem.

6. *In ſemenque abeo*] ſemen ſponte mihi fluit. *Idem.*

7. *ſalaxque q. N. v. p.*] Græciſmus eſt. hoc eſt: non perago eſſe ſalax. Ariſtophanes σφιζιν. σὺ γὰρ ἐλαίου φησὶν ἐπαιρθεὶς. hoc eſt, φησὶν ὁ παλαιὸς ἐπαιρθῆναι. Ergo ſalax quondam non vitam *perago*, eſt, πάλαι ἀφῆ παυλος λαγνοδοιδρος ὢν νῦν ἀφιλαῶ. ὁ πάλαι πάνυ ζωθσιαστικὸς, ὁ ἀφῆ παυτὸς τοῦτο ποιῶν τελούτῶ. Et ita Perſius:

Varro reguſtatum digitô terebrare ſalillum.

Contentus perages. — I. Scaliger.

8. *Vt luſu*] Proverb. ut ego non facerem, quod mei erat officii, fures, ſcil. perforare. Simile proverbium eſt illud Catulli:

Ipſa olera olla legit.

quaſi ab oleribus legendis dicta ſit. *Scioppius.* Videtur proverbium fuiſſe. *Abſtinerem* autem melius, quam *abſtineret*. Elegantius enim, ſi in ſe transferat proverbium. *Scaliger.*

9. *imponite fibulam*] Proverb. *Fibulares*

LXXIX. PRIAPVS.

[1] *At dii, deæque dentibus tuis escas*
Negent amicas cunnilinge vicine,
Per quem puella fortis ante, [2] *nec mendax,*
Et quæ solebat impigro celer passu

Ad

res duas conjugare solet. Eandem phrasin reperi apud Tertullianum de Monog. *Cur non potuerit post Apostolos idem spiritus supervenions ad deducendam disciplinam in omnem veritatem per gradus temporum supremam jam fibulam carni imponere.* Ergo proverbialiter dictum, est, de eo, quod veluti dissolutum adstringitur. cui contrarium est *laxare fibulam.* Idem de Corona militis. *Caussatio ejusmodi, ut etiam voluntarius delicto fibulam laxet.* id est, fenestram quasi aperiat & ansam det delictis. Sic Seneca referente Lactantio lib. I, c. XVI. *Quid ergo est quare apud poëtas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Virum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? An impetravit jus trium liberorum?* Dicit ergo Priapus villicos, quando hortum adeò condensis sæpibûs mœniunt, fibulam sibi imponere, id est, viam ad stupandos fures obstruere. *Scioppius.* Vt hoc addam. Cytharœdos moris erat infibulari, tum quæstus tum vocis gratiâ. Infibulandi rationem monstravit Corn. Celsus lib. VII, c. XXV. qui hoc quidem sæpius inter supervacua, quam inter necessaria esse testatus est. cujusmodi erat quod insectatur Plin. lib. XXXIII, c. XII. *adhibitas argenteas fibulas mancipiis ad transitum virilitatis.* Iuvenal. Satyr. VI.

-- nullius fibula durat
Vocem vendentis Prætoribus. --- Vetus Glossator; *fibulam dicit circellos, quod Tragœdi sive Comœdi in pene habent.* Circelli hi aptiores fuere fibulis. & Menavinus refert lib. II, c. XI religiosos quosdam Turcarum, quos illi *Calender* vocant, hujusmodi annulis ferreis seu cuprinis, addo etiam argenteis, infibulare sese, ad aucupandam apud populares suos opinionem sanctitatis. Et fibulas, quæ apud Veget. lib. II, c. XV, & XXXI leguntur in Veterinaria, circellorum speciem præ se tulisse, multa faciunt ut credam. Nostræ sanè (Musicorum dico) thecam adnexam quandoque habuere, quæ nudorum virilia includeret. Martial. lib. XI Ep. LXXVI, lib. VII Ep. LXXXI. cujus vicem aliquando etiam supplevit aluta. idem l. VII & Ep. XXXIV. De vestiaria fibula hæc Prudentius Hym. Iejunant.

Rex ipse Coos æstuantem murices
Lanam revulsa dissipabat fibulâ.

Quem imitatus est Alcimus Avitus lib. IV, c. XII. revellebatur autem acus quæ vocabatur, & meminit Trebellius. Pollio. Claud. *fibulas argenteas inauratas duas. Fibulam auream cum acu cuprea unam.* de eadem fibula Chrysologus Serm. 91. qui Iohannem Baptistam vocat legis & gratiæ fibulam, *quæ diploidem summi sacerdotis sancto patri jungebat in pectore.* Harum apud Cæsares is numerus fuit, ut inter palatina ministeria legatur alicubi Præpositus A FIBVLIS. *L. Pignorius.*

1. *At dii*] Indignatur quòd vicinus *Landacen* ita laxam reddiderat, ut ægrè jam præ hiatu & voragine incedat, & ita Priapum non invisere cogatur. *Ga. Scioppius.*

2. *nec mendax*] Quæ & poterat Priapi ruentis in Venerem tolerare pondus, & si promisisset, sedulò præstabat. *Idem.*

1. *Labda-*

Ad nos venire : nunc misella [1] *Labdace*
Vix posse jurat [2] *ambulare præ fossis.*

LXXX. AD PRIAPVM.

PRiape, quod sis [3] *fascino gravis tento,*
Quod exprobravit hic tibi suo versu
Poeta noster : erubescere hoc noli.
Non es Poeta [4] *fascinosior nostro.*

LXXXI. AD PRIAPVM.

[5] *AT non longa satis non stat bene mentula crassa,*
Et quam [6] *si tractes, crescere posse putes.*

Me

1. *Labdace*] Scaliger: *Landace* L. *Labd.* ·e industria finxit nomen de ea, quæ ·εσβιάζει, hoc est, μολύνει τὸ στόμα. ·ictum à Labda litera, quæ prima ·st in λείχειν, vel λεσβιάζειν. Quia ·esbii ea infamiâ flagrarunt. Auson. ·uoque allusit :

Cui ipse linguam quum dedit suam, Labda est.

·ujuscemodi quoque detestandæ li·idinis homines *Labdas* vocat Varro ·argopoli περὶ ἀρχῆς :

Depsistis, dicite Labdæ ?
Victos contemnite vivi :
Anticipate, atque addite calcar.
Stultos contemnite docti.

·t Lesbii, ita Campani quoque ma·è de hac re audiebant. Auson.

Et quam Nolanis capitalis luxus inussit.

·ccirco Horatii locus ita exponendus:

Campanum in morbum, in faciem permulta locutus.

·d veteres Latini vocabant, *offendere ·uccam.* Varro Marcipore : *Deinde mit·it virile veretrum in frumen : offendit ·uccam Volumnio.* hoc est, μολύνει τὸ ·όμα. *Illudere ori* dixit Sueton. *Gabbe·ia :* V. Mercurial. lib. IV Var. lect. ·. XIII. & Not. in Petron.

2. *ambulare præ fossis*] Vt suprà :

Fossas inguinis ut teram. ---

·t in Iambo :

Voret profunda fossa lubricum caput.

laxam significat. & Iuvenalis :

Inter Socraticos notissima fossa Cinædos.

τὴν λακκόπρωκτον expressit. Nam λάκκος fossa. Pluraliter dixit *fossas :* quod, ut loquitur Ausonius, per utramque cavernam moleretur. Lysias orator : ἀντιόπη πόρνη ἡ ἀμφοῖν τᾶς ὀπᾶις τῇ μίξει χρωμένη. Sed quod Ausonius addidit, non contentam duabus illis fossîs, etiam ore abusam, hoc mordaciter ἐν τῷ κατὰ νεαίρας objicitur: ἀπὸ τριῶν ὀπῶν ἐργάζεσθαι τὴν ἐργασίαν. At de viro, qui, ut Heliogabalo dixit Lampridius, libidinem per omnia cava corporis exceptaret, dictum apud Ciceronem : *Si tu & adversus, & aversus impudicus es.* Quod de Agathocle Siculo jactatum fuit. hoc enim voluit, quisquis in eum dixit : πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν γενόμενος. *Scaliger. fossis.* Nimis argutatur Scaliger, qui puellam per utramque cavernam moli solitam putat, eò quòd *fossis*, non fossa dicat. Sed hoc nauci non est, suprà etiam 46 *fossas inguinis* pro muliebri dicit; nisi fortassis culum quoque inguen dici Scaliger probaverit. *Scioppius.*

3. *fascino*] Veretro virili. *Sciopp.*

4. *fascinosior*] *Sarcinosior.* Idem.

5. At

Me miserum [1] *cupidas fallit mensura puellas,*
Non habet hæc aliud mentula majus eo.
Vtilior Tydeûs, qui si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.
Sed potuit damno nobis novitasque, pudorque
Esse: repellendus sæpius iste mihi.

LXXXII. AD PRIAPVM.

[2] *DVm vivis, sperare decet: tu rustice custos*
Huc ades, & nervis tente Priape fave.

LXXXIII. AD PRIAPVM.

[3] *VIllicus ærari quondam, nunc cultor agelli,*
Hæc tibi Perspectus templa, Priape, dico.

Pro

5. *At non*] In hoc epigr. neque caput, neque pes apparet, quibusque coagmentandis Oedipi conjectore opus sit, qui Sphyngi interpres fuit. mihi hoc liquet, fragmenta diversorum esse, vel certè multa desiderari. *Scioppius. At non longa* Antiquæ editiones meliùs: *Vt non longa satis bene, non stat m. c.* Cui persimile Erycii poëtæ in Epigrammate ad Priapum:

ὡς βαρὺ τοῦτο πρίηπε, καὶ εὖ τετυλωμένον ὅπλον &c. *I. Scaliger.*

6. *si tractes*] *Tractare*, pro contrectare. & docet Dousa in Præcid. ad Petr. rem istam crescere & grandire, si tractatrix accedat. *Gabbema. Tractare membrum*, pro *contrectare*. sic Plaut. Asin. *papillam pertractare.* Petron. *Improba manu tractare:* Martial. *percurrit agili corpus arte tractatrix.* intelligit ministram, quæ manu membra leviter fricabat. Senec. *quid ni ego feliciorem putem Mutium, qui sic tentavit ignem, quàm si manum illam tractari præstitisset.* Ga. Scioppius.

1. *cupidas fallit m.*] Hoc est, præ nimia cupidine non vident partis meæ mensuram, satis alioqui grandem. *Gabbema. mensura.* Accedunt me, quem putant adeò luculenta vasa habere: sed ipsis tamen non satìs grandia sunt. *Scioppius.*

2. *Dum vivis*] Non dubito quin ex Satyrico Petronii Menippeo hoc epigramma acceptum fuerit. Nam alia ad hujus intelligentiam opus sunt, quæ, ut verisimile est, in prosa sua tractabat Petronius. *Scaliger.* Quod & adprobat Gonsalius in Comment. ad Petron. quem vide. *Gabbema.* Putat Scaliger esse ex Satyrico Petronii: cùm alia ad hujus intelligentiam requirantur, quæ ipse fortassis in prosa tractaverit. Ego putem in pervigilio Priapi, de quo Quartilla. *Et vobis dormire in mentem est, cùm sciatis Priapi genio pervigilium deberi?* &c. recitatum fuisse. *Scioppius.* Id verò negavit Erhardus suprà in Satyrico.

3. *Villicus*] Quidam nomine *Perspectus*, qui ærarii dominici primùm custos, hoc est dispensator, postea rusticationi operam dabat, hoc epigramma fecit Priapo. Quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inveniri, & alii in editionibus suis ad-

Pro quibus [1] officiis si fas est sancte paciscor,
Assiduus custos ruris ut esse velis:
[2] Improbus ut si quis nostrum violarit agellum:
[3] Hunc tu; sed taceo. scis puto, quod sequitur.

LXXXIV. Albii Tibulli de inertia inguinis AD PRIAPVM.

[4] QVid hoc novi est? quid ira nuntiat Deûm?
[5] Silente nocte candidus mihi puer

Tepen-

dmonuerunt, & nos inter opera Tiulliana in optima scheda reperimus. Dicunt tamen nonnulli repertum in gro Patavino, literis vetustate penè onsumptîs. Quod tamen non imedit, quin Tibulli esse possit. Prinus versus diversè concipitur in edionibus. nam aliæ,

Ærari quondam custos, nunc cultor agelli. aliæ,
Rusticus ærarii quondam, nunc rusticus horti. aliæ,
Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

Et hæc ultima vera lectio. *Villicus* nim est custos. Iuvenalis:

Pegasus attonitæ positus modò villicus urbi. I. Scaliger. *Villicum* veteres non de solo villæ præfecto usurarunt, sed quemvis præpositum aut rocuratorem, dispensatoremque ita ocarunt. Tibullus ærarii præfectum illicum dixit, hoc epigrammate: *Villicus ærarii*, &c. In antiquis lapidibus illicus alimentorum, est qui alibi diitur procurator alimentorum. VILL. AB. ALIM. Id est, villicus ab alinentis. Salmas. in Æl. Lampr. *S. A. Gabbema.*

1. *officiis si fas e. sancte*] Observa, *fficium* dici quando Deo ædem sistimus, aliàs ferè *honores* vocare solemus. *si fas est.* Construe vel hoc modo. *Si fas est* te sanctum vocitari. vel sic: *si* modò *fas est* hominem cum Deo pacisci. vel ita: *si* modò *fas est* me id pacisci, cui jure debeas. *Sancte*, vide suprà ad Carm. 40. *G. Scioppius.*

2. *Improbus*] vide suprà ad finem Carm. 51. *Scioppius.*

3. *Hunc tu*] subaudi, *perfores.* Sciopp.

4. *Quid hoc novi est?*] In veteribus excusis Tibulli nomine editur hoc politissimum poëmatium: itemque in veteri membrana Tibulliana, quæ penes Cujacium erat. Totumque ex puris jambis constat; & sanè multùm spirat illam venustatem, quæ hodie percipitur in Elegiis illius suavissimi poëtæ. Quod ne cui mirum videatur, Tibullum Priapeja conscripsisse, jam puto satìs confirmari superiore Epigramm. Sed & clariùs Martial.

Quàm qui compositos metrô Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos. Scalig.

Intelligit ex hoc Epigrammate (Martial. sc.) Scaliger lascivi carminis fuisse auctorem Tibullum, quod ambigo, & ἀνέχον). *Ramirez.* Epigramma hoc, nisi Tibullo à doctis passim adsignatum viderem, suspicionem commovere poterat mihi, à Veronensi illo anteambulone ejus potiùs, quàm à poëta Romano hoc nostro lusum fuisse. Ita & lepores in eo & sales numerique omnes Catulliani, haud adumbrati herculè, verùm ad vivum expressi penitus graphicéque elucent. Quid multîs? pura puta Latina omnia, & quasi in melle sita, de verbis loquor. Etenim re ipsa nihil turpius, nihil flagitiosius. *Dousa P.*

5. *Silen-*

Tepente cum jaceret abditus ſinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners ſenile penis extulit caput.
[1] *Placet Priape? qui ſub arboris coma*
Soles ſacrum [2] *revincte pampino caput*
[3] *Ruber ſedere cum rubente faſcino.*

[1] *At*

5. *Silente nocte*] Virgil.
--- *Tacitæ per amica ſilentia lunæ.*
Catull.
Aut quum ſidera multa cùm tacet nox.
Vnde etiam Conticinium dicitur. *Ga. Scioppius.*

1. *Placet Priape?* &c.] Credo eſſe querimoniam poëtæ cum Priapo, de inſolito ſiculæ ſuæ languore, vel potiùs (cum Petronio dicam) nervorum paralyſi jocosè expoſtulantis. quaſi diceret: Quantum mutatus ab illo Hectore, qui corona pampineâ caput redimitus, ruberque & valens cum indomito ac rubente faſcino ſub arborum umbris ſedere continenter es ſolitus! hoccine, ô Priape, placet vel æquum videtur tibi, ut, quo propitio adeò uſquè adhuc, atque ex libidine ipſius mea uſus ſum ſemper, nunc, quum vel maximè uſus erat, partem mei, hoc eſt, rem communem indigniſſimè, alieniſſimoque tempore mollis, debilis, fractus repente deſereres, ac deſtitueres, quaſi caballus in clivo? Hoc de re merui, inquam, ut in primis ætatis fretis juvenanti, ſenectæ, & extremæ laſſitudinem imponeres mihi? *Douſa P. Placet Priape.* q. d. Itane tandem Priape agier mecum oportuit? ſup. Car. 50.
Quædam, ſi placet hoc tibi, Priape,
Ficoſiſſima me puella ludit.
Vtebantur autem hac loquendi formula, ut docet Muretus, cùm in manifeſto peccato aliquem prehenderant, ita ut ne ipſe quidem factum ſuum defendere poſſe videbatur. Sic Thais Terentiana deprehenſum Chæream leviter objurgat: *Satin hoc tibi placet?* Vtitur eadem & Cicero ad Atticum. *ſub arboris coma.* Accipio de pertica, quæ in capite Priapo ponebatur. *Sciopp. Placet Priape?* Itane Priape? Elegans loquendi modus: ut in illa expoſtulatione, *Placet hoc ergo? & leges diligentiſſimæ pudorii cuſtodes decumas uxoribus dari, quanta meretricibus, jubent?* Græcis eſt, ἀληθὲς· Ariſtophanes, ἀληθὲς ὦ πίτριπτε; Martialis:
Hoc Labulle verum eſt? I. Scaliger.

2. *revincte*] Ita non rarò veteres loquuntur. Tibull. ad Bacchum:
Huc venias hodierne, tibi dum thuris honores,
Libáque Mopſopio dulcia melle feram.
hodiernus enim dicendum erat. Albinovanus in Epicedio Mecænatis:
Impiger Alcide, multo defuncte labore
Te memorant curas ſic poſuiſſe tuas.
Nam dicendum erat *defunctum.* Plautus Curculione:
Haud malè meditate malè locutus es.
Theocritus: ὄλβιε κῶρε γένοιο.-- Debuit enim ὄλβιος. Perſius:
Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis,
Cenſoremque tuum vel quod trabeate ſalutas. Auſonius:
Diſtinctas internè vias mirere domorum.
hoc eſt, *internus.* Propertius: *Sic mihi te referas levis.* Nam *levem* dicere debuit. *Scaliger.*

3. *Ruber*, &c.] Petronius dixit, *ſcorteum faſcinum*, id eſt, rubrum penem coriaceum, ut Suidas exſertim tradit voce φαλλοί. Indubiè eum in modum

[1] *At ô Tripalle sæpe floribus novis*
Tuas [2] *sine arte deligavimus comas:*
[3] *Abegimusque voce sæpe, cum tibi*
Senexve corvus, impigerve graculus
Sacrum feriret [4] *ore corneo caput.*
Vale Priape: debeo tibi nihil.

Vale

modum effictum membrum illud, ut sic ad veritatem utcunque accederet. Nec aliter Priapi simulacra figurari consuevisse, indicio esse potest toties repetita ejus mentio. Catullus:

Sedet revinctus cum rubenti fascino.

suprà:

Rubro Priape furibus minare mutinô.

Confecti & ex varia materie varios in usus olim Phalli ex ligno, *ficu* potissimùm, *&c.* ut suprà ad Petronium *I. A. Gonsalius.*

1. *At ô Tripalle*] Scaliger: *At ô Priape.* In illa optima scheda liquidò exaratum erat: *At ô Tripalle.* hoc est, τρίφαλλε. Nam τρίφαλλος, & ἰθύφαλλος, cognomina Priapi. Quin & *Triphallus* περὶ ἀῤῥενότητος inscripta fuit Menippea Varronis. de generatione scilicet. licèt aliter vir doctissimus interpretatus sit. Ergo, *At ô Triphalle* reponendum est. In veteri Glossario: *Trepallos*, πρίαπος. Scioppius: Priapus revera tantùm hortorum Deus. *Phallus* quoque & *Ithyphallus* ac *Triphallus* dicitur. *ruber*, hîc & Præfat. *hortorum custos*, præfat. & c. 23: *membrosior æquô*, præfat. c. *rigidus deus*, 3 c. 45: *ligneus*, 5: *salax deus*, 13: *nudus*, 14: *sanctus*, 40, 83: *Ithyphallus*, c... *ligneus custos*, 63: *Triphallus*, 84: *rari nemoris custos.* 85. Tibullus:

At ô Triphalle sæpe floribus novis
Tuas sine arte deligavimus comas.

Nicephorus Callistus Ecclesiast. hist. lib. 14, c. 48. *Phalli verò & Ithyphalli, & obscœnitatis omnis domicilia apud illos quem non merentur risum? Quid Pan ipse & Priapus, qui præter naturam informi membro cum magna gratia colitur. Phallus* autem veretrum notat. Herodotus Phallophoros in Bacchi sacris fuisse scribit, hoc est, qui statuas gerebant cubitum longas cum veretris longis reliquum pæne corpus æquantibus. Phallis ex vitro, ebore, auro, serico & panno lineo mulieres usas, & hodiéque uti ad explendam libidinem, vel navem, ut ait Petronius, suam onerandam, Gyraldus refert. Quod enim idem Gyrald. *Fascinum* & *Mutonem* pro *Priapo* dictum existimat, fugit eum ratio, ut ex utriusque Synonymis & epithetis patet; adde c. 55.

2. *sine arte*] Id est, *diligenter.* 63, 87. Ga. Scioppius.

3. *Abegimusque*] Ille Horatianus Priapus, si sciens fallit, imprecatur sibi hæc: --- *merdisque coinquiner albis Corvorum.* ---- Iccirco μηνίσκοι imponebantur statuis, ne ab avibus conspurcarentur. Aristophanes avibûs:

Ἢν δὲ μὴ κρίνητε. Χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν
Ὥσπερ ἀνδριάντας. ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μηνὴν ἔχοι,
Ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μαλιστ' οὕτω δίκην
Δώσεσθ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Hi μηνίσκοι adhuc, hodieque in templis Christianorum imponuntur capitibus statuarum. Cujus tamen rei caussam ignorantes pictores, dum putant honoris caussâ imponi debere, non solùm non omnibus statuis imponunt: sed & imaginibus pictis adhibuerunt: quæ tamen illîs opus non habent, ut statuæ. *I. Scaliger.*

4. *ore corneo*] Harum avium rostra

Vale nefande [1] *destitutor inguinum,*
[2] *Iacebis inter arva* [3] *pallidus situ,*
Canisve sævus usque [4] *minget, aut tibi*
Aper fricabit oblitum latus luto.
Sceleste penis, [5] *ô cui meum malum*

Gravi,

cornea vocantur. Petron. de pica à fele devorata:

Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.

Corneum os, cornea labra, *pro* rostro. *Ga. Scioppius.*

1. *destitutor*] Quibus tu non faves, ut infrà Carm. 81, *quæ tu destituis & deseris.* G. Scioppius.

2. *Iacebis inter arva*] In Græcia projectis simulacris ita consultabant, ut ea scillîs herbîs impeterent. Theocritus Thalysiis:

Κὴν μὴ ταῦθ' ἕρδοις ὦ πὰν φίλε· μήτι τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε, καὶ ὤμους
Τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη.

Ita enim solebant exigere καθάρματα, καὶ φαρμακούς. Hipponax:

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κρόδῃσι, καὶ σκίλλαισιν, ὥστε φαρμακόν.

Scaliger. Scioppius ad antegressa, *Abegimusque voce:* Hodieque imaginibus μηνίσκους imponunt, quibus tamen ab avibus & pluviis nihil periculi est. In Græcia projectis simulacris ita insultabant, ut ea scillîs herbis peterent, & immingerent insuper. Vnde Priapus ille Horotianus lib. 1 Sat. 8.

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albîs
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius & fragilis Pedatia, furque Voranus.

3. *pallidus situ*] *Situ*, negligentia, incuria. *Scioppius.* Scaliger: *squallidus situ.* In membrana, --*pallidus situ.* Nam etiam *pallor* pro squallore, vel carie. Lucillius:

---*pallor, tineæ omnia cædunt.*

4. *minget*] In quibusdam schedis mediæ vetustatis, quas nobis amicus noster P. Pithœus commodavit, quæque habebant hoc solum Epigramma exaratum, ita legebatur iste, & alter versiculus:

Canisve sævus usque imminget, aut tibi
Fricabit oblitum latus aper lutosus.

Ex quibus depravatis hanc lectionem eruimus:

Canisve sævus usque minget, aut tibi
Aper fricabit oblitum latus luto.

Sed in alia longè melioris notæ scheda aliter concepta erat lectio:

Canisque sævas usque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.

Non magni negotii erit illa corrigere:

Canisque sæva, susque ligneo tibi, &c.

Horatianus ille Priapus sibi imprecatur:

---*in me veniat mictum atq; cacatum*
Quidquid corvorum est. --- Et apud Aristophanem de statua Lyci Herois, judiciorum præsidis loquitur φιλοδικος quidam: κ' οὐ μήποτε (οὗ παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω ὁμήδ' ἀποπαρδῶ. In contemptum immingebant in statuas vel deorum, vel magnatum. Iuvenal:

Effigiemque Deæ longis siphonibûs implent. Item:
Cujus ad effigiem tantùm non meiere fas est.

Vbi *tantùm non* est μονονουχί. *Scaliger.*

5. *ô cui meum malum Gr.* &c.] In scheda Pithœi nostri:

---*ô meum malum grav.*
Licet querare. --- Theocritus:

Ἔξω

Gravi, piaque lege noxiam lues!
Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit ullus: ingemente qui toro
Iuvante verſet arte mobilem natem.
Puella nec jocoſa te levi manu
Fovebit, apprimetve [1] *lubricum femur.*
[2] *Bidens amica Romuli ſenis memor*
Paratur: inter atra cujus inguina,
[3] *Vagaque pelle,* [4] *tectus inguinum gelu*
[5] *Araneoſus obſidet fores ſitus.*
Tibi hæc paratur: ut tuum ter, & quater

Voret

Ἔξω ἀπώχεο θᾶσσον ἐμὸν κακὸν, οὔ τυ ἀρέσκω.

Sed in illa altera optima ſcheda interjiciebatur verſiculus, qui & in quibuſdam excuſis reperitur:

Gravi, piaque lege noxiam lues.

Noxiam & *noxam* idem eſſe vult Servius in Virgilium. Et annotandum, quod hodie in Gallia jurgium vocatur *noiſe*, id à *noxia* detortum eſſe: quod aliquando notat jurgium, ac diſſidium. Petronius: *in mediam noxam perfertur.* Auſonius:

Sæpe in conjugiis fit noxia, ſi nimia eſt dos. I. Scaliger.

1. *lubricum f.*] Scaliger: *lucidum femur.* In iiſdem ſchedis P. Pithœi:

--- *lubricum femur.*

hoc eſt λεῖον. Martialis:

Dum puer es, redeas: dum vultus lubricus. --- Horatius:

Et vultus nimiùm lubricus aſpici.

Idem.

2. *Bidens amica*] Talem tibi amicam paro, quæ duos tantùm dentes habet, quæ Romuli vivi meminerit. *Scioppius. Bidentem amicam* vocitat, non quæ duos (id quod de ovibus dici ſolet) annos haberet modò, ſed quæ binos non ampliùs dentes in mortariolis, hoc eſt, in exarmatis ploxemi veteris gingivis ſuperſtites retinuiſſet ſibi. *Douſa P.*

3. *Vagaque pelle*] Scaliger: *Vacuaque pelle.* Legò, *Vagaque pelle.* Perſius:

Quum moroſa vagáque ſingultiet, &c.

Error indè natus, quòd illi imperiti librarii ſcripſerant, *vagaque puelle.* In altera peroptima membrana præcedebat hunc verſiculus iſte:

--- *Latet jacente pantice abditus ſpecu,* &c.

Ego nullo labore legò:

Latet jacente pantice abditus ſpecus.

De *panticibus* vide quid in Catalectis annotavimus. A *pantice*, vulgò ventrem vocamus *panciam.* Niſi ſit à pane, quaſi *paniciam:* quod facilè credo.

4. *tectus inguinum g.*] In optima membrana --- *tectus annuo gelu.* Perſiſtit in metaphora. ut de locis Septentrionalibus, aut montibus editiſſimis dicimus eos annua nive damnatos eſſe. Vt ſanè horum verſuum lepor, & elegantia, ſatis commendari à me non poſſit. *Scaliger.*

5. *Araneoſus*] Feſtivè quoque ejus barathri *fores araneoſum ſitum obſidere* cavillatur, quo loquendi genere uſus & Catullus, ubi inquit:

Vel penè languido ſenis, ſituque araneoſo.

Eódem referri etiam poterit non incommodè Martialis illud:

Et aranearum caſſibus pares mammas.

Douſa P.

Voret profunda fossa lubricum caput
Licebit æger, [1] *aut languentior cubes,*
Tereris usque, donec ah miser, miser
Triplexque, quadruplexque compleas specum.
Superbia ista proderit nihil: simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est iners pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille cum redibit aureus puer:
[2] *Simul sonanti senseris iter pede:*
Repente [3] *nervos excitet libidine*
Et inquietus inguina arrigat tumor:
[4] *Neque incitare cesset, usque dum mihi*
Venus jocosa molle [5] *ruperit latus.*

PRIA-

1. *aut languentior*] Legeram olim jamdudum, *æger, angue lentior.* quam conjecturam meam gaudeo confirmari manu scripta lectione, quæ extat in scheda illa optima. *Lentus* flexibilis, ut *lentum vimen*, & *lentare remum* Virgilio, κάμπτειν. *lenta membra.* γναπτὸς μελέεσσι. & pulchrè *angue lentiorem.* Talis enim anguis gradiens. & priùs Aristophanes accepit ὄφιν pro pudendo remisso [ac liquefacto, *Sciopp.*] in Concionatricibus:

Ἐκπέσοι ζῷ τὸ τέτμημ᾽
Τό, τ᾽ ἐπικλωντ᾽ ὀργὴν ἀποβάλοις
Βελοῦ μὴ ταυτὶ ὄφ᾽.
Καπὶ τ᾽ κλίνης ὄφιν δύ᾽ ἐρεῖς.

Nam nisi ἀλληγορικῶς accipias, refrixerit omnis lepos hujus sententiæ. *Scalig. angue lentior.* Respondet Græca versio, ἔκτονῶ τ᾽ ὄφις.

2. *simul*] pro *simulac.* Cic, Cæsar, Horat. hîc bis. *G. Sciopp.*

3. *nervos excitet*] Nervos ἀρχαϊκῶς, pro *nervus* recto casu. *Excitet* verò παθητικῶς. ut Varro, *mutat mare.* & Catullus,

--- tantum abhorret, ac mutat.

non *nutat*, ut in vulgatis. Item Gellius lib. 2, cap. 23. *quantum stupere, ac frigere, quantumque mutare à Menandro Cæcilius visus est.* At editiones hodiernæ perperam habent *nutare.* Hic verò *nervus excitet*, est γίνεται. At membrana illa fideliſſima habebat: *Rigente nervus excubet lubidine.* quæ vera est lectio. in excubiis sit. Sic vulgò Galli, *soit aux aguets.* Non potuit elegantiùs dici. *I. Scalig.*

4. *Neque incitare cesset*] Sciopius: *Nec i.c.* Et iste tumor semper me incitet, usque dum membra voluptatis meæ vi labefacta liquescant.

5. *ruperit latus*] *Rumpitur latus* cùm ampliùs operari non possumus, nec muliebria conferre arva. Vide suprà ad Carm. 25. *Sciopp.*

PRIAPEIVM

Albii Tibulli Equitis Romani,

Totidem Iambis puris Græce.

Ἔ α τί χρῆμα; τί λρέ☉ θεόσυτον;
Ἐ μοὶ μιτὰ ἄρτι πρῶτα παιδικῶν κόρ☉
Ἀ ὼρὶ νυκτὸς ἀγκὼς ἀμφεβάλπε☉
Φάλητ☉ ὦ ὢψ ἔρχομ ὀδόν. ὅσι ἄμοι
Ἀ κικις ἀντάειρε Ζυντονον κόρα.
Ἀ λληθες ὢ πρὶφ ὃς ἐν δρυος σκιᾶ
Ἐ ρυῤῥὸς ἐξέρυθρον ὑτρεπὴς πέ☉
Καθη, πυκασὶς ἀμπελοτρεφὲς κόρα;
Τρίφαλλε, σοὶ ὃ πῆ μῷ ἀνῆεμω φόβη
Ἐ ὅσται δυσκτένισα βοτρύχων τωλέκη.
Τόσ' αὐ σοδῶν ἐκυρον, εἴτε σοι πάλαι
Τρόχος κολοιὸς, εἴτε πέμπαλ☉ κόρηξ
Κάρα κόλαπτε χείλεσ' ἀγκυλοστομις.
Ἀ πέρρ, ᾗ γὸ ἐδὲν ὦ πεπονθαμῶν.
Ἀ πέρρ, ἀ πέρρ μοι πα Ξ πέυς πρωθές.
Χαιμαὶ ὁιφὴς ὃ, δυσπινὴς τε κείπεμ.
Κύων σ' ὀπιδίρ☉, ἢ βορ☉ρε
Ἐ ῆς καθυδρελέῖ σε σῦς ὀρεινόμι☉.
Ἀ πις ἀπισε φαλλ' ἐμὸς μέγας φθέγ-
γος,
Κακῶ, σάφ' ἴοδι, πίσεμ νόμω δίκιω.
Κλάοις ἂν. ὃ δέ Ζοι φίλε κόρε ποτὲ
Χάρις γένοιτ' ἂν, ὃς λυγισμὸν ὦ μάλα
Στρωφοῖτο λυσίπυγον ἐμμαλέστε☉.
Σὲ σ' ὅτε χαρσὶν ὁ φιλοσόδ☉ κόρη
Τεθαλψετ' ὃ χρῶ☉ συμκλακήσε☉.
Χαιμαιτύπη δὲ νωδὸς, ἡ παλαιγενὴς
Πάρες', ἐφ' ἧς γε δυθερᾶς διασφαγὲς
Παλισρόφοις ἑλικπὶ ὑπόδλν χιδαις
Ἀ ραχνίων πέφλιδε τξιπλοχῶν ῥάκη.
Ἰ δὲ πάρεισ' ἵν' ὡς σε τέρακις μάλα
Ἀ ὕσον αν βέρεθρον ἐγκόπη κόρα.
Καρηβαρὴς γένοι ἂν, ἕκτον☉ τ' ὄφις.
Ἀ πὰρ πυλωτξιδὴς γε φεῦ τέλαν τύ-
λαν
Ἐ πιτρεφὲς τέτρῳα τωλῃωνεῖς κύτ☉.
Γ' σέρρομ☉ σ' ἂν ἐκ ὑναιο λήμαι☉
Τότ' ἐν, ἐς ἰλιὼ ἢ ἀχαιὲς βυθος πεσών.
Τί σ'; ὃ φρένας σ' ἐφῖκε τ' ἀθυμίας;
Τοῦν αὖῶά μι κητεῖσεῖξεο.
Ὅταν ἡ κεῖν☉ ὦδε πως ἀφίξε'),
Ψόφος δὲ σ' ὢτ' ἀπαρτὶς ποδὸς βαλεῖ,
Στύοιτ' ἂν ὀρθόπεμν☉ ὀρχεων τὸν☉,
Τά, τ' ἄρρα τυμπωνισμὸς ἐμμηδὲς
σπόρε,
Λάβοι ἂν ἀσφάδαστις ὥστε μὴ καμεῖν,
Πελνὴ σε τέρμα λοιδῆφ δάμη κόπῳ.

LXXXV. M. Valerii Martialis AD PRIAPVM.

Non horti, neque palmitis beati, &c.
Sed [3] rari nemoris Priape cuſtos,

Ex

1. Ἔ α τί] Hæc Græca expreſſa ſunt ex priore editione, quæ correcta eſt ex ſcheda Pithœi noſtri. Quod quàm difficile, & arduum ſit, neminem puto ſcire, niſi eum, qui ſcit primùm, quid ſit jambis puris ſcribere; deinde, qui Græcè Latina reddere. dico Latina. Nam non omnium eſt Latinè loqui. *I. Scaliger.*

2. *Non horti*] Priapi non ſolùm in hortis, ſed & in vineis ſilviſque. *Sciopp.* Cujus editioni hoc Carmen huc tranſlatum debetur; Gabbem. non habet.

3. *rari*] In quo non denſæ, ſed raræ arbores. *G. Sciopp.*

Ex quo natus es, [1] *& potes renasci;*
Furaces moneo manus repellas.
Et silvam domini focis reserves.
Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

LXXXVI. PRIAPVS.

VEre rosa, autumno pomis, [2] *æstate frequentor*
Spicis: una mihi est [3] *horrida pestis hiems.*
Nam frigus metuo, & vereor ne ligneus ignem
[4] *Hac Deus ignaris præbeat agricolis.*

LXXXVII. C. Valerii Catulli PRIAPVS.

[5] *EGo hæc ego arte fabricata rustica,*
Ego arida, ô viator, ecce populus
Agellulum hunc, [6] *sinistra, tute quem vides,*
Herique villulam, hortulumque pauperis
[7] *Tuor,* [8] *malasque furis arceo manus.*

[1] *Mihi*

1. *& potes renasci*] Ergo hic Priapus truncus est non exstirpatus. *Ga. Scioppius.*

2. *æstate frequentor Spicis*] Priapo quoque, ut Cereri, corona è spicis imponebatur. Quare & Columella quando de eruca loquitur, eum *frugiferum* nominat:

Et quæ frugifero seritur vicina Priapo.

Scioppius.

3. *horrida pestis*] Qui purè Latinè locuti sunt *pestem* non dicunt morbum illum, sed *pestilentiam*. *Pestis* enim nihil est aliud, quàm *pernicies* & *exitium*. Virgil. 3 Georg.

Inachia Iuno pestem meditata juvencæ.

Et 9 Æneid.

Sed non auguriò potuit depellere pestem.
Mortem & exitium, 10 Æneid.

— Quid pestem evadere belli
Iuvit & Argolicos medium fugisse per ignes.

Pestem etiam pro *pœna* accipit 6 Æneid. *— nec funditus omnes*
Corporea excedunt pestes.

ait enim cor exerceri pœnis. *Sciopp.*

4. *Hac*] scil. *hieme*, ne ab agricolis igni tradar. *Idem.*

5. *Ego hæc*] Carmen hoc elegantissimè princeps nob. interpretatus est Romani decus eloquii Muretus, cujus quoque, non nostra, verba hic referre jam indè à principio profitemur. *Scioppius.* Catulli esse, hoc itemque sequens poëmatium & doctissimi jam viri admonuerunt, & mihi non invito persuadent. Cujus eò elegantia major est, quò difficilius fuit eam in jambis puris consequi posse, totidem Iambis puris. *Scalig.*

6. *sinistra*] E regione agelli ad sinistram sita. *Sciopp.*

7. *Tuor*] antiquè pro *tueor*. Fest. Lucret. lib. 1.

Nec

Mihi corolla picta Vere ponitur :
Mihi rubens arista sole fervido :
Mihi virente dulcis uva pampino :
Mihique glauca duro oliva frigore ;
Meis capella [2] delicata pascuis
In urbem [3] adulta lacte portat ubera :
Meisque pinguis agnus [4] ex ovilibus
[5] Gravem domum remittit ære dexteram,
[6] Tenerque, matre mugiente, vaccula
Deûm profundit ante templa sanguinem.

Proin

Nec calidos æstus tuimur. — Idem lib. IIII. — *dilutáque contra*
Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror.

Quem versum idem repetit lib. VI, ubi de lapide magnete loquitur. Turpill. Ped. *Tamen oculi longa intercapedine cupidè appetunt intui.* Pomponius Maccis geminis : *Incepi contui conspicio coleatam cuspidem.* Plaut. Asinar. *Ego illud argentum tam paratum scio esse filio, quàm me hunc scipionem contui.* Ibid. *Atque ipsum hercle adeò contuor.* S. A. Gabbema.

8. *malasq; manus*] Malæ manus furtificæ dicuntur. Tibull.

Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis,
Et modò nata mala vellere poma manu? Ga. Sciopius.

1. *Mihi corolla picta*] ist est multicolor, veluti constans è pluribus floribus. Hujus ferme generis est illud, quod supr. refertur Carm. XIIX, & Carm. I. Hunc morem Augustinus describit lib. VII, c. XXI de Civit. Dei. *In oppido Lavinio* unus Libero totus mensis tribuebatur, cujus diebûs omnes verbis flagitiosissimis utebantur, donec illud unum membrum, per forum transvectum esset; atque in loco suo quiesceret. cui membro inhonesto matrem familias honestissimam palàm *coronam necesse erat imponere.* Et paulò post : *Iam quod in Liberi sacris honesta matrona pudenda virilia coronabat spectante multitudine.* Hanc ipsam infrà vocat *coronationem virilium pudendorum.* Carol. Pascalius.

2. *delicata*] *Capella.* Sic Catullus: *Puella tenellulo delicatior hædô.* Sciopius.

3. *adulta*] Distenta. *Sciopp.*

4. *ex ovilibus*] Virgil. *ab ovilibus imbuet agnus.* Idem.

5. *Gravem domum*] Sic Virgil. Eccl. I.

Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat. Scioppius. Vlpianus tit. de Verb. Sign. *etiam aureos nummos æs dicimus.* Primùm enim, ut ibidem tradit Alciatus, pecunia ære cudi cœpta est. Indè factum; ut cujuscunque metalli pecunia nomine æris significaretur. Sanè & Græci χαλκὸν, id est, æs, pro quacunque pecunia accipiunt: unde ἀχαλκεῖ apud Lucillium Epigrammat. lib. II.

Ἑρμόδοτε, τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον, εἴ τις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινήτω, θεὶς τὸ χλανίδιον.
Hermodoti hoc dogma est, quisquis miser indiget ære,
Philosophi assumat pallia, dives erit.
Gabbema.

6. *Tenerque*] Veteribus nomina, quæ *er* syllabâ finiuntur, maximam partem communia fuerunt, non ea tamen, quæ generibûs variari non

Proin viator hunc Deum vereberis,
[1] *Manumque sorsum habebis* [2] *hoc tibi expedit.*
[3] *Parata namque crux, sine arte mentula.*
Velim pol, inquis: [4] *at pol ecce, villicus*
Venit; valente cui revulsa [5] *brachio*
Fit ista mentula apta clava dexteræ.

C. Valerii Catulli
PRIAPEIVM,
Totidem Iambis puris Græce redditum.

Ἐγὼ τέχνημα φαυλοτέκτονος χερὸς,
Ἐγὼ δὲ φιτρὸς ἀζαλὴς, ὁδοιπόρε,
Ἰδοῦ τὸ γήδιον τόδ' ἐξ ἀριστερᾶς,
Ἔπαυλιν ἀνδρὸς, ὄρχατον τ' ἐπισκόπου
Πένητος, ἐκ ἣ φωρὸς ἁρπαγὰς τρέπω.
Ἐμοὶ

possunt, *uber*, *celer*, & similia, sed alia quoque. Pauperem fœminam dicimus, cùm tamen pauperam cum Terentio dicere liceat, Cato 2 Orig. *Itaque res uber fuit antequam vastassent regiones:* Nævius de bello Punico,

Fames acer augescit hostibus. Ennius:
Æstatem auctumnus sequitur, post acer hiems hunc.

at utrobique *acris* dici poterat. pueram nonnumquam dicebant. Livius Odysseâ,

Mea puera quid verbi ex tuo ore profluit?

At puerum tamen utroque genere efferebant. Nævius:

Prima incedit Cereris Proserpina puer.

Ga. Scioppius.

1. *Manumque sorsum habebis*] Scioppius: *M. seorsum h.* Continebis, ne quid præripias. In *seorsum* est synæresis, qualis illa Virg.

Vna eademque viâ sanguisque animusque sequuntur.

Et Propertius:

Eosdem habuit secum quibus est elata capillos. *Sorsum*, pro seorsum hic accipiunt. Pet. Victorius Var. Lect. lib. XXV, c. XII; Scaliger in versione Græca, qui legit *sursum:* fures enim in sinu demissas habent manus, seu potiùs furtificam lævam. *Dousa F.*

2. *hoc tibit expedit*] Attici dicunt: καὶ γὰρ ἄξιον. Vnde Euripides Telephô, ἄξιον γὰρ ἑλλάδι. Quod in legationibus semper apponi, & concludi solebat. Sallust. in Iugurthino: *censere eos ab armis discedere. ita seque illisque dignum esse.* Vt in principiis edictorum dicebant, *Bonum factu' est.* I. Scaliger.

3. *Parata namque crux sine arte*] *Parata.* jam mea mentula, tamquam crucis supplicium te manet. *Sine arte.* Vid. ad Carm. 63. *Sciopp.* Secuti sumus lectionem Mureti nostri: *crux sine arte.* Proinde Græcè est redditum ἀσκέπαρνον. Ita enim vocant Græci non quidem quod omnino sine ascia factum est, sed rude, & impolitum. Columellæ *truncus, fortè dolatus*, αὐτοῦργος, αὐτοσχεδιαστός. Scaliger:

4. *at pol*] Repetitio ejusdem verbi valde inrisioni conveniens est. Est autem jocus elegans, sed obscœnus; cùm enim diceret viator, se nihil metuere, aut appetere etiam, usitatum illud supplicium, illudens Deus, longè alio eum, quàm putabat, modo acceptum iri respondet. *Ant. Muretus.*

5. *Brachium*] *valens.* Lucretius *brachia* dicit *validis excepta lacertis.* Sciopp.

1. *Hunc*

Ἐμοὶ μὲν ἦρ' ἄρηρεν ἄνθεμος πλόκος,
Ἐμοὶ δ' πυρσόφλοιος ἄσταχυς δέρει,
Ὁ πωρινῷ τε λαρὸς ἀμπέλου βότρυς,
Κακῷ τε χείματ' ὠμὸν ὄμφακος στέφος.
Χίμαιρ' ἐμοῖσιν ἴξαλος νομεύμασι
Πόλιν δ' ἀμολγὰς οὔθατ' εὐγλαγῆ φέρει.
Ἐμῶν ἀπ' ἀμνὸς εὐθαλὴς ἐπαύλεων
Δόμονδε βριθυκέρματον χέρ' εἰσάγει.
Τέρεινα πόρτις αἰνομήτιρος βοὸς
Χέει πρόναος αἱματοσφαγὲς λίβος
Θεοῖσι. Τόνδε τὸν θεὸν σέβου ξένε,
Χέρας δ' χωρὶς ἴσχε. σοὶ τόδ' ἀσφαλές.
Ἕτοιμος ἀσκέπαρνον αἰκία πέος.
Λέγοις, θέλοιμ' ἂν ἀλλ' ἰδοῦ προσέρχεται
Ἀγροῖκος οὗτος. ὧγ' ἀποσπαδὲς τόδε
Πέος τυλωτὸν ὅπλον ἐμπρέπει χερί.

LXXXVIII. Ejusdem PRIAPVS.

1 *HVnc ego juvenes locum, villulamque palustrem,*
Tectam vimine junceo, caricisque maniplis,
Quercus arida, rustica conformata securi,
Nunc tuor: magis, & magis ut beata quotannis.
Hujus nam domini colunt me, deumque salutant.
Pauperis tugurii pater, filiusque coloni.
Alter assidua colens diligentia, ut herba
Dumosa, asperaque à meo sit remota sacello:
Alter parva ferens manu semper munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
2 *Primitu, & tenera virens spica mollis arista:*

Luteæ

1. *Hunc ego*] Carminis genus hoc à Censorino Priapejum, Diomede Angelicum vocatum, cujus talis dimensio:

- ∪	- ∪ ∪	- ∪ ∪	- ∪	- ∪ ∪	- -
- -		- ∪ -	- -		- ∪

Neque heic spicilegium post Muretum relictum nobis est, tum & Carest, non minùs facile, quàm elegans men ei quidem qui superiora legerit. *Scioppius*, Hoc quoque Ithyphallicum Catulli esse placet doctis hominibus, tum propter styli adfinitatem, tum quòd eum tali Carmine lusisse auctor & Maurus Terentianus. Ithyphallicum quoque metrum a magistris Prjapejum vocari idem Grammaticus docet nos. quemadmodum & φαλλικὰ ᾄσματα (nam differunt ab Ithyphallicis) Priapo quoque canebantur. Scholiast. Aristophan. ἄσματα λέγεται φαλλικὰ τὰ ἐπὶ τῷ φαλλῷ ἀδόμενα μέλη· ἔστι δ' εἰς διόνυσον, ἢ εἰς ἄλλα καρπὸν. lege: ἢ ἄλλοτε εἰς πρίαπον. *Scaliger. ego.* Putabatur hic deus quibus in agris statueretur, colereturque eis fœcunditatem adferre. *Priapum* Orpheus deorum antiquissimum dicit esse: videturque eundem cum sole ac Baccho facere. Dictus autem πρίηπος vel quasi βριήπυος, id est clamosus, propter clamores, qui in Bacchi sacris excitabatur, vel quasi προιέμενος τὸ σπέρμα, ut adnotat interpres Theocriti. *Ant. Muretus.*

2. *Primitu*] Vel *primitus* antiquum adverbium, pro *primùm*, quale est apud

Luteæ violæ mihi, luteumque papaver,
Pallenteſque cucurbitæ, & ſuaveolentia mala,
Vva pampinea rubens educata ſub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi (' ſed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipeſque capella,
[2] *Pro queis omnia honoribus hæc neceſſe Priapo*
Præſtare, & domini hortulum vineamque tueri
Quare hinc, ô pueri, malas abſtinete rapinas.
[3] *Vicinus prope dives eſt, negligenſque Priapus*
Inde ſumite. ſemita hæc deinde vos feret ipſa.

Ejuſdem AD PRIAPVM.

HVnc lucum tibi dedico conſecroque, Priape,
Qua domus tua Lampſaci eſt, quaque ſylva Priape
Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, cæteris oſtreoſior oris.

pud Plautum *ſimitu* pro *ſimul*. Scioppius. *primitu*. Pro *primo*. Lucill. Sat. lib. v.

Vt cùm primitiùs ficus propola recentes
Protulit, ingenti pretiò dat primitu' paucas.

Varro lib. I de Re Ruſt. c. XXXI. *Igitur in vitiario primitus cùm exit vitis*, tota reſecari ſolet. & cap. XLVIII. Sic *ſimitu* pro ſimul apud Plautum. *S. A. Gabbema.*

1. *ſed tacebitis*] Quia legibûs XII Tabb. ſacra facere peregrinis diis, niſi qui publicè adſciti eſſent, non licebat. *Ga. Scioppius.*

2. *Pro queis honoribus*] *Honor* verbum eſt ſacrorum: quo ſenſu *officium* ſuprà accipiendum.

Pro quibus officiis, ſi fas eſt, Sancte, paciſcor. Virgilius:

Non ſine honore tuum patiar decus, ibit ad aras
Hircus, ſancte, tuas, pecoris pater ibit ad aras. Sciopp.

3. *Vicinus*] Indicat pueris agrum vicinum, unde commodiùs eripere aliquid poſſint, quòd & dominum divitem habeat, & negligentem Priapum. *Id.*

PRIAPEIORVM
FINIS.

VETE-

VETERVM QVORVNDAM POETARVM ERRONES VENERII.

Qui cum præmissis Priapeis V. P. Catalecta conficiunt, juxta edit. Lugdun. Frellonianam.

PERVIGILIVM VENERIS,

Q. CATVLLI VRBICARII existimatum.

DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS.

In Adagiis, Chiliadis I, *cent. ult.*

AMYCLAS PERDIDIT SILENTIVM.

INnuit adagium Virgilius Æneidos lib. x cùm ait, ---- *tacitis regnavit Amyclis*. Et ibi apud Servium Lucilius, *Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse*. Silius Italicus, ---- *Quasque evertêre silentia Amyclæ*. Meminit & Catullus, nisi fallit inscriptio, Carminis DE VERE, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliæ bibliotheca repertum, *Sic Amyclas, dum tacebant, perdidit silentium.*

LILIVS GREGORIVS GIRALDVS

Histor. Poëtar. lib. x.

ALdum Manutium memini dicere se Catulli poëma habere quod VER inscribitur. Idem & Erasmus fatetur: necdum tamen mihi videre contigit.

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CÆS. F.

Castigationibus in Catullum.

ID tantùm dicam: Vrbicarium & Mimographum poëtam huic nostro cognominem fuisse; cujus meminit Juvenalis. Et fortasse is fuit auctor Carminis DE VERE, ex quo hoc citat Erasmus: *Sic Amyclas*, &c.

IVSTVS

IVSTVS LIPSIVS

Elect. lib. I, *c.* V.

DUcti elegantiâ carminis, quidam Catullum Veronensem censuerunt: alii, in queîs Scaliger, Catullum Urbicarium poëtam, nominatum Juvenali: ---- *clamosum ageret cum phasma Catulli.* Neuter potest. nisi me fallit ratio temporum, quam subduxi non vanis conjecturîs. Natum enim comperior hoc carmen in imperio Augusti. Argumentô horum versuum:

Vnde Rhamnes & Quirites, proque prole posterum
Romoli, patrem crearet & nepotem Cæsarem.

Dico amplius post Virgilium vixit hic scriptor. &c. Sanè quisquis scriptor, non ambigo quin genitum hoc carmen extrema sub tempora Augusti. Ita Catulli illius germani non erit: quia ætate relinquitur: non illius minuti Urbicarii; quia anteit.

De Iudicio CASP. BARTHII, PETRI SCRIVERII *judicium.*

QUod Caspar Barthius lib. XVI, c. VI; & lib. XLIV, c. VI *Pervigilium* SENECÆ tribuat, mihi prorsus ridiculum videtur. Fides sit penes auctorem. Exemplar vetus, siquidem extet, videre equidem velim, & omnes sinus excutere. Testatur de universo hoc Carmine, se scriptum exemplar habere, ubi SENECÆ adscribitur expresse. Hæc ille uno loco: altero, hæsitantior de eodem Poëmatio loquitur. *Auctor Pervigilii Veneris*, inquit, *nec Catullus, nec Vrbicarius: fortè* SENECÆ.

GEORGIVS ERHARDVS.

P. Catullo Urbicario tribuit Scaliger ad Catullum. Primus edidit Petrus Pithœus. Notîs illustrarunt idem Pithœus, Justus Lipsius in Elect. & Ianus Dousa F.

CLAVDIVS SALMASIVS

ad Solinum, pag. 277.

AUctor Pervigilii Veneris, quem Catullum esse nullo judicio volunt eruditi, cùm sit mediæ ætatis, & Solino supparis:

Tum cruore ac superno, spumeo Portus globo, &c.

[1] PERVIGILIVM VENERIS,

Trochaico Metro:

SVNT VERO VERSVS XXII.

[*Hunc Titulum præfert MS. C.* CL. Salmasii]

Cras Amet, qui nunquam Amavit; quique Amavit, cras Amet.

VEr novum, ver jam canorum, [2] *vere natus Orbis est.*
Vere concordant amores, vere [3] *nubunt alites,*
Et nemus comam resolvit de maritis imbribus.
Cras amorum copulatrix [4] *inter umbras arborum*

Implicat

1. PERVIGILIUM] Non metum, non cum eruditissimo Cl. Salmasio sentit, qui hoc poëmatium Catullo Veronensi, vel etiam Vrbicario tribuit; aut ab alio scriptum putat, quàm ab eo qui ævo Solini, aut posteriore tempore vixit: adstipulantibus ipsis membranîs, ex quibus editum; & ratione stili, qui optimus & certissimus index, suffragante. Poëta quisquis est, seu Luxurius, seu Florus nescio quis, inæqualis & quibusdam locîs pæne talis, quales esse Cicero Cordubenses poëtas ait, pingue quiddam sonantes ac peregrinum. Equidem non satìs possum mirari summum virum Iustum Lipsium, aliàs prudentissimum & sagacissimum, carmen hoc non solùm *elegans* vocare, *sed quantivis pretii, molle, tenerum* V. C. P. Pythœo potiùs accedam, qui fragmenta hæc sanè antiqua, sive Catulli, sive alterius sit, medicorum pueris commendat, desumpta ex vetustissimo & fidei multæ exemplari, in quo non longo intervallô præcedat Epithalamium Q. Valerii Catulli: cujus esse, vel Senecæ denique (quod Caspari Barthio, aut nescio cui librario in mentem venit) si existimem:

Πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόου δέ μοι οὐκ ἐνὶ κόκκος.

Cæterùm viderint docti, quomodo explicaturi sint, quòd librarius codicis Salmasiani viginti tantùm duos versus adnumeret huic poëmati. Si versum intercalarem hunc,

Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.

vicies & bis iteratum intelligit, potior pars hujus carminis periit. Aut dicendum est, aliquoties omissum istum intercalarem, cùm tantùm hîc, undecies repetatur. Quid si pro XXII, scribendum sit XCII; & Auctor, sive librarius potiùs, voluerit indicare toto hoc Carmine tot versus contineri. Hoc verum est, si unum supernumerarium excipias, in capite extra ordinem reliquorum positum:

Cras amet, &c.

Sic ut initium Poëmatis fuerit,

Ver novum, ver jam canorum, &c.

Vnde Magno Erasmo, Aldo Manutio, & Lilio Giraldo persuasum inscriptum fuisse, Carmen DE VERE. quem errorem etiam alii post errarunt. Lipsio nullum dubium est, quin principiô Carminis multa desint, & post versum decimum, aut undecimum,

Fecit

Implicat casas virentes [5] *de flagello myrteo.*
Cras [6] *Dione jura dicit* [7] *fulta sublimi throno.*

Cras

Fecit undantem Dionem de maritis imbribus.

deesse censet minimum senos aut septenos versus: quod appareat, inquit, versu intercalari præproperè posito. Pythœus ad vers. XIX. *In pudorem florulenta*, &c. annotavit non abs re hæc & alia quædam in hoc Carmine confusa, nec suo locò posita videri. Mihi prorsus idem videtur, & non pauca desiderari in hoc poëmate. Non tamen id colligo ex versu intercalari præproperè, quod censet vir clarissimus, posito. Nam non semper versus intercalaris interjicitur aut subjicitur versibus pari numerò, sed diversò, pro re nata. Interdum post duos, tres, quatuor, & quinque: interdum post plures. Quod cum alibi, tum ex Virgilii Ecloga octava, & Catulli Epithalamiis liquet. *P. Scriverius. Pervigilium.* Vetus Glossarium: *Pervigilium*, Παννυχισμὸς, καὶ ὁ ὅλης νυκτὸς ἀγρυπνία, *Pervigilatio*, Παννυχίς. *Pervigilat*, Παννυχίζει. & alterum: Παννυχὶς, *hoc excubium*, *pervigilium*. Debebatur Veneri, quam Plautus facetè *Noctuvigilam* appellavit, triduanum; ut est inf. vers. XLI. Vide Ian. Guiljelmium in Curcul. Plauti c. III. *I. Weitzius.*

2. *vere natus orbis est*] Orbem vere natum fuisse vult, quod hausit è Virgilio, Georg. lib. II, vers. CCC XXXVI. *Salmasius.* Panegyrist. ad Maximianum: *Divinus ille vestræ Majestatis ortus ipso, quo illuxit, auspicio Veris illustrior, augustiore fulgens luminis claritate, quàm cùm origine mundi nascentis animavit.* Et statim: *O felix beatumque Ver novo partu! ô tempus, quo meritò omnia nata esse credantur.* Vide inibi alios quoque: & plura de controversia: *Num in Vere mundus creatus*, apud Rodolph. Hospinianum de origine Festorum Iudæorum & Ethnicorum, pag. 5. Eliam Cüchlerum in problemate, *Verêne an Autumnô Mundus sit conditus*; Scaligerum de Emendatione temporum; Bernardum Casellium de Mundi creatione. *Weitzius.* Pulcherrimam verni temporis descriptionem ex anthologia Græca exhibet in Comm. ad lib. I Halieut. Oppian. Conr. Rittershusius. Et nonne probabile est, ait Lipsius, amœnissimo, & maxime vegetabili tempore, cuncta cœpisse? cùm & animantes pleræque fœtificant, & aliæ naturæ partes concipiunt aut parturiunt, *οὐλόγως* dicamus, & ipsam totam peperisse. At sunt tamen qui fortiter obnuant, Hebræorum auctoritatè confisi, quibus principium anni in Autumno fuit: Ergo & Mundi. Extat Hadriani Iunii V. C. erudita disceptatio cum sacrificio quodam, *Quo anni tempore conditus sit mundus.* Animadvers. lib. III, c. VIII. *P. Scriverius.*

3. *nubunt alites*] Συμφυτεύζουσιν, ἢ ἀφροδισιάζουσι. Ioh. Isaacus Pontanus in Macrob. lib. VII, c. XVI legit, *pubent*, hoc est vernant. Dracontius in Hexaëmero, vers. CXLIV.

Pennigerum vernare nemus vapor urget in usus
Pignoris. --- S. A. Gabbema.

4. *Inter umbras arborum*] Mater enim amorum circumfusa umbræ nebulâ oberrare solet. Favetque furtis Veneris umbra: pavidos alioquin amatores confirmat, & velo suo involvit. *Io. à Wouweren.*

5. *de flagello*] Onomast. *Flagella*, βλαστοὶ. Isidor. lib. XVII, c. V. *Summitates vitium & fruticum, flagella nuncupantur, eò quod flatu agitentur.* & ib. c. VI. Dracont. V, lv. *Vitis verberat* &c. *Gabbema.*

6. *Dione*] Mater Veneris. Hic pro ipsa Venere. Natal. Comes lib. IV, c. XIII. Phornut. de nat. Deor. pag. CLXII.

Cras amet, &c.
Tunc cruore de superno, [1] *spumeo Pontus globo,*
[2] *Cœrulas inter catervas, inter &* [3] *bipedes equos,*
[4] *Fecit undantem Dionem* [5] *de maritis imbribus.*
Cras amet, &c.
Ipsa gemmis [6] *purpurantem pingit annum floribus.*

[1] *Ipsa*

CLXII. Et quoties *Dione* pro Venere? Scaliger in Sen. Med. v. DCLXI. *Weitzius.*

7. *fulta sublimi throno*] Hinc ποικιλόθρονον vocat Ἀφροδίτην Sappho. quamvis id vel de variegata & florida Veneris veste accipi possit, argumentô illius Homerici Iliad. x. ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε: vel de variis pharmacis, quæ mortalibus propinat Venus, *curis hominum gaudia miscens*, ut Catullus loquitur. Nam cum πολύθρονος dicatur multa habens θρόνα seu pharmaca, ejusdem vocabuli vim ad ποικιλόθρονον etiam extendi posse ratio suadet. *Dousa F.*

1. *spumeo Pontus globo*] Sic Gabbema in textu. in exegesi, *s. ponti è globo.* subjungens: Venus ex mari concepta dicitur, quoniam ex humecta natura consurgit coëundi aviditas. Hinc & *salax* dictus homo Venerius & libidinosus, à salo. Sanè Venus Ἀφροδίτη dicta, quòd è maris spuma sit nata, juxta Hesiodum. Et rationem assignat Ioach. Camerarius senior Ὑπόν. decur. I, c. IV. Aristoteles tamen lib. II de Generat. animal. ita vocatam Venerem tradit, quòd seminis natura sit ἀφρώδης, id est, spumosa. Vide Notas ad Dracont. v. CCLXXVI; & ad Musæum vers. cc. XLIX: *& uberiores notas in Pervigil.* Aliam tamen ab istis rationem assignat ὁ θαυμάσιος, Heinsius, qui in Aristarcho seu Exercit. sacrar. cap. I Ἀφροδίτην dictam asserit, quòd Luciferum aut Venerem stellam, maris undâ, ut poëta loquitur, perfusam manè salutaret. Vnde & *Frutinal* Romanis, ut & *Fruti*, quæ est ipsa Aphrodite. *Weitzius.*

2. *Cœrulas inter catervas*] Nereides. Hippol. Senec. *Cœrulus grex Nereidum.* S. A. Gabbema.

3. *bipedes equos*] An ita appellat, quia pectoribûs tenus molles eriguntur in auras? ut loquitur de Tauro Ovidius XV Met. v. DXII; Virg. IV Georg. v. CCCLXXXIIX. de Proteo,

--- magnum qui piscibus æquor,
Et juncto bipedum curru metitur equorum.

Turnebo lib. XXVI, c. XXIII, *Neptunii equi*, hippocampi, qui priores pedes habent, posterioribûs carent, sed pontum legunt & natant. Stat. I Achilleid.

Ponè natant, delentque pedum vestigia caudâ. Weitzius.

4. *Fecit*] *Fecit*, pro creavit. Sic infrà de Rosa, *Facta de cruore.* Idiotismus illius ævi. Sic apud Scholiast. Iuvenalis, *si tres liberos fecerit*, pro procreaverit. *Cl. Salmasius.*

5. *de maritis imbribus*] *Maritos imbres* appellat Spumam & Cruorem, sanè quàm eleganter. *I. Lipsius.*

6. *purpurantem pingit annum*] Apud Apulejum lib. VI in Nupt. Cupidinis & Psyches, *Horæ*, dicuntur, *rosis & cæteris floribûs purpurare omnia.* Et lib. X. Quòd Ver in ipso ortu jam gemmulis floridis depingeret, & jam purpureo nitore prata vestiret. *Ver* autem *pictor mundi* non temere cuidam veterum appellatur: tanquam de Apelle, aut acupictore Phrygione sermo esset, qui colorum varietate multijuga suam illustrant & distinguunt picturam. *Weitzius.*

1. *Ipsa*

' *Ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu*

Vrget

1. *Ipsa surgentes*, &c.] Dicit auctor, *rosas*, surgentes de Favonii spiritu Venerem ursisse maritis suis imbribus, in hunc aut illum usum. *Papillæ* sunt rosarum alabastri, & prima germina. de quibus ubertim infrá. Nullum mihi dubium pro *notos*, *nudos* legendum. Vt nudos Penates dicat hiberno tempore destitutos floribus ac coronis; redimendosque vernis & novis. *Rosarum* usus in cubiculis averruncandæ vertigini. Plinius Natur. Hist. lib. XX, c. XIV. *Ad recreandos defectos animo dignior è pulegio corona Varroni, quam è rosis, cubiculis nostris pronuntiata est.* De corona rosacea discumbentium & potantium, pleni poëtarum libri, Martialis & veterum epigrammatum Anthologia. Idem magnus auctor lib. XXI, c. III, postquam meminisset *coronæ rosaceæ*, subdit: *Et jam tum coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum, privatorumque; ac sepulcrorum & Manium: summaque auctoritas pactili coronæ. Sutiles aliorum sacris invenimus, & sollemnes cœnis. Transiere deinde ad Rosaria*, &c. Vide eundem capite sequenti, quod est de rosarum coronis. *Rosa nascitur & germinat inclusa granoso cortice, quo intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit, in calycis medio sui stantes complexa luteos apices. Usus ejus in coronis propè nimius est.* Plinianos hos *alabastros* noster auctor designat per *surgentes papillas*. nam *surgentes*, omnimodis retinendum, i. e. nascentes, germinantes, crescentes. sic *surgere messem* Maro 1 Georg. & optimi quique auctores i. e. crescere. De *papillis* neminem morari debet. B. Hieronymus Epist. XXVI ad Pammachium, Consol. super obitu Paulinæ uxoris: *Quis parturientem rosam, & papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & rota rubentium foliorum pandatur ambitio, immaturè demessum, aquis oculis marcescere videat?* Quem Plinius *alabastrum* dicit *papillatum corymbum* vir sanctus. Etsi corymbus racemi species sit, hederaceo similis: hic tamen corymbum vocat rosæ nondum apertæ fastigiatum mucronem. Vetus Epigramma ex Codice Salmasii: De Rosis.

O quales ego manè Rosas procedere vidi!
Nascebantur adhuc: neque erat par omnibus ætas.
Prima papillatos ducebat nata *corymbos;*
Altera puniceos apices umbone levabat;
Tertia non totum calathi patefecerat orbem;
Quarta simul nituit mutato tegmine floris,
Dum levat una caput, dumque explicat altera nodum,
Huic dum virgineus pudor exsinuatur amictu.
Ne pereant, lege manè rosam; citò virgo senescit.

Ex eodem codice & hoc, & quidem nomine Flori.

Venerunt aliquando Rosæ, proh, Veris amœni
Ingenium! una dies ostendit spicula florum,
Altera pyramidas, nodo majore tumentes;
Tertia jam calathos: totum lux quarta peregit
Floris opus. Pereunt hodie, nisi manè legantur.

Auctores ii cum Hieronymo & Ausonio Rosam in vasculum explicitam, *calathum* vocant, à similitudine. quæ mox foliis in ambitum læte lateque expansis, imminere prænuntiat casum suum, ostentans brevis ævi florem. Lusit & hoc argumento Ausonius, in Rosas. *Papilla* igitur alabastrus, rosæ calyx nondum dehiscens & patens, convolutis foliorum paniculis connivens. Epigrammata superiora *nodum* vocant: & Germani hodieque, tam superiores quam inferio-

[1] *Vrget in notos penates.* [2] *ipsa roris lucidi,*
Noctis aura quem relinquit, spargit humentes aquas:
[3] *Lacrymæ micant trementes* [4] *de caduco pondere;*
Gutta præceps orbe parvo sustinet casus suos;
[5] *In pudorem florulentæ prodiderunt purpuræ.*
[6] *Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus,*
[7] *Mane virgines papillas solvit humenti* [8] *peplo.*

Ipsa

feriores, *Rosenknoffiin*, & *Rosenknopken*. P. Scriverius.

1. *Vrget*] Propellit, effundit in folia. Hoc Maro *trudere* dixit II Georg. *Sed trudit gemmas & frondes explicat omnes.* De avibus vernantibus Dracontius paulò antè; *vapor urget in usus Pignoris.* Idem.

2. *ipsa roris lucidi*, &c.] Ex eo rore, inquit, quem noctis aura relinquit spargit aquas. Sæpe sanè noctis aura omnem humorem roremque exugit & exsorbet, præcipuè si sit vehementior. Vbi minima est aura nocturna, tum solet esse manè maxima roris copia. *Cl. Salmasius.*

3. *Lacrymæ*] Pulcrâ tralatione *roris guttas* nuncupat lacrumas. apud Achill. Tatium lib. VI. τὸ τῶν δακρύων πιαίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν πορφύρεσθαι, καὶ εἶναι ὅμοιον, τὸ μὲν ἰῷ, τὸ δὲ ναρκίσσῳ. Sicut versa vice *ros* pro *lacrimis* poni amat. *I. Weitzius.*

4. *de caduco pondere*] Nihil crebrius hac loquutione apud hunc Auctorem. Lacrimæ roris emicant trementes de *pondere caduco*; pondere ipso, dum cadunt, trementes emicant. Sic *surgentes papillas de favonii spiritu* suprà dixit. Et infrà multîs locîs præpositionem *De* sic usurpat. *Salmasius.*

5. *In pudorem* &c.] Suspicabar,

In pudorem floris Ennæ prodierunt purpuræ.

Natas vult jubente Venere rosas purpureas & ardentissimi ruboris (Milesias vocant.) quæ rosas Ennenses confunderent, & colore vincerent. *Campus Ennensis in floribus semper, & in omni vernus die*, ut ait Solinus. Meminitque Cicero VI in Verrem. Et utroque prior Aristoteles. Propter campum illum est demersum foramen, quà Ditem patrem ad raptus Liberæ seu Proserpinæ exeuntem fama lucem hausisse, eodem Solino auctore. *Scriverius.* Elegans porrò metaphora, *pudorem* pro *rubore dicere.* Sic veteri *pudoricolor*, pro *rubicundo.* Salmasius. Vetus ille poëta est Nævius, sive Lævius, de quo Gellius lib. XIX, c. VII. *Scriverius.*

6. *Humor ille*, &c.] Aut Fulgentium imitatus est auctor noster, aut Fulgentius hunc locum ob oculos habuit, cum lib. I Mythol. scripserit;

Ferte gradum properantes
De virectis collium;
Vbi guttas florulenta
Manè rorat purpura
Humor algens, quem serenis
Astra sudant noctibûs. S. A. Gabbema.

7. *Mane virgines papillas*] Imperitè interpretantur, nondum compressas & maritas. Nullæ aliæ & hìc papillæ, quàm quas suprà descripsimus: rosarum nempe, non *strophio luctantes* Catullo in Argonauticis. *Scriver.*

8. *peplo*] Lutatius in lib. X Thebaid. Statii: *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat. Sed hoc peplum primùm ab Atheniensibus institutum, quod matronæ suis manibûs faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Inter tunicas recensetur & peplus, ut apud Xenophontem, quamquam apud hunc obser-

Ipsa jussit, [1] *mane ut udæ virgines nubant Roseæ.*
[2] *Facta Cypris de cruore* [3] *deque Amoris oculis,*

Deque

vavimus etiam viris congruere peplum. Nam Armenium scidisse peplos scribit : ni dicamus, barbaros vestibus plerumque fœmineis gaudere. Vide Rhodiginum lib. XVI, c. X ; & lib. XIV, c. XIIX fusè de Peplo dissertantem. *S. A. Gabbema.*

1. *mane ut udæ virgines nubant rosæ.*] Rectissimè. Venus jussit, ait poëta, ut manè virgines tegant se ornentque udis ab humore noctis & quasi ebriis rosis. Nec fallet lectorem *nubendi* hic verbum, prisca significatione, velandi. *I. Lipsius.*

2. *Facta Cypris,* &c.] Loquitur Auctor de Rosa : *Cypris* est genitivus. Inflexio Latina, *Hæc Cypris, hujus Cypris.* Non vult hoc loco *Cyprin*, aut Venerem factam creatamve ex sanguine ; sed *rosam*, ex Veneris cruore ortam, aut purpuratam. Sed dices : Idipsum signanter correctione Lipsianâ exprimi, *Fusa aprino de cruore.* Quæ lectio ab Historia, vel à Fabula. Nam Rosas à sanguine Adonis, quem aper occiderat, traxisse ruborem vulgò volunt. Bion, Ovidius, & alii. *Aprinus* adjectivum ab *aper* secundum analogiam quidem dici oportet, ut à *caper* vel *capra* dicitur *caprinus.* *Aprugnum* tamen video ab antiquis usurpari, conspirantibus MSS. Codicibûs vetustissimis. Plautus Persa & Pœnulô habet *aprugnum callum.* Plinius lib. IIX, c. LI. *Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum: in tres tamen partes divisa, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.* Æl. Lamprid. in Heliogab. *fumina aprugna.* Quamquam (quid dissimulem ?) Salmasius ad Hist. August. Script. observat. in Spartiani Vero, & in vita Getæ, *aprunam* frequentiùs scriptum in libris MSS. quam vulgus *aprugnam.* Demus itaque dici *aprinum :* malè nihilominus inepteque ἀκύρολόγως dicetur *aprinus cruor*, Adonis, quem aper occiderat cruor. Imò hic cruor potiùs dicendus erat Adoneus ; si locus esset fabulæ, qua Rosas à sanguine Adonis colorem ttaxisse putant. Bion epitaph. Adonis, Ovid. x Met. alii. De Rosa Luxurius, sive quis alius illorum temporum poëta, in Codice MSS. Salmasii :

Aut hoc risit Amor, aut hoc de pectine traxit
Purpureis Aurora comis ; aut sentibus hæsit
Cypris, & hic spinis insedit sanguis acutis.

Ejusdem auctoris esse Epigraphe ostendit, cujus superiùs illud Carmen, quod incipit, *O quales ego manè rosas !* Eidem quoque sequens attribuitur :

De Rosis.

Hortus erat Veneris roseis circumdatus herbis,
Gratus ager domina : quem, qui vidisset, amaret.
Dum Puer hic passim properat decerpere flores,
Et velare comas, spina libavit acutâ
Marmoreos digitos : mox ut dolor adtigit artus,
Sanguineamque manum, finxit sua lumina guttâ
Prorsit ad Matrem frendens, defertque querelas :
Vnde Rosæ, Mater, cæperunt esse nocentes ?
Vnde tui flores pungunt latitantibus armis ?
Bella gerunt mecum. Floris color & cruor idem.

Quomodo Rosa alba, purpurea & rubra facta sit disce ex Aphthonii Progymnasmatis, c. IV : & Constantino Cæsare de R. R. l. XI, c. XVIII. *Adonide occiso,* ajunt, *Venerem nudis pedibûs ingressam esse silvam, ibique spinis compunctam emisisse cruorem. Inde Rosam, quæ*

Deque gemmis, deque flammis, deque solis purpuris
[1] *Cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea,*
Vnico, marita, nodo non pudebit [2] *solvere.*
Cras amet, &c.
Ipsa Nymfas Diva luco jussit ire myrteo.
It puer comes puellis. Nec tamen credi potest,
Esse Amorem feriatum, si sagittas [3] *vexerit.*
Ite Nymfæ, posuit arma. feriatus est Amor.
Iussus est inermis ire, nudus ire jussus est;
[4] *Neu quid arcu, neu sagitta,* [5] *neu quid igne læderet.*

[1] *Sed*

quæ prius esset alba, aspergine contactam cæpisse rubere Ex Veneris vulnere itaque hunc ruborem contraxere. Vide Miscellanea Politiani c. XI; Brodæi lib. VII, c. VII: & c. X. Alii aliter originem Rosæ narrant. Auson. in Cupid. Cruci affixo;

Quædam, ignoscentum specie, ludibria tantum
Sola volunt: stilus ut tenuis sub acumine puncti
Eliciat tenerum, de quo Rosa nata, cruorem.

Et paulò infrà:

— Roseo Venus aurea sertô
Mærentem pulsat puerum, & graviora
parentem.
Olli purpureum multato corpore rorem
Sutilis expressit crebrô Rosa verbere; quæ jam
Tincta prius, traxit rutilum magis ignea fucum.

Ex Rosa Alabandica Pliniana, albicantibus foliis, (quæ vulgò Provincialis) factam vult Milesiam; cujus purpura fatura, & ardentissimi coloris. De qua Plinius. Nostrâ vernacula linguâ hanc *bruyne roode Roose*. alteram illam *Provenschse Roose* appellamus. *I. Scriverius.*

3. *deque Amoris oculis*] Legebat Ioh. Meursius, *deque Adonis oculis*. S. A. Gabbema.

1. *Cras ruborem*, &c.] De Rosis quæ præcesserunt omnia sunt intelligenda, quas Venus è virginibus maritas fieri voluisse dicit. Hoc est ex clausis ac tectis, ut erant in calycibus suis, aperiri & expandi. Hic Rosam ipsam alloquitur. Cras, inquit, ô marita, quæ antea virgo fueras non pudebit te ruborem, qui veste ignea calycis tectus latebat, unico nodô solvere, & in apertum prodere. *Cl. Salmasius.*

2. *solvere*] Alludit ad ritum Nuptialem. V. N. in Catull. Epithal. *Gabbema.*

3. *vexerit*] Idiotismus illius ævi, quo vixit auctor Pervigilii. *Vehere* pro *ferre* & *gestare*. Qui manu aliquid gestabat, etiam illud vehere tum dicebatur. Exempla hujus loquutionis apud Ammian. Marcellinum crebra. Nunc unum atque alterum succurrit. lib. XVI. *Anteriorem chlamydis partem utraque manu veheus, intrinsecus structuram omnem, ut amictus adornaverat principalis.* l. XVIII. *Quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingravatæ.* Salmasius.

4. *Neu quid arcu*] Duplicem arcum Amori tribuebant: quorum uno tristitiæ tela, altero lætitiæ ejacularetur. Sed & tela duplicia, pro numero arcuum. Illa *plumbea*, quæ fugabant amorem in amata, erantque apta tristitiæ arcui: altera *aurata*, amorem incuterent amanti. Ovid. lib. I Met. vers. CCCC.XVI. Origenes ait, *pharetrâ significari cor, telis cogitationes, arcu os & labella,*

[1] *Sed tamen Nymfæ cavete, quod Cupido pulcer eſt:*
[2] *Totus eſt inermis idem, quando nudus eſt Amor.*
Cras amet, &c.
Compari Venus pudore mittit ad te virgines:
Vna res eſt, quam rogamus: Cede Virgo Delia;
Vt nemus ſit incruentum de ferinis ſtragibus.
Ipſa vellet te rogare, ſi pudicam flecteret.
Ipſa vellet ut venires, ſi deceret virginem:
[3] *Iam tribus choros videres feriatis noctibus,*
[4] *Congreges inter catervas, ire per ſaltus tuos;*
Floreas inter coronas, myrteas inter caſas.
[5] *Nec Ceres, nec Bacchus abſunt, nec poëtarum deus.*

De

labella, quæ habent aliquam cum arcu ſimilitudinem, adeóque ipſa verba & orationem, quibus omnibus dominatur amor. S. A. Gabbema.

5. *neu quid igne læderet*] Apulejus lib. IV. *Cupido nominatur puer pennatus, & ſatis temerarius, flammis & ſagittis armatus.* Iſidor. lib. IIX, c. XI. *Cupidinem vocatum ferunt propter amorem. Eſt enim Dæmon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur; quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia ſtultus & irrationabilis amor. Sagittam & facem tenere fingitur. Sagittam, quia amor cor vulnerat. Facem, quia inflammat.* Gabbema.

1. *Sed tamen Nymfæ*, &c.] Iuſſus eſt Amor ire nudus & inermis; nolite tamen, inquit, Nymphæ fidere, quòd Cupido cùm nudus ſit, etiam pulcer vobis videatur; totus eſt etiam armatus, cùm eſt nudus. Imò pulcritudo ipſius nudi, pro armis illi poteſt eſſe. *Cl. Salmaſius.*

2. *Totus eſt inermis*, &c.] Hominem *in armis, ſub armis*, armatum vocabant. Ennius: *Ter me ſub armis malim vitam cernere.* Id eſt, *malim armatam me vitam cernere.* Virgil.

— ſed circum caſtella ſub armis.

Pro, *armatus circumſidet caſtella.* Idem:

— ludunt belli ſimulacra ſub armis.

Pro, *armati ludunt.* Sic *in armis* etiam pro eodem. In Pervigilio Veneris: *Totus eſt in armis idem, quando nudus eſt Amor.* Sic Manilio Centaurus *in arcu*, qui arcum geſtat, arcu armatus. Sic *in haſtis* pro *haſtati.* Ennius:

— leveſque ſequuntur in haſtis. &c. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. ccc XXIII. *Gabbema.*

3. *Iam tribus choros*, &c.] Eſt & Pervigilii triduani exemplum apud Livium XIII. ſed hoc Veneris in ſylva, aut nemore, ante diem nuptiarum. *P. Pythœus.*

4. *Congreges*] Gloſſ. ὁμόφυλοι, *tribulis, congrex, gentilis.* Auſon. Epig. ad Paul. *— & congrege volgo,*
Anguſtas fervere vias. —
& Idyll. XI. *— ut idem*
Congrege ter trino per ter tria diſſolvatur.
Leg. Scalig. Auſon. lib. I, c. XVII. *Segrex* extat apud Prudent. XII Cathem. V. XXVIII: & Hamart. V. LXV. *Gabbema.*

5. *Nec Ceres, nec Bacchus*] D. Hieronym. tom. III lib. II. adverſ. Iovinian. *Eſus carnium & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt. Vnde Comicus: Sine Cerere & Libero friget Venus.* Idem.

1. *per-*

De tenente tota nox est [1] *perviglanda canticis.*
Regnet in silvis Dione : tu recede Delia.
Cras amet, &c.
Iussit Hybleis tribunal stare Diva floribus.
Præses ipsa jura dicet, [2] *adsidebunt Gratiæ.*
Hybla totos funde flores quantus Ennæ campus est,
Hybla florum subde messem quotquot annus attulit.
[3] *Ruris hîc erunt puellæ,* [4] *vel puellæ montium,*
Quæque silvas, quæque lucos, quæque fontes incolunt :
Iussit omnes adsidere pueri Mater alitis.
Iussit & nudo puellas nil Amori credere.
Cras amet, &c.
Ex recentibus virentes ducat umbras floribus.
[5] *Cras erit quo primus Æther copulavit nuptias.*
Vt pater totis crearet vernus annum nubibus,
[6] *In sinum maritus imber fluxit almæ conjugis ;*

Vnde

1. *perviglanda*] Noster Codex habet *perviclanda*. Quod quis non sentit esse scriptum pro *perviglanda ?* Cum βιγλας & βιγλάτωρας dixit recens Græcia, palàm est eam è Latino vocabula mutuatam, quæ *viglare* tum dixit, & *viglas* pro *vigiliis*, & *viglatores* pro *vigilibus*. Inde ergo & *perviglare* pro *pervigilare*. Idem liber scriptum habet, *De tinente*. Ex quo fecimus, *De tenente*. id est, uno tenore. *Cl. Salmasius.*

2. *adsidebunt Gratiæ*] Scribit Phornutus, assidentes Venerem sibi habere Gratias, & Suadelam & Mercurium. Venus Gratiarum chorô stipatur, & toto Cupidinum populô comitatur, apud Apul. lib. II, VI, & X. *S. A. Gabbema.*

3. *Ruris hic erunt puellæ*] Nympharum aliæ creditæ sunt cœleſtes, aliæ terrestres, aliæ fluviales, aliæ marinæ, aliæ stagnorum præsides : secundum Mnesimachum Phasolitem. Terrestrium aliæ silvis præerant, ut *Dryades :* aliæ montibus, ut *Oreades*, aut *Oreſtiades :* aliæ singulis arboribus, ut *Hamadryades:* aliæ pascuis & floribus, ut *Napææ :* Fluviorum præsides *Najades* dicebantur. stagnorum, *Limniades:* Marinæ, *Nereides*. Natal. Com. lib. V, c. XII. *Gabbema.*

4. *vel puellæ montium*] *Vel* pro *&*. Exempla convasavit Salmasius in Not. ad Capitol. pag. XC : ad Lamprid. p. CLXXXIV: & ad Capitol. CCLX. *Idem.*

5. *Cras erit*, &c. Cras, inquit, erit dies quo primus Æther copulavit nuptias, & ut pater totum annum creavit, id est, totius anni fœcunditatem, per vernas nubes auspicatus est. Ex Virg. habet, (Georg. II, V. CCCXXIV.)

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus Æther
Conjugis in gremium lætæ descendit. —

Sic *Patrem Ætherem* dixit, ut Virgilius. Nec hic aliud suspicandum est. *Annum* pro anni fœcunditate dixit ; ut Græci ἔτος, dum ajunt ἔτος plus facere quam ἄρσεν. Ἔτος ποιεῖ ἄχ' ἄρσεν. *Salmasius.*

6. *In sinum maritus imber*] Arnob.

Vnde fetus mixtus omnes aleret magno corpore.
Ipſa venas atque mentem permeante ſpiritu
Intus occultis gubernat procreatis viribus,
Perque cœlum, perque terras, perque pontum ſubditum
Pervium ſui tenorem ſeminali tramite
Inbuit, juſſitque mundum noſſe naſcendi vias.
Cras amet, &c.
Ipſa Trojanos nepotes in Latinos tranſtulit,
Ipſa [1] *Laurentem puellam conjugem nato dedit;*
[2] *Moxque Marti* [3] *de ſacello dat pudicam virginem,*
Romulumque; cum Sabinis ipſa fecit nuptias;
[4] *Vnde Ramnes &* [5] *Quirites. perque prolem poſteram*
Romuli Mater creavit & nepotem Cæſarem.
Cras amet, &c.
Rura fecundat voluptas, rura Venerem ſentiunt.
Ipſe Amor puer Dionæ [6] *rure natus dicitur.*
Hunc ager, cùm parturiret ipſa, ſuſcepit ſinu:
Ipſa florum delicatis educavit oſculis.
Cras amet, &c.
[7] *Ecce, jam ſuper geniſtas explicant tauri latus.*

Quiſque

lib. v. *Vos Iovis & Cereris coitum imbrem dicitis, dictum telluris in gremium lapſum.* Item: *Iovis & Cereris nominibus tellus & labens pluvia nuncupatur.* S. A. Gabbema.

1. *Laurentem puellam*] Laviniam, Latini regis, qui Laurenti regnabat, filiam. *Conjugem nato*, i. Æneæ. *Gabbema.*

2. *Moxque Marti*, &c.] Dionyſius nominat *Iliam Veſtalem.* Liv. lib. I *Rheam Silviam.* Gabbem.

3. *de ſacello*] *De* pro *ex.* Vide Adamum Dürrerum de Part. Lat. ling. in *De.* Gabb.

4. *Vnde Ramnes & Quirites*] Cùm in manuſcripro exemplari extet, *unde ſamnes & quirites:* nullo negotio feceris, *Vnde ſanquis, & Quirites Sanguis* pro genere & ſtirpe. Maro I Æneid. *An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis una.* Et initiò l. II. -- *quo ſanguine cretus.* Vbi Servius: *quibus ſit parentibus natus.* Denique VII. --- *tu ſanguinis ultimus auctor.* P. Scrivetius.

5. *Quirites*] Cives. In funeris indictivi formula: OLLUS. QUIRIS LETO. DATUS. *Gabbema.*

6. *rure*] Pro *ruri.* Vide Auſon. Popmam lib. I de Vſu antiq. locut. c. IX. *Idem.*

7. *Ecce, jàm ſuper geniſtas*, &c.] Gabbem. *E.j.ſ. geneſtas * explicat aonii latus. ſuper geneſtas.* Clariſſ. Zehnerus in Nomenclatore idem ait eſſe, quod *ſpartum* & *ſpartium*, Germanicè *Pfrimmen.* Adi Plin. lib. XXI, c. XII: & lib. XXIV, cap. IX. *Weitzius.* nos dicimus *Brem.* Gabb. *explicant agni latus.* Vetus ſcriptum

Quisque tutus, quo tenetur, conjugali fœdere.
Subter umbras cum maritis, ecce, balantum greges.
Et canoras non tacere Diva jussit alites.
Iam [1] *loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt:*
Adsonat Terei puella subter umbram populi;
Vt putes motus amoris ore dici musico,
Et neges queri sororem [2] *de marito barbaro.*
Illa cantat: nos tacemus. Quando ver venit meum?
Quando faciam ut Chelidon, ut tacere desinam?
Perdidi Musam tacendo: nec me Phœbus respicit.
[3] *Sic Amyclas, cùm tacerent, perdidit silentium.*
Cras amet, &c.

[4] FLORIDI DE QVALITATE VITÆ.

I.

BACCHE *vitium repertor* [5] *plenus adsis vitibus,*
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari,

Condi-

ptum habet, *taonii*, pro *tauri*. Nam scriptum erat, *Taori*. N. & *R*. etiam sæpe permutantur. *Genistà* frutex est, quem incubitu suo premere agnus & hœdus haud in proclivi possit. Legendum igitur:

Ecce jam super genistas explicant tauri latus. Cl. Salmasius.

1. *loquaces ore rauco Cygni*] E Virgil. II Æneid. v. ccccLVIII. Dionys. Afer. εἴαρος ὥρῃ cygnis tribuit λιγυρὴν ὄπα. Quod Bergomensis adducens, Chron. IV, pag. LV, a, ait: *in Pactoli ripis, veris tempore, cygnos aves tanta cum modulatione cantare ut nihil jucundius possit audiri.* Indè Callimach. eos nuncupat, μουσάων ὄρνιθας ἀοιδοτάτους πετεεινῶν. Musicam cygnus scire creditur. Pausan. in Attic. ἐστὶ δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα. Fr. Luisinus Parerg. lib. III, c. XIII. *I. Weitzius.*

2. *de marito barbaro*] Tereo. qui & Ovid. lib. VI Met. *Barbarus* indigitatur. *S. A. Gabbema.*

3. *Sic Amyclas*] Erasm. in Adag. *Amyclas perdidit silentium.* Serv. ad X Æn. Parrhasius Claud. de Rapt. Proserp. lib. I. Rader. ad Mart. lib. XIII, cx. Dalech. ad Plin. lib. III, c. V. *Idem.*

4. FLORIDI DE QUALITATE VITÆ] Hos etiam in schedis suis repperit Pythœus, ediditque aliquantò meliores in Collectione Epigr. veterum: non conjunctos & continuata serie, sed variis locîs sparsos. Primum fragmentum, sive Floridum, legitur Epigr. pag. IV; Secundum, pag. CXCI, adscripto nomine FLORIDI: Tertium; p. II: Quartum; pag. CXCI: Quintum pag. XXIII:

Conditumque fac vetustum, ne malignis venulis
Asperum ducat saporem versus usum in alterum.

II.

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens.
Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.

III.

Sic Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer.
Ambo sunt flammis creati, prosatique ex ignibus.
Ambo de comis calorem vite & radio conserunt:
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

IV.

Quando ponebam novellas arbores mali & pyri,
Cortici summæ notavi nomen ardoris mei:
Nulla sit exinde finis vel quies cupidinis.
Crescit arbor, glisci ardor, ramus implet literas.

V.

Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali:
Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

VI. *Sper-*

Sextum pag. XXII sub nomine itidem FLORIDI: Septimum pag. XXIII: Octavum pag. CLVI. In Indiculo tamen Auctorum nullum *Floridum* agnoscit. Hoc ordine quo excusi sunt, leguntur in vetustissimo exemplari, quod mecum humanissime Cl. Salmasius communicavit. Eodemque ordine editi sunt in Catalectis veterum poëtarum, ad calcem Petronii, ex editione Mamerti Patissonii: addito FLORIDI nomine. Membranæ, quibus utimur, FLORI nomen asserunt: atque etiam insigniunt titulo, *De qualitate vitæ*. Quis hic sit FLORUS nescitur. Dubitari autem non potest, quin hic idem sit Florus poëta, cujus Epigramma ἀνέκδοτον de Rosis, una cum a iis legi non indignis, ad Pervigilium edidimus, fide earumdem membranarum. De alio poëta cognomine, qui sub imperio Hadriani vixit, cujusque meminit Spartianus, differit præstantissimus Salmasius: putatque eundem illum Florum esse, cujus elegantissimum Historiæ Romanæ breviarium habemus. Hic noster Florus fortasse an Pervigilii auctor, & posthac illud ejus nomine indigitandum. Aut Luxurius, cujus multa Epigrammata poëmatiáque in eodem Codice MS. qui, ut inde constat, Carthagine scriptit, floruitque sub Trasimundo Vandalorum rege. *P. Scriverius.*

5, *plenus adsis vitibus*] Scribendum fortasse, *plenis adsis utribus*. Vinum utribus commissum, quis nescit? Anonymus commentator in Germanici Aratæa Phœnomena ad Canem: *Icarius à Libero hospitii receptus est. qui ei munere utrem plenum vino tribuit, jussitque ut in reliquas terras propagaret.* Cave tamen quicquam temere mutes. Membranæ *vitibus* retinent. *P. Scriverius.*

1. *mille*

VI.

Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
Quippe malim unum Catonem, quam trecentos Socrates.

VII.

Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est.
Tam malum est audere semper, quam malum est semper pudor.
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui.
Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi.
Nemo non hæc vera dicit, nemo non contra facit.

VIII.

Consules fiunt quotannis, & novi Proconsules:
Solus aut Rex, aut Poëta non quotannis nascitur.

VALERII ÆDITVI.

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis;
Quid mihi abs te quæram, verba labris abeunt:
Per pectus miserum manat subitò mihi sudor.
Si taceo, subidus, duplo ideo pereo.

EIVSDEM.

Quid faculam præfers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus; hoc lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est vis sæva extinguere venti,
Aut imber cœlo candidu' præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nulla est, quæ possit vis alia opprimere.

1. *mille habent offucias*] Gabbem. hîc, *m.h.effugia.* in textu, *m.h.offugia.* P. Pithœus: Emenda, *offucias.* Id est, ut Sextus Pompeius interpretatur, fallacias. A. Gellius Noctium Atticarum l.XIV, c.1 de Chaldæis: *Sed id præstigiatorum atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores.* Plaut. Capt.

Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis.

Idem Mostell.

Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.

P. Scriverius: Vel hi numeri, quos adscripsi, indicant esse Excerpta, atque alicujus Florilegi opus: qui Flores suos *Florida* appellavit. Lucretius:

Floriferis ut apes è saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem decerpimus aurea dicta. P. Scriverius.

PORTII LICINI.

Custodes ovium, teneræque propaginis agnum,
Quæritis ignem? ite huc, quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam sylvam simul omnem,
Omne pecus flamma est, omnia quæ video.

Q. CATVLLI.

Constiteram exorientem auroram fortè salutans,
Cùm subitò à læva Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestra:
Mortalis visu' est pulchrior esse deo.

EIVSDEM.

Aufugit mi animus, credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. sic est: perfugium illud habet.
Quòd si non interdixem, ne illum fugitivum
Mitteret ad sè intrò, sed magis ejiceret?
Ibimu' quæsitum. verùm ne ipsi teneamur.
Formido, quid ago? da Venu' consilium.

C. CÆS. OCTAVIANI AVGVSTI.

Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia constituit, sè quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid, si me Manius oret,
Pædicem, faciam? non puto, si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. quid, si mihi vita
Charior est ipsa mentula? Signa canant.

C. MOECENATIS CILNII.

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa:
Tuber adstrue gibberum.
Lubricos quate dentes,
Vita dum supereſt, bene est.

Hanc

Hanc mihi, vel acuta
Si sedam cruce, sustine. *
Dum dubitat natura marem, faceretne puellam,
Factus es, ô pulcher, penè puella puer.

GALLIENI IMP. EPITHALAMIVM.

Ite, agite, ô juvenes: pariter sudate medullis
Omnibus inter vos; non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.
Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos:
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernæ.

L. POMPONII.

Ridiculu'st quem te Cascam tua dicit amica.
*Fili * potoni sesquisenex puerum.*
Dic illam pusam. sic fiet, Mutua muli.
Nam verè es pusus tu, tua amica senex.

IN C. CÆSAREM.

Vrbani, servate uxores, mœchum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti. hinc sumpsisti mutuum.

IN EVNDEM.

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias;
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

ASINII GALLI.

Qui caput ad lævam deicit, glossemata vobis
Præcipit. os nullum: vel potiùs pugilis. *
Semicapri quicunque subis sacraria Fauni,
Hæc lege Romana verba notata manu.
Hersilius hic jaceo, mecum Marulla quiescit,
Quæ soror, & genitrix, & mihi sponsa fuit.
Vera negas, frontemque trahens ænigmata Sphingos
Credis:

Credis: sunt Pythio vera magis tripode.
Me pater ex nata genuit, mihi jungitur illa:
Sic soror, & conjux, sic fuit illa parens.

CVPIDO.

Sol calet igne meo, flagrat Neptunus in undis,
Pensi dedi Alcidæ, Bacchum servire coëgi,
Quamvis liber erat. * *
*

Cur Otho mentito sit, quæritis, exul honore?
Uxoris mœchus cœperat esse suæ.

P. VIRGILII MARONIS.

Silicet, hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere, sanè
Non dicam: sed me perdidit iste puer.
*

De qua Tucca tibi venit, sed sæpe videre
Non licet, occulitur lumine Clausa viri.
De qua sæpe tibi, non venit adhuc mihi. namque
Si occulitur, longè est, tangere quod nequeas.
Venerit aut tibi, sed jam jam mihi nuntius iste
Quid prodest? illi dicito quæ rediit.
* *Socer beate, nec tibi, nec alteri,*
Generque Noctuine, putidum caput.
Tuque nunc puella tali, heu tuo
Stupore pressa rus abibit? hei mihi
Vt illi versus usquequaque pertinet!
Gener, socerque perdidistis omnia.
*

Superbe Noctuine putidum caput
Datur tibi puella, quam petis, datur:
Datur superbe Noctuine quam petis.
Sed ô superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium;

Duas,

Duas, & hanc, & alteram dari tibi ;
Adeſte nunc, adeſte, ducit ut decet,
Superbus ecce Noctuinus Hirneam.

*

Iacere me, quòd alta non poſſim, putas,
Vt antè vectari freta :
Nec ferre durum frigus, aut æſtum pati,
Neque arma victoris ſequi :
Valent, valent mihi ira, & antiquus furor,
Et lingua, qua adſim adſim tibi,
Hei proſtitutæ turpe contubernium
Sororis, ô quid me incitas ?
Quid impudice & improbande Cæſarì
Si furta dicantur tua,
Et helluato ſera patrimonio
In fratre parſimonia :
Vel acta puero cum viris convivia,
Vdæque per ſomnum nates,
Et inſcio repente clamatum ſuper
Thalaſſio, Thalaſſio.
Quid palluiſti, fœmina, an joci dolent ?
An facta cognoſcis tua ?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos :
Nec dein movere lumbos in crocotulam
Prenſis videbo altaribus
Flavum prope Tibrim & olentes nauticum
Vocare : ubi adpulſæ rates.
Stant in vadis cœno retentæ ſordido,
Macrâque luctantes aquâ.
Neque in culinam & uncta compitalia
Dapeſque ducis ſordidas :
Quibus repletus ut ſalivoſis aquis
Obeſam ad uxorem redis,
Et æſtuantes nocte ſolvis pantices,
Oriſque lambis ſuaviis.

Nunc

Nunc læde, nunc laceſſe, ſi quidquam vales,
En nomen adſcribo tuum.
Cinæde Luci, en, te reliquerunt opes,
Famèque genuini crepant.
Videbo habentem præter ignavos nihil
Fratres, & iratum Iovem,
Sciſſumque ventrem, & hernioſi patrui
Pedes inedia turgidos.

*

Copa Syriſca caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus:
Ebria famoſa ſaltat laſciva taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid juvat æſtivo defeſſum pulvere abeſſe?
Quam potiùs bibulo decubuiſſe toro?
Sunt cupæ & calices, cyathi, roſa, tibia, chordæ,
Et trichila umbroſis frigida arundinibus,
Eſt & Mænalio quæ garrit dulce ſub antro
Ruſtica paſtoris fiſtula in ore ſonans.
Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato:
Et ſtrepitans rauco murmure rivus aquæ.
Sunt etiam violæ croceò de flore corollæ,
Sertáque purpurea lutea miſta roſa:
Et quæ virgineo libata Achelois in amne,
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caſeoli, quos juncea fiſcina ſiccat:
Sunt auctumnali cerea pruna die,
Caſtaneæque nuceſque & ſuave rubentia mala:
Eſt hic munda Ceres, eſt Amor, eſt Bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis uva racemis:
Eſt pendens junco cœruleus cucumis:
Eſt tuguris cuſtos armatus falce ſaligna:
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.
Huc Alibida veni: feſſus jam ſudat aſellus.
Parce illi: veſtrum delicium eſt aſinus,
Nunc cantu crebro rumpunt arbuſta cicadæ:

Nunc

Nunc etiam in gelida sede lacerta latet.
Si sapis, æstivo recubans te prolue vitro,
Seu vis crystallo ferre novos calices.
Hîc age, pampinea fessus requiesce sub umbra,
Et gravidum roseo nectе caput strophio,
Formosius teneræ decerpes ora puellæ:
Ah! pereat cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato servas bene olentia serta?
Anne coronato vis lapide ista tegi?
Pone merum & talos. pereat, qui crastina curat.
Mors aurem vellens, vivite, ait, venio.

C. PLINII.

Huc mihi vos largo spumantia pocula vino,
Vt calefactus Amor pervigilare velit.
Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris:
Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dii.

EIVSDEM.

Quum libros Galli legerem, quibus ille parenti
Ausus de Cicerone dare est palmamque, decusque,
Lascivum inveni lusum Ciceronis, & illo
Spectandum genio, quo seria condit, & quo
Humanis salibus multo, varioque lepôre
Magnorum ostendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur, quòd fraude mala frustratus amantem
Paucula cœnato sibi debita savia Tiro
Tempore nocturno subtraxerit. His lego lectis.
Cur posthac, inquam, nostros celamus amores,
Nullumque in medium timidi damus? atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosce fugaces
Delicias, & furta novas addentia flammas?

INCERTI EX PLATONE.

Dum semihulco savio
Meum puellum savior,

Dulcem-

Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc ægra & saucia
Cucurrit ad labia mihi,
Rictumque in oris pervium.
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus
Vt transiliret nititur.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi,
Amoris igni percita
Transisset, & me linqueret:
Et mira prorsum res foret,
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum ut intus viverem.

[1] RVFINI V. C.

[2] PASIPHAÆ FABVLA

EX

OMNIBVS METRIS HORATIANIS.

FILIA *Solis*
Æstuat igne novo,
Et per prata juvencum,
Mentem perdita, quæritat.
Non illam thalami pudor arcet,
Non Regalis honos, non magni cura mariti.
Optat in formam bovis
Convertier vultus suos;
Et [3] *Prætidas dicit beatas:*

[s] *Ioque*

1. RUFINI V. C.] Hanc inscriptionem habet doct. Gold. in sua Petronii editione cap. 2. D. I. B.

2. PASIPHAÆ FABULA] Primus edidit Cruquius hoc poëmatium: & eodem anno iterata editione *dias in luminis oras misit* Cl. Binetus; Ianus Dousa exinde suis Præcidaneis ex sua correctione & utriusq; exemplaris conlatione addidit. *S. A. Gabbema.*

3. *Prætidas*] Servius in Eclog. VI. *Prætides*,

[1] *Ioque laudat, non quod Isis alta est,*
Sed quod juvenca cornua in frontem levat.
Si quando miseræ copia suppetit
Brachiis ambit fera colla tauri,
Floresque vernos cornibus illigat,
Oraque jungere quærit ori.
Audaces animos efficiunt tela Cupidinis:
Illicitisque gaudet
Corpus [2] *includi stabulis, se faciens juvencam.*
Et amoris pudibundi malesuadis
Obsequitur votis, & procreat (heu nefas!) [3] *bimembrem;*
Cecropides juvenis quem perculit fractum manu,
Filo resolvens Gnossiæ tristia tecta domus.

[1] L. APV-

Prætides, Prœti & Stenobœæ, sive Antiopæ secundum Homerum filiæ fuerunt; Lysippe, Ipponoë, Cyrianassa. Hæ se cùm prætuliissent Iunoni in pulcritudine. vel ut quidam volunt, cùm essent antistites, ausæ sunt vesti ejus aurum detractum in usum suum convertere; illa irata hunc furorem earum immisit mentibus, ut putantes se vaccas in saltus abirent, & plerunque mugirent, & timerent aratra; quas Melampus Amythaonis filius pacta mercede ut Cyrianassam uxorem cum parte regni acciperet, placata Iunone, infecto fonte, ubi solitæ erant bibere, purgavit, & in pristinum sensum reduxit. *S. A. Gabbema.*

1. *Ioque laudat, non quod Isis alta est*] Sensus est: *Pasiphaë ejus felicitatem* non cessat prædicare ac magnificare præ sua, laudibúsque in cœlum vehere assiduè; non eo quidem nomine, quòd primaria Ægypti Dea, ac quasi Præsestrix, novo præterea Isidis cognomentò insignis cluens; verùm potiùs, quòd vaccina formâ, lacteoque candore notabilis cornua superbe ac gloriose elata atque in frontem subrecta gerere conspiciatur. *Dousa P.*

2. *includi stabulis*] Nota prodigiosæ quidem; sed antiquæ fidei Historia, qua abiegnæ bovis Dædali artificis simulacro fallaciter inclusa, ac bovillo integumentò velata, indomita hæc Minois uxor ductori Regii armenti inforandam se præbuit, ex cujus compressu gravida facta non hominem, sed Minotaurum in gremium curucæ mariti profuderit denique. *To stabulis*, verò etiam ambiguitas nonnulla subesse videri possit. & fortassè ad penitiorem *stabulorum* significationem alludum, unde & *prostibula*, & *prostibulæ* derivatæ, quasi *pro stabulis prostantes* ad capturas emerendas exigundasque à prætereuntibus. *Idem.*

3. *bimembrem*] Eleganter *bimembrem*, hoc est, biformem, seu bicorporem vocat portentosum Pasiphaës partum: quem cum ingeniosissimo poëtarum Ovidio,

Semibovemque virum, semivirumque bovem,

rite possumus interpretati. *Gabbema.*

L. APVLEII

ANEXOMENOΣ

Ex Menandro.

[a] *Amare liceat, si potiri non licet.*
Fruantur alii: [3] *non moror, non sum invidus.*
Nam sese excruciat qui beatis invidet.
Quos [4] *Venus amavit, facit amoris compotes:*
Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.
Olli purpurea [5] *delibantes oscula*

[a] *Clemente*

1. L. APULEII] Lepidissimum hoc Poëmatium primus publici juris fecit Cl. Binetus: aut fortè prior P. Pithœus inter Errones Venerios. Postea Dousa P. Præcidaneis suis in Petron. inseruit, ac Notis illustravit. Colvius quoque & Wouwerius Apuleio adjecerunt. Non cum illis facit Cl. Scriverius, qui totum hoc poëmatium suppositium, aut saltem insimæ vetustatis censet. Atque ita quidem, ut qui aliter sentiat, nihil sentiat. *S. A. Gabbema.*

2. *Amare liceat*] Sic Terent. Eunuch. Act. 4, sc. 2. *Si illud* (tangere) *non licet, saltem hoc* (videre) *licebit: certè extrema lineâ amare haud nihil est.* Ga. Scioppius.

3. *non moror*] Phrasis observanda; qua utimur, cùm quid quasi respuere & contemnere, vel certè non magnopere desiderare velle videmur. Exemplis res fiet clarior. Plaut. Milit. act. 3, sc. 1.

Sed iidem homines nunquam dicunt, quamquam appositum est ampliter, Iube illud denuo tolli, hanc patinam remove, pernam nihil moror, id est, non delector pernâ.

Idem. Epidic. act. 3, sc. 2. *Nihil moror vetera & volgata verba Peratim ductitare, at ego follitim ductitabo.* Et Rud. act. 3, sc. ult.

LA. salve. PL. nihil salutem moror. opta ocyùs,
Rapi te obtorto collo mavis an trahi?

G. Scioppius.

4. *Venus amavit*] Observ. *Di nos amant*, quando nobis favent & rogata faciunt. Sic Plaut. Stichô sc. 3.

Hercules te amabit prandiô, cenâ? tibi (Ehem annuisti?) nemo meliores dabit.

Sic enim locum illum distinguendum censeo, aperto sensu, q. d. ille parasitus, qui se pro cena vendere volt: Hoc de plano tibi promittere possum, quòd, si cenâ me emas tibi, edatiorem nemo parasitum, quàm tu, sit habiturus in polluctu Herculis (quod ex decima bonorum Herculi offertur, ut amet nos, & bono atque amplo auctet perpetuò lucrô) ad quod suam inibi voracitatem ostentaturi, imò inania mentis explementa quæritantes potiùs, gregatim convolare parasiti solent. Vnde & Herculem suam Curculio parasitus nutricem vocat. Sic locum obscurum illuminari posse putavi: de quo tamen Lambinus ne gry quidem, ut in omnibus ferè solet paullò difficilioribus, cætera satis verbosus & ineptus, ut aliàs cum dis volentibus ostendemus. *Scioppius.*

5. *delibantes oscula*] Catullus:

Oscula

[1] *Clemente morsu rosea labella vellicent,*
Malas [2] *adorent ore &* [3] *ingenuas genas,*

Et

Oscula mordenti semper decerpere nostro. Libare enim flores dicimus, & similia. Lucret. lib. 3.

Quod simulatque hominem leti secura quies est
Indepta atque animi natura animaque recessit,
Nil ibi libatum de toto corpore cernas

id est, *ademptum.* Et lib. 5.

Illa ipsa intervalla nihil de corpore libant. Idem lib. 3.
Res animi parem delibat tempore in ullo. Ibidem:
Nec prorsum vitam ducendo demimus hilum
Tempore de mortis, nec delibare valemus. Et lib. 6. --- *Sol*
Humoris parvam delibet ab æquore partem.

Cicer. 1 de Orat. *Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspergatur omnis oratio.* Sic enim ibi legendum, ubi v. l. habent *liberandus.* Ga. Scioppius.

1. *Clemente morsu* &c.] Suspensis dentibus ut loquitur Lucret. Mordere labella solere amantes didici ego ex auctoribus. Lucret. l. 4 de amantibus:

Quid petiere, premunt arte, faciuntque dolorem
Corporis, & dentes inlidunt sæpe labellis,
Osculáque adfigunt. ---- Et Horat.
--- *Sive puer furens*
Impressit memorem dente labris notam.

Plaut. Pseudol.

Iocus, ludus, sermo, suavis saviatio,
Compressiones artæ amantum comparum,
Teneris labellis molles morsiunculæ,
Papillarum horridularum oppressiunculæ. Catullus:

Quem basiabis? quoi labella mordebis?

Sic Flora meretrix Pompeium, qui cum solita fuerat, ita commendabat, quòd non nisi bene morsa ab eo discedere potuisset, teste Plutarcho. *Id. Sciopp: Cl. morsu.* Agnoscit post hunc versum teste Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti MS. schedium hunc versiculum:

Libido quum lascivo instinctu suscitet
Sinuare ad Veneris cursum femina, &c.

Ità restitui, ac distinxi, nisi me animi mens fallit ὀξύμωρος. Neque verò est, quòd quenquam novitas ejus loquutionis offendat:

Suscitet sinuare femina ad Veneris cursum:

qui modò in tractatione poëtarum ingenii aciem ac nervos subactos habeat probe: pro *incitet, seu solicitet sinuare*, hoc est, ad lunanda implexu sinuoso, & quasi pectinatim conserenda, atque *flexipedum hederarum in morem* contortiplicanda inter se femora, sive adeò *femina*, amantes ut solent. quod *congenuare*, vel etiam *congenulare*, casca dictitabat Latinitas. *Dousa P. Sinuent ad Veneris cursum,* &c. legit Binetus. Pithœana editio habet lectionem illam, quam expressimus. Colvio placet,

Libido cum lasciva instricta suscitet
Sinuare ad Veneris artem femina.

Cùm pectora glutino Veneris artè adhærent & cùm lasciva libido instricta femina, id est, colligata, compedita; ad Veneris artem suscitat sinuare. de verbo *instringendi* consulè notas ejus ad lib. VIII Metam. *S. A. Gabbema.*

2. *adorent ore*] Fortassis legendum *adorent ori*, pro *admovere*, sicut *illatebrare se in latebras.* *Adorare* dicitur osculans, quì manum ori admovet. Vide Lips. Elect. 2, c. 6. *Sciopp.*

3. *ingenuas genas*] Non fucatas, nulla arte paratas. Sic Propert. I I Eleg. 4.

Hæc sed forma mei pars est extrema furoris,
Sunt majora quibus, Basse, perire juvat.

Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin & quum tenera membra molli lectulo
Compectorata adhærent Veneris glutino,
Libido quum lascivo instinctu [1] *suscitet*
[2] *Sinuare ad Veneris usum femina, feminæ*
Inter gannitus, & [3] *subantis voculas,*

Cáv-

Ingenuus color, & nullis decus artibus, &c.

Sic enim legendum ibi vel quinquegenario sacramentô contendere sum paratus, pro eo, quod vulgò, & in Scaligeri editione habetur, *& multis decus.* Ait se Cynthiam non tam quòd pulchra, quàm quòd nativa & non fucata figurâ prædita sit, amare. Sic retro Eleg. 2 *naturæ decus mercato cultui* opponit. Reprimere heic me nequeo, quin locum alium Propertii nequicquam à Scaligero & Lipsio mutatum defendam. Is est lib. 1 Eleg. 8.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis,
Sive dies, seu nox venerit, illa mea est.

Illud *plantis contingere sidera* Lipsio & Scaligero Latiô interdicendum videtur. at ego Tribunus pro eo intercedo & vim fieri veto. Felicem se prædicat Propertius, quòd Cynthiâ potitus sit. q. d. jam deus mihi factus videor & in cœlum relatus, ubi, ait Catullus, *nocte premunt stellas vestigia divûm.* Plantis contingit terram, qui ambulat. Tanti autem venustatem suam facere amatores solent, ut eam immortalitati adæquent. Propert. lib. 2 Eleg. 11.

Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.
Immortalis ero, si altera talis erit.

Et Eleg. 12.

Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis:
Nocte una quivis vel deus esse potest.

Terent. Andr. ubi Pamphilus Glycerió potitus: *nam mihi, inquit, immortalitas parata est*, &c. *Ga. Scioppius.*

1. *suscitet*] Sic *incitare.* Porrò *suscitat* pro *suscitatur. Vt mutare* pro *mutari.* Livius: *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Sallust. *Mortis metu mutabant sicut rei libuerat.* Sic *augere* pro *augeri.* Sallust. *Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse*; histor. lib. 1. Sic *pallium rugat.* Plaut. *vestibulum pulverat.* & Agellius, *maculantia verba*, id est, *sordida*, & plurima alia, quæ ingeniosissimus Ianus Palmerius in Spicilegiis suis collegit. Intelligo tamen, fuisse, qui sic mallet: *Libido cum lascivia ignem intus suscitat.* Malim ego: *Libido cum lasciviam ignem intus suscitat*, sicut suprà:

Repente nervus excitet libidinem. G. Scioppius.

2. *Sinuare ad V. usum*] Sciopp. *S. a. V. cursum.* Femora incurvent ad decurrendum amoris spatium. *Sinuare* est *inflectere* Virgil. 3 Georg. de equorum institutione:

At tribus exactis ubi quarta accesserit æstas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúsque sonare
Compositis; sinuetque alterna volumina curru.

Plin. *lunam in orbem sinuatam* dicit. *Arcum sinuare* apud Ovid. est *intendere. Veneris cursum. cursus* heic est ipse actus Venereus & patratus. Sic Lucret. lib. 4.

Non facit ex animo sæpe & communia quærens
Gaudia solicitat spatium decurrere amoris. Scioppius.

3. *subantis voculas*] *Subare* quid sit docet Festus in Suillum. *Sues*, inquit, *immun-*

Carpant papillas, [1] *atque amplexus intiment,*
[2] *Arentque sulcos molli in* [3] *arvo Venerio,*
[4] *Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis:*

[1] *Dent*

immundissimi sunt ex omni mansueto pecore & ardentissima libidine: ita uti opprobrium mulieribus indè tractum sit, cùm subare & surire dicuntur. Horat. Epod. 22. --- *jamque subando*
Tenta cubilia tectáque rumpit.
Ad quæ verba veteres commentarii: *Subari* propriè dicuntur sues, quando libidinantur, hic autem *subando*, id est, *supra virum se agitando*: hinc propter libidinem ad alia animalia, atque etiam mulieres tractum est. Lucret. lib. 4.
--- *ipsa quod illorum subat, ardet abundans*
Natura, & Venerem salientum lata retractat.
Ita eum locum legendum censeo: & naturam pro eo, quo fœminæ sunt, interpretor. *Ga. Scioppius.*

1. *atque amplexus intiment*] Noviter dictum, at rationabiliter tamen. estque *oscula* (uti apud Ovid. meum est) *linguis luctantia*
Valgiter obtortis altè insinuare labellis:
& (quod Plautus perhibet) *proserpentem bestiam facere, duplicem ut habeas linguam.* Dousa P.

2. *Arentque*] Sciopp. *Iterentque sulcos.* Ne non Criticum putares Dousam, pro *Iterare* nobis *Arare* substituit. Os hominis! quasi verò *iterare* minùs Latinum sit, nonne te in corde volutasse, *iterandi* vocabulum rusticum esse, quod Columella aliter, *altero sulco serere*, dixerit? Et hoc est quod Ausonius Centone habet:
Itque reditque viam totiens. ---
& suprà Carm. 52.
Alternis ineundo & exeundo, &c.
sulcos. Allegoricè loquitur. *Sulcus* est id, quo mulieres sunt: quo viri *vomer.* Lucret. 4.
Eicit enim recta sulci regione viâque
Vomerem. ---

3. *arvo*] Lucret. lib. 4. *arvum* pro *cunno* accipit.
Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat arva.
Virgil. 3 Georg. *genitale arvum* vocat. loquitur de equabus.
Hoc faciunt, nimia ne luxu obtusior usus
Sit genitali arvo, & sulcos oblimet inertes,
Sed rapiat sitiens Venerem interiúsque recondat. Sciopp.

4. *Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis*] Latinè ac signatè oppidò, si modò eorum hominum acumini credendum, qui à *thyrso* isto non Bacchico; sed Ithyphallico vernaculum nostrum, quod hodie fœminis præcipuè ad quemvis subitum casum, puta si pedem offenderint, aut testum forrè manibûs prolapsum confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus vulgò iu ore esse consuevit. haud quidem iis Togatis dico, aut vili de plebe modò; sed verò his Stolatis etiam,
Quèisque tegit medios instita longa pedes:
hoc est, de summo Matronis loco ac ordinis primarii, multò in speciem honestissimis. Neque id adeò mirandum, quùm *thyrsus* nihil aliud, quàm *scapum*, sive *caulem* in morem columnæ supinatum ac subrectum Latinis hominibus significet. *Dousa P. Thyrsumque pangant. Thyrsum*, id est, *mentulam*, quam contum quoque vocant, defigant in horto amoris, id est, in cunno seu natura muliebri. Petron. *remissam mentulam, coliculi thyrsô languidiorem dicit.* Sed quid ille *thyrsus* sit, planius explicavit Dousa, qui hac una in re operari consuetus est. Ait ergo esse scapum seu caulem in morem columnæ supinatum ac subrectum, qui mulieribus ad subi-

[1] *Dent crebros ictus, conniuente lumine*
[2] *Repedante curſu, Venere & anima feſſula,*
Ejaculent tepidum rorem niveis [3] *laticibus.*
Hæc illi faciant quèis Venus non invidet,
At nobis [4] *caſſo ſaltem delectamine*
Amare liceat, ſi potiri non licet.

[1] IACO-

tum caſum, ut ſi pedem offendant, in ore eſſe ſolet. Nulla hercle circuitione, Douſa, uteris? *Scioppius.* Verbum illud, cujus mentionem fecit Nob. Douſa præcipuè in uſu eſt matronis Vltrajectinis; nec puto in alio tractu Bataviæ ſeu alius regionis Belgii frequentiùs exaudiri, quàm in urbe illa, quam *Coloniam Antoninam* vocitant illi, qui prima ab origine Belgarum monumenta æternitati conſecrarunt. *Gabb. pangant.* Sed neque minor proprietas in verbo *pangant*, prò *figant* poſito: qua ratione & *planta*, & *taleolæ pangi*, *vel depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc eſt, defiguntur in terram. Vnde & Strategus ille poëtarum Mantuanus noſter: *Pange ordine vites.* Vide Feſtum. De *Hortulo* verò *Cupidinis* metaphoricè ad rem voluptatum tranſlato, quod eodem addit Apulejus, poſteaquam Venerei arvi arationi *vim illam Lucillianam*, id eſt, ſatum genitalem rite atque ordine ſubjeciſſet, conſulendus Lipſius lib. III Antiq. Lect. *Douſa* P.

1. *Dent crebros*, &c.] Leg. ſeu emend.

Dum crebros ictus combibente lumine,
Trepida in decurſu Venere & anima feſſula, &c.

Combibere porro ictus lumine, tralatio omnium elegantiſſima. Sic, *amorem bibere.* Virgilius. *ignem totis oſſibus, imò medullis bibere, aut vorare*, Ovidius, Papinius, & cæteri omnes, quicquid eſt poëtarum. Apulejus hîc igitur, *Putres in Venerem, fractoſque ac verè patrantes* oculos denotare volens, eorum exprimit habitum, *qui validis Veneris compagibus hærentes ſollicitant ſpatium decurrere amoris.* hoc eſt, quum res ad effectum jam ſpectat, Poëtæ Sulmonenſi haud ignarum. Sic enim ille II de Arte:

Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt ſol in liquida ſæpe refulget aqua.

Douſa P. *Dent crebros ictus conniuente l.* In effectu ſeu patratu, quando muliebre arvum ſeminatur, oculos nictare ajunt & tremere, hancque ob rem oculos poſtremos in homine formari. Perſius:

Oculos in fine patrantes, ſeu, ut quidam legunt, *trementes.* G. Sciopp.

2. *Repedante curſu*] Sic reſtituit hunc locum Cl. Scriverius. Cùm vulgò eſſet; *crepidante curſu.* Binetus emendabat, *trepidante curſu.* & ſic Pythœus edidit. Sed Douſa: *Trepida in decurſu Venere & anima feſſula.* Colvius divinabat, *Trepidante fluctu Veneré.* Notum, unde Venus nata: quid per *fluctum* item hîc intelligi poſſit, non etiam eget explicatione ulla. *S. A. Gabbema.*

3. *Laticibus*] *Latex* dicitur quivis humor, heic ſemen virile. *Scioppius.*

4. *caſſo*] *Inani.* Sic neſcio quis veterum *caſſam terriculam* vocat inanes minas & ſine viribus iram. *Sciopp.*

[1]IACOBVS DVRANTIVS
Contradicit
APVLEIANIS VERSIBVS.

NEfas amare, ſi Potiri non licet:
Quid ſolus eſt amor? niſi votum impotens,
Nolens voluntas, ardor expers ignium.
Ejuſque pœna cui negatum jam frui?
Qui amat, fruatur: hoc Venus, hoc vult Amor.
Cupido poſſe cui negat, velle abnegat.
Res illa amore conſtat & potentiâ:
Et velle crux eſt, ni ſimul vires ſient:
Et poſſe crux eſt; ni voluntas urgeat.
Olli ergo ament qui in lectulo cum virgine
Molli cubantes, membra teneris implicant
Nodis calentia, & procaci palmula
Omnia pererrant proximæ Veneris loca,
Et comprimentes oſculo dulci labra,
Et hinc & inde commeante cingula,
Et hinc & inde fluctuante Cypride,
Animis utrinque dulce colludentibus,
Saliente utrinque corde crebris pulſibus,
Vnoque bina poſſidente pectora
Æſtu, & tenaci conligati glutino,
Amplexibuſque arctis adhærentes, levi
Vulnere puellæ molle laxant cingulum,
Oculis patrantibus, & cadente ſpiritu
In vaſa Veneris vim vomentis fervidam;
Alvum rigantes imbre lacteo, ſopor
Donec propinquus languidos demulceat
Artus, ſepultas ſuſcitans rurſum faces.
Exeſte Galli, vel quibus vim ſuſtulit

1. IACOBVS DVRANTIVS] Adducente Gabbema. *Niſi*, *Venus* | ultima longâ, in ſeqq. ipſi videre.

Impos senectus : quêis potiri non licet,
Nec amare fas est, noscere nec ritus sacros ;
Ac nec videre, quæ imperat nobis Amor,
Dum floret ætas, dum inquies nostras calor
Vrit medullas, & Venus Venerem jubet.

L. APVLEII.

Florea serta meum mel, & hæc tibi carmina dona :
Carmina dono tibi, serta tuo genio.
Carmina, uti Critiæ lux hæc optata creatur,
Quæ bis septeno vere tibi remeat.
Serta autem, ut læto tibi tempore tempora vernent ;
Ætatis florem floribus ut decores.
Tu mihi da contrà pro verno flore tuum ver,
Vt nostra exsuperes munera muneribus.
Pro implexis sertis, complexum corpore redde,
Proque rosis, oris suavia purpurei.
Quod si animum inspires, dona jam carmina : nostra
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

EIVSDEM.

Et Critias mea delicia, & sol alme Carine,
Par in amore meo vita tibi remanet.
Ne metuas ne me ignis & ignis torreat, ut vult,
Hasce duas flammas dum patiar, potiar.
Hoc modo sim vobis unus sibi quisque quod ipse,
Hoc mihi vos estis quod duo sunt oculi.

*

Jam libet ad lusus, lasciváque furta reverti ;
Ludere, Musa, juvat, Musa severa, vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethusa capillis :
Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas.
Et modò nocturno pulsans mea limina signo,
Intrepidos tenebris ponere docta pedes.
Nunc collo molles circum diffusa lacertos,
Et flectat niveum semisupina latus.

Inque

Inque modos omnes dulces imitata tabellas
Transeat, & lecto pendeat illa meo.
Nec pudeat quicquam: sed me quoque nequior ipsa
Exsultet toto non requieta toro.
Non deerit Priamum qui defleat, Hectora narret.
Ludere, Musa, juvat; Musa severa vale. *

*

Esse tibi videor demens, quòd carmina nolim
Scribere Patricio digna supercilio.
Quòd Telamoniaden non æquo judice victum
Prætream, & pugnas, Penthesilea, tuas:
Quòd non aut magni scribam primordia mundi,
Aut Pelopis currus, aut Diomedis equos:
Aut ut Achilleis infelix Troja lacertis
Quassata, Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tentetis: vos detis lintea ventis:
Me vehat in tutos parva carina lacus.

*

Insanus vobis videor, nec deprecor ipse
Quo minus hoc videar. Cur tamen hoc videor,
Dicite nunc. Quòd semper amas, quòd semper amasti.
Hic furor? hic, superi, sit mihi perpetuus.

*

Quædam me, si credis, amat; sed dissilit, ardet;
Non sic, non leviter: sed perit & moritur.
Dum fugiet, gratis quædam simul atque rogabit,
Ostendam quam non semper amatus amem.

*

Iuratum tibi me cogis promittere, Galla,
Ne narrem. jura rursus & ipsa mihi,
Ne cui tu dicas. Nimium est lex dura: remittam,
Præterquam si vis dicere, Galla, viro.

PETRONII AFRANII.

Ad Deliam.

Nescio quo stimulante malo pia fœdera rupi,
Non capiunt vires crimina tanta meæ.

Instituit, & stimulis ardentibus impulit actum,
Sive fuit Fatum, seu fuit ille Deus.
Arguimus quid vana deos? vis, Delia verum?
Qui tibi me dederat, idem & ademit Amor.

*

Sic me custodi Cosconia; neve ligata,
Vincula sint nimium, neve soluta nimis.
Effugiam laxata nimis, nimis aspera rumpam.
Sed neutrum faciam, commoda si fueris.

*

Semper mundicias, semper, Basilisca, decores,
Semper compositas arte decente comas:
Et comptos semper cultus, unguentáque semper,
Omnia sollicita compta videre manu,
Non amo. neglectim mihi se quæ comit amica,
Se det, & ornatus simplicitate valet.
Vincula ne cures capitis discussa soluti,
Nec ceram in faciem: mel habet illa suum.
Fingere se semper, non est confidere amori,
Quid, quod sæpe decor, cum prohibetur, adest?

*

Ante dies multos nisi te, Basilisca, rogavi,
Et nisi præmonui, te dare posse negas.
Vt subitò crevere, solent ex tempore multæ,
Quàm scriptæ, melius cedere deliciæ.

*

Cur differs, mea lux, rogata semper?
Cur longam petis advocationem?
Primum hoc artificis scelus puellæ est.
Deinde est difficile est laboriosum
In tentigine tam diu morari.
Nihil est præterea puella, nihil est.
* *Deprensa mel.*

*

Fœda est in coitu & brevis voluptas,
Et tædet Veneris statim peractæ.

Non

Non ergo ut pecudes libidinosæ
Cæci protinus inruamus illuc:
Nam langueſcit amor, peritque flamma,
Sed ſic, ſic ſine fine feriati,
Et tecum jaceamus oſculantes.
Hic nullus labor eſt, ruborque nullus,
Hoc juvit, juvat, & diu juvabit;
Hoc non deficit, incipitque ſemper.

*

Quid ſævis Sybari? domiti modò terga juvenci
Quid premis, & tenerum currere cogis equum?
Dum ſtupet ac novus eſt, & adhuc non novit amorem,
Parce: premendus erit, cùm veteranus erit.

*

O ſacros vultus Baccho, vel Apolline dignos,
Quos vir, quos tuto femina nulla videt!
O dignos, quales pueri vel virginis eſſe,
Vel potius credas virginis eſſe deæ!
Felix, ſiqua tuum corrodit femina collum:
Felix quæ labris livida labra facit.
Quæque puella tuo cum pectore pectora ponit,
Et linguam tenero laſſat in ore ſuam.

*

Ejuſdem Ad Deliam.

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.
Hic quis ſit, quæris? reſonant tibi noctibus aures,
Et reſonant totis? Delia te loquitur.
Non dubiè loquitur me Delia: mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter ſecreta ſilentia noctis
Submiſſa, ac tenui rumpere voce ſolet.
Non aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare,
Agnovi, veræ venit mihi vocis imago,

Blandior

Blandior arguta tinnit in aure sonus.
Ne cessate, precor, longos gestare susurros:
Dum loquor hæc, jam vos obticuisse queror.

*

Accusare & amare tempore uno,
Ipsi vix fuit Herculi ferendum.

INCERTI.

Formosa es, fateor: dives generosa, venusta.
Confitear, si vis, omnia, redde vicem.
Nempe parum casta es: nempe es deprensa. negabis?
Res venit ad lites, rursus & illa negem.
Dic potius: sed nempe semel: sed nempe puella:
Et cùm deprensa, quid nisi frater erat?
Frater erat. nihil est. fecit quod Iuppiter. illud
Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

PETRONII AFRANII.

Ad quandam virifugam.

Pulchrior & nivei cùm sit tibi forma coloris,
Cuncta pudicitiæ jura tenere cupis.
Mirandum est quali naturam lege gubernes,
Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Te neque conjugii libet excepisse levamen,
Sæpius exoptans nolle videre mares.
Hæc tamen est animo quamvis exosa voluptas,
Nunquid non mulier, cùm paris, esse potes?

*

EIVSDEM AD IVLIAM.

Me nive candenti petiit modò Iulia. rebar
Igne carere nivem, nix tamen ignis erat.
Quid nive frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus, Iulia, missa tuis.
Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta si latet ignis aqua?

Iulia,

Iulia, sola potes nostras exstinguere flammas,
Non nive, non glacie, sed potes igne pari.

ALCIMI.

O blandos oculos & inficetos,
Et quadam propria nota loquaces:
Illic & Venus, & leves amores,
Atque ipsa in medio sedet voluptas.

EIVSDEM ALCIMI.

Lux mea Puniceum misit mihi Lesbia malum,
Iam surdent animo cætera poma meo.
Sordent velleribus hirsuta Sidonia canis,
Sordent hirsutæ munera castaneæ.
Nolo nuces, Amarylli, tuas, nec cerea pruna.
Rusticus hæc Corydon munera magna putet.
Horreo sanguineo male mora rubentia succo,
Heu grave funesti crimen amoris habent!
Misit dente levi paulum libata placentæ
Munera, de labris dulcia mella suis.
Nescio quid plus melle sapit, quod contigit ipsa
Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

*

*Indoctus teneram suscepit * calculo pubem,*
Quam cogat primus discere literulas.
Sed cùm discipulos nullo terrore coërcet,
Et ferulis culpas tollere cessat iners:
Projectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi rite magister habes.

CLAVDII CLAVDIANI V.C.

Marcus amans puerum, natum mentitur amare,
Vultque pater dici, nescius esse pater.

1. *O blandos oculos & inficetos*] al. *incetos*. Leg. *inquietos*, ut habent vett. dd. Est quod suprà Petronius dixit, *oculorum quoque mobilis petulantia.* I S. Pontanus Analect. lib. 1, c. 12. G.E.

Et

Et pietate nefas, & amorem velat amore,
Se pietas umbram criminis esse dolet.
Nate, dies audit: nox & torus audit, Amice:
Et pro temporibus nomina mutat amor.
Stulte, quid ignaro non dicit Cinthia fratri?
Ne credas noctis digna latere diem.
Qui pater est, huic filius est: à lumine primo
Filius, à thalamis incipit esse pater.

*

Formosissima Laï feminarum,
Dum noctis precium tuæ requiro,
Magnum continuò petis talentum.
Tanti non emo, Laï, pœnitere.

PETRONII AFRANII
Ad Deliam.

Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
Victa jacent solo cùm mea membra toro.
Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni:
Somnia tu vinces, si mihi vera venis.

*

Caballina furens amanda nulli,
Excussis modò calcibus fremebat:
Quæ quamvis facie micet rubenti,
Et vibret Parium nitens colorem:
Hirsutis tamen est petenda mullis,
Quæ possint pariles citare junctas.

*

Græcule, consueta lenandi callidus arte,
Cœpisti adductor conjugis esse tuæ.
Et quem forte procax penitus conroserat uxor,
Consueras patria præcipitare domo.
Sed prætensa astu, delusit retia quidam,
Teque tuis miserum depulit è laribus.
Solus vera probas jucundi verba poëtæ:
Cùm jugulas hircum, factus es ipse caper.

Quid

*

Quid prodeſt Martis te vel de nomine dictum,
Pruriat infami cùm tibi clune Venus?
Fors fuerat potius Cypridos ut nomen haberet,
Et natura daret Martia membra tibi.
Nunc utroque carens ignoti fabula ſexus;
Femina cùm non ſis, vir tamen eſſe nequis.

DE GALATHEA IN VASE.

Fulget, & in patinis ludit pulcherrima Naïs
Prandentum inflammans ora decore ſuo:
Congrua non tardus diffundat jura miniſter,
Vt lateat poſitis tecta libido cibis.

*

Ludere ſueta vadis privato Nympha natatu
Exornat menſas membra venuſta movens:
Coſme, has nolo dapes: vacuum mihi pone boletar.
Quod placet aſpiciam, renuo quod ſaturat.

*

Praxitelis Venerem lapidoſa per oſcula multi
Stuprarunt. quin ſub marmore viva fuit.
At mirum hos gelido è ſaxo prodiſſe calores:
Mirare exuſtos lampade Solis agros.

*

Mitte, aquila, hunc puerum. mitte, inquam. ſi ſapis: inquam,
Aut tibi per medium miſſile corpus agam.
Non mittis? ſed non moveor ſtridoribus ullis,
Quid gemis? At culpæ eſt. ingemis? auctor Amor.
Mirus Amor ſi credibilis volucriſque hominiſque:
Sed quantum, oro, homini convenit & volucri?
Et ſi remigio alarum roſtròque ſuperba es,
O aquila, aſt omni eſt alite major homo.
Naturam accuſa, quæ corpus pectore diſpar:
At qui dat diſpar corpore pectus Amor.
Quicquid formoſum eſt, penetrat, trahit, arripit ad ſe.
Nempe eſt de Veneris ſanguine natus Amor.

Quæ-

*

Quænam hæc forma? dei. Cur versa est? fulgura lucis
Divinæ non fert debilis hæc acies.
Quid verò existit tanquam uno è corpore corpus?
Hic Amor est. Si Amor est, cur videt? at Iovis est.
Cur ita complicitis alis? nunquam evolat. At cur
In se convertit tela? sui ille amor est.
Cur ferro sine tela gerit? quia vulneris expers
Ille est: at vester vulnerat & cruciat.

*

Sic tua sit, quamcunque tuam vis esse puellam:
Sic quamcunque voles, mutuus ignis edat:
Sic nunquam dulci careant tua pectora flamma,
Et sic læsuro semper amore vacent.

*

Vince mero curas, & quicquid fortè remordet
Comprime: deque animo nubila pelle tuo.
Nox curam si prendit, alit. malè creditur illi
Cura, nisi à multo marcida facta mero.

*

Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora nostra,
Et vitam faciunt balnea, vina, Venus.

*

Sanguine si nostro, nostra si morte liceret
Pallentes Orco, proh dolor! eripere:
Et si quæ patimur crudeli funere fata,
Hoc saltem nobis munere grata forent:
* *Tæderet quantos cœli convexa tueri;*
Quantæ sævirent in sua corda manus?
Et tu, quæ fuerim si nosses, candide lector,
Nunc animam quoque tu purpuream vomeres,
Vivere quo rursus possem, & superesse daretur,
Iungere & innumeras nexa per ora animas.

*

Hîc jacet exutis Dionysia flebilis annis,
Extremum tenui quæ pede rupit iter.

Cujus

Cujus in octava lascivia surgere messe
Cœperat, & dulces fingere nequitias.
Quòd si longa tuæ mansissent tempora vitæ,
Doctior in terris nulla puella foret.

*

Verna puer, puer ô mi verna, quis, ah! quis ab aura
In tenebras rapuit: perditus ah! morerer,
Ni tecum assiduè loquerer, ni sæpe jocando
Fallerer, hinc te cùm continuò aspicio.
Semper ero tecum, & si me sopor occupet, umbram,
Te umbra petam. ergo unquam ne metue abs te abeam.

*

Formâ atque illecebris Veneri vix æmula livor
Saxo delicias invidus occuluit:
Artificis pietate iterum rediviva placebam,
Ni me vidisset Cypria marmoream.

*

Si fructus proprio subdit de germine tellus,
Si reparat sparsis debita seminibus;
Nascentur tumulo formæ, nova messis, honores,
Et lepor, & suavis gramina nequitiæ.

*

Injice, si pietas usquam est, suspiria, & imple
Mecum hospes lacrymis marmoris hoc vacuum.
Nam formæ exemplum periit cùm obiit mea Lyde,
Quam perière homines, vel petière dii.

*

Lydia bella puella, candida,
** Quæ bene superas lac & lilium.*
Albamque simul rosam rubidam,
Aut expolitum ebur Indicum,
Pande puella, pande capillulos
** Flavos, lucentes ut aurum nitidum*
Pande puella collum candidum,
Productum bene candidis humeris.
Pande puella stellatos oculos,
Flexaque super nigra cilia.

Pande puella genas roseas,
Perfusas rubro purpuræ Tyriæ.
Porrige labra, labra corallina,
Da columbatim mitia basia:
Sugis amentis partem animi:
Cor mihi penetrant hæc tua basia.
Quid mihi sugis vivum sanguinem?
*Conde papillas, conde * gemipomas,*
Compresso lacte quæ modo pullulant.
Sinus expensa profert cinnama:
Vndique surgunt ex te deliciæ.
Conde papillas, quæ me sauciant
Candore, & luxu nivei pectoris.
Sæva non cernis quod ego langueo?
Sic me destituis jam semimortuum?

Licinii Calvi in Cn. Pompejum.

Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
Scalpit. quid credas hunc sibi velle? virum.

REGIANI DE BAIIS.

Ante bonam Venerem gelidæ per litora Baiæ,
Illa natare lacus cum lampade jussit Amorem:
Dum natat, algentes cecidit scintilla per undas:
Hinc vapor ussit aquas: quicunque natavit, amavit.

PETRONII AFRANII.

De sigillo Cupidinis aquas fundentis.

Igne salutifero Veneris puer omnia flammans
Pro facibus proprias arte ministrat aquas.

SENTII AVGVRINI.

Canto carmina versibus minutis
His, olim quibus & meus Catullus,
Et Calvus, vetereseque, sed quid ad me,

* Vnu

* *Vnus Plinius est mihi, priores?*
Mavult versiculos foro relicto:
Et quærit quod amet, juvatque amare,
Ille Plinius, ille. quid? Catones.
I nunc, qui sapias, amare noli.

*

Parce precor virgo toties mihi culta videri,
Meque tuum forma perdere parce tua.
Parce supervacuo cultu componere membra:
Augeri studio tam bona forma nequit:
Ne tibi sit tanto caput & coma pexa labore,
Et caput hoc bellum est, & coma mixta placet.
Ne stringant rutilos tibi serica vincla capillos,
Cùm vincant rutilæ serica vincla comæ.
Nec tibi multiplicem crines revocentur in orbem,
Inculti crines absque labore placent.
Aurea nec video cur flamea vertice portes:
Aurea nam nudo vertice tota nites.
Vtráque fert auris aurum, fert utraque gemmas,
Vtraque nuda novis anteferenda rosis.
Ora facis vitreo tibi splendidiora nitore,
Cùm tantum ora vitro splendidiora geras.
Incendunt niveum lunata monilia collum,
Nec collum simplex dedecuisse potest.
Contegis occulta candentes veste papillas,
Candida cum nolit veste papilla tegi.
Ne toga fluxa volet, reprimit tibi fascia corpus:
Sat corpus veneror, sit toga fluxa licèt.
Dic, teretes digitos quare annulus & lapis ambit,
Cum teretes digiti dent pretium lapidi?
Ornatu nullo potes exornatior esse,
Et tantùm ornaris in mea damna nimis.
Ne te plus æquo species externa perornet,
Cùm sis plus æquo pulchra decore tuo.
Non ego sum pro quo te componendo labores,
Nec qui te talem non, nisi cogar, amem.

Pronus amo : non ſum tenero qui pugnet amori,
Nec qui te roſeam vellet amare deam.
Cùm radiis certare Iovis tua lumina poſſent,
Et poſſent radiis vincere ſigna Iovis.
Sole nihil toto melius ſplendeſcit in orbe,
Sole tamen melius ſpendidiúſque nites.
Sunt tibi colla quidem nive candidiora recenti,
Sed nive, quæ nullo marcida Sole jacet.
Conveniunt tepido tua frons & pectora lacti,
Sed lacti ſaturæ quod poſuêre capræ.
Cedit odora tibi vernantis gloria Sylvæ,
Nec tibi quod riguus præferat hortus habet.
Nulla colorati ſpecies tibi proxima prati
Nec cùm floruerit par tibi campus erit.
Alba liguſtra tuæ nequeunt accedere laudi,
Fixaque ceſpitibus lilia laude premis.
Nulla tuos poſſunt æquare roſaria vultus,
Cùm nec adhuc ſpinis ſit roſa vulſa tuis.
Gratia, quam violæ maturo flore merentur,
Si quod contulerit ſe tibi, vilis erit.
Non Helenæ mater, nec par tibi filia Ledæ :
Quamvis hæc Paridem moverit, illa Iovem.
Compulit illa Iovem cygni latuiſſe ſub alis,
Compulit illa Phrygas ſæva ſub arma duces.
Leda per albentes humeros fluitante capillo
Dum legit Argivæ florea ſerta deæ,
Erranti ſuper aſtra Iovi de nube ſuprema
Cognita, plumalem de Iove fecit avem.
Tuque puellarum dum ludis in agmine princeps.
Inter virgineos lucida ſtella choros,
Si magno conſpecta Iovi de nube fuiſſes,
Depoſuiſſe deum non puduiſſet eum.
Aſt Helenæ facies & opima potentia formæ
Dardanio Paridi per mare præda fuit.
Græcia conjurat repetendam mille carinis,
Iurata hanc ratibus Græcia mille petit.

Te tam conſpicuam Phrygius ſi prædo videret,
Et te vel ratibus, vel rapuiſſet equo.
Annis tracta decem ſunt Troïca bella: ſed uno,
Si pro te fierent, menſe peracta forent,
Virgine Ledæa me judice dignior eſſes,
Pro qua Trojanas flamma cremaret opes,
Tu poteras Priamo validiſſima cauſa fuiſſe,
Nulla ut cura foret regna perire ſua.
*Si ſuccincta togam * riſu pharetrata Dianæ*
Venatrix toto crine ſoluta fores:
Si Dryadum comitata choro, ſi nuda lacertos
Arcu fulmineos inſequereris apros:
Te quicumque deus ſylvoſa per antra vagantem
Conſpiceret, veram crederet eſſe deam.
De pretio formæ cùm tres certamen ineſſent,
Electuſque Paris arbiter eſſet eis:
Præfecit Venerem Paridis cenſura duabus,
Deque tribus victæ ſuccubuêre duæ.
Cum tribus ad Paridem ſi quarta probanda venires,
De tribus à Paride quarta probata fores.
Pomáque ſi formæ potiori danda fuere,
Hæc potiùs formæ danda fuere tuæ.
Ferrea corda gerit, tua quem cœleſtis imago,
Vel tam purpureæ non tetigere genæ.
Robore, vel ſcopulo genitum convincere poſſim,
Quem tam ſollennis forma monere nequit.

*

In cratere meo Tethys eſt conjuncta Lyæo,
Et dea mixta deo; ſed dea major eo.

*

Blanditur puero Satyrus, vultuque, manuque,
Nolentis ſimilis retrahit ora puer.
Quem non commoveant, quamvis de marmore? fundit
Penè preces Satyrus, penè puer lacrymas.

*

Me mihi ſurripuit contraria flamma ſororum,

Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.
Ore Melas, oculisque Theis, placuere, subinde:
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.
Sed dum nigra Melas videt sine voce sororem,
Despectam Theidis forma facitque Melam;
Me mihi restituit contraria flamma sororum:
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.

FINIS

Variorum veterum erronum Venereorum, & CATALECTORVM.

AVSONII
Viri Consularis
CENTO NVPTIALIS,
Virgilianis versibus in alium sensum detortis.

AVSONIVS PAVLO S.

PERLEGE hoc etiam, si operæ est, frivolum & nullius pretii opusculum: quod nec labor excudit, nec cura limavit: sine ingenii acumine, & moræ maturitate. CENTONEM vocant, qui primi hac concinnatione luserunt. Solæ memoriæ negotium, sparsa conligere, & integrare lacerata: quod ridere magis, quam laudare possis. Pro quo, [1] si per Sigillaria in auctione veniret, [2] neque Afranius

1. *si per Sigillaria in auctione veniret*] *Sigillaria* à sigillis, hoc est, parvis signis dicta festa memorat idem Ausonius in Edyllio de Feriis Romanis. *Sigillaria* etiam locus fuit Romæ. Gellius lib v, c. IV. *Apud Sigillaria fortè in libraria ego & Iulius Paulus poëta, vir memoria nostrâ doctissimus, consederamus.* Vinetus. Idem Gellius lib. II, c. III. *Gabbema.*

2. *neque Afranius nauci daret*] Afranius poëta comicus. *Nauci*, putamen nucis & rem nihili significat, ut docet Erasmus in Adagiis, ex Festo Pompejo: unde quidam in Comœdia Afranii *Nauci* proprio nomine dictus

nius *nauci* daret, [1] nec *cicum* ſuum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam joculari dehoneſtaſſe materia. Sed quid facerem? juſſum erat. [2] quodque eſt POTENTISSIMVM IMPERANDI GENVS, rogabat, qui jubere poterat, Imperator Valentinianus, Vir meo judicio eruditus: qui Nuptias quondam ejuſmodi ludo deſcripſerat, aptis equidem verſibus, & compoſitione feſtiva, experiri deinde volens, quantum noſtra contentione præcelleret, ſimile nos de eodem concinnare præcepit. Quam ſcrupuloſum hoc mihi fuerit, intellige. Neque anteferri volebam, neque poſthaberi: quum aliorum quoque judicio detegenda eſſet adulatio inepta, ſi cederem: inſolentia, ſi, ut æmulus, eminerem. Suſcepi igitur ſimilis recuſanti: feliciterque & obnoxius gratiam tenui: nec victor offendi. Hoc, die uno, & addita lucubratione, properatum, [3] modo inter liturarios meos cum reperiſſem: tanta mihi candoris tui, & amoris fiducia eſt, ut ſeveritati

dictus, qui nihili eſſet. *Vinetus.*

1. *nec* cicum *ſuum Plautus offerret*] Exſtat Rud. II, VII, XXII. *Ciccum non interduim.* οὐδὲν διάφορον ποιοῦμαι. Idem alibi; *pluma non intereſt.* Scaliger in conjectaneis. I. Gulielmius: *nihil interdare*, ſuſque deque facere, καὶ ἀδιαφορεῖν. ſic idem Plautus: *ciccum, floccum non interdare*, in eadem ſignificatione uſurpat, Capt. III, V: & Trin. IV, II. &c. Etiam Lipſius Epiſt. Quæſt. lib. I, c. II docet, *ciccum* eſſe leve quiddam, ut *hilum*. Gloſſæ: *Ciccum*, ῥοᾶς ὑμὴν, *membrana tenuis, quæ eſt in malo Punico cellularum diſcrimen*, ut Varro ait. Heſychius: κοκκὸς διαχώρησις. Gloſſarium H. Stephani: *ciccum* γρὺ κόκκος. quod Græci, οὐδὲ γρὺ, Latini *nec ciccum*: & κόκκος eadem notione apud Græcos. Timon Syllographus:

Πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόου δέ μοι οὐκ ἔνι κόκκος.

Exſenſum mihi pectus, & haud hilum mihi mentis. Gabbema.

2. *quodque eſt* POTENTISSIMUM] Macrob. lib. II Saturn. de Cæſare & Laberio; *poteſtas non ſolùm ſi invitet, ſed etiam ſi ſupplicet, cogit.* Idem.

3. *modò inter liturarios meos cum reperiſſem*] Eadem ſignificatione *liturarii* in epiſtolæ nonæ Auſonii titulo: *Hoc inchoatum, neque impletum, ſic de liturariis ſcriptum.* quod vocabulum, neſcio, quàm ſit antiquum; ſed eas chartas ſignificat, in quibus primum ſcribimus, quidquid ſit orationis quod componimus, à multis liturìs, quibûs ea in re uti ſolemus; quemadmodum in extremo carmine ad Theodoſium idem meminit Auſonius:

Ne ferat indignum vatem, centumque lituras,
Mutandas ſemper deteriore nota.

Vinet.

tati tuæ nec ridenda subtraherem. Accipe igitur opusculum de inconnexis continuum, de diversis unum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum: ne in sacris & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Virbium. illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum. Et si pateris, ut doceam docendus ipse, CENTO quid sit, absolvam. *Variis de locis, sensibusque diversis, quædam carminis structura solidatur; in unum versum ut coeant, aut cæsi duo, aut unus & sequens*

1. *aut Thyonianum mireris, aut Virbium*] Hippolytum ab Inferis & morte ad vitam redintegratum, *Virbium* fuisse appellatum, dixit in Præfatione in Griphum. Narratur autem hæc fabula de Hippolyto Ovidio lib. xv, Euripidi, Senecæque in tragœdia Hippolyto, Hygino, Servio, & aliis. Cujus hæc summa est: Theseus Athenienſium rex, patres habuit deum Neptunum, & Athenarum regem Ægeum, at matrem Æthram. Illi filius fuit Hippolytus ex uxore Hippolyta, sive, ut alibi legitur, Antiopa. Qua mortua, Phædram Minois regis Cretæ insulæ filiam duxit Theseus. Hæc privignum suum egregia formâ juvenem, amore capta, marito absente, de stupro interpellavit. Hippolytus, qui cunctarum alioqui mulierum commercium aversabatur, tantum scelus exhorruit. Quem contemptum Phædra impatientius ferens, literas ad Theseum dedit, quibûs ab Hippolyto se per vim stupratam mentiebatur: & suspendiô se necavit. Theseus litteris conjugis credidit: & quum non facile posset ipse de filio pœnas sumere, patrem Neptunum rogavit, ut Hippolytum puniret. Neptunus itaque è mari phocam, vitulum marinum, immanem, emisit: cujus forma & horribili mugitu, equi, quibus junctis Hippolytus secundum mare vehebatur, territi, dominum suum distraxerunt. Diana autem quum Hippolytum propter castitatem unicè carum haberet, eum in vitam per Æsculapium fratris filium Apollinis revocavit: indéque Latini pro Hippolyto *Virbium*, quasi *Bisvirum* vocaverunt. Quod ad Dionysium sive Bacchum attinet (de cujus nominibus Epigramm. XXVIII, & XXIX.) hic etiam *Thyoneus*, id est, Θυωνεύς, cognominatur Horatio, Ovidio (IV. *Metam.*) & aliis Latinis æquè atque Græcis poëtis; sed quòd idem etiam *Thyonianus* pro *Thyoneo* sit nuncupatus, hoc verò nomen apud solum Ausonium legere memini, & Catullum in Epigrammate ad suum puerum, si quidem ibi rectè *Thyonianus* legit Lil. Gyraldus VIII Syntagmate de Diis:

Migrate: hic merus est Thyonianus.

Vbi meus liber habet, *Thyonieus*; Sed nec Phornutus, qui Dionysium à Gigantibus discerptum, & ab Rhea restitutum fuisse meminit, novum nomen in altera vita accepisse refert. *Vinetus.* Apud Catullum veteres Interpretes Palladius Fuscus, Antonius Palladius, & alii retinent *Thyonianum*, & accipiunt meri vini liquorem Bacchium. Mureto est *Thyonianus* nomen Liberi patris, à Thyone matre ipsius, quæ & Semele dicitur. Bacchus fertur, Iove patre concedente, matrem Semelen ab inferis eduxisse, & immortalitate donatam; *Thyonem* à sacris, quæ illi attribuit, denominasse. nam Θύω, sacra facio dicitur. indè ipse Liber ex materno nomine *Thyoneus* appellatus est, ut scribit Diodorus. *Scriverius.*

1. *Nam*

quens cum medio. [1] *Nam duos junctim locare, ineptum est: & tres una serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes quas recipit versus Heroicus, convenire ut possit, aut penthemimeris cum reliquo anapæsto: aut trochaicè cum posteriore segmento: aut septem semipedes cum anapæstico chorico: aut post dactylum atque semipedem, quicquid restat hexametro.* [2] *Simile ut dicas ludicro, quod Græci*

1. *Nam duos junctim locare ineptum est*] Quod tamen aliquot locis fecisse videris, mi Ausoni. ut in Cœna nuptiali:

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Et in Epithalamio:

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.

Et in Ingressu in cubiculum:

Succidimus. non lingua valet. non corpora notæ
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur. S. A. Gabbema.

2. *Simile ut dicas ludicro, quod Græci* στομάτιον *voc.*] Scriverius: *S. u. d. l. q. G. ostomation v.* De ludicro ὀστωματίων, quæ ossicula sunt, noli dubitare quin verè divinarim. Legendum apud Ausonium: *Simile ut dicas ludicro quod Græci* ὀστωμάτιον *vocavere. Ossicla ea sunt:* perperam hodie *oscilla* ibi legas, & στομάτιον. Nec moror Glossas, quæ στομάτιον etiam scribunt, nempe pro ὀστωμάτιον. Sic σχίεια κόμματα vocant quæ sunt ἰσχίεια. Et *schiadicos* puto reperiri apud Marcianum Capellam pro *i chiadicis*. Inde *schiaticam* vocamus hodie hunc morbum sive dolorem, pro ἰσχιαδικῇ. ὀστῶσαι est ossiculare: indè ὀστώματα & ὀστωμάτια. Hæc in scheda Cl. Salmasius. Magnus Felix Ennodius, Episcopus Ticinensis, in Epigrammatis, DE STOMATICO EBURNEO.

Sollicitata levi marcescunt corda virorum
Tormentô. fas est ludere virginibus.
Frangunt Marmaricis elephas quod misit ab arvis,
Per micas sparsum mox solidatur opus.
De Pœno teneræ discunt cum fraude jocari.
* *Nam ridere necis munere, fœmineum est.*
Angusta norunt res mille includere capsâ:
Omne ebur hoc, mulier, pectoris arcæ tui est.

Quo Epigrammate hoc Ludicri genus graphicè, & pleniùs quàm ab Ausonio, describitur. Primùm ostendit ossicula hæc eburnea fuisse, quæ frustillatim sparsa, in unum coagmentarentur, mille formas & simulacra, quod & Ausonius monet, variegatâ concinnatione repræsentantia. Deinde videtur Antistes Ticinensis, non sine aliquo morsu & sale in sequiorem sexum, innuere hoc Ludicrum Pœnis deberi, atque ex Africa in Europam translatum. Si quidem me, vulgatas editiones castigantem, audias in quibus legitur, *De pœna teneræ*, & mendosiùs, *De pœna temere.* Quod si emendandum ita, ut dixi, non sit: tentabunt alii meliùs, & exponent quid hîc & sequenti pentametrô, sive auctor sive librarii velint, quod equidem cum ignarissimis scio. Quis autem ignorat, *Punicam fidem* proverbiis nobilitatam? quæ *Pœna fides* Ausonio Ep. XII. De fluxa mulierum fide, nihil attinet dicere. Porrò, apparet ex hoc loco, ossicula hæc capsulâ condi solita, ad res

Græci ϛομάτιον *vocavere. Oscilla ea sunt. ad summam quatuordecim figuras Geometricas habent.* [1] *Sunt enim æquilatera: vel triquetra: extentis lineis: aut rectis angulis, vel obliquis: isoscele, vel isopleura: ortho-*

mille, ut ait Ennodius, indidem promenda, cùm animi relaxandi caussâ puellæ hac arte vellent ludere. Doctissimus Sirmondus in Notis suis ad illum auctorem, interpretatur *Stomatio eburno*, Oscillo. & Glossarii locum adhibet: putatque eódem spectare larvam argenteam Petronii Arbitri, cujus catenatio mobilis diversas figuras exprimebat. Qui cùm hunc errorem cum Scaligero, quem sequitur, communem habeat, refutatione aliâ non indiget. Hæc scripseram, cùm iteratò de hoc ludicro cum eodem amico nostro loquutus accepi ab illo locum Atilii Fortunatiani, qui de Metris scripsit, & locum quidem emendatiorem quàm in editionibus; cap. de Hendecasyllabo Phalæcio: *Nam si loculus ille Archimedius quatuordecim eboreas lamellas* (ecce toridem agnoscit Ausonius) *quarum anguli varii sunt, in quadrata forma inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modò galeam, modò sicam, aliàs columnam, aliàs navem figurat, & innumerabiles efficit species: solebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimùm prodesse; quantò majorem potest nobis afferre voiuptatem, quantóque pleniorem utilitatem carmina inter manus habentibus Metrorum varia tractatio, cùm subinde apud poëtas ea quæ fallunt imperitos metra inserta numeris & intermixta carminibus deprehendemus? Quadrata* illa *forma*, in qua inclusæ lamellæ angulis variis, ipse loculus est. *capsam* vocat Ennodius.

1. *Sunt enim æquilatera: vel triquetra extentis lineis, aut rectis angulis vel obliquis.* Ἰσοσκελῆ ipsi vel ἰσόπλευρα vocant, ὀρθογώνια quoque & σκαληνά.] Sic habet locus hic in cunctis nostris codicibus itaque plena videtur oratio. ut nec deesse quicquam, nec redundare videatur. Cæterùm hæc mihi non minùs sunt obscura, quàm illa alia, quæ suo Gripho Ternarii inseruit Ausonius, Geometrica. Ibi appellavit Triangulum. *Æquilatus:* ℣. 1.

Per trinas species trigonorum linea currit,
Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

Id quod Græci dicunt ἰσόπλευρον, cujus omnia latera sunt inter se æqualia: hîc *Æquilatus* dicit, quod latera tantùm duo habet æqualia: & ἰσοσκελὲς Græci vocant. Quæ namque subjicit Græca, ἰσοσκελῆ *ipsi vel*, ἰσόπλευρα, &c. an non iis exposita voluit, quæ præmiserat Latina? Ita Triquetrum ἰσόπλευρον accipit. Sed quis nostrûm eam Triquetri significationem unquam esse credidit? Quod ad me attinet, Triquetrum, Triangulum, Τρίγωνον idem valere, semper autumavi: & Siciliam Britanniamque esse *triquetras* dictas *à triangula specie*, ut inquit Plinius tertiô Naturalis historiæ, cap. VIII. non quòd earum latera forent inter se æqualia; ut certè non sunt. Illud *extentis lineis*, pro rectis lineis accipio. Euclides enim quæ in primo Elemento definit triangula, hæc εὐθόγραμμα vocat, hoc est, rectilinea, ut nostri homines jam pridem dicere cœperunt: sed quæ in sphæra fiunt triangula, ut quum inter se secantes coluros Æquinoctialis circulus medios secat, hæc rectilinea non sunt: & quod sequitur, *aut rectis angulis*, hoc interpretatio verbi Græci ὀρθογώνιον, quòd rectangulum vulgò dicimus. Sed quod subjungitur, *vel obliquis*, id quî conveniat cum scalenis? Angulorum alii recti appellantur, alii non recti, sive, ut hîc dicuntur, obliqui. Recti anguli, quos & *normales* nuncupavit Quinctilianus in extremo libro XI sunt,

orthogonia quoque vel scalena. Harum vertibularum variis coagmentis simulantur species mille formarum, Elephantus bellua: aut aper bestia: anser volans: & [2] mirmillo in armis subsidens: venator, & latrans canis: quin [3] & turris: [4] & cantharus: & alia hujusmodi innumerabilium figurarum: quæ alius alio scientius [5] variegant. Sed peritorum concinnatio, miraculum est: imperitorum junctura, ridiculum. Quo prædicto, scies: quod ego posteriorem imitatus sum. Hoc ergo Centonis opusculum, ut ille ludus, tractatur

sunt, quos præstat, qui Græcis γνώμων, Latinis Norma vocatur. Obliqui verò, qui rectis illis vel majores sunt, vel minores: quos obtusos & acutos nominant. Σκαληνὸν autem triangulum Euclidi, quod tria habet æqualia latera; non, quod rectos habeat vel obliquos angulos: recipitque triangulum scalenum cuncta genera angulorum. Et triangulum illud Pythagoricum Vitruvio descriptum lib. IX scalenum est, & tamen idem etiam orthogonium & rectangulum triangulum. *Vinetus.*

1. *Harum vertibularum*] Sic Gabbem. in textu, & recentissima edit. I. Tollii. in nota Gabbema: *H. verticularum. Verticulas* quum dixit Lucilius vetus poëta articulos intelligi voluit, Festus. quidquid hoc loco sint.

2. *mirmillo*] Iuvenalis Sat. VIII.

--- Nec mirmillonis in armis
Nec clypeò Gracchum pugnantem aut falce supina
Nec galeâ faciem abscondit. ---

Ait Commentator: *Mirmillo armaturæ Gallicæ nomen ex pisce inditum, cujus imago in galea fingitur.* Vnde discimus armaturam hanc & nomen quoque Gallicum esse, ex pisce videlicet inditum. Quis autem iste piscis? Gillius hoc forte dicet, qui ait homines etiam idiotas apud Gallos piscem quempiam *mormyron* sive *mormilon* nuncupare. Et addit difficulter à piscatoribus eundem capi, quòd se fundo cœnóque immergat, & capi fere ob id verriculò. Adeo ut de *mirmillorum* jam etymo ampliùs aut disputandum aut ambigendum vix censeam. *Mirmillones* enim uti ex loco etiam Iuvenalis allato patet, sese vel abscondere, vel, ut ait Ausonius, *in armis subsidere* solebant, quo vel inferrent vel averterent ictus. Idque & Ammianus indicat lib. XVI. Seque in modum *mirmillonis operiens hostium latera perforabat.* Vnde etiam Mirmilloni compositus Retiarius dicere solitus, cùm se vel inclinaret mirmillo, vel exire studeret ictum: *Te non peto, piscem peto.* Quæ omnia sententiæ notstræ convenientissima sunt. Nam *retiarius* altera manu, in modum piscatoris *mormulon* capturientis, reticulum tenebat. *Mirmillo* verò, qui *mormuli* piscis imaginem in galea prætulerit, in modum ejusdem piscículi, modo se humi demittebat, modo operiebat ut vel inferret plagas vel evitaret Retiarii insidias. *Pontanus.*

3. *& turris*] Etiam *turturis* pro *turris* scriptum invenit Mariangelus: & possunt antiqui *turturis* pro *turtur* dixisse, quemadmodum *vulturis* pro *vultur* & in versu Ennii apud Priscianum lib VI.

Vulturis in silvis miserum mandebat homonem. Vinetus.

4. *& cantharus*] Quid hic *cantharus* sive κάνθαρος, vas, an piscis, an scarabæus insecti genus? *Idem.*

5. *variegant*] Hoc verbum pro *variare & varie exornare*, nescio quàm vetus sit: quo utuntur primi Bibliorum interpretes. *Id.*

1. *pro-*

ctatur: pari modo, sensus diversi ut congruant: adoptiva quæ sunt, ut cognata videantur: aliena ne interluceant: accersita ne vim redarguant: densa ne supra modum protuberent: hiulca ne pateant. Quæ si omnia ita tibi videbuntur, ut præceptum est, dices me composuisse Centonem. Et quia sub Imperatore meo tum merui: [1] procedere mihi inter frequentes stipendium jubebis. Sin aliter, [2] ære dirutum facies: ut cumulo carminis in fiscum suum redacto, redeant versus unde venerunt. Vale.

AVSONII CENTO NVPTIALIS.

A. 5. [3] ACCIPITE *hæc animis, lætasque advertite mentes,*
A. 11. *Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis;*
B. 7. *Ambo florentes,* † *genus insuperabile bello.* A. 4.
A. 6. [4] *Tuque prior,* † *nam te majoribus ire per altum* A. 3.
A. 3. *Auspiciis*

1. *procedere stipendium*] Livius lib. XXV. *Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores septem & decem annis, sacramentô dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & viginti annorum, aut majores milites facti essent.* Idem lib. v. *placere autem omnibus iis, voluntariam extra ordinem professis militiam, ære procedere. & equiti certus numerus æris est adsignatus.* Gabbema.

2. *ære dirutum facies*] Quos *quassatos* nunc dicimus, antiqui *ære dirutos* vocabant. Festus: *ære dirutum*, inquit, *militem dicebant, cui stipendium ignominiæ caussa non est datum, quod as diruebatur in fiscum non in militis sacculum.* Hoc verbo Cicero facetissime in Verrem usus est Act. sexta: *Dii faciunt ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas. Cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera, ut non solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis fuerit intelligatis. Renovabitur prima illa militia cum iste è foro abduci non (ut ipse prædicat) perduci solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est.* Id est, quamvis non esset emansor, sed frequens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est, id est, stipendia perdidit, alea scilicet omnia absumente. Idem in Antonian. XIII. *Fraudator creditorum Trebellius, homo dirutus diruptusque Quintus Calius, id est, tum Serniosus, tum dissipato patrimonio expeculiatus atque omni ære exhaustus.* Lusit enim Cicero per paronomasiam dirupti. Siquidem *ære diruti milites* æra non merebant, & quasi sine ære erant. Tales enim sunt quibus nihil reliqui esse dicimus, id est, quibus ad manticam res rediisse vulgari Proverbiô dicitur. *Budæus.*

3. ACCIPITE *hæc animis*] Ad Valentinianum & Valentem fratres, Cæsares. *Gabbem.*

4. *Tuque prior*] ô Valentiniane. *Idem.*

1. *Tuque*

A. 3. *Auſpiciis manifeſta fides.* † *quo juſtior alter* A. 1.
A. 1. *Nec pietate fuit, nec bello major & armis.*
A. 4. [1] *Tuque puerque tuus,* † *magnæ ſpes altera Romæ,* A. 12.
A. 8. *Flos veterum virtuſque virum,* † *mea maxima cura,* A. 1.
A. 12. [2] *Nomine avum referens, animo manibuſque parentem.*
A. 6. [3] *Non injuſſa cano.* † *ſua cuique exorſa laborem* A. 10.
Fortunamque ferent. † *mihi juſſa capeſſere fas eſt.* A. 1.

COENA NVPTIALIS.

A. 5. EXſpectata dies aderat † *digniſque hymenæis* A. 11.
A. 6. *Matres atque viri,* † *juveneſque ante ora parentum* G. 4.
A. 1. *Conveniunt: ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.*
Dant famuli manibus lymphas, † *onerantque caniſtris* A. 8.
Dona laboratæ Cereris: † *pinguiſque ferinæ* A. 1.
A. 8. *Viſcera toſta ferunt.* † *ſerios longiſſima rerum.* A. 1.
A. 8. *Alituum pecudumque genus,* † *capreæque ſequaces* G. 1.
Non abſunt illis, † *nec oves hœdique petulci,* G. 4.
G. 3. *Et genus æquoreum,* † *damæ, cervique fugaces.* G. 3.
A. 11. *Ante oculos, interque manus ſunt* † *mitia poma.* B. 1.
A. 8. *Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi:*
A. 1. *Crateras magnos ſtatuunt,* † *Bacchumque miniſtrant.* A. 8.
A. 2. *Sacra canunt,* † *plaudunt choreas, & carmina dicunt:* A. 6.
A. 6. *Nec non Threïcius longa cum veſte ſacerdos*
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
A. 9. *At parte ex alia,* † *biforem dat tibia cantum,* A. 10.
A. 4. *Omnibus una quies operum;* † *cunctique relictis* A. 8.
Conſurgunt menſis. † *per limina læta frequentes* A. 1.
A. 9. *Diſcurrunt, variantque vices* † *populuſque patreſque,* A. 9.

O. 11. *Ma-*

1. *Tuque puerque tuus mea maxima cura*] Gratianus, filius tuus: quem mihi in diſciplinam tradidiſti. *Gabbema.*

2. *Nomine avum referens*] Avus Gratiani Auguſti, Gratianus. *Idem.*

3. *Non injuſſa cano*] Iuſſerat Imperator Valentinianus: quod ſuprà dixit in Epiſtola ad *Paulum.* Vinetus. Qui *Paulinus* Achilli Statio ad Catullum, & Lilio Gyraldo III Hiſtoriæ Poëtarum. *Scriver.*

A. 11. *Matronæ, pueri.* † *vocemque per ampla volutant* A. 1.
Atria. dependent lychni laquearibus aureis.

DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSÆ.

A. 4. *Tandem progreditur* † *Veneris justissima cura,* A. 10.
A. 7. *Iam matura viro, jam plenis nubilis annis:*
A. 1. *Virginis os habitumque gerens,* † *cui plurimus ignem* A. 12.
Subjecit rubor: & calefacta per ossa cucurrit,
A. 7. *Intentos volvens oculos:* † *uritque videndo.* G. 3.
A. 7. *Illam omnis tectis, agrisque effusa juventus,*
Turbaque miratur matrum. † *vestigia primi* A. 5.
Alba pedis. † *dederatque comam diffundere ventis.* A. 1.
A. 3. *Fert picturatas auri sub tegmine vestes,*
A. 1. *Ornatus Argivæ Helenæ.* † *qualisque videri* A. 2.
A. 2. *Cœlicolis, & quanta solet* † *Venus aurea contra:* A. 10.
A. 6. *Talis erat species.* † *talem se læta ferebat* A. 1.
A. 2. *Ad soceros;* † *solioque alte subnixa resedit.* A. 1.

DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSI.

A. 9. *At parte ex alia* † *foribus sese intulit altis* A. 11.
A. 9. *Ora puer prima signans intonsa juventa,*
Pictus acu chlamidem auratam, † *quam plurima circum* A. 5.
Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit:
A. 10. *Et tunicam molli mater quam neverat auro.*
A. 1. *Os humerosque deo similis,* † *lumenque juventæ* A. 2.
A. 8. *Qualis ubi Oceani perfusus lucifer unda*
Extulit os sacrum cœlo: † *sic ora ferebat,* A. 3.
Sic oculos. † *cursuque amens ad limina tendit.* A. 2.
A. 2. *Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.*
A. 1. *Oscula libavit,* † *dextramque amplexus inhæsit.* A. 8.

OBLA-

OBLATIO MVNERVM.

A. 5. INcedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Dona ferunt, † pallam signis auroque rigentem, A. 1.
A. 11. Munera portantes, aurique eborisque talenta,
Et sellam † & pictum croceo velamen acantho. A. 1.
A. 1. Ingens argentum mensis: † colloque monile A. 1.
Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam.
A. 5. Olli serva datur † geminique sub ubere nati. A. 5.
A. 10. Quattuor hic juvenes, totidem † innuptæque puellæ: A. 2.
A. 5. Omnibus in morem tonsa est coma. † pectore summo A. 5.
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.

EPITHALAMIVM VTRIQVE.

A. 12. TVm studio effusæ matres † ad limina ducunt. A. 10.
G. 4. At chorus æqualis, † pueri innuptæque puellæ, A. 2.
G. 2. Versibus incomptis ludunt, & carmina dicunt: A. 6.
B. 8. O digno conjuncta viro, † gratissima conjunx, A. 10.
A. 1. Sis felix, † primos Lucinæ experta labores, G. 4.
G. 4. Et Mater, cape Mæonii carchesia Bacchi.
B. 8. Sparge marite nuces. † cinge hæc altaria vitta, B. 8.
A. 8. Flos veterum virtusque virûm; tibi ducitur uxor; B. 8.
A. 1. Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.
A. 9. Fortunati ambo. † si quid pia numina possunt, A. 4.
A. 3. Vivite felices, † dixerunt. currite fusis B. 4.
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

INGRESSVS IN CVBICVLVM.

G. 4. POstquam est in thalami pendentia pumice tecta
Perventum: † licito tandem sermone fruuntur. A. 8.
A. 8. Congressi jungunt dextras: † stratisque reponunt. A. 4.
A. 1. At Cytherea novas artes, † & pronuba Iuno A. 4.
A. 11. Sollicitat: suadetque ignota lacessere bella.

A. 1. Ille

A. 1. *Ille ubi complexu † molli fovet : atque repente* A. 8.
Accepit ſolitam flammam, † lectumque jugalem : A. 4.
A. 6. *O virgo, nova mi facies, † gratiſſima conjunx :* A. 10.
A. 6. *Veniſti tandem, † mea ſola & ſera voluptas.* A. 8.
A. 2. *O dulcis conjunx. non hæc ſine numine divûm*
A. 12. *Proveniunt. † placitone etiam pugnabis amori ?* A. 4.
A. 4. *Talia dicentem jamdudum averſa tuetur :*
A. 12. *Cunctaturque metu : telumque inſtare tremiſcit,*
A. 1. *Spemque metumque inter. † funditque has ore loquelas:* A. 5.
A. 10. *Per te, per, qui te talem genuere, parentes,*
B. 2. *O formoſe puer, † noctem non amplius unam* A. 1.
A. 9. *Hanc te oro, ſolare inopem, † & miſerere precantis.* A. 10.
A. 12. *Succidimus. non lingua valet, non corpore notæ*
Sufficiunt vires. nec vox, aut verba ſequuntur.
A. 9. *Ille autem, Cauſſas nequicquam nectis inanes :*
A. 12. *Præcipitatque moras omnes, † ſolvitque pudorem.* A. 4.

[1] PARECBASIS.

HActenus caſtis auribus audiendum myſterium nuptiale, ambitu & circumitione velavi. Verum quoniam feſcenninos amat celebritas nuptialis: verborumque petulantiam notus vetere inſtituto ludus admittit : cætera quoque cubiculi & lecticuli operta prodentur, ab eodem auctore collecta : ut bis erubeſcamus, qui & Virgilium faciamus impudentem. Vos, ſi placet, hìc jam legendi modum ponite : cætera curioſis relinquite.

[2] IMMINVTIO.

A. 11. POſtquam congreſſi † ſola ſub nocte per umbram, A. 6.
G. 3. *Et mentem Venus ipſa dedit, † nova prœlia tentant.* A. 3.
A. 10. *Tol-*

1. PARECBASIS] Παρέκβασις, *egreſſus*, vel *egreſſio* Quinctiliano l. IV. Παρέκβασις eſt, inquit, *alienæ rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.* Gabbema.

2. IMMINVTIO] *Imminuere* eſt deminuere, ſeu diminuere. *Imminutio*, deminutio. ſeu diminutio. *Imminue-*

A. 10. *Tollit se arrectum.* † *conantem plurima frustra,* A. 9.
A. 10. *Occupat os, faciemque,* † *pedem pede fervidus urget.* A. 12.
A. 7. *Perfidus alta petens,* † *ramum qui veste latebat* A. 6.
B. 10. *Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem,*
A. 12. *Nudato capite,* † *& pedibus per mutua nexis,* A. 7.
A. 3. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,*
A. 10. *Eripit à femore, & trepidanti fervidus instat.*
A. 1. *Est in secessu,* † *tenuis quo semita ducit,* A. 11.
A. 8. *Ignea rima micans* † *exhalat opaca mephitim.* A. 7.
A. 6. *Nulli fas casto sceleratum insistere limen.*
A. 7. *Hic specus horrendum,* † *talis sese halitus atris* A. 6.
A. 6. *Faucibus effundens nares contingit odore.* A. 9.
A. 11. *Huc juvenis nota fertur regione viarum:*
A. 5. *Et super incumbens* † *nodis & cortice crudo,* A. 9.
A. 9. *Intorquet summis adnixus viribus hastam.*
A. 11. *Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem.*
A. 2. *Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ.*
A. 11. *Illa manu moriens telum trahit. ossa sed inter*
G. 3. *Altius ad vivum persedit* † *vulnere mucro:* A. 11.
A. 4. *Ter sese attollens, cubitoque innixa levavit:*
Ter revoluta toro est. † *manet imperterritus ille.* A. 10.
A. 3. 5. *Nec mora, nec requies:* † *clavumque affixus & hærens* A. 5.
Nusquam amittebat, oculôsque sub astra tenebat.
A. 6. *Itque reditque viam totiens,* † *uteróque recusso* A. 2.
A. 9. *Transadigit costas,* † *& pectine pulsat eburno.* A. 6.
A. 5. *Iamque ferè spatio extremo, fessique sub ipsam*
Finem adventabant. † *tum creber anhelitus artus,* A. 5.
Avidáque ora quatit: sudor effluit undique rivis.
A. 11. *Labitur exanguis:* † *destillat ab inguine virus.* G. 3.

Sed

minuere autem *pudicitiam* in primo lautinæ Cistellariæ actu:

— Sed tu, an unquam cum quiquâ viro
Consuevisti? SIL. *Nisi quidem cum*
Alcesimarcho nemine:
Neque pudicitiam meam mihi alius
imminuit quisquam.

Pro *auferre* dictum videtur. Vnde Hadr. Turnebus scripsit Adversariorum III, c. XIX. Ausonium hic *Imminutionem* usurpasse, pro primo congressu cum uxore, quòd tum virginitas imminuatur. *Elias Vinetus.*

Sed cum legeris, adesto mihi adversus eos. [1] *Qui*, ut Iuvenalis ait,

Curios simulant, & Bacchanalia vivunt:
ne forte mores meos spectent de carmine.
Lasciva est nobis pagina, vita proba:

[2] Vt Plinius dicit. Meminerint autem, quidpe eruditi, probatissimo viro Plinio in poëmatis lasciviam, in moribus constitisse censuram: [3] prurire opusculum Sulpitiæ, nec frontem caperare: [4] esse Apulejum in vita Philosophum, in epigrammatis amatorem, in præceptis omnibus exstare severitatem, in epistolis ad Cærelliam subesse petulantiam: [5] Platonis Symposion [6] composita in

1. *Qui Curios simulant*] Marcus Curius homo optimus & continentissimus, qui de Sabinis, Samnitibus, Lucanis triumphavit, & Pyrrhum Epirotarum regem Italiâ expulit. Cui cùm Samnites legati aurum multum obtulissent, recusavit, dicens: malle se aurum habentibus imperare, quàm aurum habere. *Lubinus.*

2. *Vt Plinius dicit*] Quem Plinio attribuit Ausonius versiculum, hunc Valerii Martialis invenies lib. I Ep. v. sive memoriâ lapsus sit Ausonius, quod hic non puto; sive ab amico fuerat Martialis mutuatus. Sed vide caput XVIII lib. XIII Noctium Atticarum A. Gellii. Cajus autem Plinius, cujus extant Epistolarum libri IX, & Panegyricus Trajano Augusto dictus, Carmina etiam edidisse se multis locis commeminit: ut Ep. IV lib. VII. quæ post Ausonium intercidisse possunt. Horum petulantiam lasciviamque excusat lib. IV Epist. XIV: & lib. V Epist. III. *Vinetus.*

3. *prurire opusculum Sulpitii*] Lascivum & libidinosum esse. Sulpicios duos celebrat poëtas Lilius Gregorius in libris de Poëtis: quorum carmina ad nos non pervenerunt. In Gratiarum actione pro Consulatu memoravit Ausonius alium Sulpicium. *Vinetus.* Nos *Sulpiciæ* excudi jussimus, ut poëtriam innuat, cujus Martialis meminit: cujusque Satyra extat, & apud Iuvenalis interpretem, obscœni, ut videtur, operis fragmentum:

Ne me cadurcis destitutam fasciis
Nudam Caleno concubantem proferat.
Scriverius.

4. *esse Apulejum*] Hic est L. Apulejus Madaurensis, philosophus Platonicus. cùjus extat *Asinus aureus*, & alia pauca ex multis, quæ scripserat. intercidérunt inter alia, ista ejus Amatoria, quorum ipse meminit in Apologia. *Gabbema.*

5. *Platonis Symposion*] Vnus ex Platonis Dialogis, Συμπόσιον, vel *de Amore.* Ausonius Epigr. CXXXVI convertit Græca Platonis, quæ apud Diogenem Laërtium in vita Platonis, & Apulejum in Apologia, & Anthologiæ lib. III.

Α᾽στὴρ, πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐν ζωοῖσιν ἑῷος.
Νῦν δ᾽ ἐν νεκύων λάμπεις ἕσπερος οὐ φθιμένοις.

Vinetus. Α᾽στὴρ, Stella. (hoc fuit nomen puero, quem amavit insignis ille vir) & in Stellam sic Ausonius:

Stella prius superis fulgebas Lucifer: at nunc

Extin-

ta in ephebos [1] epyllia continere. [2] Nam quid Anniani fescenninos? [3] quid antiquissimi poëtæ Lævii Erotopægni-

Extinctus, cassis lumine Vesper eris. Platonis nulla carmina extant, nisi *amoris Elegia.* Nam cætera omnia (credo, quòd tam lepida non erant,) igni deussit: Apulejus Apolog. ferè initiò. ubi & hunc puerum *Astera* vocat; aliáque Epigrammata amatoria Platonis recensèt. quæ vide. *Scriverius.*

6. *compositæ in ephebos edyllia*] *Ephebus*, ἔφηβος, *Ephebia*, prima pars adolescentiæ & extrema pueritiæ, ait Donatus in Andriam. *Gabbema.*

1. *epyllia*] Aliter, *edyllia.* Præfatione in Gryphum: *Primum, ejusmodi epyllia, nisi vel obscura sint, nihil profutura.* Ita ibi libri membranei. Vulgò, *edyllia.* Quid *Edyllium*, diximus in primum Ausonii edyllium. Ἐπύλλιον diminutivum & ipsum, ab ἔπος, quod versum & carmen significat. *Vinetus.*

2. *Nam quid Amiani fescenninos*] *Fescennini versus*, inquit Festus, *qui canebantur in nuptiis.* Nominati & suprà fuerunt in Paræbasi *Fescennini.* Interciderunt autem isti Fescennini Anniani. qui poëta fuit æqualis A. Gellii, ut cognosces ex lib. IX, & XX noct. Attic. *Vinet.* De eo, quem & prænomine *Titi* insignit, sic Gyraldus in Historia Poëtarum, Dial. IV. *Ab Ausonio Gallo facta est mentio Anniani, fuit verò poëta comis & perurbanus. A. Gellio amicus. de quo & sic lib. XX Noct. Attic.* Annianus, *inquit*, poëta in fundo suo, quem in agro Phalisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilarè atque amœnitèr. ad eos dies me & quosdam familiares vocat. *Hæc ille. Citatur & à Grammaticis. Fescennini versus* unicâ *n* scribit Festus, *ex urbe Fescenina* (alias *Fescenia.*) *allati: sive deo dicti, quia Fascinum putabantur arcere.* Vbi Lipsius festivè, *acuere.* Scriverius.

3. *quid antiquissimi poëtæ Lævii* Ἐροτοπαγνίων *libros loquar*] V. Cl. Hadrianus Junius Animadversorum lib. VI, c. XIII monuit ante annos LXXX, legendum hoc loco Ἐροτοπαγνίων, ex Prisciano & Sosipatro Grammaticis. Idemque mendum sustulit ex codicibus Gellianis, lib. II, cap. XXIV. *Lævium*, non *Livium Andronicum*, quod illi existimant, scriptorem esse Erotopægniorum, probat inlustris Scaliger Ausoniarum Lectionum lib. II, c. XXVII. In fine (inquit) Centonis in ea epistola, qua excusat licentiam carminis, mentio fit *Livii* vetustissimi poëtæ, sed perperam legitur *Livius*, quum sit Lævius. Nam *Livius Andronicus* est primus ille, qui fabulam Romæ docuit. *Lævius* est is, qui poëma Iô scripsit: Item Erotopægnia. quæ lasciviissima poëmatia fuisse, indicat cùm titulus, tum etiam Ausonius ipse. Sed molles ex illis adferuntur (ex VI *Erotopagnion* à Prisciano) versiculi isti, de coronâ plectili:

Andromacha per ludum manu
Lasciviulâ, ac tenellulâ,
Capiti meo trepidans, lubens
Insolita plexit munera.

Apud Gellium in veteribus codicibus non *Nævio* adtribuitur Alcestis, sed *Lævio*: qui est iste, de quo jam loquimur. Quid, quod Apulejus in Apologia *Lælium* vocat? ut videatur propius accedere ad *Lævium.* Itaque alius est *Livius Andronicus*, qui Odysseam vertit, fabulas multas docuit: alius *Lævius*, qui Erotopægnia, & Iô composuit. Nam semper ita scriptum apud Gellium invenio. Quòd si & hic quoque *Livius* vocatur: alius tamen est ab Andronico. neque obstat, quod ab Ausonio *antiquissimus* vocatur. Apud Macrobium quoque *Navius* falsò pro *Lævius* citatur in his versibus:

pægniωn libros loquar? [1] Quid Evenum, quem Menander

Hac quà Sol vagus igneas habenas
Immittit propiùs, jugatque terræ.

Est enim idem noster *Lævius*. Hæc ibi. Apud Festum verò, v. *Redivia Lævius* non *Livius* legendum. Sæpe citatur *Livius* & *Nævius*, cùm sit *Lævius*, qui scripsit Erotopægnia. Item poëma Iö, ex quo est iste Scazon:

Scabra in legendo, rediviosave offendent.

Nam ex eodem poëmate de Iö scribit:

Seseque in alta maria præcipitem misit
Inops, & ægræ sanitatis Herois.

De Fragmentis Livii Andronici, vide castigationes in Sextum Pompeium. ipsumque Festum v. *Adfatim*. v. *Corniscarum*, v. *Inseque*, v. *Nefrendes*, v. *Nequinont*, & v. *Vacerra*. At in v. *Petrarum*, non *Livius*, sed *Lævius in Centauris* legitur in schedis. Vide præterea v. *Anclare*, v. *Dacrimas*, v. *Demum*, v. *Dusmoso*, v. *Gnaricavit*, v. *Noëgum*, v. *ommentant*, v. *Ocrim*, v. *Procitum*, v. *Profanum*, v. *Quamde*, v. *Quinquertio*, v. *Sollo*, v. *Stirpem*, v. *Struices*, v. *Surregit*, v. *Topper*. De ipso Livio Andronico, v. *Scribas*. Erotopægniôn libri, qui laudantur à variis Grammaticis illius *Livii* non sunt, sed *Lævii*. Quòd autem memoriæ prodit vir doctissimus, hanc inscriptionem æmulatos postero tempore Nævium & Pacuvium: fallitur. Vtrumque auctorem Erotopægniôn citat quidem Nonius Marcellus; sed mendosè scriptum est in uno loco, & in altero lacuna est. De quo aliàs. Confunduntur sæpe *Lævius*, *Nævius*, *Novius*, apud Grammaticos. qui legendi cum judicio. Apud Priscianum ad testimonium citatur *Nævius* II Iliados.

Fecundo penetrat penitus, thalamôque potitur.

Vbi *Lævius* potiùs legendum putat eruditissimus & accuratissimus, vir Gerardus Ioannes Vossius, tertio de Analogia, c. XXXV. Quem vide etiam eodem libro, cap. XXIV. ubi de Nunnio sive Ninnio Crasso agit, qui Iliada Homeri vertit. & tecum statue, an non & hoc Prisciani loco pro *Navius* scribendum sit *Ninnius*. Scriverius.

1. *Quid Evenum*] idem Medicus & Philologus ille eximius, medicinam huic loco facere aggressus, vulnus præter opinionem inflixit, legendo *Evemerum*. Is etenim, inquit, scriptor Messenius patriâ, libidines obscœnas, spurcosque Deorum amores carmine evulgavit, ab Ennio postea in Latinam linguam conversus. Vnde sic quoque apud Sext. Pompeium legendum est. SVS MINERVAM, *in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cujus ipse inscius est. Quam rem in medio (quod ajunt) positam Varro & Euemerus* (non, *Eumerus*) *ineptis μύθοις involvere maluerunt, quàm simpliciter referre.* Hæc ille. Q. Ennii fragmenta aliquot ex Evemeri Sacra historia, ipsiusque Evemeri reliquias, collegit nobilissimus Hieronymus Columna, Italus, politiorum literarum, fideique ac diligentiæ præclarus. qui consulatur. De Eueno poëta Lilius in historia Poëtarum, Dialog. III. *Fuit Evenus*, inquit, *elegiarum poëta, ejus Philisti magister qui secundum præcepta artis Oratoriæ historias conscripsit. Hujus certè Eveni versus citat Aristoteles, cùm de consuetudine agit, quam aliam quasi naturam esse existimat. Extant in Gnidiam Venerem duo ejus epigrammata, item alia in Myronis vaccam. Duos tamen Eveni nomine fuisse reperio apud Suidam & Val. Harpocrationem, & ambos quidem Elegiographos. Id quod Harpocration comprobat ex Eratosthenis in Chronographiis auctoritate, eosdem ait fuisse ex Paro insula. Meminit & eorum alterius divus Plato: etsi in vulgatis codicibus inversè atque præposterè, aliquando legitur. Meminit & Max. Tyrius in quodam*

der ſapientem vocavit? Quid ipſum Menandrum? quid Comicos omnes? quibus ſevera vita eſt, & læta materia. Quid etiam [1] Partheniam dictum cauſa pudoris? qui [2] octavo Æneidos, quum deſcriberet coitum Veneris atque Vulcani, [3] γλιχροσεμνίαν decenter immiſcuit. Quid in tertio Georgicorum de ſummiſſis in gregem maritis? nonne obſcænam ſignificationem honeſta verborum tranſlatione velavit? Et ſi quid in noſtro joco aliquorum hominum ſeveritas veſtita condemnat: de Virgilio accerſitum ſciat. Igitur cui hic ludus noſter non placet, ne legerit. aut cum legerit, obliviſcatur. aut non oblitus, ignoſcat. etenim fabula de nuptiis eſt; & velit, nolit, [4] aliter hæc ſacra non conſtant.

CVPI-

quodam ſermone de Socrate loquens, quem ait ab Eveno poëticam comparaſſe. Eſt & apud Auſonium in quadam epiſtola hujus poëtæ nomen perperam, ut puto, ſcriptum. Ita enim legendum exiſtimatur, Quid Evenum, quem Menander ſapientem vocavit? *Citatur & Evenus ab Artemidoro lib.* I Ὀνειροκριτικῶν, *in Amatoriis ad Eunomium, &c. Scriverius.*

1. *Partheniam dictum cauſa pudoris*] Παρθένος, virgo, puella. Vide Virgilii vitam per Donatum. Hinc ἄγνον, id eſt, caſtum, appellat, puto, Virgilium Græcus poëta in epitaphio Dionis; ipſo fine:

Πιερίδες τί μοι ἄγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα;
Τοῖα καὶ ἡμετέρης ψύσατε σωφροσύνης.

Armaſti caſtum cur in me Muſa Maronem?
Hæc damno noſtræ ficta pudicitiæ.

Idem.

2. *octavo Æneidos*] Ejus ſunt verſ.

Optatos dedit amplexus, placidumque petivit,
Conjugis infuſus gremio, per membra ſoporem.

A. Gellius lib. IX, cap. X. *Gabbema.*

3. γλιχροσεμνίαν] Γλιχρὸς lubricus, laſcivus, σεμνὸς, pudicus, gravis, honeſtus. Mariangelus tamen αἰσχροσεμνίαν mavult, id eſt, turpem pudicitiam. *Vinetus.*

4. *aliter hæc ſacra non conſtant*] Hoc adagio licebit uti, ſi quando fatebimur culpam! ſed quæ rei locoque conveniat; Eraſmus Adagiô LXXXVIII Centuriæ IV Chiliadis II. *Gabbem.*

CVPIDO CRVCI-AFFIXVS.

AVSONIVS GREGORIO FILIO SALVTEM.

[1] AN nunquam vidisti nebulam pictam in pariete? Vidisti utique, & meministi. [2] Treviris quippe in triclinio Æoli fucata est pictura hæc : *Cupidinem*

1. An *nunquam vidisti nebulam pictam in pariete*] Repone quod in MSS. codd. repperit Mariangelus Accursius : *En unquam vidistin*, &c. Qui modus percontandi vel Terentio per est familiaris : ne Maronem, cujus studiosissimus Vir Consularis, aliosque in testimonium citem. Hallucinantur autem mirificè qui hic tabulam pictam malunt ex Plauti Menæchmis Act. I, Sc. II ; & Terentii Eunucho Act. III, Scen. v. cujus lectionis ne minimum vestigium in membranis quibus usus Mariangelus. Quid ? quod reclamet ipse Ausonius, qui pictæ nebulæ alio item loco meminerit : epistolâ ad Symmachum : *hoc me velut aureæ bracteæ fucus, aut picta nebula non longius quam dum videtur oblectat* : denique hic *Aëris campos* depictos ait, & marcentes *nebuloso lumine* flores, aliáque ejusmodi. *Scriverius.*

2. *Treviris in triclinio Æoli fucata est pictura*] Tilianus codex, & Parisienses liber Iodoci Badii apud Vinetum, *in triclinio Zoili*. Melius & probabilius ; cùm Æolus infrequentius nomen sit, quàm *Zoilus*. Quare ex veterum codicum fide scripturam hanc non gravatè admiserim. Dominus illarum ædium Treviris, in quibus Triclinium illud quod exhibebat eam picturam, fuerit non Æolus aliquis, à ventorum rege denominatus, sed Zoilus. Zoili nomen proprium bis terve occurrit in antiquis Inscriptionibus. Apianus olim exhibuit hanc repertam Comi : D. M. C. Messeni. Zoili. Colleg. Dendroph. Comensium. Anno unde sexcentesimo & millesimô Tibure effossum marmor, cui inscriptus crocodilus: & hæc Epigraphe: Dis. man. æl. Zoilus. hic situs. est. vixit. Ann. LII. A Gutenstenio Gruterus pag. MCCCC, 9. Apud quem etiam illa superior Inscriptio, pag. cccc xxxviii, 2. Et pag. ccci i, 2. ex veteris tabulæ fragmento. Antistius. Zoillus. Id est, Zoilus. nam l superfluè geminatur : ut in Querella pag. cccc lxxx, v. Vellii pag. dclxxii, 1. Ollim, pag. dcxc, 5. pro *Querela*, *velit*, *olim*. Sic etiam ubi in veteri Romano Martyrologio, Adone, & Vsuardo, xxiv Maji, legitur: *In Istria natalis SS. Zoelli*, &c. margini Vsuardi adscriptum est, *Zoili*. Aliàs item Zoilus inter Sanctos. Ado in Martyrologio, xxvii Iunii. *Cordubæ in Hispaniis natalis SS. Zoili & aliorum* : Eadem eodem die Vsuardus. Martyrologium Romanum non celebrat Cordubensem Martyrem ; sed alium xxiv Novembris ; *Romæ*, inquit, *Chrysogoni Martyris, & Zoili*. Vsuardus *Zoilum* præterit Ado pluribus

pluribûs agit de Chrysogono, & *Zoilum* Chrysogoni *abscissum caput corpori ejus compaginasse* (verba Adonis sunt) memoriæ prodit. Quin etiam *Zoilus* Grammaticus, unus ex Dipnosophistis apud Athenæum. Vt nihil hîc dicam de nobilissimo *Zoilo*, qui ὁμηρομάστιξ cognomen meruit. cujus audax, sed parum felix mordacitas proverbio locum fecit, ut vulgò *Zoili* vocentur nobilium auctorum obtrectatores & castigatores: vel Plinio teste in operis ardui præfatione. Ad quem quoque alludit meus Hispanus in Epigrammatis lib. IV Epigr. LXXVII:

Pendentem volo Zoilum videre.

Hic *Zoilus* Amphipolites fuit. Scripsit varia: & inter ea, Grammatica quædam contra Homerum. Vide Suidam, & Ælianum Variar. lib. XI, c. X. Ex *Zoili* cujusdam scriptis multa Plinius in librum XII Nat. Histor. transtulit: & apud eundem lib. XIII Zoili Macedonis scripta citantur. Hic iste Amphipolitanus creditur: Amphipolis enim urbs Macedoniæ. *Zoilus de Figuris* citatur à Phœbammone Sophista de Figuris, referente Bibliothecâ Gesneriana Tiguri aucta. Alios atque alios possem recitare, ex Vitruvio & Clemente Alexandrino, & aliis. Et pluria sunt Martialis in Zoilum epigrammata. Sed de Zoilis plus satis: ne & ipse Zoilos irritem. Abunde liquet scribendum esse apud Ausonium *Zoili*, pro *Æoli*. Nisi quis malit, *Treviris in triclinio Solii*. ut Palatii triclinium intelligat: quamquam impropriè & minùs usitatè *Solium* pro *Palatio* dici possit. Ipse Ausonius tamen alio loco sic accepisse videtur:

Armipotens dudum celebrari Gallia gestit,
Trevericaque urbis solium, quæ proxima Reno,
Pacis ut in media gremio, secura quiescit.

De Claris urbibus III. D. Ambrosius lib. V Epist. XXVII. *Cùm pervenissem Treveros, postridie processi ad Palatium.* Treverorum urbem Mela & Ptolomæus Augustam nominant. Data Treveris pluria Augustorum Rescripta; Constantini, Iuliani, Valentiniani, Valentis, Gratiani, Valentiniani Iunioris, Theodosii, Arcadii. Et Ammianus Marcellinus lib. XV. *Treveros domicilium Principum clarum* ait. Vide eundem lib. XXVII, XXIX, & XXX. Vidi etiam, qui *in triclinii tholo* legendum conjecerat: quam conjecturam vix ægrè ferant, qui balnearum quidem tholos meminerint, non triclinorum; ut quæ alio modo fuerint camerata. Ammianus lib. XXVIII. *Tholos introierint balnearum.* Atqui apud Martial. hoc Epigramm. lib. II, LIX.

MICA *vocor. quid sim, cernis. Cœnatio parva;*
Ex me Cæsareum prospicis, ecce, tholum.
Frange thoros: pete vina: rosas cape: tingere nardô:
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

Accipiunt eruditissimi viri non Augusti Mausoleum, non Capitolium, non Flaviæ gentis templum, vel ædes Cæsaris, cum vulgo interpretum, sed tholum interiorem ipsius *Micæ*, à quo pendebat cranium, quod convivas mortis admoneret, ut eo largiùs indulgentiusque viverent. (Vide Scaligeri lib. II Auson. lect. cap. XXVI.) Vetus Glossarium: Θόλος, *testudo.* Suidas: Θόλος, οἶκος ὠροφερής. καὶ τὸ πηγάνιον ἐσθίειν, &c. Philander ad quartum Vitruvii hæc adnotavit: *Tholus est ædificii camera, quæ altius crescens rotunda formâ in fastigiatum cacumen desinit, à quo* Πάνθειον θολοειδὲς *scripsit Dion lib. LIII. Re enim vera Pantheum est hemisphærio tectum, hoc est, circulata camera, inque medio hæmisphærio lumen ad circinum factum. Alias est testudinis umbilicus, id est, veluti scutum in medio tecto, quo trabes omnes conveniunt, ubi dona suspendebantur, auctore Servio* IX *Æneid.* Quamquam possit nimis laxum videri &

nem cruci affigunt mulieres amatrices, non hæ de noſtro ſeculo, quæ ſponte peccant : ſed illæ Heroicæ, quæ ſibi ignoſcunt & plectunt deum. quarum partem [1] in Lugentibus campis Maro noſter enumerat. Hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum : deinde mirandi ſtuporem tranſtuli ad ineptiam poëtandi. Mihi præter lemma, nihil placet. Sed commendo tibi errorem meum. [2] Nævos noſtros & cicatrices amamus : nec ſoli noſtro vitio peccaſſe contenti, affectamus ut amentur. Verum quid ego [3] huic Eclogæ ſtudioſe patrocinor ? certus ſum, quodcunque meum ſcieris, amabis : quod magis ſpero, quam ut laudes. [4] Vale.

AVSONII CVPIDO CRVCI-AFFIXVS.

[5] AERIS *in campis, memorat quos Muſa Maronis,*
[6] *Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes,*

Orgia

vagum de magna urbe loquentem referre in Triclinii *tholo* hoc aut illud pictum haberi. De villa aliqua tolerabilius ſit. Sine dubio itaque indicare voluit Auſonius Palatium Treverenſe : aut alicujus ædes in quibus illud Triclinium. Eum *Zoilum* appellant veteres codices, non *Æolum*. Atque ita repone. *Scriverius.*

1. *in Lugentibus campis*] Virgilius lib. VI divini operis :

Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi. Sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circùm
Silva tegit. curæ non ipſa in morte relinquunt. Gabbema.

2. *Nævos noſtros & cicatrices amamus*] Hoc adagio ſignificatur, turpitudinem noſtram, vitia, ineptias noſtras nobis placere. *Nevum* autem, non *navum* ſcripſit, puto, Eraſmus in proverbio, *E nevo cognoſcere.* Idem.

3. *huic Eclogæ patrocinor*] Defendo hanc meam eclogam. Eſt *ecloga* Græcum ἐκλογή. quod exponit electionem vetus Gloſſarium : ſed quæ poëmata Theocriti εἰδύλλια, βουκολικὰ-que vulgò inſcribuntur, ac Virgilii Bucolica, hæc antiqui Grammatici *Eclogas* quoque vocant, veluti Servius in tertium, ſeptimum, nonum, eorum Virgilii carminum. *Eclogas* etiam Porphyrio vetus Horatii commentator, Horatii nuncupat *Epiſtolas* & *Satyras*, in epiſtolam ſeptimam libri primi, & in Satyram tertiam, quintam, ultimam ſecundi Sermonum : ac Auſonius *Odas* in præfatione Griphi. Hinc *Eclogarium* in titulo Dodecaſtichi de diebus ſeptimanæ. *Vinetus.*

4. *Vale*] Addunt quidam libri, *ac dilige parentem.* Cæterùm de Hoc Auſonii filio Gregorio, quem Georgium Iodoci Badii exemplaria nuncupant, legere licebit, carm. Parentalium IX. *Gabbem.*

5. AERIS *in campis*] Virgil. lib. VI fine : — *Sic*

Orgia ducebant Heroides: & sua quæque,
Vt quondam occiderant, leti argumenta gerebant,
Errantes silva in magna, & [1] *sub luce maligna,*
Inter arundineasque comas, gravidumque papaver,
Et tacitos sine labe lacus, sine murmure rivos.
Quorum per ripas nebuloso lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores,
[2] *Mirator Narcissus, &* [3] *Oebalides Hyacinthus,*

Et

--- Sic tota passim regione vagantur.
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

An quòd inanis tota illa plaga sit, corporibus carens, animasque & umbras aërias eorum vice habeat, & aëre vacuo diffusa sit & obsessa? aërem enim inane appellari, non est inusitatum. Quin inanitas de mari etiam dicitur. Plin. lib. VI, c. 1. *Non fuerat satis Oceano ambisse terras, & partem eam aucta inanitate abstulisse.* Nam malè *immanitate* scribitur. An verò quòd in ditione sint Ditis, regiones træ & caliginosæ, id est, aëriæ? poëtæ autem Græci ἠερόεντα quoque κέλευθα, id est, vias aërias appellant, quæ ad Orcum ferunt. *Turnebus.*

6. *Myrteus -- lucus*] *Sylva myrtea* Virgil. lib. VI. Est *myrtus* arbor sacra veneri. Virgil. in Melibœo:

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо,
Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Hic autem est, quæ παιδίσωτις appellatur Eustathio, παίδιστον ὁμιλιολάθυρον Rutilio, Quinctiliano, Ailæ. Sunt enim παιδικα, sive ὁμιλιολάθυρα, vel ὁμιλιοπαιγνίδια campis & *Faronis, amentes & amantes:* qualia peries multa passim. Cæterùm priscis etiam poëtæ eadem figurâ libenter usi reperiuntur. Homerus in prima Odysseæ rhapsodia:

Ἐν κοίλῃ Ὀρήστου πίσῃ ἕστεκεν Ἀτρείδαο.

Virgilius Eclog. II.

Dixit Damœtas, invidit stultus Amyntas. Ovid. I Fastor.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes. Vinetus.

1. *sub luce maligna*] Virgil. lib. VI, vers. CCLXX.

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,
Perque domos Ditis vacuas & inania regna.
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in silvis, ubi cœlum condidit umbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Luce maligna; ubi Servius, *Obscura. Nam malignum est propriè angustum: ut, aditusque maligni, id est, minores, obscuri. Sanè sciendum Lunæ licet minoris, commemoratione, ostendere eum fuisse illic aliquid lucis. Nam aliter omnia, quæ dicturus est, videre non poterant.* Gabbema.

2. *Mirator Narcissus*] Ausonius Epigr. XCV de Narcisso sui ipsius amore capto:

Si cuperes alium, posses, Narcisse potiri:
Nunc tibi amoris adest copia, fructus abest.

De eodem Epigr. XCVI.

Quid non ex hujus forma pateretur amator,
Ipse suam qui sic deperit effigiem?

De insano Narcissi amore, atque in florem sui nominis transformatione, legendus Ovid. III Metamorph. *Idem.*

3. *Oebalides Hyacinthus*, &c.] Oebali filius, Regis Laconiæ, quæ & *Oebalia*,

Et Crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
[1] *Et tragico scriptus gemitu Salaminius Æas.*
Omnia, quæ lacrymis & amoribus anxia mœstis
Exercent memores, obita jam morte, dolores,
Rursus in amissum revocant Heroidas ævum.
[2] *Fulmineos Semele decepta puerpera partus*
*Deflet, & ambustas * latera per inania cunas*

Venti-

ab illo apud Virgilium, & *Oebaliæ* hinc Amyclæ in epistolæ vicesimæquintæ versu vicesimo-sexto. Hyacinthus autem Phœbi Apollinis amores in versu sexagesimo-nono Technopægnii, mutatur in florem libro decimô Metamorphoseon Ovidii, & *Crocus* quartô. *Adonidis* verò cruor eodem decimo, & *Ajacis* [*Æantis*] tertiô decimo. *Vinetus.*

1. *Et tragico scriptus gemitu*] αἰ αἰ, id est, heu heu, gementis, querentis, dolentis vox: quales in quibusvis Tragœdiis frequentes, non solùm in illis de Ajace. Qui autem Latinis Ajax, Græcis Αἴας τῷ Αἰωλίδῃ, unde hîc *Æas*: quod nomen ex tragica illa voce αἰ αἰ geminata factum videtur: quem Hyacintho flori (in eum puer Hyacinthus primus, deinde Ajacis cruor conversus fuit) inscripsit Apollo, dicente Ovidio:

Non satis hoc Phœbo est. is enim fuit auctor honoris.
Ipse suos gemitus foliis inscripsit: & αἰ αἰ
Flos habet inscriptum: funestáque littera ducta est.

Inter Heroum Epitaphia est Ajacis tertium. *Salamis* autem est insula maris interni, patria Ajacis: unde *Salaminius.* Idem.

2. *Fulmineos Semele decepta puerpera partus Deflet, & ambustas * latera per inania cunas*, &c.] Legendum omnino:

Deflet, & ambustis laterum per inania cunis
Ventilat ignavum simulati fulminis ignem.

Τὸ *fulminis* Mariangelus Accursius observavit in MSC. cod. cùm legeretur antea *fulguris.* Quod temere fortassis non irrepsit. sed genuinum ipsius Poëtæ est. Non enim nocentissimum fulmen Semele immissum, sed mitius quoddam & secundum: referente Ovidio in hac Fabula Metamorph. lib. III. * *Latera per inania.* Vinetus inter alia ad hunc locum, *vereor*, inquit, *ut ne hic latera pro alio aliquo verbo sit suppositum.* Editiones quædam interjecerunt *hæc: latera hæc per inania.* Quæ nullam sanè bonam sententiam efficere monuerunt viri docti, leguntque:

--- ambustas lacerans per inania cunas.
Per inania, interpretantur *Aëris in campis.* Ad quæ Claudii Salmasii hanc Notam in schedis meis inveni: Lacerare inquit, potiùs quàm redintegrare locum mihi videntur qui *lacerans* legunt. Nescio etiam quid sit *ventilare fulminis ignem.* An fulmen ut ignis vulgaris potest ventilari? sed nec *ventilare* heic accipiendum pro ventulum facere, & flabellô ignem excitare. *Ventilare* est in altum jactare, ut faciunt qui *ventilare arma* dicuntur Quintiliano: & *ventilare æstivum aurum digitis sudantibus* Iuvenali. Nunc te judicem appello, an non meliùs sic restitui possit:

Deflet, & ambustas latè per inania cunas
Ventilat ignavo simulati fulminis igne.

Ventilat latè per inania cunas ambustas simulati fulminis ignavo igne. Hæc ille. Festiva admodum videtur acerrimi

Ventilat ignavum simulati fulminis ignem.
Irrita dona querens, sexu gavisa virili,
[1] *Mœret in antiquam Cænis revocata figuram.*
Vulnera siccat adhuc [2] *Procris, Cephalique cruentam*
Diligit & percussa manum. [3] *Fert fumida testæ*
Lumina Sestiaca præceps de turre puella.
[4] *Et de nimboso saltum Leucate minatur*

Mascula

acerrimi Boxhornii nostri conjectura, sub manu nata:

Deflet, & ambustas iterum per inania cunas
Ventilat ignavo simulati fulminis igne.

Iterum, nempe in pictura. *Scriverius.*

1. *Mœret in antiquam Cænis revocata figuram*] *Cænis* compressa ab Neptuno, sexus mutationem impetravit. ac *Cæneus* adpellata est. Qui tamdem pro Lapithis adversus Centauros decernens, cùm invulnerabilis stupri compensatione factus foret, arboreis oppressus trabibûs, in avem commutatus dicitur. Scribit Ovidius lib. XII Met. Sunt qui eum dicant post mortem pristinæ formæ redditum. Vt Virgilius in VI (quem sequutus hic noster est:)

--- *Et juvenis quondam, nunc fœmina Cæneus,*
Rursus & in veterem fatô revoluta figuram, Accursius.

2. *Procris*] Hanc in frutetis latentem pro fera Cephalus maritus interfecit. V. Ovid. Hygin. Serv. in VI Æn. *Gabbema.*

3. *Fert fumida testæ Lumina*, &c.] Notat Mariangelus quosdam legisse, *fert fumida testem L.* Hoc est, consciam Herus ac Leandri amorum *lucernam.* Λύχνον adpellat Musæus. Ignoscat Amicus mihi Belga alti vir ingenii, si ferre non possum, *fumida tædæ lumina.* Testa figulinam *lucernam* significat. Virgil. in Georgicis:

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescivere hyemem, testa cùm ardente viderent.
Scintillare oleum. --- ---

Avienus in Prognosticis Aratæis:

Et si nocturnis ardentibus undique testis
Concrescant fumi, si flammeus emicet ignis
Effluus. --- *Arato* λύχνα.

Prudentius Cathemerinôn vHymnô, ad incensum cerei Paschalis, sive, ad incensum lucernæ:

--- --- *seu cava testula*
Succum linteolo sugerit ebriô:
Seu pinus piceam fert alimoniam.

Lampades & testæ ejusmodi figulinæ extant innumeræ apud Antiquarios: quotidiéque effodiuntur. Possum ego aliquot ostendere; longè plures in supellectile Romana Neomagi in Batavia & alibi erutas, accuratissimus Ioannes Smetius. Et non ita pridem DE LVCERNIS VETERVM doctissimum Commentarium edidit Clariss. Fortunius Licetus. Sustine itaque emendandi pruriginem. *Scriver.*

4. *Et de nimboso*, &c.] Menander de eadem:

--- --- τὴν ὑπέρκομπον
Θηρῶσα Φάων, οἰστρῶντι πόθῳ
Ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς.
Ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν δεσπότ' ἄναξ.

Ita enim legendum apud Strabonem, & distinguendum. *Masculam* vocat, quia, cùm femina esset, præcipitem se dedit ex illo saltu, ex quo tantùm solebant viri sese impatientiâ amoris jaculari. Nam propterea dicebatur locus

Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.

[1] *Har-*

cus ille ἅλμα τῶν ἐρώντων, non ἅλμα τῶν ἐρωσῶν. unde *saltus viriles* vocat Statius. Horatius & Ausonius noster vocant eam *masculam.* nam sanè doctissimus Turnebus id non videtur satìs assecutus esse. Primus omnium, ut ait Strabo, Cephalus ex ea petra sese præcipitavit, cùm Ptaolan impatienter amaret. Sed concedant mihi lectores paulùm ex Auson. castigat. respirem, & quædam de Leucade petra, & de saltu illo dicam, nunquam antehac audita, ex auctore nondum in vulgus edito, Ptolomæo filio Hephæstionis ἐκ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας. Apud illum igitur quæritur, cur apud Bacchyliden Silenus dixerit, *Leucada à Leuco Vlyßi filio cognominatam fuisse: qui Zacynthô erat, & ab Antipho interfectus fuit.* Eum igitur Leucatæ Apollinis templum condidisse. Ibi petram esse vicinam Leucadem, à qua qui saltu se mitterent, amoris insaniâ liberari. Caussam hanc ex media historia assignat: Venerem scilicet post mortem Adonidis sedulò eum ubique terrarum perquisivisse: tandem eum Argis Cypri in æde Apollinis Erithii invenisse. Et cùm impotentiam amoris sui Apollini patefecisset, ab ipso ad Leucadem petram deductam jussu Apollinis sese è specula deorsum misisse. quo facto, morbô amoris defunctam fuisse. Cùm caussam rei quæreret: Apollinem respondisse: sese crebrò observasse, Iovem, quoties Iunonem impotenter deperiret, ibi solitum sedere, & vi mali levari. Sed & Artemisiam illam, post viri Mausoli mortem, contemptam à Dardano-Abydeno, quem non patienter ardebat, dormienti adolescenti oculos effodisse. Cùm tamen ne hac quidem injuria morbus remitteret, remedium à petra quæsivisse. Sed frustra fuit. Nam ex eo saltu periit: ibique sepulta fuit. Similiter & Hippomedontem Epidamnium propter amorem pueri nescio cujus sese ex eadem petra jecisse, sed nihilominus ipsum periisse. Refert & de Nicostrato Comico, eo saltu levatum amore Tettigideæ Myrinensis. Addit Maceten Buthrotium Λευκοπέτραν vulgò cognominatum fuisse, quòd quater eum saltum expertus esset: & quater hoc remedio amore caruisset. Innumeros præterea idem expertos. In his senem Bulagoran Phanogoriten, cùm amasset Diodorum tibicinem. Rhodopen etiam Emissenam, quæ geminos fratres ex satellitio Antiochi regis amabat, cùm vicissim ejus ab illis nulla ratio haberetur, animi impotem sese jecisse, & animam edidisse. Adolescentibus nomina erant Antiphonti, & Cyro. Charinus verò Iamborum poëta amavit Eroten Regis Eupatoris à poculis. Et cum fabulæ de saltu Leucadis fidem haberet, sese præcipitem misit: & crure fracto doloris cruciatibûs periit. Ac inter efflandùm animam hos lepidissimos ac elegantissimos Iambos in medium jecit.

Ἔρροις πλανῆτι, καὶ κακὴ πέτρη Λευκάς·
Χαρῖνον αἶ αἶ τὴν ἰαμβικὴν μοῦσαν
Κατηθάλωσας ἐλπίδος κενοῖς μύθοις.
Τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.

Quin & Nereum quendam Catinensem ex amore Atticæ nomine mulieris Athenis natæ sese præcipitasse. & non solùm amore solutum fuisse: sed etiam vivum incidisse in rete jaculum, in quo simul cum risco auri pleno in terram extractus fuit. Cùm eo nomine piscatori, qui se extraxerat, litem intenderet, aurum illud ad se pertinere: casu enim sibi obvenisse: noctu ab Apolline monitum ab incepto

[3] *Harmoniæ cultus* [2] *Eriphyle mœsta recusat,*
Infelix nato, nec fortunata marito.
Tota quoque aëriæ [3] *Minoïa fabula Cretæ,*
Picturarum instar tenui sub imagine vibrat.
Pasiphaë nivei sequitur vestigia tauri.
[4] *Licia fert glomerata manu deserta Ariadne.*
Respicit abjectas desperans Phædra tabellas.
Hæc laqueum gerit: hæc vacuæ simulacra coronæ.

Dædaliæ

epto destitisse. An non satis habe-
et, quòd citra vitæ periculum à mor-
o amoris liber esset? quare, si sape-
et, de alieno auro litem ne move-
t. &c. *Scaliger.*

1. *Harmoniæ*] *Harmonia* hæc, & *Her-*
monie, Martis & Veneris filia ex adul-
rio. *Cultus*, i.e. segmenta & monile:
uod eodem fuisse fato fortunâque
am equo Sejano, & auro Tolosano,
emoriæ proditum est. Quisquis e-
im illud habuit, possedit que novo
miserando exitiò ipse cum sua fa-
ilia periit. Tale namque Veneris
aritus Vulcanus

— Vt prisca fides, Mavortia longa
Furta dolens, capto postquam nihil ob-
stat amori

Pœna, nec ultrices castigavere catenæ,
Harmonies dotale decus, sub luce jugali
Struxerat. — —

us itaque fatum, quæ prima illud
llo induit, prima probavit ipsa Har-
onia in serpentem cum viro Cad-
o mutata: mox Semele, Iocasta, &
æ. Vide Stat. poëtam secundo
neb. Athenæum lib. VI; Rhodigi-
m lib. XII, c. XIII. *Vinetus.*

2. *Eriphyle mœsta*] Dixit Virgilius
. VI. *Mœstamque Eriphylen.* & nar-
Lactantius ad jam allegatum Pa-
nii locum eam ultimò usam hoc
natu. Vid. Hygin. c. LXXIII: Athen.
. VI, c. IV. Pausan. in Arcadicis. Fa-
la sic habet. Amphiaraus vates scie-
:, si ad bellum Thebanum profici-
retur, se illic periturum. occultavit
que se consci a Eriphyle uxore. A-
drastus autem rex Argivorum, quum
generum Polynicen (de quo & fratre
est Epigramma CXXX) in eo negotio
adjuvare vellet, acceptum ab eo mo-
nile illud, sorori Eriphylæ obtulit, ut
indicaret maritum, quod lubens illa
accepit, &, ut ait Sulpitius Lupercus
in Elegia de avaritia, *latebras viri pate-*
fecit sui, Proficiscens ergo ille ad id
bellum, filio suo Alcmæoni manda-
vit, ut, post suam mortem supplicium
de matre sumeret: quod fecit ille se-
duló. *Gabbema.*

3. *Minoïa fabula*] Quæ ad Minoëm
regem Cretæ insulæ aëriæ & altæ,
pertinet: ut quæ sit de Pasiphaë uxo-
re, & filiabus Ariadne & Phædra.
Vinet.

4. *Licia*] fila. Andrageo filii mor-
tem Minos ulturus, bellum intulit
Athenienses, & vicit. Victis hanc
statuit pœnam, ut unoquoque anno
septenos liberos suos Minotauro e-
dendos mitterent. Theseus Athe-
niensis patriæ vicem dolens, in Cre-
tam venit: cujus amore capta Ariadne
Minois filia, docuit, quomodo *cæca*
regens filò vestigia, labyrinthum ingres-
sus, Minotaurum interficeret. Quod
quum esset factum, Ariadne ejusque
sorore Phædra raptis, victor Athenas
rediit. Ariadnen tamen in Naxo, quæ
& Dia, insula, dormientem reliquit:
unde est illa apud Ovidium Ariadnes
ad Theseum epistola. Fabulam nar-
rant Hyginus, & Serv. in VI. Æneid.
Idem.

1. *Lao-*

Dædaliæ pudet hanc latebras subiisse juvencæ.
Præreptas queritur per inania gaudia noctes
[1] *Laodamia duas, vivi functique mariti.*
Parte truces alia, strictis mucronibus omnes,
Et [2] *Thisbe, &* [3] *Canace, &* [4] *Sidonis horret Eliza.*
Conjugis hæc, hæc patris, & hæc gerit hospitis ensem.
Errat & ipsa, olim qualis per [5] *Latmia saxa*
Endymioneos solita affectare sopores,
Cum face, & astrigero diademate Luna bicornis.
Centum aliæ veterum recolentes vulnera amorum,
Dulcibus, & mœstis refovent tormenta querelis.
Quas inter medias, furvæ caliginis umbram
Dispulit inconsultus Amor stridentibus alis.
Agnovere omnes Puerum: memorique recursu
Communem sensere reum. quamquam humida circum
Nubila, & [6] *auratis fulgentia cingula bullis,*
Et pharetram, & rutilæ fuscarent lampadis ignem:

Agno-

1. *Laodamia duas noctes*] *Laodamia* Acasti Thessaliæ regis filia. *duas noctes.* Scilicet unam vivi mariti Protesilai, quando cum aliis ille Græcis in Phrygiam navigavit, ubi omnium primus est interfectus, sicut habet ejus epitaphium inter Heroica XII. & alteram functi, mortuique viri, quando Laodamia quum audivisset ipsum periisse, petiit à diis, ut diem unum (sic scribit Lucianus in Dialogis mortuorum) vel tres horas (ita Hyginus) reviviscaret, quò videre & colloqui sibi liceret; quod impetravit. reliqua, & quo pacto ipsa se combusserit, ex Hygino cognosces. *Idem.* V. quæ ad Catull. adnotamus. *Gabbema.*

2. *Thisbe*] Vid. Ovid. lib. IV Metamorph. *Gabbem.*

3. *Canace*] Fuit hæc Æoli ventorum regis filia. quæ misso à patre gladiò se interfecit, quum ex suis & fratris nefandis amoribus concubituque natus puer esset. Hyginus. Canaces litteræ Macareo apud Ovidium. *Idem.*

4. *Sidonis horret Elisa*] *Elisa* Dido gladio incubuit. De qua præter Ausonii Epigr. CXI, & ἀδέσποτον Anthologiæ lib. IV, Virgil. in Æneid. *Id.*

5. *Latmia saxa*] *Latmus*, mons Cariæ Ciceroni in Tusculana prima, Endymionis à Luna, ut ferunt, quondam adamati fabulâ nobilis. Nam illic à Luna consopitum Endymionem putant, ut dormientem oscularetur. Meminit Lucianus fabulæ cùm alibi, tum in Dialogo quodam Veneris & Lunæ. Erasmus in Proverbio *Endymionis somnus*, Hyginus, Fulgentius, Scholia vetusta in IV Argonautiecon Apollonii, & Ausonius ipse rursus in Ephemeride. *Vinetus.*

6. *auratis fulgentia cingula bullis*] Ita scripsimus ex editione Leodogari à Quercu, qui poëma hoc inter flor. Epigramm. edidit, & ex sententia Pet. Scriverii, qui hoc modo locum hunc reponendum censebat. *Gabbem.*

1. *Eligitur*

Agnoscunt tamen : & vanum vibrare vigorem
Occipiunt : hostemque unum sua non loca nactum,
Quum pigros ageret densa sub nocte volatus,
Facta nube premunt trepidantem & cassa parantem
Suffugia, in cœtum mediæ traxere catervæ.
[1] *Eligitur mœsto Myrtus notissima luco,*
Invidiosa deûm pœnis. [2] *cruciaverat illic*
Spreta olim memorem Veneris Proserpina Adonim.
Hujus in excelso suspensum stipite Amorem,
Devinctum post terga manus, substrictaque plantis
Vincula mœrentem, nullo moderamine pœnæ
Afficiunt. Reus est sine crimine judice nullo
Accusatus Amor: [3] *se quisque absolvere gestit :*

Trans-

1. *Eligitur mœsto Myrtus notissima luco*] Duplex genus crucium statuo, *simplex*, & *compactum*. Illud voco, *cùm in uno simplicique ligno fit affixio, aut inflexio*. Quæ Crux, meo judiciô, prima fuit, & in aliam speciem à rudi hac ventum. Nam aliàs ad arborem sive stipitem alligabant figebantve hominem : ut in *Cupidine crucifixo* Ausonii, quem arboris stipite appensum, non manibûs expansis, sed à tergo devinctis ; pedibûsque non clavîs, sed funibus substrictis describit, *Eligitur*, &c. *Lipsius*.

2. *cruciaverat illic Spreta olim, memorem Veneris, Proserpina Adonim*] Ausonius fabellam aspicit, quæ est ita. Venus jam olim puerum hunc deamaverat, & ut sola frueretur, clam deposuerat apud Proserpinam. Sed hæc mox in eadem flamma : ac repetenti Veneri negat dare. Lis est, itur ad Iovem. Ille rem sic componit, ut Adonis, quod ad usum, in tres anni partes secaretur. Primâ, ut Adonis Adonidis esset : secundâ, ut Veneris : tertiâ Proserpinæ. Acquieverunt. Sed enim Adonis pronior in Venerem, quum quoque trientem illi tribuit. Hæc Appollodorus lib. III Biblioth. Ergo istud est, quod Proserpina nunc cruce vindicat. Theocritus & ipse huc aspexit Eidyll. XV. *Vide Lipsium de Cruce*. Gabbema.

3. *se quisque absolvere gestit :*
Transferat ut proprias aliena in crimina culpas]

Hæc est vetusti exemplaris scriptura, teste Mariangelo. Mihi sincerior videtur altera lectio :

— se quisquis absolvere gestit,
Transfert & proprias aliena in crimina culpas.

Porrò particula *quisque*, non commutanda videtur in *quæque* : licèt ad *Heroïdas* hoc genere referri posse, non appareat. Cùm enim in Monosyllabis (*Technopægnii* versus CXII) particulam *Quis* dixerit genere neutro,

Quis fluitat pelagô. quod non natat in fluvio ? pix.

Affirmaverim potiùs talia eo modo posuisse eum, ut à Vetustioribus poni consuevit. Ennius : *Quis tu es mulier ?* Terentius in Eunucho, *Illarum neque quisquam te novit*. Et Donatus ait, *Quisquam* multis probari exemplîs etiam fœminino genere Veteres protulisse. Ita ut in numeris & generibus

Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.
Cunctæ exprobrantes tolerari insignia leti
Expediunt. hæc arma putant. hæc ultio dulcis.
Vt quo quæque perit, studeat punire dolorem.
Hæc laqueum tenet, hæc speciem mucronis inanem
Ingerit. illa cavos amnes, rupemque fragosam,
Insanique metum pelagi, & sine fluctibus æquor.
Nonnullæ flammas quatiunt, trepidoque minantur
Stridentes nullo igne faces. [1] *rescindit adultum*
Myrrha uterum lacrymis uventibus: inque parentem
Gemmea fletiferi jaculatur succina trunci.

Quædam

ribus hæc Prænomina infinita sint. Priscianus quoque ac Nonius ajunt, *Quis* & *Quisquam* communis esse generis, authoritate Veterum, ut apud Græcos. Ex ICtorum etiam sententia de Verborum significatione, *verbum hoc*, Si quis, *tam masculos, quam fœminas complectitur. Accursius.* Gabbema.

1. *rescindit adultum Myrrha uterum lacrymis uventibus:* &c.] Ita Gabbem. editio. Scriverius: Iamdudum est quòd scripseram, *lacrimis lucentibus*; ad myrrham ipsam & gemmea succina respiciens. Et nunc animadverto in hunc Ausonii locum verba isthæc annotasse Mariangelum in Diatribis suis. Sunt, inquit, codices qui servant, *lacrimis vigentibus*, contra syllabæ rationem: sed scribendum fortasse, *lacrimis lucentibus*. Ecce conspirantem habeo doctissimum virum. Nuper verò tentabam ex vestigiis scriptæ lectionis, *lacrimis urgentibus*. Myrrha arbor abundantiâ & copia myrrhæ & lacrimarum adultum & distentum uterum rumpit, sudatque myrrham. Ovid. Met. lib. x, fab. ix.

Cùm tandem terrâ requievit fessa Sabæâ,
Vixque uteri portabat onus. & post aliquot versus.
Iamque gravem crescens uterum prætenderat arbor,
Pectoraque obruerat, collumque operire parabat.
Non tulit illa moram: venientique obvia lignô
Subsedit, mersitque suos in cortice vultus.
Quæ quamquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Est honor & lacrimis, stillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, nulloque tacebitur ævo. &c.
Dat gemitus arbor. lacrimisque cadentibus humet.

Legit apud Ausonium Cl. Salmasius, *lacrimis ingentibus.* & in epistola sua ad me hoc eruditum scholion attexit: Filius medici non potuit ignorare duo esse myrrhæ genera, unum ἀδρόδωλον, alterum μικροδῶλον. Illud glebis ingentibus: hoc minoribus, cujus meminit Dioscorides. At Myrrha hîc quæ lacrimas suas in lapidem congelatas, quæ succina gemmea hîc vocat Ausonius, in Cupidinem erat jaculatura, grandioribus guttis præoptavit sudare, ut plus mali nempe facerent Cupidini, quàm si parvas & μικροδώλους jaculata esset. Ideo certè uterum laxavit grandioribus lacrimis τοῖς ἀδροδώλοις, quia his vice saxorum

Quædam ignoſcentum ſpecie, ludibria tantum
Sola volunt: ſtilus ut tenuis ſub acumine puncti
Eliciat tenerum, de quo Roſa nata, cruorem.
Aut pubi admoveant petulantia lumina lychni.
Ipſa etiam ſimili genitrix obnoxia culpæ
Alma Venus, tantos penetrat ſecura tumultus.
Nec circumvento properans ſuffragia nato
Terrorem ingeminat, ſtimuliſque accendit amaris
Ancipites furias: natique in crimina confert
Dedecus ipſa ſuum: quod vincula cæca mariti,
[1] *Deprenſo Mavorte, tulit: quod pube pudenda*
[2] *Helleſpontiaci ridetur forma Priapi.*
Quod crudelis [3] *Eryx, quod* [4] *ſemivir Hermaphroditus.*

Nec

um impetere parabat Cupidinem. Hæc ille. *Scriverius.*

1. *Deprenſo Mavorte, tulit*] In Grilho Ternario, verſ. XXVII.

--- Ter clara inſtantis Eoi
Signa canis ſerus deprenſo Marte ſatelles.

Martis cum Venere dormientis fabulam narrat Lucianus in Somnio ſeu Gallo; Quidam quondam fuit Marti eo belli in deliciis adoleſcens fornoſus Ἀλεκτρύων. Sic gallum galliaceum vocant Græci. Mars quotiens ad Venerem deam Vulcani conjugem hoctu veniebat, quia timebat Solem, ne ſe deprehenderet cum eâ, & Vulcano nunciaret, Alectryonem ſeum adducebat. eum foris ad oſtium ibebat obſervare, quum Sol emerſeret. Cæterùm quadam nocte ſoanus Alectryonem oppreſſit, nec adentantem Solem ſenſit, qui Martem um Venere deprehendit. Rem Vulano ſtatim renuntiavit; qui accurrit ontinuò, retibûs adulteros implicuit; & ſic vinctos, cæteris Diis ad id pectaculum convocatis, oſtendit;

--- --- qui riſere, diuque

Hæc fuit in toto notiſſima fabula cœlo,

t ſcribit Ovid. IV Met. verſ. CLXXXIX. Suo itaque ſatelliti & excubitori Mars graviter ob iſtum veternum iratus, ex homine fecit avem cum galea & criſta ſua, cæteriſque quibus tum excubabat armis. Ex eoque *Martiales aves*, miſeri ſcilicet illius Alectryonis genus, avito periculô & pœna ſapientes, vigilantiores fuerunt, diligentioreſque ad Solis adventum diis omnibus hominibuſque prænunciandum diu antè quàm exoriatur. *Vinetus.*

2. *Helleſpontiaci*] V. N. in Petron. *Gabbema.*

3. *Eryx*] Veneris & Butæ filius. quod jam alibi adnotatum. *Idem.*

4. *ſemivir Hermaphroditus*] Epigt. LXVIII de iis quæ ſexum mutarint:

Vidit Semivirum fons Salmacis Hermaphroditum.

Semimarem dixerat Ovidius, tantùm non mollem & enervem, ſed etiam qui utrumque gereret ſexum. Fuit hic Mercurii & Veneris filius:

Cujus erat facies, in qua materque paterque
Cognoſci poſſet. nomen quoque traxit ab illis.

Nam Ἑρμῆς Mercurius, Ἀφροδίτη Venus Græcis nominatur. Ovid. IV.

Nec satis in verbis. roseo Venus aurea serto
Mœrentem pulsat puerum, & graviora paventem.
Olli purpureum multato corpore rorem
Sutilis expressit crebro Rosa verbere : quæ jam,
Tincta prius, [1] traxit rutilum magis ignea fucum.
Inde truces cecidere minæ : vindictaque major
Crimine visa suo Venerem factura nocentem.
Ipsæ intercedunt Heroides, & sua quæque
Funera crudeli malunt adscribere fato.
Tum grates pia Mater agit. cessisse dolentes,
Et condonatas Puero dimittere culpas.
Talia nocturnis olim simulacra figuris
Exercent trepidam cassa terrore quietem.
Quæ postquam multa perpessus nocte Cupido,
Effugit. pulsa tandem caligine somni
Evolat ad superos, [2] portaque evadit eburna.

Ejusdem ROSÆ.

VER erat : & blando morientia frigora morsu
Spirabat croceo mane revecta dies.
Strictior Eoos præcesserat aura jugales,
Æstiferum suadens anticipare diem.

Metamorph. sic de Salmacidis & Hermaphroditi coïtu canit :

Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo sunt, sed forma duplex : nec femina dici
Nec puer ut possit, neutrumque & utrumque videtur.

Vide & Epigr. XCVIII Ausonii, ut & Epigr. XCIX. *Salmacis* est Nympha, & fons Cariæ, de quo Vitruvius lib. II, c. VIII. *Vinetus.*

1. *traxit rutilum* &c.] Dictum jam ad Pervig. Veneris. *Gabbema.*

2. *portaque evadit eburna*] Dixit Virgilius lib. VI admirandi operis :

Sunt geminæ Somni portæ : quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris :
Altera candenti perfecta nitens elephantô :
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His ubi tum natum Anchises, unáque Sibyllam
Prosequitur dictis : portáque emittit eburna.

Adi quoque Ausonium in extrema Ephemeride ; Muret. lib. XI, c. VII : Macrob. lib. I in Somn. Scip. c. III. De *porta eburna* quoque Horat. lib. III Od. XXVII. De *Cornea*, Propert. lib. IV Eleg. VII. *Idem.*

Erra-

Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere, aut olerum ſtare cacuminibus.
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cœleſtis aquæ pondere tunc gravidas.
Vidi Pæſtano candere roſaria cultu,
Exoriente novo roſcida Lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis,
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperet ne ROSIS *Aurora ruborem,*
An daret, & flores tingeret orta dies.
Ros unus, color unus, & unum mane duorum:
Sideris & floris nam domina una Venus.
Forſan & unus odor; ſed celſior ille per auras
Difflatur: ſpirat proximus iſte magis.
Communis Paphie dea ſideris, & dea floris,
Præcipit unius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat, quo ſe naſcentia florum
Germina comparibus dividerent ſpatiis
Hæc viret anguſto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem abſolvens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuabat amictus,
Iam meditans foliis ſe numerare ſuis.
Nec mora; ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci:
Ac modò quæ toto rutilaverat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.
Mirabar celerem fugitivâ ætate rapinam;
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe ROSAS.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies, tantoſque ortus, varioſque novatus,

Vna dies aperit ; conficit una dies.
Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum eſt.
Oſtentata oculis illico dona rapis.
Quam longa una dies, ætas tam longa ROSARVM ;
Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed bene, quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens ævum prorogat ipſa ſuum.
Collige, virgo, roſas, dum flos novus, & nova pubes ;
Et memor eſto, ævum ſic properare tuum.

DE PRIAPISMO
SEV
PROPVDIOSA LIBIDINE
CLEOPATRÆ REGINÆ,
Ejuſque Remediis
EPISTOLÆ;

In lucem prolatæ ex Bibliotheca
MELCHIORIS HAMINSFELDII
GOLDASTI.

Typographus Patavinus

Lectori benevolo S. D.

PRÆSENTAVI tibi, *Lector humaniſſime*, fidem membranei codicis, cujus mihi copiam ex feſtiva ſua Bibliotheca & omnis generis librorum referta fecit vir nobilis & Clariſſimus Melchior Haiminsfeldius Goldaſtus, cùm hîc aliquan-

quandiu subsisteret. Ejus autem vetustatem tum characterum elegantia, tum ipsa membrana satis commendat. An vero ipsorum, quorum nomina præ se ferunt, genuini partus sint, an ab aliis suppositi, quæstionis esse videtur. Equidem dum orationis filum & contextum considero, qui non propiùs à venustate Ciceroniani ævi abire quam cœlum terra potest, videntur non esse, sed unius cujusdam multis seculis posterioris, qui ne Latinè quidem admodum doctus erat. Eam conjecturam ex ipsis epistolis capio. Nam Soranus in ea ad Cleopatram ita scribit: *Dabo tibi commentarios Theodotæ & aliorum & de vitiis & de curatione mulierum, in quibus poteris addiscere & diversa vitia & curationes earum.* Vbi non dubitat nobilissimus simul & doctissimus Goldastus, quin pro *Theodotæ* legendum sit, *Theodori*, intelliganturque commentarii Theodori Priscians, quos ipse *Gynæcea ad Salvinam* inscripsit, editi Basileæ operâ Sigismundi Gelenii. Deinde quod ait, *& aliorum*, annon innuit Erotis Medici, liberti Iuliæ, *de Vitiis muliebribus librum:* qui eadem, qua Cleopatra & Soranus, ætate floruit? Præterea Moschionis sive (ut nonnulli scribunt) Muschionis περὶ γυναικείων παθῶν à Conrado Gesnero seculi nostri Varrone Græce Latinéque editum cum notis? Atqui iste multo post Cleopatram tempore vixit. Vt nunc ponam ad compendium, Trotilæ *librum Matricis*, & Albucasis Arabis *morbis muliebribus*, quos primus collegit Caspar Wolfius Medicus & Professor Tigurinus, & in Gynæceorum libris recensuit Israël Spachius Argentinensis. quippe qui videntur posteriores harum epistolarum auctore fuisse. Ait porro Soranus, *in quibus poteris addiscere*, &c.

Vnde exstitit alius quispiam, qui non minori audacia librum *De vitiis & curatione mulierum* hujus ipsius Cleopatræ Reginæ nomine proscriberet, quem iidem illi, quos dixi, Wolfius & Spachius edidere. Et sanè decantata

est ab antiquis scriptoribus insatiabilis Cleopatræ libido, quam verò nemo clarius & evidentiùs expressit isto nostro Antonio. Ex se ne an veteri quopiam scriptore qui nobis perierit, incertum. Nobis quidem hæ epistolæ non minus dignæ visæ, quæ ad plurium manus perveniant, quam vel ille Cleopatræ liber ab eis viris editus qui & judicio valent & auctoritate; aut etiam ipsius Sorani *Isagoge in artem medendi*, quam Albanus Torinus Medicus Vitudurensis apud Helvetios in lucem protulit. Nam fictitiorum licet sint auctorum, multumtamen facere ad veterum quorundam loca intelligenda, Petronii Arbitri, Martialis, & aliorum, domi doctus didici. Quod autem ad remedia attinet, certa & indubitata esse, vel ipsa eorum præscripta materies argumento esse potest. Nec perdidere usum suum hodie ad vitiosam mulierum tentiginem sedandam, quæ nonnullis solet esse abortus, plerisque sterilitatis causa. Sed & viri non pauci reperiuntur fascinati & veneficio tacti, sive, ut Iurisconsultorum verbis utar, maleficiati & sortilegiati, quibus persanandis remedio hujuscemodi opus. Hæc volui nescius ne esses. Vale, lector, & utitor, sed more modoque honesto; obscænitatem Deo invisam, Angelis cogita abominabilem.

FRANCISCVS PHILELPHVS

Lib. 6 Epist. ad

PHILIPPVM MEDIVM

Philosophum ac Mediçum cujusdam codicis meminit, quo comprehensæ videntur fuisse & hæ epistolæ. Sic autem scribit:

Meminit cum nuper esses Mediolani, vidisse apud te vetustissimum quendam codicem, qui Medicorum plurium scripta complecteretur, ut Corn. Celsi, & utriusque Sorani, & Apuleji,

Apuleji, & Democriti, & quarundam etiam mulierum. Rogo igitur te majorem in modum, ut aut illum codicem ad me mittas, tantisper apud me futurum, donec exscribatur, quod factum in curabo quam primum; aut isthic ipse mihi cures exscribendum. Nam quod mea causa impenderis, id omne pecuniarum brevi ad te ibit. Medicos verò istos lectitare volo, non ut eorum mihi præceptis utendum cupiam, qui sum, ut nosti, corpore bene composito & valetudine prospera, sed doctrinæ duntaxat gratia. Mediolano pridie Non. Ianuarias, M. CCCC XLIX.

EPISTOLA
HERACLII IMPERATORIS

Ad [1] Sophoclem Philosophum pro expositione libri inventi ad caput Cleopatræ Reginæ in suo sepulchro.

HEraclius Imperator, Parthicus, Persicus, & Babylonicus, Triumphator semper Augustus, [2] Sophocli, viro sapienti & amico suo. Remeanti mihi à Persico bello, quod & magna virtute susceptum, & insigni victoria per Christi gratiam sumptum est, visum est, ut Alexandriam [3] contenderem, quædam ibi, quæ agenda erant, de utilitate Reipublicæ disponere. Vbi dum per aliquot dies permanerem, placuit ut quædam sepulchra veterum Regum aperirentur, in quibus, ut fama erat, multæ gazæ inclusæ latuerant, ut malè ibi ingesta pecunia, si fortassis inveniretur, multorum utilitatibus deserviret. Itemque apertum est Cleopatræ sepulchrum illius famosissimæ Reginæ, quæ cum Antonio imperium totius penè Orientis tenuerat: ubi & corpus ejus juxta Antonium collocatum aromatibus conditum illæsum usque ad nostra tempora per centum viginti quinque Olympiades permanserat. Ad cujus Reginæ

1. *Sophoclem*] Mſ. *Saphoclum.*
2. *Sophocli*] Mſ. *Saphocli.*
3. *contenderem*] Mſ. *concenderem.*

ginæ caput inventus liber est per ignotos characteres in æneis tabulis inscriptus, nobisque delatus: de quo dubium non erat, quin in eo aliquid magnæ utilitatis contineretur, quod tanta diligentia ad caput tantæ Reginæ reconditus jaceret, cœpimus quærere anxiè diligenter, si fortè esset aliquis, qui ejus libri nobis scientiam aperiret & scriptum. Quod cum jam ignorantia multorum, qui sapientes esse videbantur, desperatione capti impossibile putaremus, tandem ad te recurrere decrevimus, quem in omni genere disciplinæ sapientem fore non dubitamus. Quamobrem eundem librum tibi dirigimus, ut nobis scripturam & intelligentiam ejus exponas. Vale.

EPISTOLA SOPHOCLIS SOPHISTÆ

Ad Heraclium Imperatorem de expositione & intelligentia præfati libri scripti in tabulis æneis.

Heraclio Imperatori Divo, Magnifico Viro ac Triumphatori semper Augusto, Sophocles Sophista. Litteras Excellentiæ tuæ continentes petitionem tuam legi, atque in perquirendo scripturas & intelligentiam libri, quem misisti, plures dies consumpsi. Tandem ut per quædam secreta artis nostræ revelata mihi ejusdem libri characterum ignotorum profunditas & intelligentiæ veritas, in primis quidem felicissimum te hominem esse censeo, cujus temporibus revelatum est arcanum multis ante seculis absconsum, omnique tuo auro pretiosius. Cum enim omnia, quæ [1] ab usu humano sunt, propter hominem tantummodò sint pretiosa, quanto [2] plus pretiosius illud est, per quod humana natura constringitur, & quod in ea depravatum est, ad statum proprium

1. *ab usu humano*] MS. *ad usum humanum.*

2. *plus pretiosius illud est, per*] MS. *pietas pr. illudque per.*

1. *cujus*

prium reformatur? Quantos equidem fuisse existimas Reges seculique potentes, quibus Fortuna dederat hereditatem, sed vacua natura negaverat heredem qui inæstimabili pretio illud comparassent, si se adipisci posse, quod te adeptum esse constat, ullo modo credidissent? Habes ergo thesaurum casu quidem tibi oblatum, sed nostra diligentia repertum: quem summopere tibi custodiendum esse ipsa sui magnitudo commendat. Expositionem sane scripturæ in ejusdem libri intelligentiæ quoque subtilitatem nostris characteribus consignatam magnificentiæ tuæ transmisi. Quod moneo diligenter recondi facias, nec umquam procedat in publicum: [1] *cujus tamen summæ utilitatis* [2] *tu ipse poteris habere usum. Vale.*

EPISTOLA
C. ANTONII COS.

Ad [3] *Q. Soranum de incontinentia libidinis Cleopatræ Reginæ.*

ANtonius ter consul salutem dicit [4] Q. Sorano. Veteris amicitiæ memor, simul & sapientiæ tuæ virtute fideique constantia delectatus, quoddam meum privatum infortunium jam tibi declarare satago, spem mihi de tua egregia fide promittens, & quod commissum celatum habebis, & ad sublevandum adjutor & ad disponendum, si poteris, devotus existes. Amore Cleopatræ comprehensus atque formæ ipsius supra modum pulchritudine delectatus, ultra quam oporteret virilem animum, ejus blanditiis delinitus, tamen ei de maritali fræno relaxavi, quod me contempto legumque timore, adulterio se commaculaverit. nec hoc mediocriter, sed animo postposita muliebri verecundia ad tantam impatientiam

1. *cujus*] Mſ. *qua*.
2. *tu ipse*] Mſ. *sicuti nunc*. quod tamen eadem manu correctum.
3. *Q. Soranum*] Mſ. *Quintianum*.
4. *Q. Sorano*] Mſ. *Quintiano*.

tientiam flagitia prorupit, quod sub una nocte sumpto cucullo in lupanari prostibulo centum & sex virorum concubitus pertulit. In tantum enim, ut professa est, in tentigine rigidæ vulvæ erat accensa, quod à lupanari quidem, sed non satiata recessit. & licet occultissimè actum esset, me tamen non latuit. tandemque hujus nefariæ offensæ ab ea sub interminatione vitæ scisitatus, impatientiam gemini caloris & fervorem inveni. Quod per quosdam Philosophicæ artis peritos verum esse deprehendens, qui dicunt quarumdam mulierum tam ferventem esse naturam, ut si sine veretro pene assiduo & continuo virili amplexu infra tertium decimum [1] expertes fuerint, nec vivere quidem possint: & attendens etiam, ne si palam fieret ejus delictum, ad perpetuæ mihi infamiæ injuriam redundaret: fateor quidem, dissimulavi rem, simul etiam miseratus formæ ejus venustatem floremque juventutis, & naturæ conditionem ingeniique ejus modestiam, quo multis mulieribus superior esset, nisi hoc solo vitio laboraret, interminatus quidem mortem, nisi de cætero careret. Hoc quidem timore territa continere se cœpit. Vnde in gravem infirmitatem decidit, atque advocatis & desperantibus Medicis vitam ejus nisi repentino concubitu satisfaceret naturæ, tandem cessit atque mortis metum voti festinatione solvit. Moxque reverentibus nobis non verita est vitium naturæ suæ profiteri sibi restitisse pene usque ad mortem, * sub attestatione Medicorum fidelium protegebatur. Hac igitur miseranda sorte commoti in magnum mortis dolorem incidimus, quid facto opus esset omnibus modis ambigentes. Demum nobis nihil melius existimavimus, quam in hac re spem consilii in te ponere, quem ingenio præstare omnique sapientia multis documentis probatum est. Nam

1. *expertes*] Mſ. *experta*. & suprà, *experta*.

1. *Q. Sera-*

Nam & talem eam habere, ut nunc est, quasi mortuam nihil est: item ea carere difficillimum ex toto tenore voluntatis meæ manifeste facillimum est mihi talem pati, quam talem perdere: tamen ne talem habeam, tuo opere, tuo auxilio promereri incessanter expostulo. Age igitur totum ad quæ volueris habiturus: & si quis medendi illius infirmitatis locus in tua scientia est, omni virtute exerce. Redde eam mihi, & ex hoc me totum adquire tibi. Vale.

EPISTOLA
Q. SORANI

Ad Antonium Cos. De modo medendi ardorem libidinis Cleopatræ Reginæ.

Antonio Consuli 1 *Q. Soranus. Prudenter semper & fideliter amicis servatum est, ut amicorum causam suam deputent, & eorum infortuniis æquè, ac si ipsi patiantur, condoleant, & ubi adjuvandi eos remedia desunt, benevolentiæ munere consolationis fomenta adhibeant. Excellentia magnitudinis tuæ satis compertum habet, humanam felicitatem multis animi incommodis laborare, & hoc vel esse fallacis Fortunæ proprium, ut quibus aliquando blanditur læta fronte, hos aliquando rugosa fronte deterreat. Inde est, quod te dominum gentium & Romanæ Reipub. quæ omnium divitiarum copia habundare facit, vitio saltem domestico & privato incommodo perstringi faciat, ut quam vertibilis sit, evidenter ostendat. Sed quoniam adversa fortuna superior est amicitiæ benevolentia, quæ & secundas res splendidiores, & adversas patiens leviores facit, mœstitiæ tuæ ut verè amicus admodum compassus diu quæsivi, quo modo hanc quam pateris anxietatem vel minuendo levigarem, vel omnino auferrem. Perlectis igitur pluribus libris, ac perscrutatis naturæ secretis*

1. *Q. Soranus*] Mſ. *Quintius.*

2. *quo*

tis tam in genere animalium quam lapidum, arborum & herbarum, quanquam multa remedia ad refrigerandum libidinis ardorem invenerim, ſummam tamen evincendæ libidinis non attinui, donec per quendam ædituum in templo Veneris edoctus in Chio inſula inveni librum continentem modum & vim hujus veri unguenti, quod tibi mitto, aliarumque rerum quæ ad uſum fœrineum deputantur, quod ita validiſſimum eſt, ſicut & noſtra narratione & tua probitate cognoſcere poteris. Vis ſane hujus unguenti talis eſt, per quod unaquæque mulier ad amorem illius viri, qui cum ea concubuerit, ita attrahitur, ut omnium amoris obliviſcatur. [1] *quo inprimis ita uti debebis. Obſervate per novem dies à Venerio opere, ita ut nullus fluxus ſeminis de te exeat: & utere cibis calidis, ovis quoque & caſeo, & vino forti, & pipere. Quod ſi tu vel ſenex vel frigidæ naturæ eſſes, medicinalia tibi poſſem adhibere fomenta, quibus, quia opus non habes, communes cibos ſumere valebis. Deinde hoc tibi maxime eſt obſervandum, ut cum poſt novem dies ad fruendum concubitum accedes, virile membrum non minus in extenſione ſua quàm decem uncias habeas. Quod ſi non habes per naturam, debes habere per medicinas.*

Tolle ſiquidem [2] lac caprifici, & radicem herbæ, quæ dicitur [3] tellina, & tere diligenter, & illines veretrum, & confricabis manibus & ſic ad prædictam magnitudinem conſurget. Poſthæc ſtatim ut concubitum perficere volueris, totum veretrum præfato unguento inunges, & ſic mitte infra vulvam mulieris quanto expeditius poteris. Mox enim jacto ſemine & liquefacto unguento, tanto amore tantaque dulcedine attrahit infra ſe matrix, quod illico concipit mulier. Nam in tanto amore ex eo mulier adducitur, quod neque cum devirginatur ille amor huic poteſt æquari. Non tibi verendum

1. *quo*] Mſ. *quod.*

2. *lac caprifici*] Id eſt, *lac fici ſilveſtris, cujus fructus non maturat.* Mſ. in marg.

3. *tellina*] *Telina dicitur laureola minor, & eſt citrina, & Arabicè dicitur Allabena Azagera. id eſt, laureola minor. Allabena Alquira, id eſt, laureola major.* Mſ. in marg. Mſ. ſuprà, *ſicce.*

dum erit, eam alii viro velle commiſceri, niſi qui ſimiliter ei poſſit facere.

Temperatio verò hujus unguenti tribus modis fit, & hoc tanto frequentius, quanto majori libidine concitatur. Nam ſæpè in ipſo opere Venereo, dum veretrum infra cunnum agitatur, fervente ipſo motu libidinis ante jactum ſeminis virilis frequenter ſemina mittunt. [1] *Altero, concepto ſemine præ nimio amore extra ſemetipſam ferè per tres continuas horas ita in amore liquefacta, ſicut in ipſo puncto cum* [2] *curculio in vulvam ſemen infundit. Tertio, cum illo ultra decimum concubitum delectatur. Hoc medicamine naturali ad concubitum dilectæ Cleopatræ utere, quam deinceps ita ſecurus poſſidebis, ut nullius alterius concubitu fruatur. Vale.*

EPISTOLA
CLEOPATRÆ REGINÆ
AD
Q. SORANUM.

Cleopatra Regina [3] Q. Sorano. Quantas gratiarum actiones magnitudini bonitatis debitrix ſim, teſtis eſt conſcientia mea, quæ manifeſtè ſentit à quanto periculo quantaque infamia tua ſapientia liberata ſum. Teſtis etenim eſt Antonius, quem te nunc operante unicum diligo. Sublata namque fœminea verecundia, aperiam tibi fragilitatem meam & quaſi nudam me tibi totam exponam: cum ſciam, me etiam tacente fœmineam fragilitatem te ex toto agnoſcere, & feridæ naturæ meæ cauſam tuo ſalubri remedio temperare. Ab annis namque pubertatis, ex quo in viriles amplexus deveni, & quærerem Veneris gaudia, perſenſi gemi-

1. *Altero*] *Sc. modo.* Mſ. in marg.
2. *curculio*] Mſ. in marg. *gurgulio, id eſt, veretrum.*
3. *Q. Sorano*] Mſ. *Quintio Sorono.*

geminum calorem. Postea mulier ita alienata [1] sum, ut omnium laborum atque rerum oblivisceret. ***. Val.

EPISTOLA
Q. SORANI
ad Cleopatram Reginam de medendo ardore libidinis.

Grandis quidem, ô Regina, res est in multis temporibus absconsa, quam tibi demonstrari postulas. Sed quia Excellentiæ tuæ nihil denegare fas est, quem summo honore consulendum esse decrevisti, aperiam tibi consequenter omnia, quæ proposuisti, & de unguento quidem & de quibusdam aliis à te non propositis, quæ ad usus fœmineos privatos congruunt per seriem temporum, & à quibus auctoribus inventum, & à quibus etiam Reginis, quo modo, & quo ordine probata sint, sub hac conditione exponam, ut nunquam in publicum prodeant præcaveas, hocque tam tibi quam posteritati tuæ. De natura autem mulierum, & vitiis & curationibus earum pauca tibi breviter perstringam. Nam dabo tibi commentarios [2] Theodoti & aliorum & de vitiis & de curatione mulierum, in quibus poteris addiscere & diversa vitia & curationes eorum. Perlecta sane epistola, quam mihi pro te direxit Antonius, ex eo diligenter cœpi quærere, si quid possem pro eo æstu libidinis, quo tu laborabas, probatum invenire remedium. Cumque perlectis pluribus libris & rimatis naturæ secretis tam in genere animalium quam lapidum, arborum, & herbarum, nec mihi ex toto occurreret ut volebam, tandem per quendam ædituum Veneris edoctus sum in templo ejus, quod in Chio insula situm est, multos antiquissimos libros Apollinis contineri, in quibus mox suspicatus sum fortassis me aliquid posse invenire, quod ad id, quod quærebam, proficuum esset. Animabat enim me ad id quærendum, quod & ipse [3] medicæ artis

1. *sum, ut omnium laborum atque rerum oblivisceret*] Mſ. *est, quæ om. lab. atque rer. oblivisci tur.*

2. *Theodoti*] Mſ. *Theodotæ.*

3. *medicæ*] Mſ. *Medicinæ.*

1. *appel-*

artis esset repertor, & sollertissimus naturæ scrutator. Moxque iter arripiens ad Chion insulam deveni, & introgressus adytum templi omnes libros Apollinis, & Æsculapii filii ejus, & aliorum, quorum multa copia erat, perlegi, atque quod quærebam inveni, tibique ex memoria quod in ipsis continebatur edicam. Et primùm quidem, quod propter hominem medicina inventa est, & tractatur ibi de formatione viri & mulieris. Deinde de omnibus vitiis, quibus humana natura corrumpitur, eorumque remediis. Et quoniam eam partem tibi declarare suscepimus, secundum id quod supra proposuimus, quæ proprie pertinet ad naturam mulieris, omissis cæteris hoc tibi patefacere operam damus, quod proprie pertinet ad naturam mulierum. Inter viri namque & mulieris naturam sexus, & quæ ad sexum pertinent, diversitatem faciunt, ac per hoc & diversa vitia fiunt, & diversæ curationes. Inde ab ea parte, unde discrepat, exordiendum est. Et inprimis quidem est matrix, *quæ & semen recipit, & conceptum fovet, de quo diversæ & validæ infirmitates in corpore mulieris oriuntur. Quæ quidem principaliter tribus modis vocatur: primùm sanè* matrix, *ab eo quod mulieres partu suo matres efficiuntur. Tunc autem* stare *tunc* [1] *appellatur, hoc est noviss ima in intestinis jaceat, aut quod usque ad annos* XIV. *unciæ sint apud virgines. Post mutationem vero ætatis effectus suos per partum mulieribus repræsentat. Dicit* [2] *Aristoteles, quod fratres efficiat, qui ex una nascatur. Constat ex duabus tunicis. Una exterior, quæ levior est alba: altera est durior & nervosa & pulposa. Quibus rebus in se continet omnia. cui etiam inhærent tunicæ tenues, ut ex membranis & nervis. Formata enim est sicut cucurbita medicinalis. Positio vero est ejus, quæ ab inferiori parte vulvæ inter duas protendens usque ad manum, habens super se* [3] *vesicam. Cujus partes duæ sunt: una* orificium *dicitur, quod est ante partum pulposum & molle, post verò callosum & panosum: Secunda verò est* collum: *Tertia verò est* cervix *horum, ubi concursus causa dicitur. Vbi verò post angustias dilatari incipit,* humerichir, *post hos* littera; *ubi vero rotunditas conclu-*

1. *appellatur, hoc*] Sequentia videntur esse corrupta, & nonnulla deesse.

2. *Aristoteles*] Mſ. *Aristo* † *adelij.*

3. *orificium*] Mſ. *Porificum.*

1. *immis-*

concluditur, fundus *vocatur: inferius verò* basis *dicitur. Omnis namque unitas illa quæ in medio ventris est*, sinus *appellatur. Medius autem sinus mulieris ex membranis nervosis constat, & majoris intestini simul. Intus autem spatiosissimus, fons verò angustus, in quo coitus virorum & usus Veneris efficitur, quem vulgus* cunnum *vocat. Cujus fons vel labra Græcè* eptyrogomata, *vel* pimiacula *dicuntur. Intus verò quod à superiore parte descendit in medio dicta est* Landica, *motum sæpe titillationis habens ex libidine. Ipsa verò à diminiculis retrò est, & in omnibus quidem mulieribus æqualiter, sed per differentiam ætatis vel naturæ. Verumtamen quinque vel sex digiti forma ejus est, quando concluſum est & necdum apertum in corruptione veretri, sicut* afforis *est novissima pars auriculæ. Prope cervicem verò matricis in utramque partem sunt* testiculi *positi, & sunt rotundi, & aliquantulum latiores & graciliores quàm hominum, & spuunt semen per meatus, per quos mulieres semen excludunt: sicque distenti juxta matricis latera ad vesicæ collum junguntur. In longitudine verò habet matrix* 1. ß. *uncias, angulos tres, foramina quinque: & horum alia sunt, per quæ intrat semen ad concipiendum, alia unde purgatio fit menstrui, & alia per quæ ad jactum seminis viri, testiculi mulieris semen suum contrà emittunt. Quoniam, sicut ex ipsa* [1] *immissione comprehensum est, novem uncias superat amor mulieris amorem viri, ideò omnes mulieres impatientes essent libidinis, nisi quædam valitudines essent, quas loco suo dicemus intervenire. Quæ quidem in quibusdam mulieribus plus, in quibusdam minus habundant secundum fervorem corporis vel temperantiam. Ad libidinem commovent & prosunt etiam extrinsecus medicinalia remedia, quibus ut ipsa es experta natura evincatur, &* [2] *quidem illo unguento per quod natura tua temperata est: & hoc tanto frequentius, quanto majori libidine concitantur, vel in ipso tempore Venerio, dum veretrum infra cunnum agitatur, fervente ipso motu libidinis ante jactum virilis seminis frequenter semina emittunt.*

Pulvis, quo masculus utatur, Ermodactyli. 31. Satyrion

1. *immissione*] Mſ. *nisi jussione.* | 2. *quidem illo*] Mſ. *quoniam de il.*

rion & Satureja ana ʒ & ſemis, pavacæ radix, piperis ana ʒi. cum vino fac trochiſcos ʒi. Da cum vino puro pro elect.

Ad idem, pene ſcilicet iii. lib. ana ʒi. piperis ix. pulegii, nepite, ſatureja ana ʒiii. pireti ʒ piri vel quod ſufficit.

Vnguentum ad idem. Camomillæ lib. v. rutæ lib. & ſemis, artemiſiæ ʒiii. abrotoni ʒiii. raphani ʒ & ſemis. Bulliat in oleo. Poſtquam ibi putrefactæ ſunt per tres dies, faciat cum cera unguentum, & ungat maſculum à genu uſque ad umbilicum, quando debet concumbere.

Diæta, qua utatur femina. Pane levi facto de ſpelta, & portulacis, lactucis & quinquefoliis, cum aceto & pauco ſale & vino bruſco, & omnibus carnibus & frigidis rebus. Maſculus verò calidis omnibus, ſed non calidiſſimis. Ita femina utatur cucurbita, melonibus: Vir porris, cepis, raphanis, macedonis, & aliis calidis herbis, & ſerò non ſaturetur, ſed ſobrius ſit. *Hæc verò medicamenta viris & mulieribus congruentia, in Hypocratis & Æſculapii codicibus inveni in templo Apollinis, Reginis & Regibus ab eis ſuadentibus compoſita, quorum nomina, ut promiſimus, alias latius in loco ſuo dicemus.*

Y.

PER ANGVSTA AD AVGVSTA, TOBIÆ GVTBERLETH.

VEr juventæ florulentum quiſquis inſtar Herculis
Tranſigit, callemque dextrum literæ biverticis
Rupium ſeptum ſalebris, ſenticetis horridum,
Carduiſque aculeatis pullulantem perpetim
Calcat indefeſſus heros; & ſiniſtrum tramitem.

2. Per Angvsta] Attexuit Gabbema.

Liliis amaracoque, seſamo & papavere,
Et marini roris umbrâ blandientem; gemmeis
Venulis paſſim pavitum, & huberantem nectaris
Fonte, lactis flore, mellis rore, dote ſacchari,
Spernit, execratur, odit pejus aſpide & cane:
Hunc beat triumphus olim, Lerna cedit centiceps;
Bis beatus, ter beatus, millies beatus eſt.
Qui voluptatum latebras ſordidas lactantium,
Atque Sirenum doloſas cantilenas præterit,
Ac Vlyſſes alter aures cereo repagulo
Obſtruit, Circeſque pocla toxico manantia
Spectat, & ſpectando ridet irretorto lumine:
Huic canore, & tibiarum non nocet poppyſmatis
Blanda Siren, fœda Circes pocla non inebriant;
Bis beatus, ter beatus, millies beatus eſt.
Læta qui Colonus arva ſulcat, occat, paſtinat,
Et laborato novali ſparſa jactat ſemina:
Poſt ſcreatus, Siſyphique ſaxeas moleſtias
Demetitque, colligitque mergites uberrimos,
Et catenato labore fructibus fruiſcitur
Comparatis, in ſinuque gaudet, atque ſubſilit:
Bis beatus, ter beatus, millies beatus eſt.
Qui relicta illiberalis ſordidique pegmatis
Subula, ligone, ſtiva malleo, mortario,
Atque pano verminoſo, & forficis porrigine,
Se theatro Apollinari dedicatum conſecrat;
More apiſque (quæ liquore cellulas Hymettio
Stipat, & fucos nocentes arcet à præſepibus,
A faviſque) bombilando jugiter circumvolat
Per vireta, per roſeta, prata per ridentia,
Floreoſque per mæandros. areaſque fertiles
Phocidos, Parnaſiique collis, atque pallidæ
Ora poculis refertis Hippocrenes proluit:
Huic merum, rigente fuco, mel favique ſuppetunt;
Bis beatus, ter beatus, millies beatus eſt.
Paginam viam Salutis qui ſacrati Codicis,

Phoſphoro

Phosphoro surgente mane lucis alma nuntio,
Ingruente prodromoque noctis hesperugine,
Volvit ardens & revolvit sedulo conamine;
Et Creatoris secundum jussa sancta criminis
Purus, integerque vitæ vivit usque, & ambulat,
Fundit hymnos atque Psalmos, gratiasque debitas,
Evehitque ad astra cœli Conditorem laudibus,
Et rudes commilitones fraudis expers edocet
Veritatis & Salutis æviternæ semitam:
Hic in his terris Olympum luculentum possidet.
Et monarcha Μακροκόσμῳ μικρόκοσμος *imperat;*
Bis beatus, ter beatus, millies beatus est.
Cui Themis severa curæ est, & senatus legifer,
Cuique Aristides, Lycurgus, Ulpianus, Bartholus
Azo, Baldus cæterique Cæsaris satellites
Examussim dædolarunt corda juris ascia:
Qui clientium medetur Advocatus quæstubus,
Et parentibus carentum luctuosas lacrumas,
Et tori threnos amaros destituti compare
Masurii docta rubrica tollit atque obliterat;
Imo ubique justum & æquum strenue defensitat:
Hunc Dice famæ quadrigis celsa ad astra subvehit;
Huic honores, huic secureis Imperator destinat:
Bis beatus, ter beatus, millies beatus est.
Quisquis instrumenta Coi callet Æsculapii,
Atque alumni Pergameni miscet apte pharmaca;
Aut adusti mysta Gebri, & Candidatus clibani
Æris aurum in potulentum transfigurat pulverem,
Efficacibusque succis, & metalli robore,
Et catenula trilice Mercurii spirabilis,
Sulphuris, salisque fretus, nunc phthisin, nunc tormina,
Nunc podagræ, nunc cheragræ, nunc furores febrium,
Nunc lupos, cancrosque edaces, nunc abyssos ulcerum,
Herniasque polyposque, calculique tetrici
Glaream, gravedinemque & fascinum præfiscine.
Sistit, atque frenat, atque stringit, atque perdomat:

Nunc ſagace purulenta dextera ſymptomata,
Peſtiumque mille monſtra lenit, arcet, enecat:
Hunc manet perenne nomen, horrea huic ſuperfluæ
Copiæ cornu flagellat, merx inaurat Indica:
Bis beatus, ter beatus, millies beatus eſt.
Orbitas humaniorum quiſquis ardet artium,
Et fideliter novenis perlitat ſororibus;
Fontibus nunc ex Pelaſgis, nunc Latinis in ſuum
Ducit hortulanus hortum rivulos argenteos.
Nunc Panætii frequentat, nunc Platonis porticum,
Et Sami, Stoæ & Stagiræ literata pulpita.
Excutit, libat, coërcet, limat atque limitat.
Nunc in hortis, Ramuliſque mala Veromanduis
Aurei carpit liquoris, & ſaporis muſtei,
Queis petat picas loquaces, futileſque pſittacos,
Queis ſupercili ſupini corda fermento tument.
Nunc Lycei Lulliani circulos in circulis
Arte ſubtili volutat, circinat triangulos,
Rite combinationes literarum colligit,
Et cate vocabulorum barbarorum interpolans
Mira monſtrat, mundiore veſte nævos obtegit.
Nunc laborat univerſi ſcire mundi machinam
Et Dei formata quondam dextera miracula;
Spiritus quid ſit caduco ſeparatus corpore,
Quidque homo ſit, cur creatus, quotque conſtet partibus;
Quæ feræ ſylvis; pecuſve paſcuis inambulet,
Quæque pennarum volatu præpete ales aëra,
Quique pinnarum natatu piſcis æquor permeet;
Quas ſinu patente tellus bruta gignat arbores,
Herbulaſque dædalea fulgurantes iride;
Quæ metalla eviſceratis deliteſcant fertilis
Montibus Peruviæ, quas margaritas alveo
Indus eructet profundo, lucidaſve gemmulas.
Nunc pares, nunc impareſque calculos Logiſtices
Supputat, tortoſque griphos dividens, multiplicans,
Subtrahens, addenſque ſolvit, & latentes temporum

Seriu-

Scrupulos enodat; Æris detrahit caliginem,
Et jubet constantiore lustra talo currere.
Nunc cylindros angulosque, nunc globos & circulos;
Et soli salique tractus dissitos delineat.
Nunc poli ruspatur orbes, & nivosas Plejadas,
Et labores & meatus lampadis Phœbeiæ,
Et vicissitudines, quas sphæra lunæ parturit,
Linguâ & aure nunc sonores Musices; nunc schemata
Optices miranda ocello curioso examinat.
Nunc bases Vitruvianas & columnas erigit.
Cum Renato castra pingit, fabricat testudines,
Arietes cuniculosque; tela, gesa suggerit,
Atque Achillis Hectorisque jura dat nepotibus.
Nunc penatibus redonat patriis Thucydidem;
Nunc statuta Cyrus alter Atticæ Musæ arripit.
Nunc tua, Plutarche, merce cordis ornat scrinium;
Nunc coarctat in minutis copiosum pellibus
Livium, nunc providentem consulit Cornelium:
Nunc Manu pugnace Rhenum tranatans cum Cæsare
Ariovistum lacessit, Ambiorigem fugat,
Et cruore decolorat bellicoso flumina.
Nunc lepore Curtiano mentis aras imbuit;
Nunc tabellarum Sisennæ naufragarum fragmina,
Laminasve bracteatas eruit Sallustii
E situ ævitatis hoste, liberat, recolligit,
Erutasque & liberatas in phalanges diribet.
Nunc amat suavitate Tullii facundiam
Marmoratam, fulmen acris nunc stupet Demosthenis.
Nunc serente cum Catone rusticatur rusticus,
Et maritat amputando vitium propagines;
Mox oves macras saginat pascuis Bœotiis,
Et Theocriti Menalcam, Tityrumque fistulâ
Accubans fagi sub umbra provocat septemplice.
Mox pedisequus Dianæ tesqua per silentia
Vi canum latrante cinctus Oppiani & Gratii
Arma vibrat & ferarum lustra lustrat devia.

Nunc tubam late boantem Mœonii inflat Nestoris:
Nunc inerrat saltuosis Statii recessibus;
Thessalisve gesta campis machinatur prœlia.
Nunc Canopi civis audit, nunc protervæ Bilbilis;
Nunc Catullum, nunc Tibullum, nunc Propertium asciat,
Cypridis Cupidinisque vinnulos Triumviros,
Passerisque Lesbiani pipulantes nidulos
Thessali liquore Pindi lactat: aut threnodia
Fata lugubri dolenda plorat, atque funeris
Victimas æternitatis consecrat larario:
Deliamve Cynthiamve penicillo vividi
Ingeni pingit, redonans Gratiarum pergulis
Et capillos, & genarum, luminumque fulgura,
Et manus albore Cygni provocantes plumulam;
Mox cato sororiantum collium tubercula
(Momę rides? Mome carpis, & labores ludicros
Viperino dente rodis? Pura puris omnia,)
Peplo honestatis revelat, providéque obnubilat.
Nunc olorem Mantuanum populi sub tegmine
Ad Padi fugacis nudas æmulatur; Appuli
Nunc cygni laborioſum suavè motat barbitum.
Nunc Bathyllum cantilena Tela sufflaminat,
Pindarive dithyrambos rore Dirces irrigat.
Nunc cothurni syrmatisque granditatem ruminat,
Æschyloque, Euripidique, Corduæque subvenit.
Nunc pedes Terasonis Afro socculo statuminat,
Et Chremeta tussientem & litigantem Demeam,
Pamphilosque Pamphilasque ducit in proscenium;
Nunc & orchestram jocosi Sarsinatis ventilat,
Et machæra fulminante glorioſum militem
Cingit, Euclionis aulam defodit, nutu Iovis
Alcumenam, Amphitruonem, Sosiamque decipit.
Nunc toga decentiore vestiens Podalyrium.
Ausonem vorace blatta vinculisque liberat:
In theatro Celsiore *collocat superstitem,*
Et monetam adulterinam curiosa indagine

Dexterę

Dexteræ Clementioris *sacrat undis Tartari.*
Nunc alit gyratque tygres & triumphantem essedo
Indiæ ostentat Lyæum, penduloſque pampinos.
Nunc per ærumnas trecentas Appulejus Lucium
Ducit ac reducit audax cantibus Mulesius,
Plumbeum pecusque mutat artifex in aureum.
Arte nunc sese figuras vertit in mirabiles
Protëus Pelignus omnes, insciumque Actæonem
Cornuum ramis stupendis armat, & molaribus
Lælapis sævi propinat, mox lupi Lycaonem
Induit villis cruentum, mox Arachne araneæ
Dat manus textricis, alas Tereo, aures quercubus.
Nunc oleto ex Enniano nobile aurum colligit,
Vniones & smaragdos & jubar sapphirinum;
Mente mundus, falce censor, & vafer purissimam
Arbiter Petronianam fœditatem temperat,
Et reformat fellis amnes in fluores melleos,
Roscidis faviſque farcit mystica alvearia.
Nunc recentes, quos dedere secla nostra literis
Sospitatores sepultis, atque Atlantes bajulos
Heinsios, Burdenioſque, Lipsios, Casaubonos,
Vossios, Salmasioſque, comparisque commatis:
Haud viros subsellii imi, nec minorum gentium
Consulit mutos Colossos, ac eis se mancipat
Quid loquor? quod longiore tædiorum macero
Ambitu lectoris aures? terra, cœlumque audiant:
Quisquis his & quisquis illis, à tenellis unguibus,
Artibus, scientiisque liberalioribus
Applicat se mente tota, fervidisque viribus,
Atque nocturnus labores & diurnus imbibit:
Hic cluit mortalitatis hujus exlex; ocior
Icaro non usitatis astra pennis transvolat,
Ac petit mundi remoti visa paucis climata,
Qua Tagus, Tigris, Garumna, Nilus, Ister, Albula
Large inundant, & feraci rura limo stercorant.
Huic amœnum cana bruma gaudiis plenissimis

Affluens ver fundit olim, pascitur favoniis
Sortis albæ, & aurei imbris gutta larga depluit,
Ac beatitatis aura sempiterna recreat,
Et laris tholos coronat invidenda gloria :
Bis beatus, ter beatus, millies beatus est.
Heus Ephebe, tiro Phœbi, quisquis alta pectore.
Et nihil mortale spiras ; quique aves relinquere
Nescium perire nomen posterorum posteris,
Et tibi creare famam literis superstitem,
Atque dictis atque factis adjuvare patriam
Consilî tui indigentem : si cupis contingere
Strenuus currendo metam cursor optatissimam,
Et scopi libare laurum, & præmiis potirier
Cursitanti destinatis, flagitasque cernere
Ver amicum horrente bruma ; si juventam marcidæ
In senecta purpurantem, in morte vitam, & dicier
Bis beatus, ter beatus, & beatus millies.
Numen ora ; dein labora (cuncta DI laboribus
Improbis vendunt ephebo, & impigro molimini)
Perser æstum, nudus alge, sperne thyrsum Liberi,
Et duella cirnearum, fortiumque amystidum,
Et sacri peti atque Zythi fœtidum connubium.
Commatis mali sodales pelle contubernio,
Temporum furesque vita Murciæ nepotulos.
Cypridis titillat œstrum ? castitati te vove,
Crasque ama, si nunquam amâsti, sique amâsti cras ama.
Vere primo, vere adulta, vere tabescentéque
Callidus, laboriosus, dædala, imperterritus,
Sis Vlysses, sis arator, sis apis, sis Hercules.

INDEX IN PRIAPEIA,

Pervigilium Veneris, Floridi de Qualitate, & alia quæ accessere.

Numerô per se, textum, a, b, columnam (1, 2) Commentarii designante.

Abire in semen. 59.
Abstinere malas rapinas. 74.
Acer fames, *pro* acris. 72. a.
Acontii & Cydippes fabula. 19. b.
Ad citharam canere. 52. a. partem venire. 43.
Adferre manus non modestas, *pro* furari. 18.
Adducta manu tympana pulsa. 26.
Adstare *pro* stare. 46.
Adverbia in, e, &, o, ancipitia. 15.
Adulta ubera lacte. 71.
Ægrè temperare sibi, *pro* difficulter. 27.
Æqualis, *pro*, par & æqualis annis. 14.
Æquoreus deus, Neptunus. 11.
Ære diruti. 124. a.
Æstas sticulosa. 47.
Agere rimas. 47.
Agere sub laboribus lucem. 47.
Agnus ex ovilibus. 71.
Albicare, *pro* album & canum esse. 58.
Albius Tibullus ad Priapum. 63. 69.
Alciatus in emendando infelix. 38. a.
Ales deus, Mercurius. 12.
Ales sacra, *id est*, aquila. 7.
Aliter, *pro* alia de causa. 28.
Alternis inire. 42.
Altilis, *pro* pingui. 29.
Amant nos dii. 98. b.
Amica bidens. 67.
Amori duplicem arcum tribuebant. 83. b.
Ambire in horto, *pro*, continere. 41.
Amplius, *pro* posthac 54.
Amyclas perdidit silentium. 87. b.
Amygdalum flore purpurea fulgens. 51.
Anguis. 68. a.
Annuere. 34. a.
Apertus *pro* nudo. 12. 17, 34. 42.
Aquosus anser, qui aqua gaudet. 46.
Arma, *pro* instrumentis. 26. b.
Armenios quondam prostituisse filias. 35, a.
Arrectus *pro* tento, & attento. 53. a.
Arrigere. 68.
Asserere, *pro* inserere. 40. b.
Assis facere. 11.
Atalanta & Hippomanes. 19.
Atque *pro* sicut. 30.
Auctor quis de Qualitate vitæ. 87, b. 88. Pervigilii Veneris. 75, *seqq.*
Auctumnus *pro* anno. 46.
Averti à re turpi. 49.
Augere, *pro* augeri. 100. b.
Aureus puer, pulcer. 68.

B.

Bacchica mala. 56. b.
Bacchus quare Διθύραμβος dictus. 42. b. Thyaneus. 120. a.
Balbus & blæsus idem. 11. a.
Barba tegit obsessas genas. 7.
Barbatus, *id est*, vir. 16. 57.
Bene natæ uvæ. 35.
Beneficium ferere. 7. a.
Bidens amica. 67.
Bis, *breve* (carm. 35). 31.
Blæsus quis. 11. a.
Bracca *vel* bracha. 37. b.
Brachium valens. 72.
Buxo pallidior. 29.

C.

Cadere. 35.
Cædere. 16. a. 25.
Cænis. 139. Cæneus. *ib.* a.
C. Antonii Cos. epistola de morbo Cleopatræ. 153.
C. Valerii Catulli Priapeja. 70, usque 74.
Canis hæc de masculo. 54. can. sævus (*Sciopp. L.* fœdus). 66.
Capillus, *pro* quovis pilo. 37.
Capulum. 25.
Carere pulchra forma. 34.
Caries. 45. Carios us. *ib.* b.
Carpere, verbum hortorum. 23. 28. 45.
Carpere hortum, *pro* fruges horti insolens. 27. a.
Cassus, *pro* vano, inani. 102.

Catalecta vet. Poëtarum. 75.
Cavere malo & malum. 43. b.
Cera facilis. 35. b. cera novâ pallidior. 29. 40.
Ceres coronari solita. 43.
Cevère. 21. a.
Chorus Pieridum. 6.
Ciccum non interduim. 119. a.
Cinædi 24. molles. 37.
Cingere *pro* coronare. 35. 40.
Circare, circator, circitor. 20. a.
Circulatrix. 20.
Circus. 26. in eo meretrices. *ib.* a.
Cithara tensa. 10. 51.
Citharœdi infibulabantur. 60. a.
Cleopatræ Reginæ tentigo. 153. 157.
Clunis, in singulari. 20. clunes movere, *ib.* b.
Cœlires severi, *id est*, dii. 17.
Colei. 17. 25. 27.
Coleata cuspis. 17. a.
Comere, *pro* ornare. 4. a.
Commissus, *id est*, custodiæ alicujus traditus. 18. 55.
Committere gladio prælia. 22. a.
Comosus qui comam pascit. 31.
Compar alicui, *id est*, similis. 34.
Concubitu rem divinam facturi abstinebant. 17. a.
Condere, & recondere. 10.
Conducere parvo pretiô. 31.
Confectus, *pro* defessô. 25.
Conformatus, *pro* fabricatus. 73.
Contus. 74.
Convolare, *pro* venire. 42.
Cor, *pro* prudentia & recta ratione. 6. corde humano, *id est* prudenter. *ib.* b.
Corneum os. 65. cornea labra, *pro* rostro. 66. a.
Cornipes capella. 74.
Cornu laternæ. 30. cornex laternæ. *ib.* b.
Cornix *pro* vetula. 45. cornix anus. 46.
Corona rosacea. 80. a. coronam dare in crines, i. e. coronare. 43.
Corvus, siticulosus. 47. senex. 65.
Crassa Minervâ, crasso filô. 7.
Crissare alicui. 21.
Crotalum quid. 26. b.
Cruentus *pro* rubro. 32. mora cruenta. *ib.* a.
Crystallus *pro* glacie. 47.
Culpam pœnâ luere. 49.
Culpam expiare jactura natis. 59.
Culus. 14. 45.
Cumque, *παρέλκει*. 15. 19. b. 53. a.
Cupido. 84. a. Caunius, cum face pictus. 12. b.
Curam loci habere, *pro* custodire. 24.
Curatum dare medico. 33.
Cursus. 102.
Custos *pro* cane. 54.

D.

DAre. 6. 40. vulnus alicui. 14. coronam in crines. 43. ictum. *sic ut* dare verberationem. 102. b. malum, *pro* nocere alicui, 46. osculum. 24. 36. dare verbum sacrorum, *pro* sacrificare. 54.
De *pro* ex. 4. b. de tribus unus. 15.
Decens *pro* pulchro, apto. Decere, aptum esse & bene convenire alicui, ut vestes. 32.
Deducere versus. 8. a.
Defectus, *pro* carente, destituto. 23.
Deficere, *pro* viribûs minui. 25. b.
Delicata capella. 71.
Delibare. 98.
Deliciæ populi. 26.
Deligare comas. 65.
Delphi, orbis umbilicus. 57.
Desertus, *pro* desixus, infixus. 7. 2.
Destitutor. 66.
Dicere, *pro* mandare. 9. dicta *pro* mandatis. *ib.* a.
Dione mater Veneris. 78. b. 79.
Digitus, medius cur infamis dictus. 44. b. *idem* impudicus : digitum impudicum ostendere, *i.* irridere. *ib.*
Dii legitimi. 33.
Dispares congressus movere, claudicare. 32.
Diverti in sacellum, *pro* ingredi. 17.
Dolare, *pro* necare, nocere. 48.
Dolavit me lignum (Sciopp.). 13. & (63. c.). 48.
Dominus mundi Iupiter. 11.
Donum dat tabellas. 8.
Door boost. 36. a.
Dotem corpore quærere apud quos in usu fuerit. 35. a.

E.

EA re, *id est*, ideo. 17.
Edere opus ad aliquid, *pro* imitari. 8.
Effeminatus, *pro* impudicato. 45.

Effut. *ab* effundendo. 16. a.
Elephantis. 8.
Epigrammata varia (Auguſti Cæſaris. In C. Cæſarem. alia) 89, uſque 96. 104. uſque 118.
Epyllia, edyllia. 131. a.
Equus Hectoreus. 25.
Erigone: Icarii filia, ſidus. 47.
Eruca herba. 41. 38. b. Priapo dicata. *ib.* a.
Eruditus. 35. vocabulum nequam. *ib.* b.
Etquando. Etquis *quid differt ab* ecquis. 20. a.
Eugium. 18. b.
Exactum & perfectum. 13. b.
Excavari. 40.
Excubet nervus. 63. b.
Exire, *pro* creſcere. 46. 52.
Expiare culpam quo. 59.
Exſtreare dentem, Plaut. Amphit. 15.

F.

Fallens. *pro* aſtuto, doloſo. 52.
Falx incurva. 14.
Fames ácer, *pro* acris. 72. a.
Faſcinum. 27. 61. 64.
Fatigare. 25.
Fauni, calvi, rubri, manum, pro umbraculo prætendunt. 32. a.
Fecit, *pro* creavit. 79. b.
Femur lubricum. 67.
Fervens ferrum. 37. a.
Feſcennini verſus. 131. a.
Fibulam imponere. 59. laxare. 60. a.
Ficoſiſſimus. 35.
Ficus pro fructu ſecundæ & quartæ. 53. b, 54.
Figere ſedem. 47.
Figura, *pro* pictura. 47.
Filo craſſo, ſeu ſoloci. 8. a.
Fiſſiculare. 29.
Flos purpureus. 41. aureus. 52.
Fluctuare, *pro* movere, fluctuatim ire. 21.
Fodere. 43.
Fontem monſtrabat Priapus, Mercurius, *&c.* 28. a.
Formæ hypotypoſis. 115, *ſeqq.* formam alicujus trahere, *eſt* ſimilem eſſe. 32.
Formus. formucapes. 37.
Fornix, meretricium. 18. a.
Fortè, *pro* indiligenter. 48. b.
Fortis, an *pro* valente, & robuſto. 8. c. 12. a.
Foſſæ. 38. 61. 68
Fovere manu. 67.
Frequentare Deum, *pro* colere. 58.
Fricabit tibi latus aper. 66.
Frui. 40.
Fruſtra, *pro* gratis. 7.
Fur improbus. 42. 63.
Furtum alicui facere, moliri. 23. 31.
Fuſcina, Neptuni telum. 11. 21.

G.

Gallus idem eſt, quod caſtratus. 44.
Ganymedes. 7. b.
Gelu. 67.
Glutinum. 100.
Graculus raptor. 46. impiger. 65.
Gradu infirmo venire. 15.
Grandia mala. 55.
Grave putare, *eſt* gravari. 17.
Gravis ære. 71.
Greſſus diſpares, *eſt* claudicare. 32.

H.

Hac re, *pro* ideo. 17.
Haruga, *id eſt*, hoſtia. 30. a. Haruſpex. 30.
Haſta. 36.
Hecale, anus. 15. a.
Hercules quomodo pingebatur. 22. a.
Hermulæ cum virgis in compitis ponebantur. 28.
Heſterna die, luce, *id eſt*, heri. 11. c.
Hippolytus. 120. Virbius. *ib.* a.
Honor *pro* ſacrificio. 74.
Hortus. 9. Cupidinis. 101. locus non virgineus. 5. b, 6.
Hyacinthus. 137.

I.

Ictus. 102. b.
Immanis ſtomachus, *pro* ira. 58.
Imminutio. 128.
Imponere fibulam. 59.
Improbus *pro* fure. 42. 63. *pro* impudico. 27.
Impudicum digitum oſtendere. 44.
Impudicus, *pro* impudicato, ſtuprato. 46.
In tunica eſſe, *id eſt*, veſtitum eſſe. 11. b.
Incitare. 38. 68.
Inchoatus *pro* imperfecto, rudi. 13. b.
Incomptum carmen. 3.
Indicativus *pro* ſubjunctivo apud bonos auctores frequens. 54. a.
Inempta poma. 23. inemptæ dapes. *ib.* b.

Inequi-

Inequitatio. 25. b.
Infirmus gradus. 15.
Inforare. 58. b.
Ingenuus. 99. b, 100.
Inire, exire. 42.
Iocus Philippi R. Maced. 8. a.
Inferere quid? 40. b.
Inſtiti, *pro* conatus ſum. 50. b.
Inſtrumentum, inſtructus, ornatus. 26. b.
Inſulſus. 13.
Intimare amplexus. 101.
Intra viſcera. 25. 49.
Invida barba. 7.
Inultus auferas hoc ſemel. 68.
Iocoſa puella. 67. Venus. 68.
Ire, *pro* accedere . . . *pro* abire. 46.
Irrumare. 23. b. 31. 39. 45.
Ithyphallus. V. Priapus.

L.

LAbda. 161. a.
Laboriosè ſcripſi. 5.
Labor. 47.
Laborioſus, *pro* laborante. 47.
Labella roſea. 99.
Labra mordere, amantium. 99. a.
Labia cornea, *pro* roſtro. 66. a.
Labyrinthus. 141. b.
Lactuca ſeſſilis. 41.
Lacus vinarii. 43. b.
Lampades Veterum. 139. b.
Languidum reddere. 38.
Laſcivire. 38.
Larvialis. 30.
Laternæ cornu. 30.
Laterum uſus. 26. a. 68.
Latex, *pro* quovis humore. 122. b.
Latine loqui. 7. b, 8.
Latmia ſaxa. 142.
Latrones. 42. b.
Laxare fibulam. 60. a.
Laxus. 20. 29. 37.
Lege gravi piâque noxiam luere. 67.
Legere vinum, uvas, poma. 40, 50.
Legitimi dii qui dicantur. 33.
Lentitudo. 68.
Lesbiari. 16. a.
Libare flores. 99. a. lepôrem. *ib.* verſus. 38.
Libello dignus. 5. Libellus *pro* libratio *ſeu* officina libraria. *ib.* a.
Libenter videre. 11. cœnare, *&c.* *ib.* a.
Libido plena, *pro* ardentiſſima. 31.
Libidinoſus, qui libidinem excitat. 38.
Libidine excubare. 68. b.
Licet. 67. licebit. 28, *bis.* 68. 9.
Litare (Sciopp.) *pro* ſacrificare, Latinum non eſt. 54. b.
Liturarii mei. 129.
Livia Vlyſſes ſtolatus dictus à Caligula. 15. b.
Locus. 7.
Lucem, *id eſt*, diem ſub laboribus agere. 47.
Luculentus. 34.
Ludere: ludens feci. 4.
Luere noxiam gravi piaque lege. 67.
Lumen, *id eſt*, oculus. 102.
Luſus: per luſum & jocum dicere. 36.
Lumbi. 21.
Lux maligna. 137.
Luxurius poëta quando vixerit. 88. b.
Λύτρον quomodo Latinè redderit Ennius. 50. a.

M.

MAculantia verba, *id eſt*, ſordida. 100. b.
Malum: mala. 55. b, 56.
Malus: malæ manus, *id eſt*, furtificæ. 71.
Mandatus locus, *id eſt*, fidei creditus. 24. 42.
Manet me pœna, & manet mihi. 16. b.
Manipli. 38.
Mantes, à manto. 37. b, 38.
Manubiæ deorum (Sciopp.) quod quiſque manu gerit. 11, 12. 21, 22.
Manus ad aſtra tollere geſtus precantis. 15.
Manum continere ab re. 42.
M. Curius. 130. a.
Maſtuprari. Maſtuprator. 21. a. 31. a.
Mavors. 12.
Mauritaniæ puellæ criſpæ. 37. a.
Mauro non candidior, *id eſt*, niger. 37.
Me. παρέλκον. 33. a.
Membrum, *pro* obſcœna parte. 4. 25. 53.
Membroſus. 4.
Memor tabella. 33.
Romuli. 67.
Mens eſt memor, *id eſt*, recordor. 39.
Mens eſt in. 53. a.
Mentula, & talia V. Priapeja.

Mere-

Meretrices in fornice prostabant. 18. a.
Metum præbere. 44.
Μνησίσεοι statuarum. 65. b.
Minerva crassâ fieri, unde dicatur. 8. a.
Mirmillo. 123.
Miscere pocula. 7.
Modestæ manus. 18.
Modicus, *pro* parvo. 43.
Mola fusa. 54.
Moliri furtum. 31.
Mollior anseris medullâ. 48. omnibus cinadis. 37.
Mora cruenta. 32. a.
Moly. 52.
Morari: non moror, nihil moror. 98. morari ventrem lubricum, *pro* adstringere. 40. b.
Morbus Cleopatræ Reginæ. 153. 157. curatio. 156. 160, 61.
Mordere labella. 99. a.
Mortales, *id est*, homines. 58.
Motare, *pro* movere. 21.
Mulieris ratio. 159, 60.
Multari patria, *est* in exilium mitti. 44
Mutare, *pro* mutari. 100. b.
Muto, nom. v. Priapeja.
Myrtus Veneri sacrata. 137. a.

N.

Narcissus. 137.
Natæ bene uvæ. 35.
Nates movere. 20. b. 26.
Natura, *pro* pudendis. 101. a. 34.
Nauci. 118.
Naufragii evitato periculô votum solventes. 33.
Naufragia. 19.
Nequicquam, *id est*, frustra. 23.
Nervus. 48. 62. 68.
Nocte silente. 63.
Non moror. elegans phrasis. 98.
Non est quod, &c. 17.
Non nimium, *id est*, planè non. *Iron.* 5. 39.
Non virgineus locus, hortus. 5.
Nota virilis. 49.
Notæ *pro* vocabulis, notare *pro* nomire, vocare. 50. b.
Notare, *pro* inscribere. 6.
Notus inter aliquos, *pro* notus aliquibus. 34.
Nox tacet. 63.
Noxiam lues gravi piâque lege. 67.
Nux avellana. 40. b. 41.
Nympharum genera. 85. a.

O.

Oblitus, *id est*, cœno plenus. *Sciopius. Nam is legit*, aut tibi Lutosus fricabit oblitum latus. 66.
Obsertus fortassis. 7. a.
Obserere beneficium. 7. a.
Obsessæ genæ. 7.
Obstruere viam. 59.
Oculi ultimi in homine formantur, & ei rei ratio dicta. 102.
Officium in re divina. 63.
Offuciæ. 89. a.
Olim de futuro. 7.
Olli, *pro* illi. 98.
Opus edere ad aliquid, *id est*, imitari. 8.
Orbem vere natum quidam existimant. 78. a.
Oscilla, ossicla, ossicula. 121. a.
Oscula dare alicui. 24. 36. delibare purpurea. 98.

P.

Paciscor. 63.
Pædicare. 7. 10. 27. 31. 34. 49. b.
Pædicones. 51.
Palustris villula. 73.
Pampino virente, *id est*, autumno. 71.
Panes calvi, rubri, manum fronti prætendentes. 32. a.
Pangere, *pro* defigere in loco aliquo. 101.
Paratus, pro eo cui vena tenditur. 38.
Parecbasis. 128.
Parens, *pro* matre. 14.
Pares *pro* sociis, æqualibus. 40.
Pars. 4. 27. 39.
Partes, *pro* prosectis vel prosiciis. 54.
Parthenias. 3. a. Virgil. 133.
Pasiphaæ fabula. 96.
Passerum salacitas. 25. b.
Passu impigro venire. 60.
Patens, laxus. 42.
Pathicus, & --ca. 24. 35. 39. 75.
Patria multari, in exilium mitti. 44.
Pauper & paupera semina. 72. b.
Peccatur mihi litera, *id est*, ego pecco in litera. 10.
Pectorosus Mars. 32.
Peculiatus. 43.
Pedalis, *id est*, pedem longus. 14. 27.
Pelethronium, opp. 51.
Pellere pudorem. 17.

Pellere tympana. 26.
Pensilia. 43.
Peplum. 81.
Peragere virum. 31. a, b.
Per caniculam, *id est*, diebus canicularibus. 47.
Peream jurandi. 27.
Perdices se invicem abutuntur. 27.a.
Pervigilia. 48. 77.
Pestis horrida. 70.
Phalli ex var. materia. 64. b, 65.
Phidiaca manu. 13.
Philænis. 48.
PhilippiRegis Macedonum jocus. 8.a.
Philosophus omnis dives. 71. b.
Picta corolla. 71.
Pieridum chorus. 6.
Pingere malum, *pro* inscribere in malo. 19.
Placet; *pro* Itane. 64. si placet hoc. 39.
Plena libido, *pro* ardentissima. 31.
Podex. 59.
Pœna culpam luere. 49.
Polire, vox statuariorum. Politus. 13.
Polluctum Herculis. 98.
Ponere Deo, *pro* dedicare. 22. 26. 34. 71. ponere pudorem. 27.
Porrò Quirites! 25.
Porta. 42.
Potiri, in amoribus. 122.
Præbere alicui justum metum. 44.
Præcidere. 16. a. 18. *pro* resecare, demetere. 25.
Prægravat me senectus. 46.
Prætendere vestem. 4. 12.
Praxiteles sculptor. 13.
Prendere. 10. prensus. *ib.* & 14. 31.
Prensari. 14.
Pretio conducere parvo. 31.
Priapus qualis exactè describitur. 65. a. qua parte sui coronari solitus? 35. 40. ejus sacellum in horto mæcenatis. 3. b.
Priapeja poëmatia unde, & argumentum. 3. a. b.
Priapeja: carm. 55. p. 44. a. dein, c. 70. p. 54. c. 46. p. 38. c. 69. p. 51. c. 25. p. 25. c. 12. p. 16. c. 57. p. 45. c. 58. p. 45. c. 63. p. 48. c. 69. p. 53. c. 36. p. 33. c. 22. p. 23. c. 73. p. 55. c. 52. p. 43, & *ib.* b.
Primitus, *vel* primitu, *id est*, primum. 73.
Prior, *id est*, melior. 37.
Pro, præpositio anceps est. 15. a.
Procris. 139. a.
Prodere indicio suô. 22.
Prœtides. 96. b, 97.
Proficit aliquid pœna. 27.
Propter, *id est*, prope. 24.
Prosecta *vel* proficia quid. 54. b.
Proterva manus, *id est*, furtifica. 28. 45.
Provense Rooven. 83.
Proverbialia: Iacturâ natis expiare culpam. 59. Imponere, laxare fibulam alicui. *ib.* Ipsa olera olla legit. 59. b. Μηλοβολεῖν. 56. a. Vt lusu citharœdus abstinerem. 59.
Prurire. 25. Pruriginis arma. 26. Pruriginosa. 48.
Pubes. 25.
Pudenda pueris è collo suspensa. 55. a.
Pudicus, duo significat. 28. b.
Pudorem pellere. 17. ponere. 27.
Puella jocosa. 67. Suburrana. 34.
Puer *pro* filia. puera. 72. a. puer aureus. 68. tener. 67.
Pulchrè, *pro* dapsiliter, opiparè, copiosè. 43.
Pulverat vestibulum. 100. b.
Purè habere. 17. a.
Puta. posteriore brevi. 33. b.
Pygæ, pygiaca sacra. 21. a.
Pygmæo brevior gruem timenti. 37.
Pyramis, *pro* eo quo viri sumus. 48.

Q.

QVà *pro* ubi Latinè quoque dicitur. 28.
Quamlibet valens, *id est*, robustissimus. 25.
Quantacumq; *aliàs* quantaquanta. 10.
Queri cum aliquo, *pro*, expostulare. 46
Quicquid id est. 6.
Quicumque, *pro*, qui, quinam. 53. 19. b.
Quiris, civis. 86. b.
Quòd *pro* quamvis. 9. 45. 58.

Q.

RAdix de qua flos aureus exit. 52.
Ramis arborum carmina inscripta. 47.
Rarum nemus. 69.
RE præpositio anceps est. 15. a.
Recondere obscœnum. 10.
Recludi, *pro* excludi. 10. b.
Repedare. 102.
Remotus locus. 18.

Retia-

Retiarius. 123. b.
Rigere cryſtallô, *pro*, congelatum eſſe. 47. rigere, *pro* tendere. 54.
Rigidus deus, *id eſt*, Priapus. 8.
Robur clavæ, ſaxi, ferri, *pro* clava, ſaxo, *&c.* 12.
Romuli ſenis memor. 67.
Roris guttæ lacrymæ. 81. a.
Roſa. 80. a. quando calathus. *ib.* b. ex cruore Veneris orta. 82. a. ex Adonis ſanguine. *ib.* Roſarum elegans epigramma. 80. b.
Rudis, verbum ſtatuariorum. 13.
Rugat pallium, *pro* rugoſum eſt. 109. b.
Rumpere latus in Venere. 68.
Rumpi, *pro* arrigi. 23. 25. 31.
Rure, *pro* ruri. 86. b.

S.

S *pro* R, *pro* T, ut Valeſius *pro* Valerius. Teſta nitet galea. *pro* terſa. Ennius. tentus, & tenſus pro eo qui tentigine adficitur. Sic inſcitiâ librariorum irrepſiſſe *obſeſſas* pro *obſertas*. (Sciopp. in Indice) 7. a.
Sacra viâ poma, pira & ſimilia venibant. 23. a.
Sacra non faciebant, qui concubuerant. 17. a.
Sacrum carmen. 52.
Sacrum fit deo. 31.
Sacrare *pro* dedicare. 36. 57.
Salamis. 138. a.
Salax aſellus. 43. eruca. 41. deus, Priapus, 31. 17. dominus. 45. ſalaciores vernis paſſeribûs. 25.
Salſa res, *pro* ridicula. 13. a. 14.
Salvum facere, *pro* ſanare. 33.
Sanctus, Priapus. 35. 63.
Sappho maſcula. 140.
Satyri rubri, calvi, manum prætendentes fronti. 32. a.
Scaturire quid. 38. b.
Scindere. 41. 59.
Scopas. 10.
Sceptrum, *pro* parte verenda. 24.
Seculorum turbas, *pro* ſenectute. 45.
Sedem figere. 47.
Seminale membrum. 25.
Seminoſus, qui ſemine abundat. 41.
Senectus me prægravat. 46.
Senſus *pro* ratione, prudentia. 6.
Seorſum habere manus, *pro* abſtinere. 72.
Septum, *pro* horto. 41.
Serus, *pro* ſene. 14.
Si, *pro* An. 8.
Si placet hoc. 39.
Sigillaria. 118.
Signata virgo. 28. b.
Signum *pro* ſtatua. 13. b.
Silvani rubri, calvi, manum fronti prætendunt. 32. a.
Simpliciter dicere. 7. 34.
Simul, *pro* ſimulac. 68. bis.
Sin, *pro* ſin minus, ſi non. 29.
Sine arte, *id eſt*, diligenter. 48. 65. 72. ſine fine. 25. ſine fraude, *id eſt*, profectò. 10. ſine veſte eſſe, *id eſt*, nudum. 11.
Sinuare. 100.
Sinus tepens. 64. tepidus. 12. ſinu abditus. 64. ſinu pleno ferre poma. 19.
Sirius, ſtella. 47. a.
Siticuloſus corvus, ſiticuloſa æſtas. 47.
Situs araneoſus. 67. ſitu ſqualidus. 66. a, b. ſitu ſenili perire. 59.
Smerdaleos. 51.
Sole fervido, *id eſt*, æſtate. 71.
Solox (craſſum) filum. 8. a.
Sorbus, ſorbum (*Sciopp.*). 40.
Sorſum, *pro* ſeorſum. 72. a.
Spado. 18.
Specum triplex compleas. 68.
Spurca nox. 17. a.
Squalidus ſitu. 66. a, b.
Stator quis. 22.
Stipendium procedit. 124.
Stola rufa matronarum. 15. a.
Stomachus immanis *pro* ira. 58.
Sub laboribus diem agere. 47.
Sub Iove, *id eſt*, ſub dio. 17. ſub Iove eſſe, *pro*, in ejus manu & poteſtate. 21.
Subare quid? 100.
Subductum ſupercilium. 39.
Subinde uſum vocabuli exempla docent. 11. 54. 59.
Subire. 31. ſubit mihi ſuavitas fici, *id eſt*, delector. 53.
Suburrana puella, meretrix. 40.
Suffragari, *pro* adſentiri. 22.
Sulcus. 101.
Supercilium, ſubductum. 39. ponere. 3.
Surripere de digitis, furari. 44.
Sus lutoſa. (*Sciopp. nam is legit ut in* oblitus

oblitus *dictum)* 66.
Suscitare libidinem (*Vide &* Incitare). 100. suscitare, *pro* suscitari. *ib.* b.
Sustinet *pro* audet, in animum inducit. 38.
Sutilis, *pro* connexo, conjugato. 22.

T.

TEt S. commutantur, ut dictum in S.
Tabella votiva qualis. 33. a.
Tabellæ *pro* picturis. 8.
Tænarus. 51. b.
Taliacumque, *pro* talia. 19.
Tectorium quid? 39. b.
Telethusa. 34.
Temperare sibi, *pro* abstinere. 27.
Tendere, obscœnum. 10. a.
Tener vaccula. 71.
Tenere verbum nuptum. 10. a.
Tensus. V. lit. S.
Tentus. 57. 61. 62. tenta turba. 27. tensior. 10. 51.
Tentigine rumpi. 23. 25.
Terribilis. 22. 45.
Tertus *pro* tersus. V. S.
Testiculari. 18. b.
Testis, *pro* spectatore. 5. a. 18. a.
Thyrsus. 101. in Orgiis quid? 12. b.
Tollere, *pro* furari. 41.
Tormentum, funis tensus, à torquendo. 10. a.
Tractare, *pro* contrectare. 61.
Trahere formam alicujus, *id est*, similem esse. 32. trahere noctem, *pro* consumere. 47.
Trajici contô. 14.
Triplex compleas specum, *id est*, ter. 68.
Tuor, *pro* tueor. 70.
Turba seculorum, *pro* numero annorum senectute. 45.
Tuscus haruspex. 29. 30.
Tussis ex Venere. 26. a.
Tutela, *pro* tutore. 32. 55.
Tutela, *pro* eo qui est sub tutela. 58.

V.

VAga pellis. 67.
Valere, *pro* robustum esse. Valens. valentior. 12. 25, bis. 53. 72.
Vappa, *pro* homine nequam & nihili. 17.
Vasa. vasatus. 52. b, 53.
Vbera adulta lacte. 71.
Venerei pallidi, macilenti. 25.
Vena. 31.
Venire impigro passu. 60.
Ventrem lubricum morari, *pro* alvum constringere. 40.
Venus noctuvigila. 78. a. ex mari concepta. 79. a. favet furtis. 78. b. adsidentes gratias habet. 85. a. de Leucade se præcipitat. 140. a.
Venus quieta, *id est*, non robusta. 64.
Verendæ partes. 44. a. 38. b.
Vereri, *pro* verecundari. 33.
Vernacula poma. 22.
Vernus passer. 25. vern. tempus. *ib.* a. & 77.
Verpa. 31.
Versare, *pro* movere. 67.
Via sacra. 22. b.
Vertibularum. 90.
Videri facit altiles, terribilem. 29. 45.
Villicus. 62.
Vimen. 73.
Vir, *id est*, maritus, absolutum, *pro* relato. 53. b.
Viriliter. 64.
Virilis nota. 49.
Virere fronde. 24.
Virente pampino, *id est*, auctumnô. 71.
Vis ignis, vis flammea. 12. b.
Viscera. 25. 29. 49.
Vocandi casus, *pro* nominativo. 64. b.
Voti solutio. 33.
Vsque particulæ usus. 23. b. 24. usque donec. 68.
Vstulare. 37. 46.
Vt, *pro* simulac, postquam. 24. 48. ut, *pro* utinam. 37. ut, *pro* quamvis. 41.
Vtcumque, *pro* ubicumque. 19. b.
Vvæ passæ. 29.
Vulnera dare. 14.

Z.

ZOilus: Zoili plures. 134. a, 35. Zoilus inter Sanctos. 134. b.

Legenda pro excusis.

pag. ℣.
75. 4. Priapejis.
56. 16. a. μηλοβολεῖν, id est.
109. 10. *sordent.*

FINIS.

INTEGRVM TITI PETRONII ARBITRI FRAGMENTVM,

Ex antiquo codice TRAGVRIENSI Romæ exſcriptum ;

cum

APOLOGIA MARINI STATILII I. V. D.

EDITIO SECVNDA,

quod ad Apologiam auctior & curatior.

AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM BLAEV.
M DC LXXI.

SERENISSIMO PRINCIPI LVDOVICO BORBONIO, PRINCIPI CONDÆO, &c.

Sereniſſime Princeps,

Cùm fragmentum Petronii Arbitri ſuperioribus annis apud Tragurium Dalmatiæ civitatem repertum, acceptaque Patavii publicâ luce Pariſios advectum ſtudia doctorum virorum in partes non leviter diſtraxiſſet, aliis illud Scriptum pro legitimo & genuino ſui auctoris fœtu agnoſcentibus, aliis adulterinum & ſuppoſititium quovis pignore eſſe certantibus; accidit illi perhonorificè, ut nequaquam indigna res videretur, quæ tuum, Princeps Sereniſſime, adſpectum ſubiret, tuumque judicium experiretur: ſumma namque humanitate (ut rumor eſt) codicem Patavio

allatum in tuam Bibliothecam admisisti, & ad gravissimarum curarum, quæ cœlestem mentem tuam assiduè intentam & exercitam habent, laxamentum, lectionem & cognitionem ejus adhibere non semel dignatus es. Ne autem temere de illius statu pronuntiares, viros doctrinâ & eruditione præstantes in consilium advocasti, qui propositis in utramque partem rationibus & argumentis hanc literariam causam coram te diligenter ac seriò disceptarent. Huic ego rumori, summo cum plausu atque approbatione doctissimi cujusque excepto, quin fidem haberem, minimè, Princeps Sereniſſime, dubitavi. Veniebat enim in mentem divini ingenii tui, cujus immenso captu non solùm administrandæ Reip. & rei Militaris exercendæ & copiarum ducendarum rationes, quas Viris tui fastigii convenientes etiam vulgus putat, sed etiam hæc amœniora Musarum studia complecteris, & inter cæteras regias artes recensendas existimas. nec injuria; earum namque beneficium est ne animus humanus ferendo seriarum cogitationum continenter oneri impar ad otia ignava respiciat, sed consultiùs ad vires reficiendas in curarum varietate, quàm in supino torpore, momentum positum esse ducat. Cùm autem ea disceptatio manca quodammodo videri possit ob nondum inspectum à viris doctis codicem manuscriptum quo fragmentum

tum continebatur, à quo præcipuè petendæ erant neceſſariæ ad inſtruendum judicium conjecturæ, nec multum temporis interceſſiſſet ut is codex adnitentibus ſummis viris Antonio Grimano Veneto ad Pont. Max. Legato, & Antonio Priolo Dalmatiæ Præfecto Romam mitteretur, & publicè viſendus & examinandus proponeretur, eſſentque mihi ſub prælo omnes hujus Auctoris reliquiæ, cum notis & commentariis paulò quàm aliàs editi inſtructiores, ornatioresque: mearum partium eſſe putavi codicem ipſum Tragurio allatum, ſicut eſt mendoſum & à veterum librariorum imperitiâ malè mulctatum meis typis publicè legendum proponere, unáque novam Marini Statilii ejus domini Apologiam, quò haberent literarum ſtudioſi collectum in unum veluti corpus totum hujus cauſæ conſpectum, & quid cuique de ea pronunciandum eſſet faciliùs apud ſe quisque ſtatuere poſſet. Et quoniam te, Sereniſſime Princeps, arbitro & quaſi conſilii Præſide quæſtio hæc verbis exerceri cœpta eſt, abſurdum prorſus & à judiciorum conſuetudine alienum fuerit, ſi eundem te cæteræ quoque ejuſdem judicii partes, quæ ſcripto conſignatæ ſunt, diſceptatorem non haberent. Prodit itaque liber tuo potiſſimùm inſcriptus nomine tuæque ſummæ dignitatis ſplendore conſpicuus, quo illum frui & in luce fulgentiſſima literarum glorioſum incedere, quæ

tua humanitas est & in literas & bonas artes studium, facilè patiere, Sereniſſime Princeps; minimè detrectaturum fortunam quam huic cauſæ graviſſimus judicii tui calculus eſſe volet.

SERENISSIMÆ

TVÆ

CELSITVDINIS

Devotiſſimus

I. BLAEV.

D. D.

D.D. GVLIELMO & PETRO

Fratribus BLAEV

IOANNES LVCIVS Salutem.

Cvm præteritis hisce annis allatum esset in Vrbem fragmentum T. Petronii Arbitri, integram cœnæ Trimalchionis fabulam continens, quæ trunca, & mutila hactenus legebatur, exscriptum à vetusto codice Tragurienſi Bibliothecæ Cippicorum, in quo plurima alia Petroniani Satyrici cum jam editis congruentia descripta sunt: cúmque res visa esset eruditorum oculis & cognitione non indigna, exemplum ejus ad vos, viri Clarissimi, ut perveniret conatus sum, quorum operâ publicam lucem acciperet. Sed intervenit casus, ut aliò, quàm quò erat destinatus litterarum mearum fasciculus abiret; qui tamen post varios errores incidit commodum in manus (ut audio) Viri summæ dignitatis summæque doctrinæ apud Parisios, ejusque cura doctorum hominum judiciis commissa est. Nata extemplò nobilis inter ejus Lectores controversia germanúsne parentis, quem præferebat fœtus, an spurius & suppositicius videretur. Et quando codex antiquus, quem dixi, nusquam comparebat, nullique satis idonei testes proferebantur, qui scripturam vidissent, deque ea judicare possent, si qui ejus causæ favebant (quos quidem plurimos, & ferè doctissimum quemque fuisse accepi) non nisi cunctanter & timidè tanta de re pronunciare visi sunt. Quamvis autem ipse hunc codicem, cùm essem Tragurii, sæpe inspexissem ac perlegissem, & cum exemplo typis vestris impresso, quod apud me est, contulissem, & utriusque locos, tum congruentes, tum discrepantes in margine ejusdem editi adnotassem, vobisque dum in Vrbe eratis ostendissem, ætatemque manuscripti saltem ducentorum annorum productiorem esse indicassem: tamen testimonium hac de re meum, nec apud me ipsum tanti feci, nec in aliorum animis tanto in pretio futurum judicavi, ut prolato ipso codice & in loco celebri palàm inspecto ad fidem ejus antiquitatis asserendam opus non esset. eóque magis quòd idem fragmentum Patavii interim editum est, nequaquam satis accuratè, & dimissa passim ejus exemplaria & studia & stilum hominum eruditorum excivere in utramque controversiæ partem prolixè disputandi. Itaque & ipse quantum in me fuit, & plerique alii, quibus abstersâ à Provinciæ nostræ nomine hac tam fœdâ maculâ opus erat, summâ ope contendimus ne Marinus Statilius codicis possessor in suo proposito hujus scripti occultè habendi perseveraret, sed Romæ conspici & judicari pateretur:

donec summorum virorum interventu Antonii Priuli Dalmatiæ Præsidis, & Antonii Grimani Veneti apud Vrbem Legati confecta res est. eóque facultas summa fuit codicis per otium legendi, & pertractandi; agnitáque est ab amicis meis in hoc codice cum Amstelodamensi, quam dixi, collatio; & sicubi ab illo discrepabat, aut cum illo congruebat adnotatio ductis lineis & appositis numeris paginarum designata: simul autem totum scriptum describi commodè potuit. Quod quidem ut fieret curatum diligenter est, summo adhibito studio, ut editio ejus prodire posset quàm fidelissima, unà cum adnotationibus marginalibus eâdem manu quâ contextus exaratus est appositis (aliæ verò quæ recentiores visæ sunt consultò omissæ fuerunt): item cum suis mendis quantumvis enormibus, & manifestis. Nam non solùm corruptæ plurimæ voces, sed etiam peccata Orthographiæ in diphthongis tum omittendis tum perperam collocandis, in litteris majusculis non adhibendis, in negligendis interpunctionibus, & si quæ aliâ vitiosam scriptionem faciunt, intacta relicta sunt. Quæ quidem in re diversum consilium meum fuit ab editoris Patavini diligentia, quæ nequaquam (ut mea fert opinio) satis opportunè, & sine dubio multò quàm opus erat remissiùs in adornanda ejus correctione versata est.

Hoc itaque exemplum, ut quàm exactissimè typis vestris expressum appareat magni interest proposito hujus editionis, & rationibus causæ à Statilio susceptæ: cujus Defensionem ad vos mitto unà cum hoc exemplo imprimendam. Eruditis autem doctorum virorum laboribus, si quis hac de re scribere præterea volet, aliâ editione opus erit, vel si placet hac ipsâ uti poterit: Ita tamen, ut quæ quis de suo his scriptionibus adjicienda putaverit omnino separatim adjiciat, quò ipsæ integræ & propriæ cum specie visendæ & judicandæ legentium oculis subjiciantur.

Romæ die decimaquarta Novembris anno Domini M DC LXVIII.

PETRO-

PETRONII ARBITRI

SATYRI

Fragmenta ex libro quinto decimo & sexto decimo.

CVm alio genere furiarum declamatores inquietantur qui clamant hec uulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro uobis impendi. date mihi Ducem qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites membra non substinent. nec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris uiam facerent, nunc & rerum humore sententiarum uaniſſimo strepitu hoc tantum proficiunt ut cum in forum uenerint, putent se in alium terrarum Orbem delatos. & ideo ego adolescentulos existimo in scolis stultissimos fieri, quia . . . nihil iis que in vsu habemus aut audiunt, aut uident, sed piratas cum cathenis in littore stantes, & tirannos edicta scribentes, quibus † increpent filiis ut patrum suorum capita precidant, sed † imperent
responsa in pestilentia, data, ut Virgines tres aut plures immolentur, sed mellitos verborum globulos, & omnia dicta, factaque quasi pauere? & se sanxo sparsa. qui inter hec nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere qui in culina habitant. Pace uestra liceat dixisse, primitus omnium elloquentiam perdidistis, Levibus enim atque inanibus sonis ludibria quedam excitando effecistis ut corpus orationis eneruaretur & caderet. Nundum iuuenes declamationibus continebantur, cum Sophocles aut Euripides inuenerunt uerba quibus deberent loqui. nundum vmbraticus doctor ingenia deleuerat, cum pindarus nouemque lirici homericis uersibus canere timuerunt. & ne poetas quidem ad testimonium citem, certe neque platona, neque demostenem ad hoc genus exercitationis accessisse? & ideo grandis & uelut ut ita dicam pudica oratio non est maculosa nec turgida. sed naturali pulchritudine exurgit. nuper uentosa & enormis loquacitas athenas ex asia commigravit, animos iuvenum ad magna surgentes ueluti pestilenti quodam sidere afflauit. semelque corrupta ello-

quentie regula ſtetit, & obmutuit qui poſtea ad ſummam tuchididis, quis hyperidis ad famam proceſſit, ac ne carmen quod ſani coloris enituit. Sed omnia quaſi eodem cibo paſta non potuere uſque ad ſenectutem caneſcere. Pictura quoque non alium exitum fecit poſtquam egiptiorum audacia tum magne artis compendiariarum inuenit. Non paſſus Agamenon me diutius declamare in porticu quam ipſe in ſcola ſudauerat. ſed adoleſcens inquit quoniam ſermonem habes non publici ſaporis, & quod rariſſimum eſt amas bonam mentem non fraudabo te arte ſecreta. nimirum in his exercitationibus doctores peccant qui neceſſe habent cum inſanientibus furere, nam qui dixerunt que adoleſcentuli probent, ut ait Cicero ſoli in ſcolis relinquentur, ſicut ficti adulatores, cum cenas diuitum captant, nihil prius meditantur quam id quod putent gratiſſimum auditoribus fore. nec enim aliter impetrabunt quod petunt niſi quaſdam inſidias auribus fecerint, ſic elloquentie magiſter niſi tanquam piſcator eam impoſuerit hamis eſcam quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe prede morabitur in ſcopulo. quid ergo eſt? parentes objurgatione digni qui nolunt liberos ſuos ſeuera lege proficere. primum enim ſicut omnia ſpes quoque ſuas ambitione donant. deinde cum ad uota properant, cruda adhuc ſtudia in forum impellunt qua nihil eſſe magis confitentur pueris induunt adhuc naſcentibus. quod ſi paterentur laborum gradus fieri ut ſtudioſi juuenes lectione ſeuera irrigarentur; ut ſapientie preceptis animos componerent, ut uerba atroci ſtilo effoderent, ut quod uellent imitari, diu audirent, ſibi nihil eſſe magnificum quod pueris placeret, jam illa grandis oratio haberet majeſtatis ſue pondus. Nunc pueri in Scolis ludunt, juuenes ridentur in foro, & quod utroque turpius eſt, quod quiſque perperam didicit in ſenectute confiteri non uult. Sed ne me putes improbaſſe ſtudium Luciliane improbitatis, quod ſentio, & ipſe carmine effingam.

Artis ſeuere ſi quis amat effectus
Mentemque magis applicat prius more
Frugalitatis lege polleat exacta.
Ne aure alto regiam trucem ultu
Clienſque cenas impotentum captet.
Nec perdictis abditis obruat uino
Mentis calorem, necue plauſor in ſcena
Sedeat redemptus hiſtrionei addictus

Sed

Sed siue armigere rident tritonidis artes
Seu Lacedemonio tellus habitata colono
Sirenumque domos, det primos versibus annos
Meoniumque bibat felici pectore fontem
Mox & Socratico plenus grege mutet habenas
Liber & ingentis quatiat demosthenis artes
Huic Romana manus circumfluat & modo graio
Exonerata sono mutet suffusa saporem.
Interdum subducta foro det pagina cursum
Et fortuna sonet celeri distincta meatu.
Dent epulas & bella truci memorata canere.
Grandiaque in domiti Ciceronis verba minentur.
His animum succinge bonis, sic flumine largo
Plenus pyerio diffundens pectore verba

Versus XXII

Cum homo diligentius audio non notaui mihi ascylti fugam, & dum in hoc dictorum estu in ortis incedo, ingens scolasticorum turba in porticum uenit ut apparebat ab extemporali declamatione, nescio cur qui Agamenonis suasoriam excepit. Dum ergo iuuenes sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, opportune subduxi me, & cursim ascylton persequi cepi. Sed nec uiam diligenter tenebam, quia nec quo stabulum esset sciebam. itaque quocunque ieram, eodem reuertebar, donec & cursu fatigatus & sudore jam madens, accedo aniculam quandam que olus uendebat. & ego inquam mater nunquid scis ubi ego habitem? delectata illa urbanitate tam stulta, & quidni sciam inquit. consurrexitque, & cepit me precedere. duci, nam ego putabam. & subinde ut in locum secretum uenimus centonem anus urbana rejecit. & hic inquit debes habitare. cum ego negarem me cognoscere domum, uideo quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim conspatiantes: tarde ymo iam sero intellexi me in fornicem esse deductum. execratus itaque anicule insidias operui caput, & per medium lupanar fugere cepi in aliam partem, cum ecce in ipso aditu occurrit mihi eque lapsus ac moriens, a scylta putares ab eadem anicula esse deductum, itaque ut ridens eum consultaui, quid in loco tam deformi faceret quesiui, sudorem ille manibus detersit. & si scires inquit que mihi acciderunt. quid noui inquam ego. at ille deficiens, cum errarem inquit per totam ciuitatem,

tatem, nec inuenirem quo loco ſtabulum reliquiſſem acceſſit ad me pater familie & ducem ſe itineris humaniſſime promiſit, per anfractus deinde obſcuriſſimos egreſſus in hunc locum me perduxit prolatoque peculio cepit rogare ſtruprum. jam ille mihi injecerat manum, & niſi ualentior fuiſſem dediſſem penas. cum ego proclamarem, ſtrinxit, & ſi Lucrecia es inquit, Tarquinium inueniſti.

Quid faciunt leges ubi ſola pecunia regnat?
Aut ubi paupertas uiuere nulla poteſt?
Ipſi qui cinica traducunt tempora cena
Nonnunquam nummis uerba ſolent emere
Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces
Atque eques in cauſa qui ſedet empta probat

Verſus VI

SEd ut primum gythonis preparata nos impleuimus cena hoſtium non ſatis audaci ſtrepitu impulſum exſonuit, cum & ipſi ergo palladi rogaremus quis eſſet? aperi inquit jam ſcies. dumque loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit. remiſſeque ſubito fores admiſerunt intrantem. mulier erat autem operto capite, illa ſcilicet que paulo ante cum ruſtico ſteterat, ex .... me deriſiſſe inquit, uos putabatis. ego ſum ancilla quartille cur uos ſacram ante criptam turbaſtis? ecce ipſa uenit ad ſtabulum, petitque ut uobiscum loqui liceat, nolite perturbari, nec accuſat errorem veſtrum, nec punit. ymo potius miratur quis Deus juuenes tam urbanos in ſuam regionem detulerit. Tacentibus adhuc autem nobis, & ad neutram partem aſſentationem flectentibus intravit ipſa, vna comitata virgine. ſedenſque ſuper thorum meum diu fleuit. ac ne tunc quidem, nos ullum adiecimus uerbum, ſed attoniti expectauimus lacrimas ad oſtenſionem doloris paratas; ut ergo tam ambitioſus detonuit imber retexit ſuperbum pallio caput, & manibus inter ſe uſque ad articulorum ſtrepitum ſtrictis, quenam eſt inquit audacia, aut ubi fabulas & anteceſſura latrocinia didiciſtis? miſereor medius fidius ueſtri, neque enim impune quiſquam quod non licuit aſpexit. utique noſtra regio tam preſentibus plena numinibus, ut facilius poſſis deum, quam hominem inuenire. ac ne me putetis ultionis cauſa huc ueniſſe. etate magis ueſtra commoueor quam iniuria mea. imprudentes enim ut adhuc puto admiſiſtis inexpiabile ſcelus. Ipſa quidem illa nocte uexata tam periculoſo

inhor-

inhorrui frigore, ut terciane etiam impetum timebam, & ideo medicinam sompno petij. Iussaque sum uos perquirere atque impetum morbi monstrata subtilitate lenire. Sed de remedio non tam ualde laboro. maior enim in precordiis dolor seuit. qui me usque ad necessitatem mortis deducit nec scilicet iuuenilli impulsu licentiam quam in sacello priapi uidistis, uulgetis. deique consilia proferatis in populum. Protendo igitur ad genua uestra supinas manus, petoque & oro ne nocturnas religiones, iocum risumque neue traducem uelitis tot annorum consilia secreta que uix mille homines nouerunt. secundum hanc deprecationem lacrimas rursus effudit, gemitibusque largis, concussa tota facie, ac pectore thorum meum pressit. Ego eodem tempore, & misericordia turbatus & metu, bonum animum habere eam iussi, & de utroque esse securam. nam neque sacra quenquam uulgaturum, & si quod præterea aliud remedium ad tercianam Deus illi monstrasset, adjuuaturos nos diuinam prudentiam uel periculo nostro. Illarior post hanc pollicitationem facta mulier, basiauit me spissius, & ex lacrimis in risum mota, descendentes ab aure capillos meos tentata manu duxit. Si inquit non adiuuisetis de hac medicina quam peto, jam parata erat turba in crastinum, que & iniuriam uindicaret & dignitatem

Contemni turpe est. legem donare superbum.
Hoc amo quod possum qualibet ire via.
Nam sane & sapiens contemptus iurgia flectit
Et qui non † uigulat uictor abire solet. † *uigilat*

Versus, IIII.

COmplosis denique manibus in tantum repente risum effusa est ut timeremus. idem ex altera parte ancilla fecit que prior uenerat. idem uirguncula que una intrauerat. Omnia nimio risu exsonuerant. cum inter in nos que tam repentina esset mutatio animorum facta ignoraremus, ac modo nosmetipsos, modo mulieres intueremur. ac ne gython quidem ultimus risum tenuit. utique postquam uirguncula ceruicem ejus inuasit, & non repugnanti puero innumerabilia oscula dedit, stabat inter hec gython, & risu disoluebat ilia sua. itaque conspicata eum quartilla, cujus esset puer diligentissima scisitatione quesiuit. cum ego fratrem meum esse dixissem. quare ergo inquit, me non basiauit? uocatumque ad se in osculum applicuit. mox

manum

manum demisit in sinum & protracto uasculo tam rudi hoc inquit belle cras in promulside libidinis nostre militabit. hodie enim post asellum diaria non summo. cum hec diceret ad aurem ejus ψυχή † ridens accessit, & cum dixisset nescio ita ita inquit quartilla bene monuisti, cur non, quia bellissima est occasio deuirginatur panichidis nostra? continueque producta est puella satis bella, & que non plus quam septem annos habere uidebatur, & ea ipsa que cum quartilla uenerat in nostram cellam. plaudentibus ergo uniuersis & postulantibus nuptias fecerunt. obstupui ego & nec gythona uerecundissimum puerum sufficere huic petulantie affirmaui. nec puellam ejus etatis esse, ut muliebris patientie legem posset accipere. Itaque inquit quartilla minor est quam ego fui cum uirum passa sum. Iunonem meam irritam habeam si unquam meminerim uirginem fuisse, nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde prodeuntibus annis majoribus me pueris applicui donec ad hanc etatem perueni. Hinc & natum puto prouerbium illud, dicatur ut posse taurum tollere que uitulum sustulerit: Igitur ne majorem injuriam in secreto frater acciperet consurrexi ad officium nuptiale ψυχή † puelle caput inuoluerat flammeo iam embasico etas preferebat facem, iam ebrie mulieris longum agmen plaudentes fecerunt. talamumque incesta exornauerunt ueste. tum quartilla iocantium quoque libidine accensa, & ipsa surrexit, correptumque gythona in cubiculum traxit. sine dubio non repugnaverat puer. ac ne puella quidem tristis, expauerat nomen nuptiarum. itaque cum inclusi iacerent consedimus ante limen talami. & imprimis quartilla per rimam improbe applicuerat oculum curiosum, lusumque puerilem libidinosa speculabatur, diligentia me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit. & quia considerantium heserant uultus quicquid à spectaculo uacabat commouebat obiter labra, me tamquam furtiuis subinde. oculis uerberabat. comprobamus factum, uarioque sermone garrimus, & poetarum cepit esse mentio, diuque summa carminis penes mopsum trachem memorata est, donec Trimalchio rogo inquit Magister, quid putes inter Ciceronem, & publium interesse. Ego alterum puto disertiorem esse alterum honestiorem quid enim his melius dici potest?

ψ anima psichi

ψ psichi anima

Luxurie ritu martis marcent mœnia
Tuo pallato clausus pauo nascitur

Pluma-

Plumato amictus auro babilonico
Gallina tibi numida. tibi gallus spado
Ciconica etiam grata peregrina hospita
Pietatis cultrix gracilis pes & tota listria
Auis exul hiemis, titulus tepidi temporis
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo
Quo Margarita cara tribaca Indica
An ut Matrona ornata faleris pelagus
Tollat pedes indomita in strato extraneo
Smaragdum ad quam rei viridem pretiosum vitrum
Quo Carchedonios optas ignes lapideos
Nisi ut scintillet probitas est carbunculos
Equum est inducere nuptam ventum textillem
Palam prostrare nudam in nebula lune

Versus XVI.

Nomen amicitiæ si quatenus expedit heret
Calculus in tabulam nobile ducit opus
Cum fortuna manet vultum seruatis amici
Cum cecidit turpi uertitis ora fuga
Grex ait in cena mimum pater ille vocatur
Filius hic nomen diuitis ille tenet.
Mox ubi ridendas incluſit incluſi pagina partes
Vera redit facies dissimulata perit.

Versus VIII.

NEc diu tum lacrimis indulsi. sed ueritus ne Menelaus etiam aut scolanius inter cetera mala solum me in diuersorio inueniret, collegi sarcinulas locumque secretum, & proximum littori mestus conduxi. ibi triduo incluſa redeunte in animum solitudine atque contemptu verberabam egrum planctibus pectus

Qui pelago credit magno se fenore tollit
Qui pugnas & castra petit, precingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius ostro
Et qui solicitat nuptas ad premium peccat.
Sola pruinosis heret facundia pannis
Atque inopi lingua disertas inuocat artes.

Versus VI.

NOn dubie ita est. sed quis viciorum omnium inimicus, rectum iter uite cepit inspicere primum propter morum differentiam odium habet. quis enim potest probare

bare diuisa. deinde qui solas extruere diuitias curant, nihil uolunt inter homines melius credi quam ipsi tenent. Iactantur itaque quacunque ratione possunt, litterarum amatores ut uideantur illi quoque infra pecuniam positi.

Priscis enim temporibus, cum adhuc nuda uirtus placeret, uigebant artes ingenuissimumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret. Itaque genera herbarum omnium succos Democritus expressit & ne lapidum, uirgultorumque uis lateret etatem inter experimenta consumpsit. Eudoxus quidem in cacumine excelsissimi montis consenuit, ut astrorum celi motus deprehenderet. Et Crisipus ut ad inuentionem sufficeret ter e laboro animum deterfit, Verum ut ad plastas reuertar statue unius liniamentis inherentem inopia extinxit. & Miron qui penè hominum animas ferarumque ere comprehendit, non inuenit heredem. At nos uino scortisque demersi, ne paratas quidem artes audemus cognoscere sed accusatores iniquitatis uicia tantum docemus & discimus: Vbi est dialetica? ubi astronomia? ubi sapientia consultissima uia. quis inquam uenit in templum, & uotum fecit si ad elloquentiam peruenisset? quis, si philosophye fontem attigisset? ac ne bonam quidem ualetudinem petunt, sed statim ante limen capitolii alius domum promittit, si propinquum diuitem extulerit, alius si thesaurum efoderit, alius si ad trecenties sextercium saluus peruenerit. Ipse Senatus rectique hominisque preceptor mille pondo auri capitolio promittere solet. & nequis dubitet pecuniam concupiscere iouem quoque peculio exorat. Noli ergo mirari si pictura deficit. cum omnibus diis hominibusque formosior uideatur massa auri quam quicquid apelles phidiasque, greculi delirantes fecerunt. Sed uideo te totum in illa herere tabula, que troie anolosim † ostendit. itaque conabor opus uersibus pandere.

† analosim i. destructionem

Iam decima mestos inter ancipites metus
Frigas obsidebat messis. & uotis fides
Calcantes à tuo dubia pandebat metu
Cum delio presante ferro cesi uertices
Ide trahuntur sciissaque in molem cadunt
Robora, minacemque figurabat equum
Aperitur ingens castrum. & obducti specus
Qui castra caperint. huc decenni prelio
Irata uirtus abditur stipant graues

Re-

Receſſus danai, & in uoto latent
O Patria pulſas mille credidimus rates
Solumque bello liberum hoc titulus ferro
Intus hec ad fata compoſitus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens
Iam turbata portis libera ac bello carens
In uota properant. fletibus manant gene
Mentiſque pauidæ gaudium lacrimas habet,
Quas metus abegit, namque neptuno ſacer
Crinem ſolutus omen Lacoon replet
Clamore uulgus. mox reducta cuſpide
Veteri notauit fata. ſed tradunt manus,
Letuſque reſilit, & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidam manum.
Altaque bipenni latera pertentat. fremit
Captiua pubes intus. & dum murmurat
Robora moles ſpirat alieno metu.
Ibat inuentus cepta dum troiam capit
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra. celſa qua tenedos mare
Dorſo repleuit tumida conſurgunt freta
Vndaque reſultat ſciſſa tranquillo minor
Qualis reſilienti nocte remorum ſonus
Longe refertur, cum premunt claſſes mare;
Pulſumque marmor abiete impoſita gemit
Reſpicimus angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus. tumida quorum pectora
Rates ut alie lateribus ſpumas agunt.
Dat cauda ſonitum libere pontum iube
Conſentiunt, luminibus fulmineum iubar
Incendit equor. ſibiliſque unde tremunt.
Stupuere mentes infulis ſtabant ſacri
Phrigioque cultu gemini nati pignora
Lacoonti, quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci. paruulas illi manus
Ad ora referunt, neuter auxilio ſibi.
Vterque fratri tranſtulit pietas uices
Morſque ipſa miſeros mutuo perdat metu
Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator inuadunt uirum
In morte paſci, membraque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras uictima.

Terramque plangit. Sic profanatis sacris
Peritura troia perdidit primum Deos.
Iam plena phebe candidum extulerat iubar
Minora ducens astra radianti face
Cur inter sepultos priamidas nocte & mero
Danai relaxant claustra, & effundunt uires.
Tentant in armis se Duces ceu ubi solent
Nudo remissus thessali quadrupedes iungi
Ceruicem & altas quatere ad excussum iubas
Gladios retractant. commouent orbes manus
Bellumque sumunt. hic graues alius mero
Obtruncat & continuat in mortem ultimam
Somnos auaris alius accendit faces
Contraque troas inuocat troie sacra.

Versus LXV.

O felicem inquit matrem quę te talem peperit. macte uirtute esto. raram fecit mixturam cum sapientia forma. itaque ne putes tot uerba perdidisse, amatorem inuenisti. ego laudes tuas carminibus implebo. ego pedagogus & custos, etiam quo non iusseris sequar. nec iniuriam eiclopius accipit, alius amat profuit etiam eumolpus miles iste qui mihi abstulit gladium alioquin quoque animum quem aduersus ascylton sumpseram in eumolpi sanguinem exercuissem. nec fefellit hoc gythona. itaque extra cellam processit tamquam aquam peteret. iram itaque meam prudenti absentia extinxit. paululum ergo intepescente seuitia, eumolpe inquam iam malo uel carminibus loquaris quam eius nomini tibi uota proponas, & ego iracundus sum tu libidinosus. uide quam non conueniat his moribus, putas igitur me furiosum esse. cedo insanie. idem ocius foras exi. Dum hec fabula inter amantes ludit diuersitor cum parte cenule interuenit contemplatusque fidissimam uolutationem iacentium, rogo inquit ebrij estis, an fugitiui, an utrumque? quis autem grabatum illum erexit? aut quid sibi tam furtiua molitio? uos me hercules ne mercedem celle daretis fugere nocte in publicum uoluistis. sed non impune. iam enim faxo sciatis non uidue hanc insulam esse, sed marci mannicii. exclamat eumolphus, etiam minaris. simulque os hominis palma excussissima pulsat. ille tot hostium potionibus liber urceolum fictilem in eumolphi caput iaculatus est. soluitque clamantis fron-

frontem, & de cella se proripuit. eumolpus contumelie impatiens rapit igneum candelabrum, sequiturque abeuntem & creberrimis ictibus supercilium suum uendicat. fit concursus familie, hospitumque ebriorum frequentia. ego autem nactus occasionem uindicte eumolpii excludo, redditaque scordalo uice sine emulo scilicet & cena utor & nocte. interim coctores insulariique mulctant exclusum. & alius ueru estis stridentibus plenum in oculos eius intentant. alius furca de carnario rapta statum preliantis componit. Anus precipue lipa sordidissimo precincta linteo soleis imparibus imposita canem ingentis magnitudinis cathena trahit, instigatque in eumolpum, sed ille candelabro ab omni periculo defendebat. Videbamus nos omnia per foramen ualue quod paulo ante ansa ostiali rupta laxauerant. fauebam ego uapulanti. gython autem non oblitus misericordie sue reserandum esse hostium, succurrendumque periclitanti censebat. ego durante adhuc iracundia non continui manus, sed caput miserantis stricto acuto articulo percussi. & ille quidem flens consedit in lecto. ego autem alternos opponebam foramini oculos, incuriam eumolpi aduocationemque commendabam. cum procurator insule Bargates à cena excitatus à duobus lectiçariis in mediam rixam perfertur nam etiam erat pedibus æger. is ut rabiosa barbaraque uoce in ebrios fugitiuosque aliu perorauit respiciens ad eumolpum, o poetarum inquit disertissime eras? & non discedunt ocius nequissimi serui. manusque continet à rixa, stante ergo utraque acie cum appareret futurum bellum, egre expugnauit gubernator ut caduceatoris more triphena inducias faceret, data acceptaque ex more patrio fide, protendit ramum oliue à tutela nauigii raptum atque in colloquium uenire ausa.

Quis furor exclamat. pacem conuertis in arma.
Quid nostre meruere manus? non troius heros
Hac in classe uenit dccepti pignus atride.
Nec medea furens fraterno sanguine pugnat.
Sed contentus amor uires habet. & mihi fata
Hoc inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non est mors una satis uos uincite potum
Gurgitibusque feris alios imponite fluctus

Versus VIII.

HEc ut turbato clamore mulier effudit, hesitque paulisper acies, reuocateque ad pacem manus intermisere bellum, utitur penitentie occasione Dux eumolpus, & castigato ante uehementissime † Liebha tabulas federis signat, quis hec formula erat. ex tui animi sententia ubi trifena neque iniuriam tibi factam a gythone queraris, neque si quid ante hunc diem factum est obijcies, iudicabis ue ut aut ullo alio genere persequendum curabis ut tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum uenere constrictum nisi pro quare presentes numeraueris C. denarios. Item Licha ex tui animi sententia ut tu eucolpion nec verbo contumelioso insequeris, nec uultu, neque queres ubi nocte dormiat, aut si quesieris pro singulis iniuriis numerabis presentes denarios ducentos. In hec uerba federibus compositis arma deponimus. Exonat ergo cantibus totum nauigium, & quia repentina tranquillitas intermiserat cursum, alius exultans querebat fuscinas, alius pisces hamis blandientibus compellebat predam repugnantem. ecce etiam per antennam pelagie consedere uolucres quas textis harundinibus peritus artifex tetigit. ille viscatis illigate uiminibus deferebantur ad manus. tollebat plumas dura uolitantes, pennasque per maria inani spuma torquebat. Iam Lichas redire mecum in gratiam ceperat. Iam gythona triphena extrema parte potionis spargebat, cum eumolpus & ipse uino solutus dicta uoluerit in caluos stiginos esque iaculari donec consumpta frigidissima urbanitate rediit ad carmina sua, cepitque capillorum ellegidarion dicere.

† Licha

Quod forme solum decus est cecidere capilli.
Vernantesque comas tristis abegit hiems.
Nunc umbra nudata sua iam tempora merent
Aeraque atristis ridet adusta pilis
O fallax natura Deum que prima dedisti
Etati nostre gaudia prima rapis.

Versus VI.

Infelix modo crinibus nitebas
At nunc aere uel rotundo leuior
Ridentes fugis & times puellas
Phebo pulchrior & sorore phebi
Horti tubere quod creauit in uda

Vt mortem citius uenire credas
Scito iam capitis perijſſe partem.

Verſus VII.

PLura uolebat proferre credo, & ineptiora preteritis, cum ancilla triphene gythona in partem nauis inferiorem ducit, corimbioque Domine pueri adornat caput. ymo ſupercilia etiam profert de piſſide, ſciteque † iacture liniamenta ſecuta totam illi formam ſuam redidit. Agnouit triphena uerum gythona, lacrimiſque turbata tunc primum bona fide puero baſium dedit. Ceterum Eumolpus & periclitantium aduocatus & preſentis concordie auctor, ne ſileret ſine fabulis hilaritas multa in muliebrem levitatem cepit iactare, quam facile adamarent quam cito etiam filiorum obliuiſcerentur, nullamque eſſe feminam tam pudicam que non peregrina libidine uſque ad furorem auerteretur, nec ſe tragedias ueteres curare, aut nomina ſeculis nota, ſed rem ſua memoria factam, quam expoſiturum ſe eſſe ſi uellemus audire. conuerſis omnium in ſe uultibus auribuſque, ſic exorſus eſt. Matrona quedam epheſi tam note erat pudicicie ut uicinarum quoque gentium feminas ad ſpectaculum ſui euocaret. Hec ergo cum uirum extuliſſet, non contenta uulgari more fumus ſparſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentie plangere, in conditorium etiam perſecuta eſt defunctum, poſitumque in † ippogio greco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus diebuſque cepit. Sic afflictantem ſe ac mortem media perſequentem, non parentes potuerunt abducere, non propinqui, magiſtratus ultimo repulſi abierunt. comploratoque ſingularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem ſe alimento trahebat. Affidebat egre fidiſſima ancilla ſimulque & lacrimas commendabat lugenti, & potum in monumento lumen renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat, ſolum videl. affluxiſſe uerum pudicitie amoriſque exemplum omnis ordinis confitebantur. cum interim imperator prouincie latrones iuſſit crucibus affigi ſecundum illam caſulam in qua recens cadauer matrona deflebat. proxima ergo nocte cum miles qui crucem ſeruabat, neque ad ſepulturam detraheret, notaſſet ſibi, & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audiſſet, uicio gentis humane concupijt ſcire, quis aut

† natura

† ypogeo

quid faceret. descendit igitur in conditorium uisaque pulcherrima muliere primo quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit? deinde ut & corpus iacentis conspexit, & lacrimas considerauit, faciemque unguibus sectam, ratus scilicet id quod erat desiderium extincti non posse feminam pati, attulit in monumentum cenulam suam, cepitque hortari lugentem ne perseueraret in dolore superuacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret, omnium eundem esse exitum, & idem domicilium, & cetera quibus exulcerate mentes ad sanitatem reuocantur. At illa ignota consolatione percussa, lacerauit uehementius pectus, ruptosque omnes super pectus iacentis imposuit. non recessit tum miles sed eadem exhortatione tentauit dare muliercule cibum, donec ancilla, uini certe ab eo odore corrupta, primum porrexit ad humanitatem inuitantis uictam manum. Deinde refecta potione & cibo expugnare cepit Domine pertinatiam. & quid proderit inquit hoc tibi, si soluta inedia fueris? si te uiuam sepelieris, si antequam fata poscant indemnatum spiritum effuderis? id cineres aut manes sepultos credis sentire? uis tu reuiuiscere? uis tu discusso muliebri errore quam diu licuerit lucis commodis frui? ipsum te iacentis corpus commouere debet ut uiuas. nemo inuitus audit dum cogitur aut cibum sumere aut uiuere. itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca, passa est frangi pertinaciam suam, nec minus auide se repleuit cibo quam ancilla que prior uicta est. Ceterum scitis quid plerumque soleat tentare humanam societatem quibus blanditiis impetrauit miles ut matrona uellet uiuere, iisdem etiam pudiciciam eius agressus est. nec deformis aut infacundus iuuenis caste uidebatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente, placidone etiam pugnabis amori, nec uenit in mentem. quorum consederis aruis? quid diutius moror, ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit, uictorque miles utrumque persuasit. † Latuerunt ergo una non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tercio die precluſis videlicet conditorii foribus ut si quis ex ignotis cognitisque ad monumentum ueniſſet putaſſet expiraſſe super corpus uiri pudiciſſimam uxorem. Ceterum delectatus miles & forma & secreto quicquid boni per facultates poterat coemebat & prima statim nocte in monumentum ferebat. itaque ‡ cruciarii unius parentes, ut uiderunt

† iacuerunt

‡ cruciati

laxatam

laxatam custodiam detraxere nocte pendentem, supremoque mandauerunt officio. At miles circumscriptus dum residet, ut uidit postero die unam sine cadauere crucem ueritus supplicium, mulieri quod accidisset exponit, nec se expectaturum Iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignauie sue commendaret ergo illa perituro locum, & fatale conditorium familiari ac uiro faceret. Mulier non minus misericors quam pudica, nec istud Dii sinant ut eodem tempore duorum mihi charissimorum hominum duo funera spectem. malo mortuum impendere quam uiuum occidere. Sed hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli & illi cruci que uacabat affigi. Vsus est miles ingenio prudentissime femine. Posteroque die populus miratus est qua ratione mortuus esset ad crucem, risu excepere fabule naute, & erubescente non mediocriter triphena, uultum suum super ceruicem gythonis amabiliter posuit. At non Lichas risit. Sed iratum commouens caput. si justus inquit imperator fuisset debuit patris familie corpus in monumentum referre, mulierem affigere cruci. non dubie redierat in animum edile expilatumque libidines migratione nauigium, sed nec federis uerba permittebant meminisse, nec ilaritas qua preoccupauerat mentes dabat iracundie locum. Ceterum triphena in gremio gythonis posita modo implebat oculis pectus, interdum concinnabat spoliatum crinibus uultum, multos inquit eumolpus iuuenes carmen decepit, nam, ut quisque uersum pedibus instruxit, sensumque teneriorem uerborum ambitu intexuit, putauit se continuo in eliconem ueniisse. sic forensibus ministeriis exercitati frequenter ad carminis tranquillitatem, tanquam ad portum faciliorem refugerunt credentes facilius poema extrui posse quam controuersiam umbrantibus sententiolis pictam. Ceterum neque generosior spiritus sanitatem amat, neque conspici, aut edere partum mens potest nisi ingenti flumine litterarum mundetur. effugiendum est, ut ita dicam, ab omni verborum uilitate, & sumende uoces à plebe summote, ut fiat odi profanum uulgus, & arceo. Preterea curandum est ne sententie emineant extra rationis expresse, sed intexto vestibus colore niteant. Homerus testis & Lirici, Romanusque Virgilius & Oratii curiosa felicitas. Ceteri autem aut non uiderunt uiam qua iretur ad carmen, aut versum timuerunt calcare. Ecce belli ciuilis ingens opus quisquis attigerit

niſi plenus litteris ſub onere labetur. non enim res geſte uerſibus comprehendende ſunt quod longe melius hiſtorici faciunt. ſed per ambages deorumque miniſteria & fabuloſum ſententiarum tormentum precipitandus eſt liber ſpiritus, ut potius furentis uaticinatio appareat quam religioſe orationis ſub teſtibus fides. tam que ſi placet hic impetus etiam ſi nondum recipit ultimam manum.

Orbem iam totum victor Romanus habebat
Qua mare, qua terre, qua ſidus currit utrumque
Nec ſaciatus erat grauidis freta preſſa carinis
Iam peragebantur, ſi quis ſinus abditus ultra
Si qua foret tellus que fuluum mitteret aurum
Hoſtis erat fatiſque in triſtia bella paratis
Querebantur opes. Non vulgo nota placebant
Gaudia, non uſu plebeia trita voluptas
Aes pireum cum laudabat miles in unda
Queſitus tellure nitor certauerat oſtro.
Hinc Numide accuſatus, illinc noua uellera Seres,
Atque Arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce alie clades & leſe uulnera pacis
Queritur in ſiluis aureo fera & ultimus hamo
Aſrorum excutitur ne deſit belua dente
Admortes precioſa fames, premit aduena Claſſes
Tigris & aurata gradiens nectatur in aula
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem
Heu pudet affari. perituraque prodere fata
Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Subripuere uiros. exactaque uiſcera ferro
In Venerem fregere. atque ut fuga nobilis euo
Circumſcripta mora properantes differat annos
Quare ſe natam non inuenit. omnibus ergo
Scorta placent, factique enerui corpore greſſus
Et laſſi crines & tot noua nomina ueſtis
Queque iure querit ecce afris eruta terris
Antea menſa greges ſeruorum oſtrumque reuidens
Ponitur ac maculis mutatur uilibus aurum.
Qua ſenſum turbant hoſtiale ac male nobile lignum
Turba ſepulta mero circumuenit, omniaque Orbis
Premia correptis miles uagus extruit armis
Ingenioſa gula eſt, Sciculo ſcarus equore merſus
Ad menſam uiuus perducitur, atque Lucrinis
Eruta littoribus uendunt conchilia ceas

Vt

Vt remouent per damna famem, iam phasidos unda
Orbata est auibus, mutoque in littore tantum
Sole desertis aspirant frondibus aure.
Nec minor in campo furor est, emptique quirites,
Ad predam strepitumque lucri suffragia uertunt
Venalis populus uenalis curia patrum.
Est fauor in precio, senibus quoque libera uirtus
Exciderat. sparsisque opibus conuersa potestas
Ipsaque maiestas auro corrupta iacebat
Pellitur a populo uictus Cato. tristior ille est
Qui uicit. fasceque pudet rapuisse Catoni.
Namque hoc dedecoris populo, morumque ruina.
Non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas?
Romanumque decus, quare tam perdita Roma
Ipsa sui merces erat. & sine uindice preda.
Preterea geminam deprensam gurgite predam
Fenoris illuuiens, usuque exciderat eris.
Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus
Sed ueluti tabes tacitis concepta medullis
Infra membra furens curis latrantibus errant
Arma placent miseris, detrictaque commoda luxu
Vulneribus reparantur, inops audatia tuta est.
Hoc mersant ceno Romam somnoque iacentem
Que poterant artes sana ratione mouere.
Ne furor & bellum ferroque excisa libido.
Tres tulerat fortuna duces, quos obruit omnes
Armorum strue diversa feralis Erinis
Crassum parthus habet. Libico iacet equore magnus.
Iulius ingratam perfudit sanguine Romam
Et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra
Diuisit cineres, hos gloria reddit honores.
Est locus exciso penitus dimersus hiatu.
Parthenopen inter magne elichartidos arua
Cocithia perfusus aqua. nam spiritus extra
Qui furit efusus funesto spargitur estu.
Non hec autumpno tellus uiret, aut alit herbas
Cessite letus ager, non uerno persona cantu
Mollia discordi strepitu uirgulta loquuntur
Sed chaos & nigro squalentia pumice saxa
Gaudent ferali circum tumulata cupresso.
Has inter sedes ditis pater extulit ora
Bustorum flammis & cana sparsa fauilla

Ac tali uolucrem fortunam uoce laceſſit
Rex humanarum diuinarumque poteſtas
Que noua ſemper amas, & mox poſſeſſa relinquis,
Et qui Romano ſentis te pondere uictam
Nec poſſe ulterius perituram extollere molem.
Ipſa ſuas uires odit Romana iuuentus,
Et quas ſtruxit opes male ſubſtinet; aſpice late
Luxuriam ſpoliorum, & cenſum in damna furentem
Edificant auro, ſedeſque ad ſidera mittunt.
Expelluntur aque ſaxis. mare naſcitur aruis.
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
En etiam mea regna petunt, perfoſſa dehiſcit
Mollibus inſanis tellus. jam montibus auſtris
Antra gemunt. & dum uanus lapis inuenit uſum
Inferni manes celum ſperare fatentur
Quare age fors muta paccatum in prelia uultum.
Romanoſque cie. ac noſtris da funera regnis
Iam pridem nulla perfundimus ora cruore.
Nec mea teſiphone ſitientes perluit artus.
Ex quo ſillanus bibit enſis, & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges
Hec ubi dicta dedit, dextre coniungere dextram
Conatus rupto tellurem ſoluit hiatu.
Tunc fortuna leui defudit pectore uoces.
O! genitor cui Cociti penetralia parent
Si modo fas eſt mihi uera impune probari
Vota mihi credent, nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc, leuiorque exurit flamma medullas.
Omnia que tribui Romanis artibus odi.
Muneribuſque meis iraſcor. dextruet iſtas
Idem qui poſuit molles Deus. & mihi cordi
Quippe cremare uiros. & ſanguine paſcere luxum.
Cerno equidem gemina iam ſtrictos morte philippos.
Teſalieque rogos, & funera gentis hibere.
Iam ſragor armorum trepidantes perſonat aures.
Et Libie cerno tua uille gementia caſtra.
Actiacoſque ſinus. & Apollinis arma timentes
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum
Atque animas accerſe nouas. uix nauita protheus
Sufficit ad ſimulacra uirum traducere cimba.
Claſſe opus eſt. tuque ingen·i ſatiare ruina
Pallida theſiphone. conſiſſaque uulnera mande.

Ad

Ad ſtigios manes laceratus dicitur orbis.
Vix dum finierat cum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſoſque abſcidit ignes.
Subſedit pater umbrarum gremioque reducto
Telluris pauitans, fraternos polluit ictus.
Continuo clades hominum venturaque damna
Auſpiciis patuere deum. namque ore cruento
Deformis titubans uultus caligine texit
Ciuiles acies iam cum ſpirare putares
Parte alia plenos extinxit Cinthia uultus
Et lucem celeri ſubduxit. rupta tonabant
Verticibus laſſis montis juga? nec uaga paſſim
Flumina per notas ibant morientia ripas
Armorum ſtrepitu cœlum furit. & tuba mortem
Sideribus trinis acta ciet. iamque ethna uocatur
Ignibus inſolitis & in ethera fulmina mittit
Ecce inter tumulos atque oſſa arentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit
Sanguineoque recens deſcendit Iupiter igne
Hec oſtenſa breui ſoluit Deus. exuit omnes
Quippe moras Ceſar. uindicte que actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſuſtulit arma
Alpibus aereis ubi graio nomine pulſo
Deſcendunt rupes, & ſe patiuntur adiri.
Eſt locus herculeis aris ſacer. hunc niue dura
Claudit hiems? canoque ad ſidera uertice tollit.
Celum illic cecidiſſe putes, non ſolis aduſti
Manſueſcunt radiis nam uerni temporis aura.
Sed glacie concreta rigens hiemiſque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus Orbem.
Hec ubi calcavit Ceſar iuga milite leto
Orauitque locum ſummo de uertice montis
Heſperie campos late proſpexit & ambas
Intendens cum uoce manus ad ſidera dixit.
Iupiter omnipotens & tu ſaturnia tellus
Armis leta meis olimque onerata triumphis
Teſtor ad has acies inuitum arceſcere martem.
Inuitas me ferre manus. ſed uulnere cogor
Pulſus ab urbe mea, dum Rhenum ſanguine uinco!
Dum Gallos iterum capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo uincendo certior exul

Sanguine

Sanguine germano ſexagintaque triumphis
Eſſe nocens cepi. quanquam quos gloria terret
Aut qui ſunt qui bella uident. mercedibus empte
Ac uiles opere quorum eſt mea Roma nouerca
Vt reor haud impune. nec hanc ſine uindice dextram
Vinciet ignauus. Victores ite furentes
Ite mei comites. & cauſam dicite ferro
Namque unum crimen omnes uocat. omnibus una
Impendet clades. reddenda eſt gratia nobis.
Non ſolus uici. quare? quia pena tropheis
Imminet. & ſordes meruit victoria noſtra.
Iudice fortuna cadat alea. ſummite bellum
Tentate manus. certe mea cauſa peracta eſt
Inter tot fortes, armatus neſcio uinci.
Hec ubi perſonuit. de celo delphicus ales
Omina leta dedit. pepulitque e mentibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolite uoces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitor phebi uulgato latior orbe
Creuit. & aurato precinxit fulgure uultus.
Fortior ominibus mouit mauortia ſigna,
Ceſar. & inſolito greſſus prior occupat auſtus
Prima quidem glacies & cana uinceta pruina
Non pugnauit humus. mitique honore quieuit
Sed poſtquam turme nimbos fregere ligatos
Et pauidus quadrupes undarum uincula rupit
Incaluere niues. mox flumina montibus altis
Undabant modo natu. ſed hec quoque iuſſa putares
Stabat iuncta fluctus ſtupuere pruina
Et paulo ante lues iam concidenda iacebat
Tum uero malefida prius ueſtigia luſit
Decepitque pedes, partem turmeque uirique.
Armaque congeſta ſtrue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concuſſe flamine nubes.
Exonerabantur, nec rupti turbine uenti,
Deerant. ac tumida confractum grandine celum
Ipſe iam nubes rupte ſuper arma cadebant.
Et concreta gelu ponti uelut umbra rubat.
Victa erat ingenti tellus niue. Victaque celi
Sidera, uicta ſuis herentia flumina ripis
Nundum Ceſar erat, ſed magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua

Qualis

Qualis caucasea decurrens arduus arce
Amphitrioniades? aut toruo Iupiter ore
Cum se verticibus magni demisit Olimpi
Et perituroru diecit tella gigantiu
Dum Cesar tumidas iratus deprimit arces.
Interea volucer, motis conterrita pennis
Fama volat, fumique petit iuga celsa palaci
Atque hec Romano tonitrui ferit omnia signa
Iam Classes fluitare mari. totasque per alpes
Feruere germano perfusas sanguine turmas
Arma, cruor, cedes, incendia, totaque bella
Ante oculos uolitant. ergo pulsata tumultu
Pectora perque duas scinduntur territa causas.
Huic fuga per terras, illi magis unda probatur
Et patria est pontus. & iam timor est magis arma
Qui tentata uelit fatisque iubentibus icti
Quantum quisque timet tantum fugit, ocior ipse
Hos inter motus populus miserabile uisu
Quo mens icta iubet deserta ducitur urbe.
Gaudet Roma fuga. debellatique quirites
Rumoris sonitu merentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet. ille penates
Occulta gremio. deploratumque reliquit
Limen. & absentem notis interficit hostem.
Sunt qui coniugibus merentia pectora iungant.
Grandeuosque patres. oneris ignara iuuentus
Id pro quo metuit tantum trahit. omnia secum
Hinc uehit imprudens. predamque in prelia ducit.
Ac uelut ex alto cum magnus inhorruit hauster
Et pulsat & uertit aquas. non arma ministris
Non regimen prodest. ligat alter pondera pinus.
Alter tuta sinu tranquillaque littora querit.
Hic dat uela fuge. fortuneque omnia credit
Quid tam parua queror? gemino cum consule magnus
Ille tremor ponti, seuique repertor hidaspis
Et piratarum scopulus, modo quem ter ouantem
Iupiter horruerat. quem fracto gurgite pontus
Et uneratus erat submissa bosforus unda
Proh pudor imperii deserto nomine fugit,
Vt fortuna leuis magni quoque terga uideret.
Ergo tanta lues diuum quoque numina uidit
Consensitque fuge celi timor. ecce per orbem

Mitis turba Deum, terras exosa furentis
Deserit. atque hominum damnatum auertitur agmen
Pax prima ante alias niveos pulsata lacertos
Abscondit galea uictum caput. atque relicto
Orbe fugax ditis petit implacabile regnum
Huic comes it sum ma fides. & crure soluto
Iusticia : ac merens lacera concordia palla.
At contra sedes herebi qua rupta dehiscit
Emergit late ditis chonis horrida crinis
Et bellona minax facibus armata megera
Letumque insidieque & lurida mortis imago
Quas inter furor abruptis ceu liber habenis
Sanguineum late tollit caput, oraque mille
Vulneribus confossa cruenta classide uelant
*Heret * deterritus leue mauortius umbo*
Innumerabilibus tellis grauis atque flagranti
Stipite dextra minax, terris incendia portat.
Sentit terra deos mutataque sidera pontus
Quesiuere suum. namque omnis regia celi
In parte deducta ruit. primumque dione
Cesaris acta sui ducit. comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens mauortius hastam
Magnaque cum Phebo soror, & cilenia proles
Excipit, ac totis similis tirinthius actis ;
Intremuere tube. ac sciso discordia crine
Extulit ad superos stigium caput. huiuus in ore
Concretus sanguis. contusaque lumina flebant
Stabant irati scabra rubigine dentes.
Tabo lingua fluens. obsessa draconibus ora
Atque inter toto lacerata pectore uestem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextram ,
Hec ut cocia tenebras & tartara liquit
Alta petit gradiens iuga nobilis apenini ,
Vnde omnes terras, atque omnia littora posset
Aspicere, ac, toto fluitantes orbe cateruas
Atque has effudit furibundo pectore uoces.
Sumite nunc gentes accensis mentibus arma
Sumite. & in medias immictite lampadas urbes.
Vincetur quicumque latet. non femina cessat ,
Non puer, aut euo iam desolata senectus.
Ipsa tremat tellus laceratque tecta rebellent.
Tu legem marcelle tene, tu concute plebem

* detritus

Curio. tu fortem neu ſupprime lentule martem.
Quid porro tu diue tuis cantaris in armis
Non frangis portas, non muris oppida ſoluis?
Teſauroſque rapis. neſcis tu magne tueri
Romanaſque acies. epidauria nomina quere
Theſalicoſque ſinus humano ſanguine tinge.
Factum eſt in terris quicquid † iuſticia iuſſit. † diſcordia.

Verſus CCLXXXXIIII.

CUm hec eumolpus ingenti uerborum uolubilitate effudiſſet tandem Crathona uitauimus. vbi quidem paruo dulſorio refecti poſtero die ampliori fortitudine domum querentes incidimus in turbam hertpeditarum ſciſcitantium quod genus hominum aut unde veniremus. ex preſcripto ergo conſilii communis exaggerata verborum uolubilitate, vnde aut qui eſſemus haud dubie credentibus indicauimus procedentibus deinde longius rogaui ancillam ut in platea noua duceret dominam. placuit ancillæ conſilium. itaque collegit altius tunicam, flexitque ſe in cadophena qui ambulationi herebat. nec diu morata producit dominam e latebris laterique meo applicat mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. nulla uox eſt que formam ejus poſſit comprehendere. nam quicquid dixero minus erit. crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderant. frons minima & que radices capillorum retroflexerat, & ſupercilia uſque ad malorum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum pene permixta. Oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus. narres paululum inflexe, & oſculum quale praxiteles habere dianam credidit. Iam mentum iam ceruix, iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vinculum poſitus parui marmor extinxerat, itaque tunc primum doxida uetus amator contempſi.

Quid factum eſt quod tu proiectis Iupiter armis
Inter celicolas fabula muta taces?
Nunc erat, atorua ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.
Hec uera eſt damne. tenta medo tangere corpus
Iam tua flammifero membra calore fluent.

Verſus VI.

DElectata illa riſit tam blandum, ut uideretur mihi plenum os extra nubem luna proferre. mox digitis guber-

gubernantibus uocem si non fastidis inquit feminam ornatam, & hec primum anno uirum expertam, concilio tibi ô iuvenis sororem habes tu quidem fratrem. neque enim me piguit querere. sed quid prohibet & sororem adoptare. eodem gradu uenio. tu tamen dignare & meum osculum cum libuerit cognoscere. ymo inquam ego per formam tuam te rogo ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere iuuenem religiosum, si te adorari permiseris, ac ne me iudices ad hoc templum gratis accedere dono tibi fratrem meum. quid ne inquit illa donas mihi eum sine quo non potes uiuere ex cuius osculo pendes, quem sic tu amas quemadmodum ego te uolo. hec ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis tam dulcis sonus pertentabat aera, ut putares inter aures canere sirenum concordiam. itaque miranti & toto mihi clarius celo nescio quid reducente, libuit nomen dee querere. ita inquit non dixit tibi ancilla mea circen me uocari, non sum quidem solis progenies, nec mea mater dum placet labentis mundi cursum detinuit, habeo tamen quod celo imputem si nos fata coniunxerunt. ymo jam nescio quid tacitis cogitationibus deus agit, nec sine causa belieno nece amat. Sed inter hec nomina magna fax surgit. summe ergo amplexum si placet, neque est quod curiosum aliquem extimescas. Longe ab hoc loco frater est. dixit hec circe, implicitumque brachiis molioribus pluma deduxit in terram uario gramine indutam

Ideo quales fundit de uertice flores
Terra parens cum se confesso iunxit amori
Iupiter & toto concepit pectore flammas
Emituere rose, uioleque & molle ciperon.
Albaque de uiridi riserunt lilia prato.
Talis humus Venerem molles clamauit in herbas

Versus VI

IN hoc gramine pariter compositi mille osculis querentes uoluptatem robustam.

Nocte soporifera ueluti cum somnia ludunt
Errantes oculos, effossaque protulit aurum
In lucem tellus, uersat manus improba furtum
Thesauroque rapit, sudor quoque proluit ora.
Cindidiorque dies secreto fauit amori.
Et mentem timor alius habet. ne forte grauitum

Excu-

Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem
Veraque forma redit, animus quod perdidit optat.
Atque in preteritu se totus imagine uersat.

Versus X.

CVbiculum autem meum crisis intrauit, codicillosque mihi domine sue reddidit in quibus hec erant scripta. Libidinosa essem quererer decepta, nunc etiam gratias langori ago. in umbra voluptatis diutius lusi. quid tamen agas quero. & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici sine pedibus posse ire. narrabo tibi adolescens. paralisim caue. nunquam egrum tam magno periculo uidi. mediusfidius iam perijsti, quod si frigus idem genua manusque tentauerit tuas licet ad rubicines mittes. quid ergo est? etiam si gravem iniuriam excepit homini tam misero non invenio medicinam. si uis sanus esse gythona roga. recipies inquam neruos tuos si triduo sine fratre dormieris, nam quod ad me attinet, non timeo nequis inueniatur, cui minus placeam. nec speculum mihi nec fama mentitur. Et intellexit chrisis me perlegisse totum conuicium. solent inquit fieri, & precipue in hac civitate in qua mulieres etiam deducunt luriam. itaque huius quoque rei cura agitur, rescribemus blandius domine, animumque candida humanitate restitue. uerum enim fatendum, ex qua hora iniuriam accepit, apud se non est. libenter quidem parui ancille, uerbaque codicellis talia imposui. Olienos Circe salutem, fateor domina me sepe peccasse. nam & homo sum, & adhuc iuuenis nunquam tamen ante hunc diem usque ad mortem deliqui. habes inquam confitentem reum, quicquid iusseris merui. proditionem feci. hominem occidi. templum uiolaui. in hec facinora quere supplicium siue occidere placet ferro meo uenio: siue uerberibus contenta es curro nudus ad dominam. id tantum memento, non me sed instrumenta peccasse. paratus miles arma non habui. quis hec turbauerit nescio. forsitan animus anteceserit moram corporis, forsitan dum omnia concupisco uoluptatem tempore consumpsi, non inuenio quod feci. Praliissim tamen cauere iubes, tamquam iam maior fieri possit, que abstulit mihi, quod etiam te habere potui. summa tamen excusationis mee hec est. placebo tibi si me culpam emendare dimiseris

Nobilis estiuas platanus diffuderat umbras
Et baccis redimita clamne tremuleque cupressus
Et circumtonse trepidanti vertice pinus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus & querulo vexabat rore capillos.
Dignus amore locus. testis silvester hiasdon:
Atque vrbana progne. que circum gramina fuse
Ac molles violas cantu sua rura colebant

Versus VIII

TRemebat illa resoluta marmoreis ceruicibus aureum tortum, mirtoque florenti quietum uerberabat. itaque ut me uidit paululum erubuit hesterne scilicet iniurie memor, deinde ut remotis omnibus secundum inuitantem consedi. ramum super oculos meos posuit, & quasi pariete interiecto audacior facta. quid est inquit paralitice? ecquid hodie totus ueneris? rogas? inquam ego potius quam tentas. totoque corpore in amplexum eius immissus non precantis usque ad satietatem osculis fruor. quod solum igitur saluo pudore poteram contingere languorem putaui, conditusque lecticulo totum ignem furoris in eam converti, que mihi omnium malorum causa fuerat

Ter corripui terribilem manu pennem.
Ter languidior celicoli repente tirso
Ferrum timui quod trepido male dabat usum.
Nec iam poteram quod modo conficere libebat.
Namque illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in uiscera mille operta rugis.
Ita non potui supplicio caput operire.
Sed furtifer mortifero timore lusis
Aduerba magis que poterant nocere fugit

Versus IX

ERectus igitur in cubitum hac fere oratione uexaui contumacem. quid dicis inquam omnium hominum deorumque pudor. nau ne nominare quidem te inter res serias fas est. hoc de te merui ut me in celo positum ad inferos traheres.

Illa solo fixos oculos aduersa tenebat.
Nec magis incepto vultus sermone mouetur,
Quam lente salices, lassone papauera collo.

Versus, III

Nec

NEc minus ego tam feda obiurgatione finita penitentiam agere, sermonis mei cepi. secretoque rubore perfundi, quod oblitus uerecundie mee cum eam parte corporis uerba contulerim, quam ne ad cognitionem quidem admittere seuerioris, note homines solent. mox perfricata diutius fronte, quid autem ego inquam mali feci, si dolorem meum naturali conuicio exoneraui? aut quid est quod in corpore humano, uentri maledicere solemus? aut gule? capitique etiam cum sepius dolet. quid num ut ulixes cum corde litigat suo?

Quid me spectatis constricta fronte Catones?
Damnatisque noue simplicitatis opus?
Sermonis puri non tristis gratia ridet.
Quodque facit populus candida lingua refert.
Nam quis concubitus Veneris, quis gaudia nescit?
Quis petit in tepido membra calore thoro?
Ipse patet ueri Doctus epicurus in arte
Iussit. & hano, uitam dixit habere deos.

Versus VIII

HAc declamatione finita gythona uoco. & narra mihi inquam frater sed tam si de ea nocte qua te mihi ascyltos subduxit, usque iniuriam uigilauit, an contentus fuit uidua pudicaque nocte? tetigit puer oculos suos, conceptisque iurauit uerbis sibi ab ascylto nullam uim factam, positoque in limine genu sic deprecatur sua numina uersu.

Nepharum bachique comes quem pulchra Dione
Diuitibus siluis numen dedit. inclita paret
Cui Lescos, uiridesque thasos, quem Lidus adorat
Septifluus. templumque tuis imponit hipeblis.
Huc ades. & bachi tutor, driadumque uoluptas.
Sed timidas admitte preces. non sanguine tristi
Perfusus uenio. non templis impius hostis
Admoui dextram. sed inops & rebus egenus
Attrictus. facinus non toto corpore feci.
Quisquis inops peccat, minor est reus. hac prece queso
Exonera mentem. culpeque ignosce minori.
Et quandoque mihi fortune arriserit hora
Non sine honore tuum patiar decus. ibit ad aras
Corniger, & querule festus Tuis hostia lactaris.

Spumabit pateris hornus liquor. & ter ouantem
Circha delubrum greſſum feret ebria pubes.

Verſus XVI

CVm hec ago, ſolertique cura depoſito meo caveo intravit delubrum anus laceratis crinibus, atraque veſte deformis. extraque ueſtibulum me iniecta manu duxit. ac me iterum in cellam ſacerdotis nihil recuſantem perduxit, impulitque ſuper lectum. & arundinem rapuit hoſtio. iterumque nihil reſpondentem mulctavit; ac niſi primo quaſſata arundo impetum verberantis minuiſſet, forſitan etiam brachia mea caputque fregiſſet. Ingenui ego utique propter marſcarpionem, lacrimisque vbertim manantibus obſcuratum dextra caput ſuper puluinar inclinaui. nec minus illa fletu confuſa altera parte lectuli ſedit. etatisque longe moram tremulis uocibus cepit accuſare. interuenit ſacerdos. quid vos inquit in cellam meam tanquam ante recens buſtum ueniſtis? ò inquit genothea hunc adoleſcentem quem uides malo aſtronatus eſt. namque neque puero puelle bona ſua uendere poteſt. ad ſummam qualem putas eſſe qui de Circes thoro ſine uoluptate ſurrexit?

Quicquid in Orbe vides paret mihi, florida tellus
Cum uolo ſpiſſatis areſcit languida ſuccis.
Cum uolo fundit opes, ſcopulis atque horrida ſaxa
Nilliades iaculatur aquas. mihi pontus inertes
Summittit fluctus. zephirique tacentia ponunt.
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina parent.
Hircaneque tigres. & juſſi ſtare dracones.
Quid leuiora loquor? lune deſcendit imago
Carminibus deducta meis. trepidusque furentes
Flectere Phebus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta ualent. taurorum flamma quieſcit.
Virgineis extincta ſacris. phebeia circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlixis.
Protheus eſſe ſolet quicquid libet. his ego callens
Artibus ideos fratices in gurgite ſiſtam.
Et rurſus fluuios in ſummo uertice ponam.

Verſus, XVI

INhorrui ego tali fabulatione conterritus, anumque diligentius inſpicere incepi. ergo ò genothea exclamat imperio parcite. mox incincta quatrato pallio cacuma ingentem foco appoſuit! deterſisque curioſe manibus inclinauit

nauit se in lectum. ac me semel iterumque basiauit. simulque pannum de carnario detulit furca in quo faba erat ad usum reposita. ut soluit ergo licio pannum partem leguminis super mensam effudit. iussitque me diligenter purgare. seruio ego imperio; granaque sordidissimis putaminibus uestita curiosa manu segrego. at illa inertiam meam accusans improba tollit. dentibusque soliculos pariter spoliat. atque in terram ueluti muscarum imagines despuit mirabile quidem paupertatis ingenium, singularumque rerum quasdam artes.

Indum fulgebat ebur quod inheserat auro.
Nec iam falcato radiabat marmore terra
Muneribus delusa suis sed crate saligna
Impositum ceteris uacue nemus. & noua terre
Pocula que facili uilis nota finxerat hasta
Hinc molli scille latus, & de candice lento
Vimineo lances, maculataque testa lieo
Et paries circha palea saciatus inani.
Fortuitoque luto clauus numerabat agrestes
Et uiridi iunco gracilis pendebat arundo
Preterea que fumoso suspensa tigillo
Conseruabat opes humilis casa, mitia seruo
Inter odoratas pendebat texta coronas
Et tinibre ueteres & passis una racemis
Qualis in acthea quondam fuit hospita terra,
Digna sacris hecates, quam musa loquentibus annis
Baccineas ueteres mirando tradidit euo

Versus XVII

TVm illa carnis etiam paululum dilibat. & dum coequale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit fracta est putris sella que statura altitudinem adiecerat? anumque pondere suo deiectam super focum mittit. frangitur ergo ceruix cacume! ignemque conualescentem restinguit. atque totam faciem excitato cinere perfudit. Consurrexi equidem turbatus anumque non sine risu erexi. Itaque ad case hostiolum processi & ecce anseres sacri impetum in me faciunt! fedoque ac ueluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem. atque alius tunicam meam lacerat! alius uincula calciamentorum resoluit, ac trahit. unus etiam dux ac magister seuitie non dubitavit crus meum ferrato usare morsu. oblitus itaque nugarum

pedem mensule extorsi. cepique pugnacissimum animal armata elidere manu, nec saciatus defunctorio ictu morte me anseris uindicaui.

Tales herculea stimphalidas arce coactas
Ad celum fugisse reor, peneque fluentes
Arpias cum fineo maduere ueneno
Fallaces epule tremuit perterritus ether
Plantibus insolitis, confusaque regia celi.

Versus, V

CVm protuli anserem, anus ut uidit, tam magnum eque sul stulit clamorem ut putares iterum anseres limen intrasse. Confusus itaque & novitate facinoris attonitus querebam quid excanduisset. aut quare potius anseris quam mei misereretur. at illa complosis manibus scelerate inquit & loqueris nescius quam magnum flagitium admiseris? ò occidisti priapi delicias anserem. omnibus matronis acceptissimum. itaque ne te putes nihil egisse. si magistratus hoc scierit ibis in crucem. polluisti sanguine domicilium meum inuolatum fecisti ut me quisquis uoluerit inimicus sacerdotio pellat.

Quisquis habet nummos secura nauigat aura
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat damnen. ipsumque licebit
Accrisium iubeat credere quod damnem.
Carmina componat, declamet, concrepet omnes,
Et peragat causas sitque catone prior.
Iurisconsultus paret non paret habente.
Atque esto quicquid seruius & labeo.
Multa loquor. quiduis nummis presentibus opta
Et ueniet. clausum possidet arca iouem.

Versus X.

PETR. ARBITRI SATYRI Fragmenta expliciunt ex libro quintodecimo & sextodecimo

Vene-

VEnerat iam tercius dies id est expectatio libere cene sed tot uulneribus confossis fuga magis placebat quam quies. itaque cum mesti deliberaremus quonam genere presentem euitaremus pro cellam, unus seruus agamenonis interpellavit trepidantes, & quid uos inquit, nescitis hodie apud quem fiat? trimalchio lautissimus homo horologium in triclinio & bucinatorem habet subornatum, ut subinde sciat quantum de uita perdiderit. amicimur ergo diligenter obliti omnium malorum. & githona libentissime seruile officium tuentem, usque hoc jubemus in balneo sequi. nos interin uestiti errare cepimus. ymo iocari magis & circulis ludentem accedere, cum subito uidemus senem caluum tunica vestitum russea inter pueros capillatos ludentem pila. nec tam pueri nos, quamquam erat opere precium ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familie, qui soleatus pila prasina exercebatur. nec amplius eam repetebat, que terram contigerat. Sed folem plenum habebat servus, sufficiebatque ludentibus. notauimus etiam res nouas, nam duo spadones in diuersa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas que inter manus lusu expellente uibrabat, sed eas que in terram decidebant. cum has ergo miramur lauticias, accurrit menelaus, & hic est inquit apud quem cubitum ponitis. & quid iam principium cene uidetis? & iam non loquebatur menelaus cum trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subiecit. exonerata ille uescica aquam popposcit ad manus digitosque adsperos paululum in capite pueri tersit. longum erat singula excipere. itaque intrauimus balneum, & sudore calfacti momento temporis, ad frigidam eximmus. iam trimalchio vnguento perfusus tergebatur. non linteis, sed palliis ex lana mollissima factis. tres interimi atraliptæ in conspectu ejus falernum potabant. & cum plurimum rixantes effunderent, trimalchio hoc suum propinasse dicebat. hinc inuolutus coccina causa palectice impositus est, precedentibus faleratis cursoribus quatuor, & chiramasio, in quo delicie ejus uehebantur, puer uetulus lippus domino trimalchione deformior. Cum ergo auferetur ad caput ejus, cum minimis symphoniacus tibiis acceffit. & tamquam in aurem aliquid secreto diceret toto itinere cantavit. sequimur nos admiratione jam saturi, & cum agamenone ad januam peruenimus,

mus, in cuius poste libellus erat cum hac inscriptione fixus. Quisquis seruus sine Dominico iussu foras exierit, accipiet plagas centum. in aditu autem ipso stabat ostiarius prasinatus cerasino succinctus cingulo, atque in argentea pisum purgabat. super limen autem cauea pendebat aurea in qua pica uaria intrantes salutabat. Ceterum ego dum omnia stupeo pene resupinatus crura mea fregi. ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarij cella, canis ingens cathena uinctus in pariete erat pinctus. superque quadrata littera scriptum, caue canem, & college, mei quidem riserunt. ego autem collecto spiritu, non destiti totum parietem persequi. erat aut uenalicium titulis pictum. & ipse trimalchio capillatus caduceum tenebat. mineruaque ducente romam intrabat. hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, deinque dispensator factus esset omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. in deficiente uero iam porticule uatum mento in tribunal excelsum mercurius rapiebat. presto erat fortuna cornu habundanti copiosa. & tres parce aurea pensa torquentes notaui. etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem. preterea grande armarium in angulo uidi, in cujus edicula erant lares argentei positi, venerisque signum marmoreum positum & pissis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant Interrogare ergo atriensem cepi, quas in medio picturas haberent. Iliada & odixeam, inquit. ac lenatis gladiatorium munus non licebat multaciam considerare. nos iam ad triclinium perueneramus, in cujus parte prima procurator rationes accipiebat. & quod precipue miratus sum in postibus triclinii fasses erant cum securibus fixi, quorum unam partem quasi embulum nauis treum finiebat, in quo erat scriptum, C. N. pompeio trimalchioni seuiro augustali. cinamus dispensator sub eodem titulo & lucerna bilynchis de camera pendebat & due tabule in utroque poste defixe: quarum altera si bene memini hoc habebat inscriptum. III. & pridie Kalendas Ianuarias, cum noster foras cenat. altera lune cursum stellarumque septem imagines pictas, & qui dies boni quique incommodi essent distinguente bulla notabantur. His repleti uolutatibus cum conaremur in triclinium intrare, exclamauit unus ex pueris qui super hoc officium erat positus dextro pede. sine dubio paulisper trepidauimus, ne contra preceptum aliquis nostrum

tran-

transciret. Ceterum ut pariter mouimus dextros gressus seruus nobis despoliatus, procubuit ad pedes, ac rogare cepit, ut se pene eriperemus, nec magnum esse peccatum suum propter quod periclitaretur. subducta enim sibi uestimenta dispensatoris in balneo, que uix fuissent decem sexterciorum. Retulimus ergo dextros pedes, dispensatoremque in precario aureos mirantem deprecati sumus ut seruo remitteret penam. Superbus ille sustulit uultum. & non tam iactura me mouet inquit, quam negligentia nequissimi serui. uestimenta mea cubitoria perdidit. que mihi natali meo cliens quidam donauerat tyria sine dubio. sed iam semel lota. quid ergo est dono uobis eum. Obligati tam grandi beneficio, cum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem seruus pro quo rogaueramus, & stupentibus spississima basia impegit, gratias agens humanitati nostre. ad summam statim scietis aic, cui dederitis beneficium. vinum Dominicum ministratoris gratia est. Tandem ergo discubuimus, pueris alexandrinis aquam in manus uiuatam infundentibus, aliisque insequentibus ad ped ad paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. ac ne in hoc quidem tam molesto tacebat officio, sed obiter cantabat. ego experiri uolui an tota familia cantaret. itaque potionem posti parati sumus puer non minus me acido cantico excepit. & quisquis aliquid rogatus erat ut daret panthomimichorum non patris familie triclinium crederes, altera est tamen gustatio ualde lauta. nam iam omnes iam discubuerant preter vnum trimalchionem cui locus nouo more primus seruabatur. Ceterum in promulsidari asellus erat Corinthius cum bisactio positus, qui habebat oliuas in altera parte albas, in altera nigras. tegebant asellum due lances in quarum marginibus nomen trimalchionis inscriptum erat, & argenti pondus ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires. melle ac papauere sparsos fuerunt, & thumatula super craticulam feruentia argenteam posita, & infra craticulam Syriaca pruna cum granis punici mali. in his eramus lauticiis cum ipse trimalchio ad simphoniam allatus est. positusque inter ceruicalia munitissima expressit imprudentibus risum, pallio enim coccineo ad rasum excluserat caput, circhaque oneratas uestе ceruices laticlauia in eis erat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus habebat. etiam in minimo digito sinistre manus anulum grandem sub auratum. extremo

uero articulo digiti ſequentis minorem, ut mihi uidebatur, totum aureum, ſed plane ferreis ueluti ſtellis ferruminatum, & ne has tantum oſtenderet diuitias dextrum nudauit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina ſplendente connexum ut deinde pinna argentea dentes perfodit. amici inquit nundum mihi ſuaue erat in triclinium abſens more uobis uenire ſed ne diutius abſenti uos eſſem, uoluptatem mihi negaui. permititis tamen finiri luſum. ſequebatur puer cum tabula terebintina & criſtallinis teſſeris notauique rem omnium delicatiſſimam, pro calculis enim ac nigris, aureos argenteosque habebat denarios. Interim dum ille omnium textorum dicta inter luſum conſummit, guſtantibus adhuc nobis repoſitorum allatum eſt cum corbe, in quo gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales que incubant oua. acceſſere continuo duo ſerui, & ſimphonya ſtrepente ſcrutari paleam ceperunt. erutaque ſubinde pauonina oua diuiſere conuiuis. conuertit ad hanc ſcenam trimalchio uultum. & amici ait, pauonis ova galline iuſſi ſupponi. & me hercules timeo, ne iam concepti ſint? tentemus tamen, ſi adhuc ſorbilia ſunt, ſorberi poſſunt. accipimus nos nochlearia non minus ſe libras pendentia, ouaque ex farina pingui figurata pertundimus. ego quidem pene proieci partem meam, nam uidebatur, iam in pullum coiſſe. deinde ut audiui uterem conuiuam, hic neſcio quid boni debet eſſe. perſecutus putamen manu pinguiſſimam ficedulam inueni piperato uitello circumdatam. Iam trimalchio eadem omnia luſu intermiſſio popoſcerat. feceratque poteſtatem clara uoce ſi quis noſtrum iterum uellet mulſum ſumere, cum ſubito ſignum ſimphonia datur. & guſtatoria pariter a choro cantante rapiuntur. Ceterum inter tumultum cum forte paraſſis excidiſſet, & puer iacentem ſuſtuliſſet animadvertit trimalchio, colaphisque obiurgari puerum, ac proiicere † rurſus † prorſus paraſidem iuſſit. inſecutus eſt lecticarius, argentumque inter reliqua purgamenta ſcopis cepit uertere. Subinde intrauerunt duo etiopes capillati cum puſillis ut tribus, quales ſolent eſſe qui harenam in amphitheatro ſpargunt. uinumque dedere in manus. aquam enim nemo porrexit. Laudatus propter elegantias dominus, equum inquit mars amat. itaque iuſſit ſuam cuique menſam aſſignari. obiter & pudiſſimi ſerui minorem nobis eſtum frequentia ſua facient. ſtatim allate ſunt amphore uitree diligenter gipſate,

gipſate, quarum in cervicibus † pittratia erant affixa, cum † pittracia
hoc titulo. falernum opimianum annorum centum. dum
titulos perlegimus complosit trimalchio manus, & he heu
inquit ergo diutius uiuit uinum quam homuncio, quare
tangomenas faciamus. vita vinum est, uerum opimianum
preſto. heri non tam bonum poſui & multo honeſtiores
cenabant. Potantibus ergo & curatiſſime nobis lauticias
mirantibus, laruam argenteam attulit ſervus ſic aptatam
ut articuli ejus, uertebreque laxate in omnem partem uer-
terentur. hanc cum ſuper menſam ſemel iterumque abie-
ciſſent, & cathenatio mobilis aliquot figuras exprimeret
trimalchio adiecit

He Heu nos miſeros quam totus homuncio nil eſt
Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orchus.

Ergo uiuamus dum licet eſſe. bene laudationem ferculum
eſt inſecutum, plane non pro expectatione magnum, noui-
tas tamen omnium conuertit oculos. Rotundum enim re-
poſitorium duodecim habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſu-
per que proprium conuententem que materie ſtructor im-
poſuerat cibum. ſuper arietem cicer aretinum, ſuper tau-
rum bubule fruſtrum, ſuper geminos teſticulos, acrie-
nes, ſuper cancrum coronam, ſuper leonem ficum africa-
num, ſuper uirginem ſteriliculam, ſuper libram ſtateram,
in cuius altera parte ſciribillita erat in altera placenta,
ſuper ſcorpionem piſciculum marinum, ſuper ſagita-
rium oclopetam, ſuper capricornum in quo cornua erant,
locuſta marina, ſuper aquarium anſerem, ſuper piſces
duos mullos, in medio autem ceſpes cum herbis exciſus
fauum ſuſtinebat. circumferebat egyptius puer clibano ar-
genteo panem atque ipſe etiam teterrima uoce dela ſer-
piciariomino canticum extorſit. nos ut triſtiores ad tam
uiles acceſſimus cibos. ſuadeo inquit trimalchio cenemus.
hoc eſt in cene. hec ut dixit ad ſimphoniam quatuor tri-
pudiantes procurrerunt. ſuperioremque partem repoſito-
rii abſtulerunt quo facto uidemus infra ſcilicet, in altero
fercula altilia & ſumina, leporemque in medio pinnis
ſubornatum, ut pegaſus videretur. notauimus etiam cir-
cha angulos repoſitorii Marſyas quatuor, ex quorum utri-
culis garum piperatum currebat. ſuper piſces quicunque
euripo natabat. damus omnes plauſum à familia inceptum.
& res electiſſimas ridentes agredimur. non minus & tri-
malchio eiusmodi methodio letus carpe inquit. proceſſit

ſtatim

ſtatim ſciſſor & ad ſymphoniam geſticulatus ita lacerauit obſonium ut putares eſſe darium hidruale cantante pugnare ingerebat. Nihilominus trimalchio lentiſſima uoce, carpe carpe. Ego ſuſpicatus aliquam urbanitatem, toties iteratam uocem pertinere non erubui eum qui ſupra me accumbebat hoc ipſum interrogare. at ille qui ſepius eiusmodi ludos ſpectauerat, uides illum inquit, qui obſonium carpit, carpus uocatur. Ita quotiescunque dicit carpe, eodem uerbo, & uocat & imperat. Non potui amplius quicquam guſtare? ſed conuerſus ad eum ut quam plurima exciperem longe accerſere fabulas cœpi ſciſcitari, que eſſet mulier illa, que huc atque illuc diſcurreret. Vxor inquit trimalchionis? fortunata appellatur, que nummos modio metitur. & modo modo quid fuit ignoſcet mihi genius tuus. noluiſſes de manu illius panem accipere. nunc nec quid nec quare in caelum abiit. & trimalchionis topanta eſt ad ſummam mero meridie ſi dixerit illi tenebras eſſe credet. ipſe neſcit quid habeat adeo ſaplutus eſt. ſed hec Lupatria prouidet omnia. & ubi non putes eſt ſica ſobria bonorum conſiliorum. tantum auri uides, eſt tamen malae linguae? pica puluinaris quem amat, amat. quem non amat, non amat. ipſe trimalchio fundos habet qua milui uolant. nummorum nummos argentum in oſtiarij illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet. familia uero babae babae, non me hercules puto decumam partem eſſe que dominum ſuum nouit ad ſummam quemuis ex iſtis babaecalis in rute folium coniiciet. nec eſt quod putes illum quicquam emere. omnia domi naſcuntur. lana. credrae. piper lacte gallinaceum ſi queſieris inuenies ad ſummam parum illi bona lana naſcebatur. arietes à tarento emit. & eos culauit in gregem. mel atticum ut domi naſceretur, apes ab athenis juſſit afferri obiter. & uernaculae que ſunt meliuſcule à greculis fient. ecce intra hos dies ſcripſit ut illi ex india ſemen boletorum mitteretur. nam mulam quidem nullam habet que non ex onagro nata ſit. uides tot culcitras. nulla non aut conchiliatum, aut coccineum tomentum habet. tanta eſt animi beatitudo. Reliquos autem collibertos eius caue contemnas. ualde ſuccoſi ſunt, uides illum quia in immo immus recumbit hodie ſua octingenta poſſidet. de nihilo creuit. ſolebat collo modo ſuo ligna portare. ſed quomodo dicunt ego nihil ſcio, ſed audiui quomodo incuboni pilleum rapuiſſet.

& thesaurum inuenit. ego nemini inuideo si quo Deus dedit. est tamen sub alapa. & non uult sibi male. itaque proxime cum hoc titulo proscripsit. C. pompeius diogenes ex Kalendis iuliis cenaculum loca ipse enim domum emit. Quid illi qui libertini loco iacet? quam bene se habuit? non impropero illi. sextercium suum uidit decies. sed male uacillauit. non puto illum capillos liberos habere. nec mehercules sua culpa. † ipse enim homo melior non est. sed liberti scelerati qui omnia ad se fecerunt. scito autem sociorum olla male feruet. & ubi semel res inclinata est, amici de medio. & quam honestam negociationem exercuit. quod illum sic uides exe libitinarius fuit. solebat sic cenare quomodo rex apros gausapatos, opera pistoria, uiscouos pistores. plus uini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet † fantasia, non homo inclinatis quoque rebus suis, cum timeret ne creditores illum conturbare existimarent, hoc titulo caucionem proscripsit. Iulius proculus auctionem faciet rerum superuacuarum. interpellauit tam dulces fabulas trimalchio. nam iam sublatum erat ferculum. hilaresque conuiue, uino sermonibusque publicatis operam coeperant dare. Is ergo reclinatus incubitum, hoc uinum inquit uos oportet suaue faciatis. pisces natare oportet. rogo me putatis illa cena esse contemptum, quam in teca repositorij uideratis. sic notus Vlixes? quid ergo est. oportet etiam inter cenandum philologiam nosse. patrono meo ossa bene quiescant, qui me hominem inter homines uoluit esse. nam mihi nihil noui potest afferri, sicut ille fericulusta mel habuit praxim †. Caelus hic in quo duodecim dij habitant, in totidem se figuras conuertit. & modo fit aries. itaque quisquis nascitur illo signo multa peccora habet, multum lanae. caput preterea durum. frontem expuduratam cornum acutum. plurimi hoc signo scolastici nascuntur. & arieti illi laudamus urbanitatem mathematici. itaque adiecit. deinde totus caelus taurulus fit. itaque tunc calcitrosi nascuntur, & bubulci, & qui se ipsi pascunt. In geminis autem nascuntur bigae, & boues & colei & qui utrosque parietes linunt. In cancro ego natus sum, ideo multis pedibus sto. & in mari, & in terra multa possideo. nam cancer & hoc & illoc quadrat. & ideo jam dudum nihil super illum posui. ne genisim † meam premerem. In leone cataphage nascuntur & imperiosi. In Virgine mulieres & fugitiui, & com-

† ipso

† phantasia

† praxim. i. operationem

† genesim. i. nativitatem

compediti. In libra laniones & vnguentarij & quicunque aliquid expediunt. In scorpione uenenarii & percussores. In sagitario strabones qui holera spectant lardum tollunt. In capricorno erumpnosi quibus premala sua cornua nascuntur. In aquario copones & cucurbitae. in piscibus obsonatores & rethores. Sic orbis vertitur tanquam mola & semper aliquid mali facit ut homines aut nascuntur aut pereant.quod autem in medio cespite uidetis. & super cespitem fauum, nihil sine ratione facto. terra mater est in medio quasi ouum corrotundata, & omnia bona in se habet tanquam fauus. Sophos uniuersi clamamus,& sublatis manibus ad camaram iuramus iparchum aratumque comparandos illi homines non fuisse. donec. aduenerunt ministri, ac tolaria proposuerunt toris in quibus retia erant picta subsessoresque cum uenerabilis, & totus uenationis apparatus.nec dum sciebamus mitteremus suspiciones nostras,cum extra triclinium clamor sublatus est ingens. & ecce canes laconici etiam circha mensam discurrere ceperunt. secutum est hos repositorium in quo positus erat prime magnitudinis aper, & quidem pilleatus, e cuius dentibus sportelle dependebant due, palmulis textae. altera careotis altera tebaicis repleta. circha autem minores porcelli, ex copto placentis facti, quasi uberibus imminerent scrofam esse positam significabant. & hi quidem apophoreti fuerunt. ceterum ad scindendum aprum non ille carpus acceſſit, qui altilia lacerauerat, sed barbatus ingens fasceis cruralibus alligatus & alicula subornatus,polimita stricto que uenatorio cultro latus apri uehementer percussit, ex cuius plaga turdi euolauerunt. parati aucupes cum harundinibus fuerunt. & eos circha triclinium uolitantes momento exceperunt. inde cum suum cuique iussisset referri trimalchio adiecit. etiam uidete quam porcus ille siluaticus totam comederit glandem. statim pueri ad sportellos acceſſerunt quae pendebant e dentibus, thebaycasque & cariotas ad numerum diuisere cenantibus. Interim ego qui priuatum habebam secessum in multas cogitationes diductus sum. quare aper pilleatus intrasset. postquam itaque omnis bacalusias consumpsi duraui interrogare illum interpretem meum,quid me torqueret. at ille plane etiam hoc seruus tuus indicare potest. Non enim enigma est. sed res aperta. hic aper cum heri summa cenam uindicasset à conuiuijs dimissus. Itaque hodie tamquam libertus in conuiuium

reuer-

reuertitur. damnavi ego ſtuporem meum. & nihil amplius interrogaui ne uiderer nunquam inter honeſtos cenaſſe. dum hec loquimur puer ſpecioſus, uitibus ederisque redimitus, modo bromium, interdum liaeum, euchiumque confeſſus, calatiſcouas circumtulit. & poemata Domini ſui acutiſſima uoce traduxit. ad quem ſonum converſus trimalchio, dyoniſe inquit liber eſto. puer detraxit pilleum apro, capitique ſuo impoſuit. tum trimalchio rurſus adjecit, non negabitis me inquit habere liberum patrem. laudauimus dictum trimalchionis, & circumeuntem puerum ſane perbaſiamus. ab hoc ferculo trimalchio ad laſammum ſurrexit. nos libertatem ſine tyranno nacti cepimus inuitare conuiuorum ſermones clamet itaque primus cum pataracina popoſciſſet. dies inquit nihil eſt. dum uerſas te nox fit. itaque nihil eſt melius quam de cubiculo recta in triclinium ire, & mundum frigus habuimus. uix me balneus calfecit tamen calda potio ueſtiarius eſt, ſtaminatas duxi. & plane matus ſum. uinus mihi in cerebrum abiit. excepit ſeliucus fabule partem. & ego inquit non cotidie luor. baliſcus enim fullo eſt aqua dentes habet. & cor noſtrum cotidie liqueſcit. ſed cum mulſi pultarium obduxi frigori laecaſim dico. nec ſane lauare potui. fui enim hodie infumus homo bellus tam bonus, Criſantus animam ebullijt. modo modo me appellauit. uideor mihi cum illo loqui. hey eſt hey. utres inflati ambulamus minores quam muſce † ſuus. tamen aliquam uirtutem habent. nos non pluris ſumus quam bulle & quid ſi non abſtinax fuiſſet. quinque dies aquam in os ſuum non coniecit. non micam panis. tamen abijt. at plures medici illum perdiderunt. immo magis malus fatus. medicus enim nihil aliud eſt quam animi conſolatio. tamen bene elatus eſt uitali lecto ſtagulis bonis plautus eſt optime manum miſit aliquod, etiam ſi maligne illum plorauit vxor. quid ſi non illam optime accepiſſet. ſed mulier que mulier miluinum genus. neminem nihil boni facere oportet. eque eſt enim ac ſi in puteum coniicias. ſed antiquus amor cancer eſt. Moleſtus fuit phileros qui proclamauit. uiuorum meminerimus. ille habet quod ſibi debebatur honeſte uixit honeſte obijt. Quid habet quod queratur. abbas ſecreuit. & paratus fuit quadrantem de ſtercore mordicus tollere. itaque creuit. quit quit creuit tamquam fauus. puto me hercules illum reliquiſſe ſolida centum. & omnia in nummis habuit.

† fumus

de

de re tamen ego uerum dicam, qui linguam caninam comedi. dure bucce fuit. linguosus discordia non homo frater eius fortis fuit amicus amico. manu uncta plena mensa, & inter inicia malam parram pilauit. sed recorrexit costas illius prima uindemia. uendidit enim uinum quantum ipse uoluit. & quod illius mentum sustulit hereditatem accepit. ex qua plus inuolauit quam illi relictum est. & ille stips dum fratri suo irascitur, nescio cui terre filio patrimonium elegauit. longe fuit. quisquis suos fugit. habuit autem oracularios seruos, qui illum pessum dederunt. nunquam autem recte faciet qui cito credit. utique hommo negocians, tamen uerum quod frunitus est, quam diu uixit cui datum est, non cui destinatum, plane fortune filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. facile est autem ubi omnia quadrata currunt. & quod putas illum annos secum tulisse septuaginta, & supra. sed corneolus fuit. aetatem bene ferebat niger tanquam coruus. noueram hominem olim oliorum. & adhuc salax erat. Non me hercules illum puto in domo canem reliquisse. immo etiam puellarius erat. omnis minerue homo. nec improbo. hoc solum enim secum tulit. hec phileros dixit. illa ganimedes narrat, is quod nec ad celum nec ad terram pertinet. cum interim nemo curat quid annona mordet. Non me hecules hodie bucam panis inuenire potui. & quomodo siccitas perseuerat. iam annum esurio. fuit. aediles male eueniat qui cum pistoribus colludunt serua me. seruabo te. itaque populus minutus laborat. nam isti maiores maxille semper saturnalia agunt. ò si haberemus illos leones quos ego hic inueni cum primum ex asia ueni. illud erat uiuere. similia sicilia interiores & laruas sic istos percolopabant. ut illis iupiter iratus esset sed memini safinium. tunc habitabat ad arcum ueterem me puero. piper non homo. is quacunque ibat terram adurebat. sed rectus, sed certus amicus amico cum quo audacter posses in tenebris micare. in curia autem quomodo singulos uel pilabat tractabat. nec scemas loquebatur sed dilectum cum ageret porro in foro sic illius uox crescebat tanquam tuba. nec sudauit unquam, nec expuit. Puto enim nescio quid asia dis habuisse. & quam benignus resalutare, nomina omnium reddere, tanquam unus de nobis. itaque illo tempore annona pro luto erat. asse panem quem emisses, non potuisses cum altero denorare, nunc oculum bublum uidi maiorem.

hey

hey hey quotidie peius hec colonia, retrouerſus creſcit tanquam coda uituli. Sed quare non habemus aedilem trium cauniarum. qui ſibi mauult aſſem quam uitam noſtram. itaque domi gaudet, plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Iam ſcio unde acceperit denarios mille aureos. ſed ſi nos coleos haberemus, non tantum ſibi placeret. Nunc populus eſt domi leones. foras uulpes. quod ad me attinet iam pannos meos comedi. & ſi perſeuerat hec annona caſulas meas uendam. Quid enim futurum eſt ſi nec dij nec homines eius colonie miſerentur. ita meos fruniſcar ut ego puto omnia illa aedilibus fieri. nemo enim celum celum putat. nemo ieiunium ſeruat. nemo iouem pili facit. ſed omnes opertis oculis bona ſua computant. antea ſtolate ibant nudis pedibus in cliuum. paſſis capillis, mentibus puris. & jouem aquam exorabant, itaque ſtatim urceatim plouebat, aut tunc. aut nunquam. & omnes ridebant. ut dij tanquam mures. itaque dii pedes lanatos habent, quia nos religioſi non ſumus. agri iacent. Oro te inquit echion centonarius melius loquere. modo ſic modo ſic inquit. Ruſticus uarium porcum perdiderat. quod hodie non eſt cras erit. ſic uita truditur. non me hercules patria melior dici poteſt, ſi homines haberet. ſed laborat hoc tempore. nec hec ſua. non debemus delicati eſſe. ubique medius caelus eſt. tu ſi alicubi fueris dices hic porcos coctos ambulare. & ecce habituri ſumus munus excellente inter duo die feſta, familia non laniſticia ſed plurimi liberti. & titus noſter magnum animum habet & eſt caldicer ebrius aut hoc aut illud erit quod utique. nam illi domeſticus ſum, non eſt mixcix. ferrum optimum daturus eſt ſine fuca carnarium in medio ut ampliteatrum uideat. & habet unde, relictum eſtilli ſextercium tricencies, deceſſit illius pater male, ut quadringenta impendat, non ſentiet patrimonium illius. & ſempiterno nomiabitur. iam manios aliquot habet, & mulierem eſedariam, & diſpenſatorem gliconis qui deprehenſus eſt cum dominam ſuam delectaretur. uidebis populi rixam inter celotipos & amaaſiunculos, Glico autem ſerterciarius homo diſpenſatorem ad beſtias dedit. hoc eſt ſe ipſum traducere. quid ſeruus peccauit qui coactus eſt facere? magis illa matella digna fuit, quam taurus iactaret. ſed quia finum non poteſt ſtratum cedit. quid autem glicon putabat hermogenis filicem unquam bonum exitum facturam. ille

miluo uolanti poterat ungues resecare. colubra restem non parit Glico glico dedit suas. itaque quamdiu uixerit habebit stigmam. nec illam nisi orcus delebit. sed sibi quisque peccat. sed subolfacio quod nobis epulum daturus est mammea, binos denarios mihi & meis, quod si hoc fecerit erripiat norbano totum fauorem. Scias oportet plenis uelis hunc uinciturum. & reuera quid ille nobis boni fecit? dedit gladiatores sesterciarios iam decrepitos, quos si sufflasses cecidissent. Iam meliores Bestiarios uidi. occidit de lucerna equites. putares eos gallos gallinaceos, alter burdubasta, alter loripes terciarius mortuus pro mortuo, qui habet neruia precisa. unus alicujus flature fuit traex qui & ipse ad dictata pugnauit. ad summam omnes postea secti sunt adeo de magna turba adhebete acceperant plane fuge mere. munus tamen inquit tibi dedi. & ego tibi plodo computa, & tibi plus do quam accepi. manus manum lauat. Videris mihi agamenon dicere. quid iste argutat molestus. quia tu qui potes loquere non loqui? non es nostre fascie. & ideo paupererum verba derides scimus te prelit- teras fatuum esse. quid ergo est. aliqua die te persuadeam, ut ad uillam uenias, & uideas casulas nostras. inueniemus quod manducemus. pullum, ova, belle erit. etiamsi omnia hoc anno tempestas dispare pallauit. inueniemus ergo unde saturi fiamus. etiam tibi discipulus crescit cicaro meus iam quatuor parti dicit si uixerit habebis ad latus seruulum. Nam quicquid illi uacat caput de tabula non tollit. ingeniosus est. & bono filo etiamsi in naues morbosus est. ego illi iam tres cardeles occidi, & dixi quod mustella comedit. inuenit tamen alias neruas, & libentissime pingit. ceterum jam greculis calcem impingit & latinas cepit non male appetere. etiam si Magister eius sibi placens sit. Nec uno loco consistit. sed uenit dem litteras. sed non uult laborare. est & alter non quidem doctus, sed curiosus qui plus docet quam scit. itaque feriatis diebus solet domum uenire. & quicquid dederis contentus est. Emi ergo nunc puero aliquot libra rubricata quia uolo illum ad domus ionem aliquid de jure gustare. habet hec res panem. Nam litteris satis inquinatus est. quod si resilierit, destinaui illum artificii docere, aut constreinum, aut preconem, aut certe causidicum, quod illi auferre non possit nisi orchus, Ideo illi cotidie clamo, primigeni crede mihi quicquid discis tibi discis. Vides phileronem causidicum, si non didicis-

didiciſſet hodie famem a labris non abigeret. modo modo collo ſuo circumferebat onera uenalia. Nunc etiam aduerſus norbanum ſe extendit. littere teſaurum eſt. & artificium nunquam moritur. eiusmodi fabule uibrabant cum trimalchio intrauit & deterſa fronte unguento manus lauit. ſpacioque minimo interpoſito, ignoſcite mihi inquit amici, multis iam diebus uenter mihi non reſpondit nec medici ſe inueniunt. profuit mihi tamen maleicorum & taeda ex aceto. ſpero tamen iam uentrem. pudorem ſibi imponit. Alioquin circa ſtomacum mihi ſonat putes taurum. itaque ſi quis ueſtrum uoluerit ſua re cauſa facere. non eſt quod illum pudeatur. Nemo noſtrum ſolide natus eſt. ego nullum puto tam magnum tormentum eſſe quam continere. hoc ſolum uetare ne iouis poteſt. rides fortunata que ſoles me nocte deſomnem facere. nec tamen in triclinio ullum uetui facere quod ſe iuuet. & medici uetant continere. uel ſi quid plus uenit omnia foras parata ſunt a qua laſſant & cetera minutalia. credite mihi anathimias is ſi in cerebrum it in toto corpore fluctum facit. multos ſcio ſic perijſſe, dum nolunt ſibi uerum dicere. gracias agimus libera liberalitati, indulgentieque eius, & ſub inde caſtigamus crebris potiunculis riſum. Nec adhuc ſciebamus nos in medio lauticiarum quo aiunt cliuo laborare, nam cum mundatis ad ſinphoniam menſis trres albi ſues in triclinium adducti ſunt capiſtris, & tintinabulis culti, quorum unum bimum nomenculator eſſe dicebat, alter trimum, tertium uero iam ſenem. ego putabam petauriſtarios intraſſe, & porcos ſicut in circulis mos eſt portenta aliqua facturos, ſed trimalchio expectatione diſcuſſa, quem inquit ex eis uultis in cenam ſtatim fieri? gallum enim gallinaceum, penthiacum & eiusmodi nenias ruſtici faciunt. mei coci etiam uitulos eno cocto ſolent facere. Continuoque cocum uocari iuſſit: & non expectata electione noſtra maximum natu iuſſit occidi, & clara uoce ex quota decuria es? cum ille ſe ex quadrageſima reſpondiſſet. emptitius n inquit domi natus es? Neutrum inquit cocus, ſed teſtamento panſe tibi relictus ſum. uide ergo ait ut diligenter ponas. ſi non. te iubebo in decuriam uiatorum coniici. z quidem cocum potentia admonitum in culinam obſonim duxit. trimalchio autem miti ad nos uultu reſpexit. & inum inquit ſi non placet mutabo. uos illud oportet bum faciatis. deorum beneficio non emo. ſed nunc quicquid

ad ſaliuam facit in ſuburbano naſcitur. eo quod ego adhuc non noui. dicitur confine eſſe Tarracimenſibus, & tarentinis, nunc coniungere agellis Siciliam uolo. ut cum Affnicam libuerit ire per meos fines nauigem. ſed narra tu mihi agamenon quam controuerſiam hodie declamaſti. ego autem ſi cauſas non ago in diuiſione tamen literas didici. & ne me putes ſtudia faſtiditum tres bibliotecas habeo. unam grecam, alteram latinam dic ergo ſi me amas periſtaſim † declamationis tue. cum dixiſſet agamenon pauper & diues inimici erant, ait trimalchio quid eſt pauper? urbane inquit agamenon, & neſcio quam controuerſiam, expoſuit. ſtatim trimalchio hoc inquit ſi factum eſt, controuerſia non eſt. ſi factum non eſt, nihil eſt. hec aliaque cum effuſiſſimis proſequeremur laudationibus, rogo inquit agamenon mihi cariſſime nunquid duodecim erumpnas herculis tenes, aut de Vlixe fabulam, quemadmodum illi ciclops pollicem poricino extorſit? ſolebam hec ego puer aput homerum legere. Nam ſibillam quidem cummis ego ipſe oculis meis uidi in ampolla pendere. & cum illi pueri dicerent, ſibilla te thilis †, reſpondebat illa, apo than in helo ‡. Nundum efluerat omnia, cum repoſitorium cum ſue ingenti menſam occupauit. mirari nos celeritatem cepimus, & iurare ne gallum quidem gallinacium tam cito percoqui potuiſſe tanto quidem magis quod longe maior nobis porcus uidebatur eſſe quam paulo ante aper fuerat. deinde magis magisque trimalchio intuens eum quid quid inquit porcus hic non eſt exinteratus. non me hercules eſt. uoca uoca cocum in medio. cum conſtitiſſet ad menſam cocus triſtis & diceret ſe oblitum eſſe exinterare. quid oblitus trimalchio exclamat putes illum piper & cuminum non conieciſſe deſpolia. non fit mora deſpoliatur cocus, atque inter duos tortores meſtus conſiſtit, deprecari tamen omnes ceperunt, & dicere ſolet fieri rogamus, mittes poſtea ſi fecerit, nemo noſtrum pro illo rogabit. Ego crudeliſſime ſeueritatis non potui me tenere, ſed inclinatus ad aures agamenonis, plane inquam hic debet ſeruus eſſe nequiſſimus; aliquis obliuiſceretur porcum exinterare? non me hercules illi ignoſcerem ſi piſcem pretiſſet. at non trimalchio, qui relaxato in ilaritatem uultu. ergo inquit quia tam male memorie es, palam nobis illum exintera. Recepta cocus tunica cultrum arripuit, porcique uentrem hinc atque illinc timida manu ſecuit. nec mora ex plagis ponderis inclinatione creſcen-

† i. circumſtantiam

† ti thelis. i. quid uis

‡ apo thani thelo. i. moriar

creſcentibus thumatula cum botulcus effuſa ſunt. plauſum poſt hoc automatum familia dedit, & gaio feliciter conclamauit, nec non cocus potione oneratus eſt. etiam argentea corona poculumque in lance accepit corinthia. quam cum agamenon propius conſideraret, ait trimalchio ſolus ſum, qui uera corinthea habeam. expectabam, ut pro reliqua inſolentia diceret ſibi uaſa corintho afferri, ſed ille melius, & forſitan inquit, queris quare ſolus corinthea uera poſſideam, quia ſcilicet erarius a quo emo corinthus uocatur, quid eſt autem corintheum niſi quis corinthum habet? & ne me putetis neſapium eſſe. ualde bene ſcio unde primum corinthea nata ſint. cum ilium captum eſt anibal homo uafer & magnus ſcelio omnes ſtatuas aeneas, & aureas, & argenteas in unum rogum congeſſit, & eas incendit facte ſunt in unum era muſcillanea. Ita ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt, & fecerunt catilla, & paropſides ſtatuncula ſic corinthea nata ſunt ex omnibus in unum nec hoc, nec illud ignoſcetis mihi quid dixero. ego malo mihi uitrea, certe nolunt quod ſi non frangerentur mallem mihi quam aurum; nunc autem uilia ſunt. fuit tamen faber qui fecit fialam uitream que non frangebatur. admiſſus ergo Ceſarem eſt cum ſuo munere. deinde fecit reporrigere ceſari, & illam in pauimentum proiecit. ceſar non pote ualidius quam expauerit. at ille ſuſtulit fialam de terra. colliſa erat tamquam uaſum aeneum. deinde martiolum de ſinu protulit. & fialam otio belle correxit. hoc facto putabat ſe celum iouis tenere. utique poſtquam illi dixit nunquid alius ſcit hanc condituram uitreorum? uide modo. poſtquam negauit iuſſit illum Ceſar decollari, quia enim ſi ſcitum eſſet, aurum pro luto haberemus. in argento plane ſtudioſus ſum. habeo ſcyphos urnales plus minus, quemadmodum caſſandra occidit filios ſuos; & pueri mortui iacent ſicut uere putes. habeo capidem quas reliquit patronorum meus, ubi dedalus nyobam in equum troianum includit. nam hemeros pugnaſſet petranctis in poculis. habeo omnia ponderosa, meum enim intelligere nulla pecunia uendo. Hec dum refert puer calicem proiecit. ad quem reſpiciens trimalchio. cito inquit te ipſam cede quia nugax es. ſtatim puer emiſſo labrore. at ille quid me inquit rogas, tamquam ego tibi moleſtus ſim. ſuadeo a te impetres ne ſis nugax. tandem ergo exoratus a nobis miſſionem dedit puero. ille dimiſſus circha menſam percucurrit & aquam foras uinum intro

clamauit. excipimus urbanitatem iocantis, & ante omnes agamenon, qui sciebat quibus meritis reuocaretur ad cenam. ceterum laudatus trimalchio ilarius bibit etiam ebrio proximus. nemo inquit uestrum rogat fortunatam meam ut saltet. credite mihi. cordacem nemo melius ducit, atque ipse erectis supra frontem manibus sirum histrionem exhibebat concinente tota familia madeia perimadeia: & prodisset in medium nisi fortunata ad aurem accessisset, & credo dixerit, non decere grauitatem ejus tam humiles ineptias. nihil autem tam inequale erat. nam modo fortunatam suam reuertebatur modo ad naturam, & plane interpellauit saltationis libidinem actuarius, qui tanquam urbis acta recitauit. VII° Kalendas sextiles in predio Cumano quod est trimalchionis. nati sunt pueri XXX^ta. puelle XL. sublata in orreum ex area tritici millia modium quingenta. boues domiti quingenti. eodem die mitridate seruus in crucem actus est, quia gai nostri genio maledixerat. eodem die in arcam relatum est, quod collocari non potuit sextercium centies. eodem die incendium factum est in ortis pompeianis, ortum ex edibus naste uillici. quid inquit trimalchio quando mihi pompeiani orti empti sunt? anno priore inquit actuarius, & ideo in rationem nundum uenerunt. excanduit trimalchio, & quicunque inquit mihi fundi empti fuerint, nisi intra sextum mensem sciero in rationes meas inferri uetuo; jam etiam edicta edilium recitabantur, & saltuariorum testamenta, quibus trimalchio cum elegio exerdebatur. jam nomina uillicorum, & repudiata a circumitore. liberta in balneatoris contubernio deprehensa, & atrienſis baias relegatus, iam reus factus dispensator, & iudicium inter cubicularios actum. petauristarij autem tandem uenerunt, baro insulsissimus cum scalis constitit puerumque jussit per gradus, & in summa parte odaria saltare, circulos deinde ardentes transire, & dentibus anphoram sustinere. mirabatur hec solus trimalchio, dicebatque ingratum artificium esse. ceterum duo esse in rebus humanis, que libentissime spectaret, petauristarios, & cornices. reliqua animalia Cromataricas meras esse. nam & comedos inquit emeram, & malui illos atellam facere, & choraulem meum jussi latine cantare, cum maxime hec dicente gaio puer trimalchionis delapsus est conclamavit familia. nec minus conuiue, non propter hominem tam † puditum cuius, & cervi-

† putidum

ceruices fractas libenter uidiſſent; ſed propter malum exitum cene, ne neceſſe haberent alienum mortuum plorare. ipſe trimalchio cum grauiter ingemuiſſet, ſuperque brachium tanquam leſum incubuiſſet, concurere medici, & inter primos fortunata crinibus paſſis, cum ſcypho miſeramque ſe atque infelicem proclamauit. nam puer quidem qui ceciderat, circumibat iamdudum pedes noſtros, & miſſionem rogabat. peſſime mihi erat ne his precibus periculo aliquid cataſtropha quereretur. nec enim adhuc exciderat cocus ille qui oblitus fuerat porcum exinterare, itaque totum circumſpicere triclinium cepi, ne per parietem automatum aliquod exiret. utique poſtquam ſeruus uerberari cepit, qui brachium domini contuſum, alba potius quam conchiliata inuoluerat lana; nec longe aberrauit ſuſpicio mea. in uicem enim cene uenit decretum trimalchionis, quo puerum iuſſit liberum eſſe ne quis poſſet dicere tantum uirum eſſe a ſeruo liberatum. comprobamus nos factum & quam in precipiti res humane eſſent uario ſermone garrimus, ita inquit trimalchio non oportet hunc caſum ſine inſcriptione tranſire, ſtatimque codicillos popoſcit. & non diu cogitatione diſtorta hec recitauit

Quod non ſpectes ex transuerſo fit
Et ſuper nos fortuna negotia curat,
(Diſticon trimalchionis eſt cum elego ſuo)
Quare da nobis uina falerna puer.

Sub hoc epigramate cepit poetarum eſſe mentio. diuque ſumma carminis penes mopſum trachem memorata eſt, donec Trimalchio rogo inquit magiſter. quid putas inter Ciceronem & publium intereſſe. ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem. quid enim his melius dici poteſt.

Luxuria ritu martis marcent menia
Tuo palato clauſus pauo naſcitur
Plumato amictus auro babilonico
Gallina tibi numidica, tibi gallus ſpado
Ciconia etiam grata peregrina hoſpita
Pietatis cultrix gracilis pes crotaliſtria
Auis exul hiemis titulus tepidi temporis
Nequicie nidum in cacabo fecit meo
Quo margarita cara tribaca indaca
An ut matrona ornata phaleris pelagus
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo

Smaragdum ad aquam rem uiridem pretiosum uitrum
Quo carchedonios optas ignes lapideos
Nisi ut scintillet probitas est carbunculus
Equum est inducere nuptam uentrem textilem
Palam prostrare nudam in nebula lune.

Quod autem inquit putamus secundum literas difficilimum esse artificium, ego puto medicum & numularium medicus qui scit quid homunciones intra precordia sua habeant, & quando febris ueniat, etiam si illos odi peffime, qui mihi iubent sepe anatinam parari. nummularius qui per argentum es uidet, nam mute bestie laboriosissime boues, & oues. boues quorum beneficio panem manducamus, oues quod lana ille nos glorioſos faciunt, & facinus indignum aliquis ouillam esset tunicam habet. Apes enim ego diuinas bestias puto, que mel uomunt etiam si dicitur illud a Ioue afferre. ideo autem pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi & acidum inuenies. Iam etiam philosophos de negocio deiciebat. cum pitracia in scypho circumferri ceperunt. Puerque super hoc positus officium apophoreta recitauit †. argentum sceleratum. allata est perna supra quam accitabula erant posita, ceruical, offla colaris, allata est serisapia & contumelia aecrophagie saeldate sunt. & centus cum malo. porri & perfica flagellum & cultrum accepit passeres. & muscarium uuam passam, & mel atticum cenatoria, & forensia offlam & tabulas accepit. canalem & pedalem lepus, & solea est allata murenam, & litteram murem cum rana alligatam. fascemque bete diu risimus. Sexcenta huiusmodi fuerunt, que iam cecidерunt memorie mee. ceterum ascyltos intemperantis licentie cum omnia sublatis manibus eluderet, & usque ad lacrimas rideret, unus ex conlibertis trimalchionis excanduit, is ipse qui supra me discumbebat. & quid rides inquit † berbex? an tibi non placent lauticie domini mei? tu enim beatior es, & conuiuare melius soles. Ita tutelam huius loci habeam propiciam ut ego si secundum illum discumberem iam illi balatum duxissem. bellum pomum qui rideatur. alios larifuga nescio quis nocturnus qui non valet lotium suum ad summam si circumminxero illum, nesciet qua fugiat. non me herculem soleo orto feruere, sed, in molle carne uermes nascuntur. ridet. quid habet, quod rideat?, numquid pater faetum emit? lana † eques romanus es: & ego regis filius. quare ergo seruiuisti quia ipse

† i. refutata

† ueruex

† uel leua

me

me dedi in seruitutem. & malui ciuis romanus esse quam tributarius. & nunc spero me sic uiuere, ut nemini iocus sim: homo inter homines suos, capite aperto ambulo. assem erarium nemini debeo. constitutum habui nunquam nemo mihi in foro dixit redde quod debes. glebulas emi. lamellulas paraui. uiginti uentres pasco, & canem contubernalem meam redemi, ne, quis in illius manus tergeret. mille denarios pro capite solui. seuir gratis factus sum. spero sic moriar ut mortuus non erubescam. tu autem tam laboriosus es ut post te non respicias. In alio peduclum uides. in te ricium non uides. tibi soli ridiclei uidemur, ecce magister tuus homo maior natus. placemus illi. tu laeticulosus nec munecma arguta suasus fictilis immo locus in aqua lentior, non melior, tu beatior es, bis prande bis cena. ego fidem meam malo quam tesauros, ad summam quisquam me bis popposcit. annis quadraginta seruiui. nemo tamen scit utrum seruus essem an liber. & puer capillatus in hanc coloniam ueni. adhuc basilica non erat facta dedi tamen operam, ut domino satisfacerem homini mali isto & dignitosso cuius pluris erat unguis, quam tu totus es & habebam in domo qui mihi pedem opponerent. hac illac tamen (genio illius gratias) enataui. hec est uera. athlanam in ingenuum nasci tam facile est, quam accede istoc. Quid nunc stupes tamquam hircus ineruilia?

Post hoc dictum giton qui ad pedes stabat risum iam diu compressum etiam indecenter effudit; quod cum animaduertisset aduersarius ascylti, flexit conuitium in puerum, & tu autem inquit etiam turdes, cepa, pirrata, o saturnalia rogo mensis decembr est, quando uicesimam numerasti quid faciat crucis offla. coruorum cibaria. curabo iam ubi iouis iratus sit †. & isti qui tibi non imperat ita † youis nominatiui catis satur pane fiam, ut ego istud cum liberto meo dono, alioquin iam tibi de presentiarum reddidissem bene nos habemus aut isti geuge qui tibi non imperant, plane qualis dominus talis & seruus. uix me teneo, & sum natura caldus cicer eius cum cepi matrem meam dupundij non facio recte. uidebo te in publicum mus ymo terre tuber, nec sursum nec deorsum non cresco nisi dominum tuum in rutae folium non coniecit. nec tibi par ero. licet me hercules iouem Olimpium clames, curabo longe tibi sit comula ista besalis & dominus duponduarius. recte uenies sub dentem, aut ego non me noui, aut non deridebis licet barbam

auream habeas. Sathana tibi irata sit curabo, & qui te primus decuro defecit. non didici geometrias cretica & alogias menias. sed lipidarias literas scio. partes centum dico ad aes, ad pondus: ad nummum ad summam si quid uis ego,& tu sponsiunculam exi de fero lanna. Iam scies patrem tuum mercedes perdidisse.quamuis & rethoricam scio.ecce quidem nobis longe nemo. late uenio. solue me. dicam tibi qui de nobis currit, & de loco non mouetur. qui de nobis crescit, & minor fit. curris,stupes,satagis,tamquam mus in matella. ergo aut tace, aut meliorem noli molestare, qui te natum non putat, nisi si me iudicas anulos buxeos curare quos amice tue inuolasti. occuponem propicium eamus in forum, & pecunias mutuemur. iam scies hoc ferrum fidem habere. uah bella res est uol pisuda, ita lucrum faciam & ita bene moriar, aut populus per exitum meum iuret, nisi te toga ubique peruersa fuero persecutus. bella res, & iste qui te hec docet mufrius non magister didicimus: dicebat enim, magister. sunt uestra salua recta: domum caue. circumspicias. caue mo iorem maledicas. aut numera mappalia. nemo dupondum euadit. ego quod me sic uides propter artificium meum dijs gratias ago. ceperat ascylto respondere conuicio,sed trimalchio delectatus colliberti eloquentia agite inquit scordalias de medio. suauiter sit. potius & tu hermeros parce adulescentulo. sanguen illi feruet. tu melior esto semper. in hac re qui uincitur uincit. & tu cum esses capo coco coco atque cor non habeas. simus ergo quod melius est a primitis hilares,& homeristas speremus. intrauit factio statim. hastisque scuta concrepuit. ipse trimalchio in puluino consedit. & cum homeriste grecis uersibus colloquerentur, ut insolenter solent ille canora uoce latine legebat librum. mox silentio facto, scitis inquit quam fabulam agant. diomedes, & ganimedes duo fratres fuerunt, horum soror erat helena. agamenon illam rapuit. & diane ceruam subiecit, ita nunc homeros dicit quemadmodum inter se pugnent troiani & parentini, uicit silicet, & Efigeniam filiam suam achilli dedit uxorem. ob eam rem aiax insanit,& statim argumentum explicabit. Hec ut dixit trimalchio clamorem homeriste sustulerunt,interque familiam discurrentem uitulus in lance dunaria elixus allatus est, & quidem galeatus secutus est aiax, strictoque gladio tanquam insaniret concidit, ac modo uersa modo spuma gesticulatus mucrone frustra collegit. mirantibusque uitu-

uitulum partitus est. Nec diu mirari licuit tam elegantes scrophas, nam repente lacunaria sonare ceperunt. totumque triclinium intremuit. consternatus ego exsurrexi; & timui ne per tectum peteucristarius aliquis descenderet, nec minus reliqui conuiue mirantes erexere uultus expectantes quid noui de celo nunciaretur. Ecce autem deductus lacunaribus subito circulus ingens de cupa uidelicet grandi excussus demittitur. cujus per totum orbem corone auree cum alabastris unguenti pendebant. dum hec apophoreta iubemur sumere, respiciens ad mensam. iam illic repositorium cum placentis aliquod erat positum, quod medium priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma. & uuas sustinebat more uulgato, auidius ad pompam manus porreximus, & repente noua ludorum remissio hilaritatem hic refecit. omnes enim placente omniaque poma etiam minima uexatione contacta ceperunt effundere crocum, & usque ad nos molestus humor accedere. rati ergo sacrum esse periculum tam religioso apparatu perfusum consurreximus altius, & augusto patri patrie feliciter diximus, quibusdam tamen etiam post hanc uenationem poma rapientibus, & ipsius mappas impleuimus. ego precipue qui nullo satis amplo munere putabam me onerare gytonis unum. inter hec tres pueri candidas succinti tunicas intrauerunt, quorum duo lares bullatos super mensam posuerunt. unus pateram uini circumferens dij propitij clamabat. aiebat autem unum cerdonem alterum felicionem, tertium lucionem uocari, nos etiam ueram imaginem ipsius trimalchionis cum jam omnes basiarent erubuimus preterire.

Postquam ergo omnes bonam mentem bonamque ualetudinem sibi optarunt, trimalchio ad nicerotem respexit & solebas inquit suauius esse in conuictu nescio quid nec taces, nec mutes. oro te sic felicem me uideas. narra illud quod tibi usu uenit. niceros delectatus affabilitate amici, omne me inquit lucrum transeat nisi jamdudum gaudimonio diffileo quod te talem uideo. itaque hilaria mera sint, & si timeo istos scholasticos ne me derideant uiderit. narrabo tamen quid enim mihi aufert qui ridetur satius est rideri, quam derideri. Hec ubi dicta dedit talem fabulam exorsus est. cum adhuc seruirem habitabamus in uico angusto (nunc gauille domus est) ibi quomodo dij uolunt, amare cepi uxorem terentij coponis. noueratis meliss-

tarentinam, pulcherrimum bacciballum, sed ego non mehercules corporaliter autem, aut propter res uenerarias curaui, sed magis quod bene moriar fuit, si quid ab illa petij nunquam mihi negatum fecit. assem, semissem, habui in illius sinum demandaui, nec unquam † fefellitus sum, hujus contubernalis. Ad uillam supremum diem obiit. itaque per scutum per ocream egraginaui, quemadmodum ad illam peruenirem autem in angustiis amici apparent. forte dominus Capue exierat ad scruta scita expedienda. nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum ut mecum ad quintum miliarium ueniat. erat autem miles fortis tanquam Orchus apoculanius, nos circha gallicinia (luna lucebat tamquam meridie) uenimus inter monimenta: homo meus cepit ad stellas facere, sed ego cantabundus, & stellas numero, deinde ut respexi ad comitem ille exuit se, & omnia uestimenta secundum iam posuit mihi in animo in naso esse. stabam tamquam mortuus, at ille circum minxit uestimenta sua, & subito lupus factus est, nolite me iocari putare ut mentiar. nullius patrimonium tanti facio, sed quod quod ceperam dicere postquam, lupus factus est ululare cepit, & in siluas fugit, ego primitus nesciebam ubi essem, deinde accessi ut uestimenta ejus tollerem, illa autem lapidea facta sunt, qui mori timore nisi ego, gladium tamen strinxi & matauita tau umbras cecidi, donec ad uillam amice mee peruenirem. In laruam intraui, pone animam ebuliui. sudor mihi per bifurcum uolabat, oculi mortui. uix unquam refectus sum. melissa mea mirari cepit, quod tam sero ambularem, & si ante inquit uenisses, saltem nobis adiutasses. lupus enim uillam intrauit, & omnia pecora tamquam lanius sanguinem illis misit, nec tamen derisit etiamsi fugit. seruus enim noster lancea collum eius traiecit. hec ut audiui, operire oculos amplius non potui, sed luce clara hac nostri domum fugi. tamquam copo compilatus: & postquam ueni in illum locum in quo lapidea uestimenta erant facta nihil inueni nisi sanguinem, ut uero domum ueni iacebat miles meus in lecto tamquam bouis †. & collum illius medicus curabat. intellexi illum uersipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui. non si me occidisses. uiderint qui hoc de alibi exopiniissent, ego si mentior genios uestros iratos habeam.

† fefelitus

† bouis nominatini casus

Attonitis admiratione uniuersis, saluo inquit tuo sermone trimalchio, si qua fides est ut mihi pili inhorruerunt, quia

quia scio niceronem nihil nugarum narrare. immo certus est, & minime linguosus. nam & ipse uobis rem orribilem narrabo. Asinus in tegulis cum adhuc capillatus essem, nam a puero uitam chiam gessi i p i m mostri delicatus decessit me hercules margaritum caccitus, & omnium numerum. cum ergo illum mater misella plangeret, & nos tum plures in tristimonio essemus, subito strige ceperunt, putares canem leporem persequi. habebamus tunc hominem cappadocem longum ualde audaculum & qui ualebat, poterat Iouem iratum tollere. hic audacter stricto gladio extra ostium precucurrit inuoluta manu sinistra curiose, & mulierem tamquam hoc loco (saluum sit, quod tango mediam traiecit, audimus gemitus, & plane non mentiar) ipsas non uidimus, baro autem noster introuersus se proiecit in lectum, & corpus totum liuidum habebat, quasi flagellis cesus, quod scilicet illum tetigerat mala manus. nos cluso ostio redimus iterum ad officium, sed dum mater amplexaret corpus filij sui, tangit, & uidet manuciolum de stramentis factum, non cor habebat. non intestina. non quicquam scilicet jam strige puerum inuolauerant, & supposuerant stramentitium uauatonem. rogo uos opportet credatis. sunt mulieres plus scie. sunt nocturne, & quod sursum est, deorsum faciunt, ceterum baro ille longus post hoc factum nunquam coloris sui fuit. ymo post paucos dies freneticus periit. miramur nos, & pariter credimus. osculatique mensam rogamus nocturnas, ut suis se teneant dum redimus à cena, & sane iam lucerne mihi plures uidebantur ardere totumque triclinium esse mutatum cum trimalchio tibi dico inquit plocrime nihil narras? nihil nos delectaris? & solebas suauis esse. canturire belle deuerbia, adicere melicam. heu heu ab istis dulcis carica. Iam inquit ille quadrige mee decucurrerunt ex quo podagricus factus sum. alioquin cum essem adulescentulus cantando pene tisicus factus sum, quid saltare? quid deuerbia? quid tonstinum? qñ parem habui nisi unum appeletem? oppositaque ad os manu nescio quid tetrum exibilauit, quod postea grecum esse affirmabat. nec non trimalchio ipse cum tubicines esset imitatus ad delicias suas respexit quem cresum appellabat. puer autem lippus sordidissimus dentibus catellam nigram, atque indecenter pinguem prasina † inuoluebat fascia panemque semissem ponebat supra torum atque hac nausia recusantem saginabat. quo

† prasina i. uiridi

admo-

admonitus officio trimalchio scylacem iussit adduci presidium domus familieque nec mora ingentis forme adductus est canis catena uinctus admonituſque ostiarii calce, ut cubaret ante mensam se posuit : tum trimalchio iactans candidum panem, nemo inquit in domo mea me plus amat. indignatus puer quod scylacem tam effuse laudaret catillam in terram depoſuit hortatusque ut ad rixam properaret. scylax canino scilicet usus ingenio teterrimo latratu triclinium impleuit. margaritamque cresi pene lacerauit, nec intra rixam tumultus constitit. sed candelabrum etiam supra mensam euersum , & uasa omnia cristallina comminuit. & oleo feruenti aliquot conuiuas respexit. trimalchio ne uideretur iactura motus', basiauit puerum , ac iussit supra dorsum ascendere suum. non moratus ille, usus equo manuque plena scapulas eius subinde uerberauit. inter quam risum preclamauit bucca bucca , quot sunt hic. repressus ergo aliquandiu trimalchio camellam grandem iussit misceri potiones diuidi omnibus seruis , qui ad pedes sedebant , adiecta exceptione. si quis inquit noluerit accipere caput illi perfunde interdiu seuera nunc hilaria †.

† al. nunc ilaria

Hanc humanitatem insecute sunt matteae, quarum etiam recordatio me si qua est dicenti fides offendit. singule enim galline altiles pro turdis cir cumlate sunt , & oua anserina pilleata que ut comessemus ambitiosissime nobis trimalchio petiit dicens exossatas esse gallinas. inter hec triclinii ualuas litor per cussit , amcitusque uestе alba cum ingenti frequentia commissator intrauit. ego maiestate conterritus pretorem putabam ueniſſe , itaque tentaui assurgere, & nudos pedes in terram deferre , risit hanc trepidationem agamenon ; & contine te inquit homo stultissime. habinnas seuir est , idemque lapidarius qui uideretur monumenta optime facere.

Recreatus hoc sermone reposui cubitum. habinamque intrantem cum admiratione ingenti spectabam. ille autem iam ebrius uxoris sue humeris impoſuerat manus oneratusque aliquot coronis , & unguento per frontem in oculos fluente pretorio loco se posuit continuoque uinum & caldam popoſcit. delectatus hac trimalchio hilaritate, & ipse capaciorem popoſcit scyphum , quesiuitque quomodo acceptus esset? omnia inquit habuimus preter te. oculi enim mei hic erant , & me hercules bene fuit scisſa

laucum

laucum nouendialem seruo suo misello faciebat, quem mortuum manumiserat. & puto cum uicensimariis magnam mantissam habet. quinquaginta enim millibus estimant mortuum, sed tamen suauiter fuit, etiam si coacti sumus dimidias potiones super ossiicula ejus effundere. Tamen inquit trimalchio quid habuistis in cenam. dicam inquit si potuero. nam tam bone memorie sum ut frequenter nomen meum obliuiscar. habuimus tamen in primo porcum poculo coronatum, & circa saucunculum & gizeria optime facta. & certe betam, & panem autopirum de suo sibi, quem ego malo quam candidum. & uices facit, & cum mea re causa facio, non ploro. sequens ferculum fuit sciribilita frigida, & supra mel caldum infusum excellente hispanum, itaque de sciribilita quidem non minimum edi. de melle me usque tetigi circa cicer & lupinum calue arbitratu & mala singula. ego tamen duo sustuli, & ecce in mappa alligata habeo, nam si aliquid muneris meo uernule non tulero. habebo conuicium. bene me admonet domina mea. in prospectu habuimus ursine frustrum, de quo cum imprudens sintilla gustasset, pene intestina sua uomuit, ego contra plus libram comedi, nam ipsum aprum sapiebat, & si inquam ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse? In summo habuimus caseum mollem & sapa, & cocleas singulas & corde frusta & epatia in catillis & oua pilleata & rapam & senape & catillum congagatum pax palamedes. etiam in alueo circumlata sunt oxicomina, unde quidam etiam improbiter nos pugno sustulerunt. nam perna emissionem dedimus: sed narra mihi gai rogo, fortunata quare non recumbit? quomodo nosti inquit illam trimalchio, nisi argentum composuerit, nisi reliquias pueris diuiserit aquam in os suum non conijciet. atqui respondit habinnas nisi illa discumbit ego me apocalo. & ceperat surgere nisi signo dato ortunata quater amplius à tota familia esset uocata. uenit rgo galbino succincta cingillo ita ut infra cerasina appareet tunica, & periscelide stortae. phecasiaeque maurate. unc sudario manus tergens quod in collo habebat applicat e illi toro in quo scintilla habinne discumbebat uxor oscuataque plaudentem est. te inquit uidere. tō deinde peruenum est ut fortunata armillas suas crassissimis detraheret acertis. scintilleque miranti ostenderat. ultimo & periscelides resoluit, & reticulum aureum quem ex sobrussa esse

dicebat

dicebat notauit. Hec trimalchio iuſſitque afferri omnia. & uidetis inquit mulieres compedes ſit nos barcalaede ſpoliamus ſex pondo & ſelibram debet habere, & ipſe nihilominus habeo decem pondo armillam ex milleſimis mercurij factam. ultimo etiam ne mentiri uideretur ſtateram iuſſit afferri & circulatum approbari pondus. Nec melior ſcintilla quae de ceruice ſua capſellam detraxit, aureolam, quam felicionem appellabat. Inde duo crotalia protulit. & fortunate inuicem conſideranda dedit. & domini inquit mei beneficio, nemo habet meliora. quid inquit habinnas † excatariſſaſti me, ut tibi emerem fabam uitream. plane ſi filiam haberem auriculas illi preciderem. mulieres ſi non eſſent omnia pro luto haberemus. nunc hoc eſt caldum meiere, & frigidum potare. interim mulieres ſauciae inter ſe riſerunt. ebrieque iunxerunt oſcula, dum altera diligentiam matrifamilie iactat, altera delicias, & indiligentiam uiri, dumque ſic coherent habinnas furtim conſurrexit. pedesque fortunate correctos ſuper lectum immiſit. au au illa proclamauit aberrante tunica ſuper genua compoſita. ergo in gremio ſcintille indecens imam rubore faciem ſudario abſcondit. interpoſito deinde ſpatio cum ſecundas menſas trimalchio juſſiſſet afferri, ſuſtulerunt ſerui omnes menſas. & alias attulerunt. ſcrobemque croco & minio tinctam ſparſerunt & quod numquam ante uideram ex lapide ſpeculari puluerem trictum. ſtatim trimalchio. poteram quidem inquit hoc fericulo eſſe contentus. ſecundas enim habetis menſas. ſi quid belli habes, affer. interim puer alexandrinus qui caldam miniſtrabat luſcinias cepit imitari clamante trimalchione ſubinde muta, ecce alius ludus. ſeruus qui ad pedes habinne ſedebat, iuſſus credo a domino ſuo proclamauit ſubito canora uoce —— *Interea medium eneas iam claſſe tenebat.*

† excatariſſaſti

Nullus ſonus unquam acidior percuſſit aures meas. nam preter errantis barbarie aut abiectum aut diminutum clamorem miſcebat, attelanicos uerſus ut tunc primum me, & Virgilius offenderit, laſſus tamen cum aliquando dediſſet adiecit habinnas & nunquid didicit, ſed ego ad circulatores eum mittendo audiebatur. itaque parem non habet, ſiue muliones uolet, ſiue circulatores imitari deſperatus ualde ingenioſus eſt. idem ſutor eſt, idem cocus. idem piſtor omnis mus emancipium. duo tamen uina habet, que ſi non haberet eſſet omnium nummorum recutitus

eſt

eſt & ſtertit. nam quod ſtrabonus eſt non curo. ſicut uenus ſpectat, ideo nihil tacet, uix oculo mortuo unquam illum emit. retentis denariis interpellauit loquentem ſcintilla: & plane inquit non omnia artificia ſerui. nequam narras agaga eſt at curabo ſtigmam habeat. Riſit trimalchio. & adcognoſco inquit capadocem. nihil ſibi defraudit, & me hercules laudo illum. hoc enim nemo parentat. tu autem Scyntilla noli zelotipa eſſe. crede mihi & uos nouimus, ſic me ſaluum habeatis, ut ego ſic ſolebam ipſum ammeam debat tuere, ut etiam dominus ſuſpicaretur. & ideo me in uillicationem relegauit. ſed tace. linguam dabo panem. Tamquam laudatus eſſet nequiſſimus ſeruus, lucernam de ſinu fictilem protulit, & amplius ſimihora tubicines imitatus eſt, ſuccinente habina, & inferius labrum manu deprimente. ultimo & in medium proceſſit, & modo harundinibus quaſſis choraulas imitatus eſt. modo lacernatus cum flagello molionum fata egit donec uocatum ad ſe habinnas baſſiauit. potionemque illi porrexit. & tanto melior inquit maſſa dono tibi calligas. nec ullus tot malorum finis fuiſſet, niſi epidipnis eſſet allata, turdis iligine uuis paſſis micibuſque farſis. inſecuta ſunt cidonea, etiam mala ſpinis confixa, ut echinos efficerent. & hec quidem tollerabilia erant, ſi non fericulum longe monſtruoſius effeciſſet, ut uel fame perire malemus. nam cum poſitus eſſet, ut nos putabamus anſer altilis circhaque piſces & omnium genera auium, inquit trimalchio quicquid uidetis hic poſitum de uno corpore eſt factum. Ego ſcilicet homo prudentiſſimus ſtatim intellexi quid eſſet. & reſpiciens agamenonem mi- abor inquam niſi omnia iſta defacta † ſunt, aut certe de uto uidi rome ſaturnalibus eiusmodi cenarum imaginem ieri. necdum finieram ſermonem, cum trimalchio ait. ita reſcam patrimonio non corpore, ut iſta cocus meus de orco fecit. non poteſt eſſe precioſior homo. uolueris e bulla faciet piſcem, de lardo palumbum, de perna turem, de colaepio gallinam, & ideo ingenio meo impoſim eſt illi nomen belliſſimum. nam dedalus uocatur, & uia bonam mentem habet attulit illi rom̃ unus cultros orico ferro, quos ſtatim iuſſit afferri. inſpectoſque miraus eſt. etiam nobis poteſtatem fecit, ut mucronem ad bucm probaremus. ſubito intrauerunt duo ſerui tanquam qui xam ad lacum feciſſent. certe in loco adhuc amphoras bebant. cum ergo trimalchio ius inter litigantes diceret,

† defacta al. defuncta

neuter ſententiam tulit, decernentis, ſed alterius amphoram fuſte percuſſit. conſternati nos inſolentia ebriorum intentauimus oculos in preliantes. notauimuſque oſtria. pectineſque e caſtris labentia, que collecta puer lance circumtulit. bas lauticias equauit ingenioſus cocus. In craticula enim argentea cocleas attulit, & tremula teterrimaque uoce cantavit. pudet referre que ſecuntur. inauditu enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelue, pedesque recumbentium unxerunt. cum ante crura pedesque. talosque corolnis uinxiſſent. hinc ex eodem unguento in uinarium atque lucernam liquatum eſt infuſum. Iam ceperat fortunata uelle ſaltare, iam ſcintilla frequentius plaudebat quam loquebatur, cum trimalchio permitto inquit philargire & carrio, & ſi praſimanus es famoſus, dic & minophile contubernali tue diſcumbat. quid multa pene de lectis deiecti ſumus, adeo totum triclinium familia occupauerat. certe ego notaui ſuper me poſitum cocum, qui de porco anſerem fecerat muria condimentiſque fetentem nec contentus fuit recumbere, ſed continuo epheſum tragedum cepit imitari. & ſubinde dominum ſuum ſponſione prouocare. ſi praſinus proximis circenſibus primam palmam. diffuſus hac contentione trimalchio. amici inquit & ſerui homines ſunt. & eque unum lactem biberunt, etiam ſi illos malus fatus oppreſſerit. tamen me ſaluo cito aquam liberam guſtabunt. ad ſummam omnes illos in teſtamento meo manumitto. philargiro, etiam fundum lego & contubernalem ſuam. carrioni quoque inſulam & uiceſimam & lectum ſtratum, nam fortunatam meam heredem facio, & commendo illam omnibus amicis meis. & hec omnia publico, ideo ut familia mea iam nunc ſic me amet tamquam mortuum. gratias agere omnes indulgentie ceperant domini, cum ille oblitus nugarum exemplar teſtamenti juſſit afferri. & totum a primo ad ultimum ingemeſcente familia recitavit. Reſpiciens deinde habinnam, quid dicis inquit amice cariſſime? edificas monumentum meum, quemadmodum te juſſi; ualde te rogo, ut ſecundum pedes ſtatue mee catellam pingas, & coronas, & unguenta, & peraitis omnes pugnas, ut mihi contingat tuo beneficio poſt mortem uiuere. preterea ut ſint in fronte pedes centum. in agrum pedes ducenti. omne genus enim pomorum uolo ſint circha cineres meos, & uinearum largiter. Valde enim falſum eſt uiuo quidem

domos

domos cultas esse, non curari eas ubi diutius nobis habitandum est, & ideo ante omnia adijci uolo. Hoc monumentum heredem non sequatur.

Ceterum erit mihi cure ut testamento caueam ne mortuus iniuriam accipiam. preponam enim unum ex libertis sepulcro meo custodie causa ne in monumentum meum populus cacatum currat. te rogo ut naues etiam monumenti mei facias plenis uelis euntes, & me in tribunali sedentem pretextatum cum anulis aureis quinque & nummos in publico de sacculo effundentem. scis enim quod epulum dedi binos denarios. faciatur si tibi uidetur & triclinia. facies & totum populum sibi suauiter facientem. ad dexteram meam ponas statuam fortunate mee. collumbam tenentem, & catellam cingulo alligatam ducat. & Cicaronem meum. & amphoras copiosas gypsadas ne effluant uinum. & unam licet fractam sculpas. & super eam puerum plorantem. horologium in medio ut quisquis horas inspiciet, uelit nolit nomen meum legat. Inscriptio quoque uide diligenter si hec satis idonea tibi uidetur. C. Pompeius trimalchio mecenatianus hic requiescit, huic seuiratus absenti decretus est, cum posset in omnibus decuriis rome esse, tamen uoluit plus fortis fidelis ex paruo creuit. sextercium reliquit trecenties, nec unquam philosophum audivit. Vale & tu.

Hec ut dixit trimalchio flere cepit ubertim. flebat & fortunata, flebat & habinnas. tota denique familia tamquam in funus rogata lamentatione triclinium impleuit. immo iam ceperam, & ego plorare. cum trimalchio. ergo inquit cum sciamus nos morituros esse, quare non uiuamus? sic uos felices uideam coniiciamus nos in balneum. meo periculo non penitebit. sic calet tamquam furnus. nero uero inquit habinnas, de una die duas facere nihil nalo, nudisque consurrexit pedibus, & trimalchionem audentem subsequi. Ego respiciens ad ascylton, quid ogitas inquam? ego enim si uidero balneum statim exirabo. assentemur † ait ille, & dum illi balneum petunt os in turba exeamus. Cum hec placuissent ducente per orticum gitone ad ianuam uenimus, ubi canis catenarius anto nos tumultu excepit, ut asyltus, etiam in piscinam eciderit. nec non ego quoque ebrius, qui etiam pictum mueram canem, dum natanti opem fero, in eundem urgitem tractus sum. seruauit nos tamen atriensis, qui teruentu suo, & canem placauit, & nos trementes

† al. absentem

extraxit in siccum. & giton quidem iamdudum seruatione acutissima redemerat a cane; quicquid enim a nobis acceperat de cena latranti sparserat. at ille auocatus cibo furorem suppresserat. ceterum cum algentes utique petissemus ab atriense, ut nos extra ianuam emitteret. erras inquit si putas te exire hac posse qua uenisti. nemo unquam conuiuarum per eandem ianuam emissus est. alia intrant. alia exeunt. quid faciamus homines miserrimi, & noui generis laberintho iuclusi, quibus lauari ian ceperat uotum esse. ultro ergo rogauimus ut nos ad balneum duceret, proiectisque uestimentis, que giton in aditu siccare cepit, balneum intrauimus angustum scilicet & cisterne frigidarie simile, in qua trimalchio rectus stabat, ac ne sic quidem putidissimam ei actionem licuit efugere. nam nihil melius esse dicebat, quam sine turba lauari, & eo loco ipso aliquando pistrinum fuisse, deinde ut lassatus consedit inuitatus balnei sono diduxit usque ad cameram os ebrium. & cepit menetratis cantica lacerare sicut illi dicebant, qui linguam eius intelligebant. ceteri conuiue circha labrum manibus nexis currebant, & gingilipho ingenti clamore exonabant. alij autem aut restrictis manibus anulos de pauimento conabatur tollere. aut posito genu ceruices post terga flectere & pedum extremos pollices tangere. nos dum alij sibi ludos faciunt, in solo quod trimalchioni periiapatur † descendimus. ergo ebrietate discussa in aliud triclinium deducti sumus. ubi fortunata disposuerat lauticias suas ita ut supra lucernas aeneolosque piscatores notauerim, & mensas totas argenteas caliceisque circa fictiles in auratos, & uinum in conspectu sacco defluens. Tunc trimalchio amici inquit hodie seruus meus babatoriam fecit homo prefiscini frugi, & micarius. itaque tango menas faciamus & usque in lucem cenemus. hec dicente eo gallus gallinaceus cantauit. qua uoce confusus trimalchio uinum sub mensa iussit efundi. lucernamque & mero spargi immo annulum traiecit in dexteram manum. & non sine causa inquit hic bucinus signum dedit. nam aut incendium oportet fiat, aut aliquis in uicinia animam abiiciet. longe à nobis, itaque quisquis hunc indicem attulerit corolarium accipiet. Dicto citius de uicinia gallus allatus est, quem trimalchio iussit, ut aeno coctus fieret laceratus igitur ab illo doctissimo coco qui paulo ante aues piscesque fecerat in cacabum est coniectus. dumque dedalus potionem feruentissimam

† periiapatur al. parabatur

tissimam haurit fortunata mola buxea piper triuit. sumptis igitur matheis respiciens ad familiam trimalchio, quid uos inquit adhuc non cenastis? abite ut alij ueniant ad officium. subijt igitur alia classis, & ille quidem exclamauere uale gai. hi autem aue gai hinc primum hilaritas nostra turbata est. nam cum puer non inspecios⁹ inter nouos intrasset ministros, inuasit eum trimalchio & oscular diutius cepit, itaque fortunata ut ex equo ius firmum approbaret, maledicere trimalchionem cepit. & purgamentum dedecusque predicare quí non contineret libidinem suam. ultimo etiam adiecit, canis. trimalchio contra confusus offensus conuicio calicem in faciem fortunate immisit. Illa tamquam oculum perdidisset, exclamauit, manusque trementes ad faciem suam admouit.

Consternata est etiam Scyntilla. trepidantemque sinu suo texit. immo puer quoque officios⁹, urceolum frigidum ad malum eius admouit. super quem incumbens fortunata gemere, ac flere cepit. contra trimalchio, quid enim inquit ambubaia non me misit fede machillam illam sustuli. nominem inter homines feci? at inflat se tamquam rana, & in sinum suum conspuit. codex non mulier, sed hic qui in pergula natus est, edes non somniatur, ita genium meum propicium habeam. curabo domata si Cassandra caligaria. & ego homo dependiarius sextercium centies accipere otui scis tu me non mentiri. agato unguentarius here roxime seduxit me, & suadeo inquit non patiaris genus ium interire. At ego dum bonatus ago & nolo uideri uis ipse mihi assiam in crus impegi. recte curabo me unibus queras. & ut de presentiarum intelligas quid tibi ceris habinna nolo statuam eius in monumento meo po- is ne mortuus quidem lites habeam. imo ut sciat me osse malum dare nolo me mortuum basiet. Post hoc lmen habinnas rogare cepit, ut iam desineret irasci. & mo inquit non nostrum peccat. homines sumus non dei. em & scyntilla flens dixit, ac per genium eius gaium pellando rogare cepit, ut effrangeret. non tenuit ultra rimas trimalchio. & rogo inquit habinna, sic peculium am frunis canis. si quid perperam feci, in faciem meam pue. puerum basiaui frugalissimum non propter forum, sed quia frugi est. decem partes dicit. librum ab culo legit. thretium sibi de diarijs fecit. artisselium de parauit. & duas trullas. non est dignus quem in oculis

 feram?

feram ? sed fortunata uetat. ita tibi uidetur fulcipedia. suadeo bonum tuum concoquas milua. & me non facies ringentem amasiuncula , aliquando experieris cerebrum meum, nosti me quod semel destinaui clauo tabulari fixum est , sed uiuorum meminerimus , uos rogo amici , ut uobis suauiter sit. nam ego quoque tam fui quam uos estis ; sed uirtute mea ad hoc perueni. coricillum est quod homines facit , cetera quisquilia omnia bene emo. bene uendo. alius alia uobis dicet. felicitate difsilio. Tu autem sterteia etiam num ploras ? iam curabo fatum tuum plores. Sed ut ceperam dicere ad hanc me fortunam frugalitas mea perduxit. tam magnus ex asia ueni quam hic candelabrus est. ad summa quotidie me solebam ad illum me uri , & ut celerius rostrum barbatum haberem labra de lucerna ungebam. tamen ad delicias femina ipsi mi domini annos quatuordecim fui. nec turpe est, quod dominus iubet. ego tamen & ipsi meae domine satisfaciebam. Scitis quid dicam. taceo quia non sum de glorioss. ceterum quemadmodum di uolunt , dominus in domo factus sum. & ecce cepi ipsi mi cerebellum. quid multa coheredem me Cesari fecit & accepit patrimonium laticlauium. nemini tamen nihil satis est. concupiui negotiari , ne multis uos morer , quinque naues edificaui. oneraui uineam. & tunc erat contra aurum misi romam , putares me hoc iussisse. omnes naues naufragarunt. factum non fabula uno die neptuno trecenties sextercium deuorauit. putatis me defecisse? non me hercules mi hec iactura gusti fuit. tanquam nihil facti. alteras feci maiores & meliores. & feliciores , ut nemo non me uirum fortem diceret. scis magna nauis , magnam fortitudinem habet. oneraui rursus uinum, lardum, fabam. seplasium, mancipia. hoc loco fortunata rem piam fecit. omne enim aurum suum omnia uestimenta uendidit. & mi centum aureos in manu posuit. hoc fuit peculij mei fermentum. Cito fio quod dij uolunt. uno cursu centies sextercium corrotundaui. statim redemi fundos. omnes qui patroni mei † fuerant. edifico domum. venalicia coemo iumenta. quicquid tangebam crescebat tanquam fauus. Postquam cepi plus habere quam tota patria mea habet manum de tabula sustuli me de negociatione. & cepi libertos fenerare. & sane nolente me negocium meum agere , exoravit † mathematicus qui uenerat forte in coloniam nostram greculio , serapa nomine consiliator deorum hic mihi

† patroni mei. patrimonii

† exoravit al. exortauit

mihi dixit etiam ea, que oblitus eram abacia & acumi omnia expoſcit. inteſtinas meas nouerat, tantumque non † dixerat quid pridie cenaueram putaſſes illum ſemper mecum habitaſſe. rogo habinna puto interfuiſti tu dominam tuam de rebus illis feciſti. tu parum felix in amicos es. nemo unquam tibi parem gratiam refert. tu latifundia poſſides. tu uiperam ſub ala nutricas. & quod uobis non dixerim & nunc mi reſtare uite annos triginta, & menſes quatuor & dies duos. preterea cito accipiam hereditatem. hoc mihi dicit fatus meus, quod ſi contigerit fundos apulie iungere. ſatis uiuus peruenero. interim dum mercurius uigilat edificaui hanc domum, ut ſcitis c u ſ u c erat. nunc templum eſt. habet quatuor cenationes, cubicula uiginti, porticus marmoratis duos ſuſum cellationem, cubiculum in quo ipſe dormio. Vipere huius ſeſſorium, hoſtiarij cellam perbonam, hoſpicium hoſpites capit. ad ſumma Scaurus cum huc uenit nuſquam mauoluit hoſpitari. & habet ad mare paternum hoſpicium. & multa alia ſunt que ſtatim uobis oſtendam. credite mihi aſſem habeas. aſſem ualeas. habes habeberis. ſic amicus ueſter, qui fuit rana nunc eſt rex. Interim Stiche profer uitalia in quibus uolo me eferri. profer & ungentum. & ex illa amphora guſtum ex qua iubeo lauari oſſa mea. non eſt moratus Stichus ſed & ſtragulam albam & pretextum in triclinium attulit, iuſſitque nos tentare an bonis lanis eſſent confecta. tum ſubridens. Vide tu inquit Stiche, ne iſta mures tangant, aut tinee, alioquin te uiuum comburam. ego glorioſus uolo eferri, ut totus mihi populus bene imprecetur. Statim ampollam nardi aperuit, omneſque nos unxit & ſpero inquit futurum ut eque me mortuum iuuet tanquam uiuum. nam uinum quidem in uinarium iuſſit infundi. & putate uos ait ad parentalia mea inuitatos eſſe. Ibat res ad ſummam nauſeam cum trimalchio ebrietate turpiſſima grauis nouum acroama, cornicipes in triclinium iuſſit adduci. fultuſque ceruicalibus multis extendit ſe ſupra thorum extremum & fingite me inquit mortuum eſſe. dicite aliquid belli. Conſonuere cornices funebri ſtrepitu. unus precipue ſeruus libertinarij illius qui inter hos honeſtiſſimus erat, tam ualde intonuit, ut totam concitaret uiciniam. Itaque uigiles, qui cuſtodiebant uicinam regionem rati ardere trimalchionis domum, efregerunt ianuam ſubito: & cum aqua ſecuribuſque tumultuari ſuo iure ceperunt. nos occaſionem oportuniſſimam nacti agamenoni uerba dedimus. raptimque tam plane quam ex incendio fugimus.

† non mihi

COLLATIO

præmissi fragmenti Venerat iam tercius dies *&c. cum editione principe Patavina anni* 1664, *iteratò Romæ juxta Tragurienſe autographon inſtituta A.*1668,69.

		Patav.
Pag. 31.		
verſ. 1	tercius	tertius.
	libere cene	liberæ cœnæ.
		eodem modo in cæter. diphth.
4	agamenonis	Agamemnonis (*ita & alibi*).
6	trimalchio	Trimalcio (*ita ubique*).
7	buciuatorem	buccinat.
8	amicimur	Amicum.
9	githona	Gytona.
11	interin	interim.
	ymo	imo.
17	folem	follem.
27	ueſcica	veſica.
33	interimi	interim.
	atraliptae	iatraliptæ.
36	cauſa palectice	gauſapa, lecticæ.
	faleratis	phaler.
37	chiramaſio	Chiramaxio.
40	ſymphoniacus	ſimphoniacis.
42	agamenone	Agamemnone (*ſic alibi*).
Pag. 32.		
verſ. 3	cathena	catena.
4	pinctus	pictus.
30	vnam	imam.
31	treum	æneum.
36	cum noſter	Cn. Nost.
39	uolutatibus	uoluptatibus.
Pag. 33.		
verſ. 2	deſpoliatus	diſpoliatus.
7	mirantem	numerantem.
12	quid ergo	Quicquid ergo.
13	uobis eum. Obligati	uobis. Obligati.
19	uiuatam	niuatam.
20	ped ad	pedes ac.
21	taccbat	tacebant.
22	cantabat	cantabant.
23	poſti	popoſci.
	parati ſumus	paratiſſimus.
25	panthomimichorum	pantomimorum.
26	altera	Allata.
	eſt tamen	eſt tum.
29	biſactio	biſaccio.
34	thumatula	tomacula.

laticla-

		Patav.
Pag. 33.		
verſ. 40	laticlauia	laticlauiam.
	in eis erat	immiſerat.
Pag. 34.		
verſ. 6	nundum	nondum.
7	abſenti uos	abſentivus.
8	permititis	Permittis.
11	enim ac	enim albis, ac.
20	ſunt, ſorberi poſſunt. accipimus nos nochlearia	ſunt. accipimus nos cochlearia.
28	intermiſſio	intermiſſo.
33	obiurgari	obiurgare.
35	uertere	verrere.
41	pudiſſimi	pædiſſimi.
Pag. 35.		
verſ. 1	pittratia	pittacia.
10, 11	abieciſſent	abieciſſet.
14	Orchus	Orcus.
20	aretinum	arietinum.
21	fruſtrum	fruſtum.
	acrienes	renes.
24	ſciribillita	ſcriblita.
27	locuſta marina	locuſtam marinam.
31	mino	mimo.
33	in	ius.
36	fercula	ferculo.
37	circha	circa.
40	quicunque euripo natabat	qui in Euripo natabant.
Pag. 36.		
verſ. 2	eſſe darium	eſſem Dar.
4, 5	tociens	totiens.
11	ſciſcitari, que eſſet	ſciſcitarique quæ eſſet.
16	nunc nec quid	nunc, quid.
21	linguae	linguæ.
25	babae babae,	babæ! babæ!
	decumam	decimam.
27	babaecalis	babæcalis.
29	credrae. lacte	credræ. lac.
31	culauit	curauit.
32	uernaculae	vernaculæ.
39	quia	qui.
Pag. 37.		
verſ. 1	quo	qua.
3	C. *majuſc. cum virgula ſuperne, ſic* C̄.	C.
4	cenaculum loca	Coen Locat.
5	illi	ille.
6	illi	ille.
	ſextercium	ſextert.

Pag. 37.		*Patav.*
verſ. 13	cenare	cœnare.
17	caucionem	caution.
24	contemptum	contentum.
29	Caelus	Cælus.
31	peccora	pecora.
	lanae	lanæ.
32	expuduratam	expudoratam.
	cornum	cornu.
35	caelus	cœlus.
37	bigae	bigæ.
Pag. 38.		
verſ. 4	erumpnoſi	erumnoſi.
5	cucurbitae	cucurbitæ.
7	naſcuntur	naſcantur.
12	iparchum	Hipparchum.
	aratumque	Arat.
21	careotis	Caryotis.
22	tebaicis	Theb.
26	faſceis	faſciis.
27	polimita	polymita.
34	thebaycaſque	Thebaicaſque.
	cariotas	Caryotas.
41	ſumma	ſummam.
Pag. 39.		
verſ. 3	ederiſque	heder.
4	liaeum	Lyæum.
5	calatiſco	calathiſco.
18	uinus	uinum.
23	fumus	funus.
	Criſantus	Chryſant.
25	hey eſt hey	Hei eſt Hei.
26	muſce	muſcæ.
32	ſtagulis	ſtragulis.
	plautus	planctus.
	manum miſit	manumiſit.
34	ſed mulier que mulier miluinum	ſed mulier, miluin.
36	cancer	carcer.
41	qu t quit	quid quid.
42	nummis	numis.
Pag. 40.		
verſ. 2	dure	Duræ.
	bucce	buccæ.
9	elegauit	legauit.
	fuit	fugit.
19	immo	Imo.
20	minerue	Mineruæ.
21	hec	Hæc.

gani-

Pag. 40.		*Patav.*
verſ. 21	ganimedes	Ganymedes.
22	celum	cœlum.
24	hecules	hercules.
	bucam	bucenm.
25	eſurio. fuit. aediles	eſurio. Aedilibus.
30	percolopabant	peridopabant.
31	iupiter	Iuppiter.
42	bublum	bubulum.
Pag. 41.		
verſ. 18	lanatos	lanatos.
19	centonarius	centenarius.
24	caelus	cœlus.
30	ampliteatrum	amphitheatrum.
31	tricencies	trecenties.
35	gliconis	Glyconis.
36	dominam ſuam	domina ſua.
37	zelotipos	zelotypos.
	amaaſiunculos	amaſiunculos.
	ſerterciarius	ſeſtertiarius.
41	glicon	Glycon.
42	filicem	filiam.
Pag. 42.		
verſ. 2	Glico glico	Glyco, Glyco.
3	ſtigmam	ſtigma.
8	ſeſterciarios	ſeſtert.
12	traex	Thrax.
23	diſpare pallauit	diſſipare paravit.
27	in nanes	tum nau.
37	ionem	rationem.
40	orchus	Orcus.
Pag. 43.		
verſ. 10	ſtomacum	ſtomach.
21	libera liberalitati	liberalitati.
24	ſinphoniam	ſymphon.
35	emptitius an inquit domi	Emptitius, inquit, an domi.
37	ait ut diligenter	ait, diligenter.
Pag. 44.		
verſ. 2	Tarracimenſibus	Tarracinenſibus.
3	Affuicam	Africam.
7	bibliotecas	Bibliothecas.
13	hec	Hæc.
15	erumpnas	ærumnas.
16	Vlixe	Vliſſe.
	ciclops	Cyclops.
17	aput	apud.
19	ampolla	ampulla.
21	Nundum	Nondum.
23	gallinacium	-ceum.

exin.

Pag. 44.		*Patav.*
verſ. 29	exinteratus	exenteratus (*& alibi.*)
Pag. 45.		
verſ. 1	thumatula	tomacula.
	botulcus	betulcus.
2	automatum	-ton.
6	corinthea	Corinthia (*& alibi.*)
15	muſcillanea	miſcellanea.
20, 21	fialam	phialam.
33	quas. patronorum	quam. patronus.
34	nyobam	Nioben.
35	pugnaſſet	pugnaſſent.
39	labrore	labrare.
42	circha	circa.
Pag. 46.		
verſ. 3	ilarius	hilarius.
6	ſirum	Syrum.
15	orreum	horreum.
17	mitridate	Mithridates.
19	ſextercium	-tium.
20	ortis	hortis.
21	naſte	nocte.
23	nundum	nondum.
25	uetuo	veto.
27	elegio	elogio.
	exerdebatur	exheredabatur.
42	puditum	perditum.
Pag. 47.		
verſ. 5	concurere	concurrere.
11	exinterare	exent.
25	(Diſticon trimalch. e. c. e. ſuo)	Diſtic. Trimalcion. eſt, c. e. ſuo: *citra* ( ).
26	epigramate	epigramm.
28	trachem	Thracem.
35	babilonico	Babyl.
38	gracilis pes	gracilipes.
40	nequicie	Nequitiæ.
41	tribaca	tribacca.
42	pelagus	pelagijs.
Pag. 48.		
verſ. 1	ad aquam	ad quam.
3	carbunculus	carbunculos
5	proſtrare	proſtare.
6	literas difficilimum	litteras difficillimum.
10	nummularius	numularius.
18	deiciebat	deijciebat.
22	aecrophagie	aecrophragiæ.
	centus	cenſus.
29	memorie mee	memoria mea.

pro-

		Patav.
Pag. 48.		
verſ. 35	propiciam	propitiam.
37	rideatur	rideat.
39	herculem	hercule.
	molle	molli.
41	faetum	fœtum.
Pag. 49.		
verſ. 10	peduclum	pedicellum.
11	ridiclei	ridiculi.
12	natus	natu.
13	immo	imo.
15	teſauros	theſ.
21,22	(genio illius gratias)	genio illius gratias.
23	eſt	ſunt.
24	ineruilia	merculia.
25	giton	Gyton.
27	conuitium	conuicium.
29	turdes	tu rides.
31	ubi	tibi.
34	geuge	genge.
37	te in publicum	te ſtu .... publ.
39	Olimpium	Olympum.
41	beſalis	betalis.
	duponduarius	dupondiarius.
Pag. 50.		
verſ. 1	Sathana	Satana.
2	decuro	decero.
	geometrias	geometras.
3	lipidarias	lapidarias.
	literas	litteras.
4	nummum	numum.
5	lanna	lana.
12	propicium	propit.
20	aſcylto	Aſcyltos.
32	ganimedes	Ganym.
36	Eſigeniam	Iphigeniam.
39	dunaria	clunaria.
42	fruſtra	fruſta.
Pag. 51.		
verſ. 2	ſcrophas	ſtrophas.
4	peteucriſtarius	petauriſtarius.
11	aliquod	aliquot.
22	ipſũs	ipſas.
24	unum	ſinum.
25	ſuper	ſupra.
36	diſſileo	diſſilio.
37	me. uiderit	ne. Viderint.
Pag. 52.		
verſ. 1	bacciballum	baci ballum.

		Patav.
Pag. 52.		
verſ. 2	hercules corporaliter autem, aut - -	hercule corporaliter, aut.
4	fecit - - -	fuit.
11	miliarium - -	mill.
12	Orchus. circha - -	orcus. circa.
20	quod quod ceperam -	quod cœperam.
24	matauita tau - - -	mataritata
Pag. 53.		
verſ. 1	immo - - -	Imo.
5	caccitus - - -	cacritus.
9,10	ualebat, poterat Iouem	valebat Iouem.
11	precucurrit - -	percucurrit.
12,13	(ſaluum - - *uſq;* mentiar)	( ) *deeſt.*
21	nauatonem - - -	vaccatonem.
24	ymo - - -	imo.
33	aduleſcentulus - -	adol.
34	tiſicus - -	phtiſicus.
35	qñ - -	quem.
42	nauſia - - -	nauſea.
Pag. 54.		
verſ. 7	terram - - -	terra.
8	ſcilicet - - -	ſubiret.
16,17	preclamauit - -	proclamauit.
	ergo aliquandiu trimalchio	ergo Trimalcio.
24	cir cumlate - -	circulatæ.
27	litor - - -	Lictor.
31	habinnas - -	Habinna.
Pag. 55.		
verſ. 1	laucum - - -	lacuum.
3	mantiſſam - -	mantiſſam.
	eſtimant - - -	exiſtimant.
5	ſuper offiicula - -	ſupra officula.
14	ſciribilita - -	ſcriblita.
19	fruſtrum - -	fruſtum.
26,27	etiam. circumlata -	&c. circulata.
33	apocalo - - -	apoculo.
36	periſcelide ſtortae. phecaſiae - - -	periſcelides tortæ, phœcaſiæ.
39	tõ - - -	Eo.
Pag. 56.		
verſ. 10,11	excatariſſaſti -	excattar.
16	indiligentiam - -	indulgentiam.
17	au au - - -	An, an.
24	nũquam -	numquam.
25	trictum - - -	tritum.
26	fericulo - - -	ferculo.
41	mus emancipium - -	muſæ mancip.
	uina - - -	vitia.

Pag. 57.		*Patav.*
verſ. 1	nam quod	namque.
8	Scyntilla	Scint.
	zelotipa	zelotyp.
16	fata	fato.
18	baſſiauit.	baſiauit.
19	calligas	caligas.
21	farſis	fartis.
24	fericulum	ferculum.
25	circhaque	circaque.
28,29	mirabor	Mirabar.
29	defacta	defricta.
35	colaepio	colæpio.
39	etiam	&.
41	lacum	locum.
Pag. 58.		
verſ. 3	oſtria	oſtrea.
6	cocleas	cochleas.
7	ſecuntur	ſequuntur.
	inauditu	inaudito.
9	pelue	pelui.
10	corolnis uinxiſſent	coronis iunxiſſent.
12,13	ſcyntilla	Scint.
15	tue	tuo.
27	etiam fundum	& f.
39	peraitis	petractis.
41	ſint circha	ſit circa.
Pag. 59.		
verſ. 9	nummos	numos.
11	faciatur	facias.
13	collumbam	columbam.
15	gypſadas. effluant	gypſatas. effluat.
21	uoluit	Nolvit.
22	ſextercium	Sestert.
26	immo	Imo.
37	gitone	Gyt.
38	aſyltus	Aſcyltos.
39	etiam	&.
Pag. 60.		
verſ. 3	auocatus	euocatus.
6	laberintho. ian	labyrintho. iam.
	notum	notum.
16	rogauimus	rogamus.
18	menetratis	Menecratis.
19	circha	circa.
27	aeneoloſque	æneol.
30	fecit	facit.
35	annulum	anulum.
40	corolarium	corollar.

Pag. 60.		*Patav.*
verſ. 40	aeno	æno.
Pag. 61.		
verſ. 8	equo	ex quo.
15	Scyntilla	Scintill.
16	immo	imo.
23	propicium	propitium.
	ſi	ſit.
24	depondiarius ſextercium	dipondiarius ſeſtertium.
25	agato unguentarius	Agato vnguentaria.
28	leuis assiam	lenis. aſciam.
34	non noſtrum	noſtrum non.
	dei	Dij.
36	effrangeret	effrangeretur.
37	frunis canis	fruniſcaris.
38, 39	formam, ſed	formam eius, ſed.
Pag. 62.		
verſ. 9	ſterteia	ſtertera.
15	domini	domino.
17	meae domine	meæ dominæ.
25	neptuno	Neptunus.
26	ſextercium	ſeſtertium (*& paſſim*).
42	greculio	Græculus.
	conſiliator	conciliator.
Pag. 63.		
verſ. 2	inteſtinas meas	inteſtina mea.
7	quod	cur.
9	hoc	Hæc.
12	cuſuc	caſa.
13, 14	marmoratis duos	marmoratas duas.
16	hoſpicium	hoſpitium.
25	confecta	confectæ.
28	ampollam	ampullam.
29	unxit & ſpero	vnxit: Spero.
33	cornicipes	cornicines.
35	thorum	torum.
36	cornices	cornicines.
40	efregerunt	effregerunt.
41	ſecuribuſque	& ſecuribus.
42	oportuniſſimam	opport.

Marginales & interlineares lectiones nullæ, titulusque in frontiſpicio PETRONII ARBITRI FRAGMENTVM *extra ſeriem Autographi.*

APOLOGIA
STATILII.

CVm multa mihi in vita, P. C. inter varios, ut res humanæ se habent, adversæ fortunæ casus prosperè & feliciter evenere; tum haud scio an quidquam lætius, optatius & unde liquidiore meus animus voluptate perfunderetur aut acciderit unquam aut accidere possit, quàm quòd hodie in augustissimum conspectum vestrum prodire, atque in tam nobili frequentia de mea mediocritate, reique vestræ publicæ non mediocri de negotio verba facere coactus sum: quod certè si mea sponte fecissem, non sine gravi temeritatis & arrogantiæ nota facere potuissem. Nam cùm præteritis hisce annis novum Satyrarum T. Petronii Arbitri fragmentum de Cœna Trimalchionis, operâ typographi Patavini in publicum prodiisset, delatumque esset Parisios; Io. Christophorus Vagenseilius insignis levitatis & confidentiæ adolescens, recens illuc advectus, quòd plausu Doctorum Virorum, quos sibi colendos homo peregrinus desumpserat, plùs nimiò delectaretur, talemque se re ipsa esse crederet qualis ab amicorum urbanitate & blanditiis audiebat: cepit consilium plenum vanitatis, atque ætati suæ quàm collectæ recens prosperæ opinioni convenientius, insectandi hujus operis & pro falso & adulterino insimulandi. Cùm autem præcipuam in hac editione mei mentionem fieri animadverteret, & scriptum ipsum à mea potissimùm Bibliotheca prolatum audiret, me unum, antè quàm sciret albus an ater homo essem, die ad vos dicta nominatim in judicium vocavit; imò quasi vestris jam sententiis condemnatum, & Legis Corneliæ, quæ de Falsis est, constrictum & irretitum pœnis, non tam ad causam dicendam quàm ad crimen jam deprehensum ultro confitendum, justamque ea de causa animadversionem à vestra lenitate & misericordia deprecandam hortatus est. Satis autem prolixam ad hoc suum dictum probandum disputationem contexuit, quam his potissimùm verbis concluſit:

„ *Si possem in aurem Statilei insusurrarem, videri mihi totum Arbitri fragmentum ex sese finxisse tanquam araneum, & bene factum, si grave crimen, quo se commaculavit, apud* REIP. LITERARIÆ PATRES CONSCRIPTOS *deprecaretur.*

Adscivit sibi tam præclaræ actionis socium Adrianum Valesium, virum alioquin doctum & gravem, & quem hoc suo

tam fœdo luto inficeret prorsus indignum, qui altera disputatione hoc idem argumentum, sed aliquantò modestiùs & verecundiùs executus est. His ego geminis contra me actionibus sine mora censui respondendum, eóque misi statim ad summum virum M. Mocenicum accuratam hac de re Dissertationem, quam etiam typis editam esse audio: atque in ea, quantum ingenio & industriâ conniti potui, cum utriusque disputationis argumentis pugnavi. Solam autem exequi tunc visum est partem controversiæ quæ juris quodammodo esse videbatur, iis duntaxat argumentis & rationibus adhibitis, quæ ad asserendam ejus germanitatem ex ipsius verbis ac sententiis duci poterant: cùm fretus abundantiâ, ut ita dicam, mearum virium, experiri constituissem, ecquid ea sola ad causam obtinendam satis essent, omissis adjumentis quæ codex ipse autographus in medium prolatus afferre posset. Nunc verò repudiato, ut audietis, hoc consilio, & accedente ex codicis inspectione magna copia alterius partis controversiæ exercendæ, quæ magis facti est, rursus ad hanc causam integram, non jam privatim & cum amicis, sed in judicio disceptandam me confero, vosque oro, & obtestor P. C. ut, si quæ dicturus hodie sum probavero, non solùm de mea ipsius sed etiam de hujus scripti innocentia, & meorum accusatorum vanitate sine dubitatione pronuncietis. Interim dum mei facti in hoc toto negotio versati rationem vobis expono, ut jam facere incepistis, quæso diligenter attendite.

LOngè mihi alia mens est, P. C. cùm de proferendis in publicum ingenii mei monumentis delibero quàm accusatori meo fuit, cùm criminibus priùs apud vos pronunciatis quàm apud se cogitatis in famam nomenque meum grassatus est. adeò enim tantâ in re nihil inexploratò nihilque temere mihi suscipiendum existimo, ut gratiam celeritatis, quam illum secutum video, rem pueris modò, ad indolem ingenii probandam in Ludo certantibus, utcunque laudabilem, cæterùm ubi quid seriò scribendum est, inanem & futilem, atque ad abolendam ab ineptorum Scriptorum fama stultitiæ notam, infirmam esse statuam. Quanquam enim de fragmento Petroniano & mea sponte optimè sentiebam, & viros doctissimos hujus mei judicii auctores & suffragatores habebam; ejus tamen vulgandi consilium & meis animadversionibus illustrandi, non modò ultra præscriptos à prudentissimo Poëtarum novem annos apud me presi, sed tantùm non prorsus abjeci. veritus quippe sum, id quod evênit, ne quis litterator insulsus, & hujus similis existeret, qui mei facti repre-

reprehensione ad captandam eruditionis gloriam abuteretur. Multò namque satius duco ignotum me esse quàm per opprobria & maledicta, etiam falsò iactata, inseri famæ & eruditorum sermonibus celebrari; quippe qui satis intelligam etiam vitæ per silentium actæ, & procul à magnarum curarum turbis habitæ, suam inesse dignitatem, nec illum malè vixisse judicari qui natus juxtà moriensque fefellit. Hujus autem mei propositi, & quàm in eo constantem obfirmatumque me præbuerim, testes sunt optimi & gravissimi viri qui codicem, quo fragmentum hujusmodi continebatur, vetustum illum quidem, & Catulli Tibullique ac Propertii exemplaribus nobilem, auferre à me & in vulgus dare quotidiano multorum annorum convitio frustra conati sunt: testis vir sapientissimus Venetus ad Pontif. Max. Legatus, cujus auctoritas apud me omnium gravissima, non tamen ultrà valuit quàm ut hujus scripturæ capita hactenus majore ex parte inedita describi curaret, & me invito & reclamante typis excudi permitteret: testis omnis antiquitatis consultissimus Octavius Ferrarius, meritò ab adversario meo laudatus, in cujus amantissimo sinu expostulationes hac de re meas, cùm liber à Strambotto Typographo edebatur, multâ cum molestiæ significatione deponebam. Causæ autem erant hujus molestiæ non solùm vetus meum de hac editione omittenda consilium, sed plurima eaque fœdissima ipsius editionis vitia: quibus mederi, ne auctor facti à me improbati ulla ex parte viderer, omnino non sustinebam. Siquidem in ipsa præfatione nonnulla cum de fragmento, tum de me ipso aliter ac res habet affirmantur; neque enim Horatii ulla carmina in codice hoc leguntur, sed poëtarum quos dixi; nec mihi in mentem unquam venit testem citare in hac causa Ioannem Rhodium: propterea quòd neque Rhodius unquam codicem hunc oculis usurpavit, & hominis mortui testimonium quantò locupletius tantò suspectius futurum erat. Nam quid ego de ipso fragmenti contextu dicam, imperitè atque oscitanter exscripto, & à fide sui exemplaris multis in partibus abhorrente. offensus scilicet ejus editionis Curator, quicunque ille fuit, multitudine mendorum ac fœditate, & vocabulorum quæ in illo passim occurrunt insolentiâ, correctionem adornavit, ut sibi videbatur, intimæ cujusdam eruditionis, re verò ineptam & absurdam; nihil enim tam operæ pretium fuerat quàm ut scriptio illa subjiceretur oculis eruditorum sicut erat inculta & rudis, quò decoris ingeniis materiam exercendæ industriæ in locis corruptis restituendis integram præberet, ac ipsâ sui deformitate crimen à se removeret suppositionis, &

impostura, cujus cogitatio, ut mox audietis, à sui sæculi genio & studiorum ejus temporis ratione magnopere abhorrebat. Quod certè si fecisset, nec potiùs primas fragmenti paginas ex libris pridem editis, cætera verò ex ingenio emendasset, hoc saltem habuisset minus loci adversarii iniquitas ad me criminandum, quasi quæ de meo finxissem de industria corrupta, quæ verò ex aliis descripsissem emendata, ut acceperam, protulissem: eoque duplicem hujus scripti auctorem deprehendendum præbuissem. quæ alioquin ratio quàm sit à proposito impostoris aliena, quàm rursus ad sinceri editoris rationes accommodata nemo non videt; cùm illi vel universâ scriptione eodem luto fœdatâ, vel undequaque ejusdem limæ beneficio castigatâ opus esset, hujus verò industriæ qualemcunque conatum ipsa operis varietas commendaret: Quid multa? non solùm ego hujus editionis auctor non sum, sed nec alius quisquam cui ego saltem de nomine notus essem, cùm in illa pro Statilio, vetere scilicet meæ familiæ vocabulo, Statileus appeller.

Habetis, P. C. rem gestam quantum ad me attinet in causa fragmenti Petroniani, cujus conficti & suppositi reus apud vos factus sum. Sed maculam tam deformem satis superque, opinor, à vita & factis meis detergunt quæ à me, ut dixi, privatim ad optimum Mocenicum hac de re scripta sunt. Multò verò prolixius hoc ipsum præstitit, & omnem penitus adversariorum calumniam nudavit & refutavit res ipsa, post codicem hunc Romam transmissum, & doctorum hominum oculis subjectum, ejusque scripturæ non ambiguam antiquitatem ad ccc. annos omnium judicio porrectam; spatio, ut videtis, integri sæculi, quàm quod Patavinus typographus profiteri ausus est, ampliorem. Expugnari namque tandem aliquando passus sum constantiam meam, non tam auctoritate summi viri Antonii Priuli Dalmatiæ Præfecti, cui librum in Vrbem mittendum tradidi, quàm adversarii convitiis & maledictis; quorum vanitatem revinci ac patefieri non meâ solùm sed rei litterariæ universæ intererat, ne monumentum elegantissimi Scriptoris, cui tot sæculorum, ut ita dicam, ingluvies in veteres libros fœdè bacchata peperciisset, levissimi hominis livore ac malevolentia oppressum atque enecatum interiret. Quid enim jam est quod hoc prolato codice ad tuam, Vagenseili, tuendam sententiam afferre audes? An verum illum, an vetustum negabis? sed habes adversarios huic tantæ pertinaciæ viros doctissimos, & in omnis antiquitatis cognitione apprimè versatos, quorum magna est in Vrbe copia, nec modò Italos, verùm etiam

etiam omnium transalpinarum transmarinarumque gentium, ac præcipuè curiosæ hujusmodi elegantiarum Gallicæ Nationis, qui codicem in loco celebri ad hoc ipsum propositum inspexere, qui singulas ejus paginas, singulas lineas per otium contemplati sunt, qui in ejus apices, qui in chartas, qui in literas diligentissimè inquisivere, & quo sæculo editus, qua manu exaratus sit integris à studio partium animis arbitrati sunt: quorum ego testimonium præsens &, ut sic dixerim, oculatum non vereor ne quisquam sanus non anteponat tuis inanissimis suspicionibus & conjecturis.

Jam verò constituta hac tanta codicis antiquitate, quæ jam reliqua potest esse in hoc negotio fraudis & impostura suspicio? Quem, oro, tanti criminis reum facis, cui diem dicis, cujus nomen defers? Illius, opinor, qui librum descripsit aut describendum curavit. At hic ne facti quidem ipsius utcunque admissi, cui fraudem inesse contendis, auctor est. Siquidem novissimam hanc fragmenti partem, quantum in illo est, abjudicat à Petronio, tantum abest ut falsò illi tribuat. Inspice, si placet, ejus exemplum, non quale à Patavinæ editionis Curatore prolatum est corruptum & mutilum, sed quale nunc demum prodit sincerum & integrum. Occurret in fronte titulus operis parti fragmentorum jam vulgatæ præfixus conceptus his verbis, & rubris litteris exaratus,

Petronii Arbitri Satyri fragmenta ex libro XV. *&* XVI.

Occurrent summæ paginæ hanc partem continentes hoc eodem titulo & colore notatæ, quas ubi omnes evolveris & congruentes cum omnibus manuscriptis & impressis exemplaribus inveneris, offendes ad calcem sollemnem illam veterum manuscriptorum codicum clausulam,

Petronii Arbitri Satyri fragmenta expliciunt ex libro XV. *&* XVI.

Hactenus, ut vides, ille, nec ultrà quicquam Petronio tribuit: quæ si germana & legitima non sunt, planum licet illum, & impostorem, & si quæ fœdiora in buccam veniunt, vocabulis appella. Sequitur exemplum hujus novi fragmenti, cujus scripturam nullo titulo insignitam reperies. nihil in fronte, nihil ad calcem, nihil in summis aut infimis chartis adnotatum est ex quo possit elici mens scriptoris, quid de illius sentiat auctore; quæ quidem res inscitiam fortasse hominis atque stuporem, non fraudem ullam coarguit: ut qui ex materia, ex genere dictionis, ex personis quæ loquentes inducuntur, conjecturam facere de auctore nequiverit. Ego verò idipsum candori

dori ejus acceptum fero & ingenuæ cuidam animi simplicitati, quòd fortè fidei suæ minimè esse putaverit ut de suo quidquam adscriberet cùm aliena describebat, quia fortè vetustiore aliquo exemplo pariter acephalo & anonymo usus est. Quod sine dubio immunem illum à tuo crimine facit, & planè extra calumniæ tuæ jactum constituit; quandoquidem infectum prorsus esse vides quod illum fecisse insimulas: ut, si quempiam lege Cornelia De Sicariis interrogares, quis te ferret in accusatione perseverantem ubi non modò nullam cædem factam doceres, sed ipse quem interfectum esse contenderes extemplo vivus ac valens in Iudicum conspectum se daret. Nec verò hoc à me ejus studio & gratiæ causâ dictum puta: quid enim ille in se habet quod quemquam ad sui amorem alliciat? qui vel ex hoc ipso infelici suo labore se prodit hominem planè rudem, omnisque expertem elegantiæ, & prorsus barbarum & rusticanum; certè nullo modo ad eruditas hujusmodi fraudes concipiendas idoneum, adeò deformibus mendis, tam ineptâ Orthographiæ ratione hoc suum opus inquinavit: ut, cui pro Agamemnone *Agamenon* est, *cornicites* pro cornicinibus, *causa palectice* pro gausapa lecticæ, *ampliteatrum* pro amphitheatro, *volutates* pro voluptatibus: cujus denique errata penè plura quàm verba sunt, neque solùm in hoc novo fragmento, sed per omnem vulgati pridem Petronii scripturam, cujus ipso initio turpissimè labitur, dum ait: *Cum alio genere furiarum declamatores inquietantur*, &c. quorum verborum sententia frigida, elumbis & propemodum nulla est. Mitto enim peccatum in titulo, dum pro Satyrico Petronii Arbitri, *Petronium Arbitrum Satyrum* nobis obtrudit; id namque vetustioris illius exempli scriptoris peccatum esse potuit, imò sæculi potius: nam & Dantes ille Aligherius, illo ævo doctissimus judicatus, hac eadem ratione Horatium Flaccum Satyrarum Scriptorem, *Horatium Satyrum* vocat: & apud sequioris ævi Græcos D. Gregorius Rom. Pont. suorum Dialogorum opere, quo maximè apud illos notus est, *Gregorii Dialogi* vocabulum est affectatus.

At enim hoc ipsum de industria fecit, quò fidem adstrueret mendacio quod adornabat. Quia credo alia exempla Petronii, quæ doctorum tunc manibus terebantur integra erant, & castigata & Criticorum limâ perfecta, à quorum adeò nitore diversum hoc nostrum affectata hac sui deformitate persuadere potuerit ut sincerum & legitimum judicaretur. Ecquid intelligis, censor insulse, quo in sæculo, quibus in moribus, inter quæ hominum studia tua versatur oratio? In hæc nostra demum, &

patrum

patrum avorumque nostrorum tempora astutum hujusmodi consilium cadere fortasse poterat, post reversam scilicet litterarum lucem adeoque minùs frequentem in hoc genere peccandi morem, & postquam beneficio præclari Typographiæ inventi restituta passim per viros eruditos sua veteribus libris integritas statim latissimè patuit, eaque re constitutæ ac stabilitæ videri poterant veræ ac germanæ librorum lectiones; ut meritò corruptissimæ quæque scripturæ antiquitatem sapere existimentur, integræ autem & castigatæ novitatis suspectæ sint. Contrà verò ætate descripti hujus codicis, cùm adhuc ingeniis hominum situs ille à diuturna Musarum negligentia contractus hæreret, vetera juxta ac nova litterarum monumenta eodem, ut ita dicam, cibo pasta cernimus, eodem affecta morbo, eodem luto fœdata, rusticitatis atque inelegantiæ in verbis, in sententiis, in omni denique dicendi & scribendi ratione.

Mirè ingenia illius sæculi ab omni genere litterarum, præter Theologiam & Iurisprudentiam ac Medicinam, abhorrebant; cùm cætera omnia doctrinæ studia, atque in his ipsis omnem cultum, omnemque orationis ornatum, morbos animi morumque corruptelam passim appellarent; secumque præclarè agi arbitrarentur humanioris doctrinæ viri, si pro magis & maleficis ab hominum cœtu non arcerentur: id quod memoriæ Silvestri Secundi Rom. Pont. propemodum usu venit, cùm propterea quòd Astronomiæ & numerorum scientiæ intelligens est habitus, quamquam erat egregiè pius ac sanctus, siniistris ab imperita posteritate necromantiæ, & impiorum sacrorum rumoribus laboravit.

Sed quid ego de incommodis rei litterariæ illorum temporum tam multa disputo? Quasi verò sit opus argumentis & conjecturis in re omnium liquidissima, quamque non solùm mente & cogitatione comprehendimus, sed ipsis oculis subjectam & expositam habemus. Adspicite quæso, P. C. & contemplamini tabulas, ac statuas illius ætatis artificum in veterum templorum parietibus adhuc hærentes; quicquamne vobis in eo genere rudius aut impolitius potest occurrere? Ego verò si vel Giottum illum tanto in honore (& quidem meritò) à suis æqualibus habitum casus aliquis in officinam artificum nostrorum quamlibet mediocrium deferat, ac ille de pictura differere ac judicare instituat, propè est ut existimem auditurum quod olim ab Apelle Alexander audivit, Faceret illinc properè, nec pueris colores miscentibus risui esse perseveraret. Hoc eodem squalore eademque rubigine cæteras vos humaniores doctrinas infectas ac deformatas, eâdem operâ intueri

putate, propter arctissimum societatis vinculum quo inter se (si Platoni credimus) connexæ colligatæque sunt, ut nunquam singulæ floruisse visæ sint quin floruerint universæ. Vnum, non inficior, ætas illa tulit Franciscum Petrarcham, Scriptorem sua lauro dignissimum; qui & ipse, quòd Virgilii lectione delectabatur, magus est habitus, non vulgi ille quidem, sed summi tunc hominum Innocentii Rom. Pont. judicio. Hic tamen, ut rerum copiâ valuit & robore quodam ac pondere sententiarum, ita ornamentis quæ à dictionis elegantia scriptis accedunt, & puro illo qui postea in pretio fuit Romani sermonis candore nec omnino caruit nec multùm aut passim abundavit, non solùm in soluta numeris oratione, sed etiam in versibus; certè illum negligentiorem hujusmodi loquendi mundi tiarum, & hebetioris ad earum gustum palati fuisse scripta ejus, alioquin laudatissima, declarant. atque hanc eandem conjecturam de omnibus ejus æqualibus licet facere, ac de genio illius sæculi in universum.

Verùm, si non defuit illis temporibus qui tam eleganter Latinè scribere posset, eoque scribendi genere tam effusè delectaretur, quid ita non scripsit accepto alio argumento, in cujus tractatione profiteri suum nomen potuisset, & laboris fructum ferre sincerum, & liquidum nominis & gloriæ non contemnendæ? Qui enim scribere potuit quo stilo pleraque hujus fragmenti scripta sunt, ubi sese ad scribendum quacunque de re contulisset, facilè & Petrarcham & alios etiam melioris ævi Scriptores hac dicendi laude superasset: Qui ergo factum est ut hoc uno abortu veriùs quàm fœtu, clarissimi ingenii sui fœcunditatem terminandam judicaverit, aut si quid scripsit hoc unum ad nos pervenerit, cùm præsertim haberet liberum decurrendi per omne genus argumenti spatium, nemine illa ætate ad occupandam claresc endi per hujusmodi scripta materiam admodum sollicito? Sed nemo mihi credite fuit; neque enim esset quòd tantopere admiraremur, totque in cœlum extolleremus laudibus secutos longo pòst intervallo doctissimos homines, qui excisam in suis sedibus Barbarorum crudelitate Græciam unà cum suis artibus in nos invexerunt, apertisque totâ Italiâ bonarum artium veluti fontibus Petroniano illo litterarum flumine Occidentem universum inundavere. Quid enim attinet illos auctores laudare reversæ in orbem terrarum humanioris doctrinæ, quæ jam plusquam integro sæculo illorum exortum præverterat? Quid Bembus & Sadoletus & alii hujus notæ summi viri aliud præstitisse visi sunt, quàm quòd inter Principes hujus rationis constituendæ fuere? Quid ipse Leo X. Pontifex,

Dulcia

Dulcia qui profugas revocavit ad otia Musas :

si gratiam ejus facti proavorum ætas jam abstulerat omnem. Cujus certè ætatis palato si adeò subtiliter sapiebat Petronius ; si ejus tunc scripta quæ exstabant tam curiosè manibus terebantur ; si quæ non comparebant tam impotenti desiderio conquirebantur , ut viris doctis in mentem venirent extrema ejus fingendi & supponendi consilia : id verò non incipientis & recens adamatæ litterarum elegantiæ argumentum est, sed jam provectæ & ad satietatem usque ac fastidium inter eruditos versatæ. Vt enim ostrea , & boleti , & jubæ mullorum apud rudes voluptatum convivas non magno in pretio sunt, quippe quos hædus, & pullus, & placentæ magis delectant : sic elegantiæ genere qua Petronius valet , hominum ingenia inter primos ad eloquentiam impetus non magnopere capiuntur, sed præclarè secum agi putant si cum Cicerone & Livio & Salustio versari cum fructu liceat. Quod autem de hominibus dico , idem de temporibus dictum accipite , quibus sua indoles, sui mores, sua studia sunt.

In his ergo ac talibus Scriptoribus conquirendis & ab interitu vindicandis , satis erat superque tunc occupata doctorum virorum industria, & maximè hujus, quem dixi, Francisci Petrarchæ , cæterorum omnium qui in hac parte rei litterariæ curanda cum laude versati sunt primi auctoris ac ducis. Qui tamen veterum librorum cladi, illa ætate cùm maximè glisceriti , nequaquam suo illo intentissimo studio tantum opis afferre potuit quin pleraque ex fatali illo naufragio erepta & in sicco jam posita à refluente rursus veluti æstu illius vorticis absorberentur ; quod sibi vir ille summus usu venisse queritur in duobus Ciceronis libris qui De gloria scripti sunt : quodque etiam Quintiliano, ævo Petrarchæ incolumi, ut fama est, accidisset, nisi Poggium illum Florentinum ad cujusdam salsamentarii tabernam fors detulisset , à qua erutus , & centum post annos iterum luci restitutus est. Ergo turbo ille veterum monumentorum devorator , illa temporis procella qua omnem penè antiquitatem absumptam dolemus , nondum adeò remiserat ut viris doctis cum illa luctantibus satis vacaret cogitare de nugis Petronianis ; toto animo totisque ingenii viribus in clariores, quos dixi, Scriptores, quasi in majoris precii merces servandas intentis.

Iam si Petronius illa ætate tanti non fuit , quæ satis digna causa esse poterat ut tam esset diligens in eo supponendo cuiusquam industria ? Neque enim quicquam aliud tuos quos appellas ineptos sycophantas ad hujusmodi fraudes induxit

quàm auctorum quos supponebant nobilitas, & crebræ hominum eruditorum de eorum scriptis deperditis querelæ. Sic Annium Viterbiensem ad suas ineptias Berosi Chaldæi nomine illustrandas, desperata vetustissimi Scriptoris inventio; sic Sigonium ad confingendam Ciceronis De Consolatione disputationem, diu frustra desideratus elegantissimus liber adduxit; sic alia hujusmodi alios plurimos, quorum indicem texere verbosum prorsus & supervacaneum esse judico.

Quid porrò, si inter eruditos illius temporis nondum planè constabat quæ pars hujus auctoris integra, quæ mutila, quæ amissa prorsus esset, quem tandem locum habere potuit absurda hujusmodi de eo supponendo cogitatio? Hanc certè persuasionem non magnopere certam & pervulgatam fuisse, argumento est, primò quòd neque de aliis auctoribus exploratum id erat, multò quàm Petronius clarioribus, qui tunc, cùm maximè à cœnobiorum angulis eruebantur; quosque adeò latère potiùs quam interiisse viri docti existimabant. Deinde quòd fragmentorum Petronii collectiones aliæ aliis cumulatiores ferebantur, necdum ullum extabat Typographiæ artificium, cujus ope quasi statui posset quid extaret ex illo opere, quid interiisset, & minutæ hujus naufragii tabulæ in conspectum omnium dari; cujusmodi sunt illæ interruptæ sententiæ, & clausulæ nulli parti cæteri operis cohærentes,

In hac re qui vincitur vincit.

Non rectè facit qui citò credit.

Nemo cœlum putat, nemo jusjurandum servat.

Nemo lovem pluris facit, sed omnes opertis oculis bona sua computant.

Quod hodie non est cras erit, sic vita truditur.

Apes ideo pungunt, quia ubicunque dulce est ibi acidum invenies.

Quod non expectas ex transverso fit, & super nos fortuna negotia curat.

Nemo nostrum non peccat, homines sumus non Dii.

& tamen arguere me audes, quòd hæc ipsa, ut aptata suis locis apparerent, verba, & sententias intermedias, & universam rei gestæ seriem ex ingenio commentus sim. Quid autem minùs probabile, imò quid magis alienum à ratione, quàm non modò mihi, qui scripturæ ante trecentos annos conflatæ non interfui, sed ulli omnino hominum in mentem venisse tam frigida, tam jejuna, tam absurda? Præsertim si cogites illa, quæ dixi, tempora, quorum ingeniis & moribus hæc atque talia tribuere nihil aliud est quàm

Delphinum silvis appingere, fluctibus aprum.

Vt non omnem frugem, neque omnem arborem in omni agro

agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur, summus ille non sentiendi minùs quàm dicendi magister veriſſimè dixit. In magna quadam litterarum & hominum litteratorum abundantia, & ex assiduo humanioris doctrinæ cultu, &, ut ita dicam, attritu facilè satietas oritur, & ex satietate fastidium; indè eorum quæ in hoc genere rara & paratu difficilia sunt, intemperans appetitio, & rerum quæ non extant desiderium. Hinc deinde pretium exiſtit hujusmodi fraudum, sine quo friget omnis malitia; nemo enim gratuitò malus est, nec tam infelici conditione virtus agit, ut, si par utrinque spes affulgeat, nec dispar ea quæ speres assequendi facultas, non quisquam vir bonus & innocens quàm pravus & improbus esse malit.

Sed ego, P.C. vestrâ in me audiendo humanitate nimis abutor intemperanter, & in re minimè dubia testes profero non necessarios. Quidquid de cæteris Petroniani operis partibus statuetis, hæc sine dubio quæ Cœnam Trimalchionis exequitur, non multò ante conscriptum hunc codicem incolumis fuit. Adite, quæso, Ioannem Sarisberiensem decimitertii proximè sæculi Scriptorem, quem in suo De nugis curialium opere, non minùs sermonibus hujus convivii quàm epulis effusè delectatum invenietis, ex eoque & porcum trojanum & ductilem ex vitro phialam, tamquam apophoreta quæpiam secum abstuliſſe, ut his ad illustranda ingenii sui monumenta uteretur. Atqui structura hujus fragmenti (seu germanum illud sive suppositititium dicere placet) multò quàm hoc ejus exemplum vetustius est. Clamat hoc mendorum deformitas & multitudo: clamant Orthographiæ peccata, aliaque scripturæ vitia, quæ neque à vero auctore profecta sunt, neque impostori, homini (si quidem fraus ulla in hoc negotio versata est) minimè usitati neque indocto conveniunt. Vero autem propius est librariorum imperitiâ, dum alia ex aliis transferendo mendosè scripta mendosiùs exscribunt, tanta clade codicem affectum esse. Quæ quidem si meus accusator admittit, & patitur secum viri Chronologiæ rationem; jam conflatum hoc ab illo crimen incidet in tempus quo committi omnino non potuit. non enim magis impostura aliquâ opus tunc erat ad proferendum hoc Trimalchionianæ Cœnæ fragmentum ac sit hoc tempore ad carmina Virgilii & Livii Historiam & Tullii Orationes, proinde rea quòd hæc omnia vera & germana supersunt; quomodo Petronius hac sui parte, ut videtis, supererat, legebaturque & laudabatur: vel, si jam interierat, nondum adeò certa & explorata ejus amissio esse potuit, nec tam anxia inquisitio,

tio, nec inventio tam desperata ut extremo huic suppositionis consilio locus ullus esset. Certè hoc Petronii Satyrarum caput maximè omnium cum temporis injuria pugnasse, ejusque expugnationem & quasi absumptionem in illo communi veterum litterarum incendio nullo modo certam tunc exploratamque fuisse, argumento sunt, super disertam ejus in scriptis, ut dixi, Sarisberiensis mentionem, minuta hujus Cœnæ veluti frusta, & semesa fercula, per impressos hactenus codices dispersa & vaga: quæ nunc, ut Patavinus Typographus verissimè prædicat, Scripti hujus beneficio suæ integritati restituta, & velut suæ mensæ iterum apposita cernuntur.

Vides jam, inepte critice, quam in irritum ceciderint insani illi tui conatus; Quid enim nunc illi tuæ primæ legioni facies, quam prosperè mecum pugnasse confidentissimè gloriaris? quò te vertes cum cæteris tuis ridiculis copiis, quem locum capies, in quo consistere tutò, Thraso magnifice, possis? cùm omnes conclusas & circumventas videas ab hac una rationum cohorte, ex hujus codicis prolatione conflata; ut vereri jam subeat, ne consultò ac de industria librum occuluisse videar & quasi in insidiis collocasse, ut incautos & sibi nimiùm fidentes, & tui similes ad ineptias effutiendas & risum præbendum elicerem. quomodo rideri videmus

In triviis fixum qui se declinat ad assem.

Quid enim tam ineptum ac tam ridiculum quàm omnis ille tuorum argumentorum apparatus, præsertim cùm recentissimum hunc esse ais inepti homuncionis abortum; propterea quòd verum Petronii textum tam castigatum restitutumque exhibuit ex conjecturis noviissimorum Criticorum? Eos autem nominatim commemoras, quos viros, dii boni! Tornæsios, Dousas, Casaubonos, Scaligeros. Cùm verò adhuc meliores alias castigationes in hoc scripto agnoscas, ad hanc diem inauditas, easque ultro probes & magni facias, tecumque hac in re sentiat doctissimus Schefferus, nullaque dubitatio reliqua de codicis antiquitate jam sit, alterum fatearis necesse est aut in hac machina ordinanda versatam fuisse mentem aliquam inusitatæ cujusdam in Criticæ studio sagacitatis, & tot ac talibus ingeniis præstantiorem; aut verum & genuinum sui Scriptoris fœtum hunc esse, certè à probris & contumeliis, quibus à te passim accipitur, longissimè remotum: ac nisi ex livore & malignitate totus factus es, sine cunctatione fatebere, cùm primùm novam hanc fragmentorum Petronii editionem adspicies, & lectionum varietatem ad corrigenda vetera hujus auctoris exemplaria per

otium

tium considerabis: nimisque præceps tuum judicium *de meo nisu hoc uno fragmento instructo* damnabis.

Quid nunc, P. C. pluribus jam attinet immorari in verbis, formulis, & reliqua scripti hujus dictione, unde suas concturas præclarus antiquitatis magister ad me traducendum educit? Præsertim verò quòd hanc partem meæ defensionis secuti egregiè sunt viri doctissimi populares ejus, qui ingenium industriamque suam tot editis operibus nobilem, in vobis quas ille barbaras & monstrosas & ne humanas quidem appellat, partim corrigendis & restituendis, partim ferendis, & excusso diligenter Latinæ linguæ universo penu æ nòtioni reddendis felicissimè collocavere. Nec omnino hil meritus esse hac de re vitus est subscriptor illius Valesius; ui suam *barbatoriæ* interpretationem, vocabuli ab aliis pro rbaro & absurdo repudiati, sic amplectitur, sic tamquam nicam filiam exosculatur & in sinu habet, ut scriptori ante CCC. ampliùs annos nato furti litterarii litem intendat: uasi quæ ab eo didicisset pro suo venditaret: quem etiam prociisse contendit à clarissimo viro fratre suo, cùm epulas illas rimalchionis *cœnam liberam* nominavit. Sed, ut jam dixi, hanc eæ causæ partem satis idoneis defensoribus curandam relinio, nec vereor, P. C. ne illorum adducti auctoritate sine dultatione apud vos non statuatis, nihil aliud esse causæ quòd onjecturæ talium ingeniorum tam bellè cum hoc fragmento onveniant, quàm ipsam veritatem, quam certè nisi scriptor illis illiteratus & barbarus secum facientem habuisset, nullis vegiis ad tam recondita Latinitatis arcana pervenire potuisset.

Nequeo tamen mihi temperare quin ad ea quæ de loquenquibusdam formulis petulanter & absurdè jactari video ucis respondeam, nec iis contentus sim quæ jam de hoc to genere in meam ad Mocenicum epistolam congessi.

Non placent critico illa verba *unus servus Agamemnonis interplavit trepidantes.* Credo, elegantius futurum fuisse putat, si xisset, quidam servus Agamemnonis nos interpellavit. At icent Tacito, qui se satis Latinè locutum existimat, cùm xit, *eodem anno, ni maturè subventum foret, mancipii unius audacia ordiis armisque civilibus Remp. perculisset.* Placet Ciceroni, qui disputatione De Oratore Crassum *unum patrem familias*, in ilippicis M. Antonium *unum gladiatorem nequissimum* appel, eoque loquendi genere non necessitatis, sed elegantiæ asâ multis aliis in locis libenter utitur. Etiam Catullo pla, cui novus hic

Suffenus unus caprimulgus, ac fossor

vide-

videtur. Denique placet eruditissimo Scheffero, cujus unguis pluris est, quàm ipse totus, politamque hanc dictionem doctam & elegantem vocat.

Requirit censor noster puritatem Romani sermonis cùm audit, *tamquam unum ex nobis*, & orationem quasi magis Christianam quàm Latinam, auctorem verò tamquam compilati sacri Mosaici Scrinii manifestum reprehendit; hæc tamen eadem verba in hanc eandem sententiam securus ejus supercilii usurpat Plinius, nec veretur ne se quisquam inelegantem, & barbarum judicet. Audi, si molestum non est, quàm id ille maximè probat quod tu improbas: *Unum se ille è nobis, & hoc magis excellit quòd unum è nobis putat.* Minùs veretur ne ab illo vapulet Cicero, cùm ait, *Rufio, meDiuefidius, ita desideratur ut si esset unus è nobis.* Quòd si Plinio, si Ciceroni licuit, uti genere orationis in Sacris litteris usitato sine suspicione furti in illo sacrario facti, quidni liceat Petronio? adversus quem adeò injustum ac rigidum te præbes, ut statûs idcirco illi, si Diis placet, controversiam moveas, & ut se ipsum ejuret ac repudiet cogis.

Vide autem, quantum in hoc à te dissentiam. Quæ tibi validissima argumenta videntur abjudicandi à Petronio hujus fragmenti, in iis ego argumentis vel maxima hujus causæ præsidia posita esse censeo. Qua de re antequam dicere incipio, aliam quandam, quæ mihi tecum est, controversiam paucis aperiam; nec sanè erit quòd molestè id feras: quandoquidem hac eadem in re à me ipso dissentio, adductus scilicet vi veritatis, cujus mihi studium omnibus meis studiis & rationibus antiquius est. Nam cùm hactenus vulgatam de Petronii ætate opinionem, quæ illum Neroni æqualem statuit, probare solitus essem; nuper accuratâ eruditi hominis disputatione coactus sum ut multò recentiorem hunc Scriptorem existimem, & paulò ante Constantini Augusti tempora, certè longè infra Severum collocem. Quod quidem eò feci libentiùs quòd eâdem operâ à viro doctissimo Valesio, tuo subscriptore, mecum hac in re sentiente profeciisse videri possum. Primò hoc mihi persuadet altissimum de illo silentium in scriptis vetustiorum auctorum, Quintiliani, Suetonii, Plinii, qui ingenijs sui temporis recensendis & prædicandis diligentissimi fuere. Nisi putas Lege majestatis deterritos ob Neronis Principis vitia in hisce libris notata; præsertim rarâ illâ Trajani temporum felicitate, ubi sentire quæ velis quæque sentias dicere liberum solutumque fuit; nec ulla tritior habita via est exequendi laudes Principum tunc florentium quàm infectando vitia supe-

iperiorum: ut vel hoc ipso nomine acceptos vulgi palato
etronii sales, certè minimè neglectos & famæ incognitos esse
porteret. quomodò minimè ignota fuisse constat *dicta facta-*
ue C. illius Petronii Tacito celebrati; inter quæ *scripta* etiam
iligens Historicus utique commemorasset, si quid memoratu
ignum ab illo scriptum putasset. Nam codicillos qui Neroni
issi ab illo morti proximo sunt (ut idem tradit) obsignati,
erisimile est aut suppressos continuò fuisse à Principe, ut fa-
endis sceleribus prompto, ità audiendi ea quæ fecerat inso-
nte; aut si mox prodiere, materiam potiùs sermonibus gar-
entis in circulis vulgi quàm seriis scribentium lucubrationi-
is præbuisse. Quî autem factum est, ut Petronius hic noster
vo superiore, ut videtis, obscurus & ignotus, viris eruditis
ii aliquantò seriùs floruere notissimus esset, & in præcipuis
cti & emendati sermonis auctoribus laudaretur, interque
os qui familiam in hoc genere ducunt recenseretur Prisci-
, Diomedi, Victorino; ipsi quin etiam D. Hieronymo tanti
, ut ne tum quidem cùm ad fœminam & Virginem scribe-
t quicquam offenderetur argumenti obscœnitate, quin
us nomen, ejusque sententias suo stilo usurpandas putaret,
terque illa severa castitatis præcepta insereret? quod sine
ibio summæ cujusdam Scriptoris auctoritatis, & supra suæ
ateriæ invidiam positæ, indicium est. qui certè splendor in
so sui fonte atque origine tam tenuis, ut nusquam appare-
t, esse omnino non potuit. Nisi fortè Giges ille cum suo
ulosо anulo præstò fuit, qui opus illud suis æqualibus &
oximæ posteritati tantisper occuluit, aut Maroniana illa
æ mox *circumfusa repentè*
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum;
eaque, tamquam ex machina emersit
claraque in luce refulsit
tus Petronius Arbiter, non ille cum exiguis codicillis, Ne-
nianarum noctium indicibus, quos Tacitus commemora-
; sed sexdecim ampliùs voluminibus Satyrico sale refertis
ustus: quæ statim excepta cum plausu, & ad exemplar omnis
gantiæ proposita sunt. Atqui hoc automaton planè fa-
m negat auctor perantiquus Lutatius Placidus, qui Statio
pirio suo posteriorem hunc Petronium facit, quem etiam
io Poëta profecisse affirmat, cùm dixit,
Primus in orbe Deos fecit timor.
n verò spernendum ullo pacto videtur testimonium in hac
n Scriptoris qui propter antiquitatem plurima ætatis Petro-
næ indicia ex ejus operibus, sine dubio tunc integris, de-
prehen-

prehendere potuit. Quid multa? ipse Petronius de hac controversia disertè pronunciat in illa elegantissima de sui temporis vitiis querela, ac de ruina bonarum artium: inter quas picturæ ne minimum quidem vestigium relictum esse dolet. Huic ego sæculo Neronis nullum omnino locum reperio; cùm adusque Commodi Principatum statuas egregio artificio perfectas adhuc exstare in Vrbe audiam; nec verò propter arctissimam duarum artium societatem fieri posse arbitror, ut diverso à statuaria fato usa pictura sit. Sed utcunque potuerit, testimonia certè non dubia florentis tunc etiam pictorum industriæ habemus ex parietibus nuper, ut accepi, repertis in ruderibus thermarum Titi. eorum autem parietum crustas diligenter exceptas ajunt, & in pinacotheca viri primarii collocatas ad specimen hujus artis longè clarissimum, nec minùs ad sæculi quo proditum est dignitatem & laudem: ne quis illud notatæ à Petronio inelegantiæ audeat accusare. His ego non argumentis, aut conjecturis, sed ipsius rei pro se manifestè loquentis fidei haud quaquam gravatè me dedidi, & à mea pristina opinione discessi; nec verò, quò minùs constanter in hac nova permaneam, tuæ me repertæ nuper inter Neronem ac Trimalchionem comparationes commovebunt, quibus nihil quicquam in omni litterarum memoria ineptius legi, nihil ab re magis, nihil cum ratione pugnantius.

Sed ut jam ad propositum redeam: Quo tu ore, qua lingua locutos putas primos illos Sacrarum litterarum Latinos interpretes qui designatis hîc à me temporibus floruere? Non opinor purâ illâ & exquisitâ & doctissimo cuique vix usurpatâ dictione, sed humili, plebeja & quam promiscua multitudo usurpabat. Tale enim orationis genus maximè conveniens futurum erat auctoribus ipsis quorum versionem susceperant, ut qui non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed nudâ & remotâ ab omni eloquentiæ fuco veritate pollerent. Quid igitur miraris, quid tantas excitas tragœdias, si usitatas Sacro eloquio dicendi formulas in his fragmentis offendis? nec venit in mentem, quibus illæ personis, cui hominum generi tribuuntur? nempe cocis, pistoribus, lapidariis, cæteriscque ex infima plebis fece petitis, quorum, uti à moribus longissimè distant altissimi Divinæ Scripturæ sensus; ità à sermone non admodum oratio discrepat. Hi si tibi videntur inquinatè, si abjectè, si barbarè loqui, nîl miri, nîl novi accidit; hoc enim ipsum etiam Petronio videtur, nec risui temperat cùm illos audit; ut *crebris interdum potiunculis* impotentiam splenis *castigare* necesse habeat, ne in cachinnos erumpat *& usque ad lacrymas*

lacrymas rideat, unà cum doctis & elegantibus viris ad hanc cœnam adhibitis; nec enim magis ad res ipsas quæ gerebantur, irrisiones illæ, quàm ad verba pertinent. An alia mente hoc suum opus Satyræ titulo ab eo putas inscriptum, quàm quòd omnigenæ varietatis plenum est? Quid igitur mirum, aut adversum τῷ πρέποντι, si cui vitam hominum notare atque irridere propositum est, sermonis vitia insectetur, eamque materiam suscepto argumento non alienam existimet? Hinc illi affectati Archaismi, hinc importunus Græcarum dictionum usus, & cætera quæ tu meritò barbara & stolida esse putas. sed præcipuè illa quæ tibi videntur nova & hodiernum Italicum sermonem redolentia. Quid autem inde colligis? an idcirco Scriptoris proposito convenire negas? Quid? tu vulgarem hunc Latini sermonis usum, diversis quasi rivis in Italos, Gallosque ac Hispanos, adde etiam Vallachos derivatum, subitò credis tanquam ranas pluvias exstitisse, nec potiùs paulatim & valescentibus per intervalla corruptelis ab usque vetere Latio cœptis? in quo etiam illi unius Vrbis cives & modici agri coloni aliter tamen vulgò, aliter inter honestiores loquebantur. cujus rei licet aliquantò hac ætate posterius, disertum tamen & luculentum testimonium habemus à Marco Varrone veteris Academiæ instituta apud Tullium explicante. Vbi se unáque secum (ut ego interpretor) honestissimum quemque negat similem esse posse Amafarii cujusdam atque Rabirii, nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis *vulgari sermone* disputantium. Quo quidem in dicto non modò rem ipsam vides, sed etiam vocabulum ab aque illa ætate ad hæc tempora perductum usitatæ vulgò & abhorrentis à doctorum consuetudine dictionis, qua mox eò magis populus est inquinatus

Postquam cœpit agros extendere victor, & Vrbem
Latior amplecti murus.

Nec verò dubia res est. alioquin enim quæ tanta laus fuisset ut Corneliæ Gracchorum matris, aut Aureliæ Cæsaris, mulorumque præterea illustrium Matronarum quòd liberos suos nter alias honestas artes ad nitorem Romani sermonis instituissent? quid ve opus foret exquisitis illis educationis præceptis, quæ ne nutrices quidem quarum vitiosus esset sermo ad pueorum consuetudinem admittunt? Multò latiùs deinde patêre cœpit hæc loquendi in uno eodemque populo diversitas post nfusam Vrbi, ut ait Cicero, peregrinitatem & refertam colluie omnium nationum Italiam. Cujus rei exempla litteris conignata proferre magni & molesti laboris res est. quem enim

tunc cùm pulcherrima & elegantissima quæque tam fœdè negligerentur, hujusmodi quisquilias suâ curâ dignaturum fuisse putamus, ut communi litterarum calamitati subtraherentur? Illud satis exploratum videtur ex paucis & obscuris, quæ utcunque supersunt, vestigiis hujus vitii, aliam atque aliam ejus faciem fuisse pro temporum, in quæ incidit, varietate; aliter namque humiles personæ in Plauti scenam inductæ hoc morbo sermonis laborant; aliter alicubi Vitruvius, & si alius eo tempore stilum suum hac fece orationis inquinavit; aliter longo pòst intervallo Scriptor historiæ Romanorum Pontificum quæ nomine Anastasii Bibliothecarii circumfertur. Quibus ego adjicio, ut ad nostra tempora propiùs accedam, Dantis comœdiam; ejus enim dictio adeò popularis est (quemadmodum æquali ejus Francisco Petrarchæ placuit) ut cauponibus & fullonibus & laniistis in deliciis fuerit: quæ tamen hac nostra ætate, nisi viris doctis & eruditis, neque intelligitur nec omnino quicquam sapit. Quod certè summo Poetæ, & elegantissimo Scriptori vitio verti non debet; nam quod antea erat linguæ Latinæ corruptela, jam proprium & justum novi in Italia idiomatis corpus, suis regulis constrictum, suo cultu ornatum, suo nitore conspicuum esse cœpit: neque enim illic Danti Latinè loqui propositum fuit, nec verò si fuisset, non elegantissimè, & pro cætera sua doctrina & eruditione loqui potuisset.

Iam verò suam vulgaris & plebejæ orationis faciem defuisse credibile non est etiam Petronii ætate: cujus ego cùm expressissima vestigia in hoc fragmento cernam, nec alia in chartis occurrant cum quibus illa conferam, & sic rem esse tibi persuadeam; ad ea litterarum monumenta in quæ temporis inclementiæ minus licuit respiciam oportet; ad lapides, inquam, priscis inscriptionibus insignes. Hæc mecum, quæso, recognosce, imò cum Salmasio, simílem hujus nostræ de lingua Helleniistica controversiam agitante: & Grutterum, aliosque monumentorum hujus generis collectores consule, & persuade tibi si potes, quidquam te ad hanc causam boni consilii, quidquam recti judicii, denique sanæ mentis aut rationis attulisse. Certè mihi aliquando peccata illa perpetua in genere nominum, quibus hoc fragmentum scatet, reputanti adeò gravia visa sunt ut librarii illa negligentiæ potiùs, quàm auctoris proposito tribuenda censerem, quamvis invita ratione; donec admonitus à pariete, quem dixi, apud thermas Titi reperto, me collegi: nam duas areas inter cæteras ejus historias spectari ajunt, his appositis inscriptionibus,

FORVS OLITORIVS --- FORVS BOARIVS.

qua re accepta ſtuporem illico damnavi meum, ut jam nec *celus*, nec *fatus*, neque *candelabrus*, nec *vinus*, nec *lorus* diſpliceret, quibus verborum ſordibus fragmentum refertum eſt. Imò verſare ſtatim animo cœpi, an hoc proprium valeſcentis plebeji ſermonis inelegantiæ, & veteris linguæ probitatem ſuperantis vitium eſſe putarem: cùm etiam apud Grutterum depravationes hujuſmodi generum multis in vocibus animadverterem, cúmque *lutus* pro lutum, *vaſe ſua* pro vaſe ſuo, *hic monumentus* pro hoc monumentum ſcriptum viderem. Nec verò ulteriùs quin ita factum eſſet dubitavi, ubi primùm à Bembo didici, nullum generis neutri nec in Italicæ, nec in aliarum vulgarium linguarum nominibus uſum eſſe. Eam igitur corruptelam ſermonis, ut omnes alias, paulatim irrepſiſſe veriſimile eſt. quod ſine dubio fieri non potuit, niſi multis antea adeóque prioribus ſæculis incepiſſet, donec in ſermone qui nunc in uſu eſt omne penitus exoleviſſet neutri generis vocabulum. Vides profectò neque phraſes S. Scripturæ, neque idiotiſmos hodierni Italici ſermonis huic fragmento quicquam eſſe fraudi, quò minùs probum & germanum & antiquum cenſeatur. Adde veras corruptiones vocum, ab imperitia librariorum profectas; adde ſciolorum interpolationes, & ex margine in contextum irreptiones, & cætera ſcripturæ fragmenti peccata: in quæ, ſi quidquam accuſatori meo cordis eſſet, non excandeſceret, nec ſcriptum hoc temere ſuppoſititium pronunciaret, nec tam induſtriam ſuam operi calumniando quàm caſtigando & reſtituendo collocaret.

Actum erat de pulcherrimis antiquitatis monumentis, ſi quæ illi in hoc genere mens eſt, primis illis litterarum aſſertoribus ſuperiore ſæculo fuiſſet: Quid enim Plinio corruptius, quid Fabio Quintiliano, quid libris & fragmentis Livii poſteriùs inventis mendoſius aut deformius fuit, cùm primùm ad manus eruditorum pervenere? quorum tamen vitia doctiſſimi homines nequaquam elato, ut facit hic cenſor, ſupercilio excepere; nec modo corvorum & vulturum ad laceranda ea corpora, quaſi vulneribus confecta, ſed inſtar officioſi Medici, cùm ex parte, quam integram cernebant, vitâ ac ſpiritu prædita intelligerent ad cæteras ſeſe ſanandas ac reſtituendas accinxere.

At enim hujus fragmenti deformitas inſignis eſt, nimiſque frequens per totum ejus contextum barbaries. Quaſi verò terminus in hac re aliquis præſcriptus eſſet, aut modus ſtatui potuerit injuriæ temporis intra quem ſævire in libros deberet.

An verò idcirco præcipites nos esse convenit in ferenda contra veritatem manuscriptorum codicum sententia, propterea quòd paulò quàm cætera duriùs habiti sunt, nec potiùs diligenter in utramque partem negotium examinare, plusne momenti esse videatur in vitiis ad librum repudiandum, quàm in iis quæ integra & genuina sunt ad agnoscendum. Hoc ipsum, P. C. vobis hodie diligenter in hac causa faciendum est. nec timere debetis ne nimis prolixa oratione fatigemini, cùm alteram hujus propositi partem executi jam simus: satis enim liquet ex iis quæ hactenus disputavimus, quanti sit ad sententiam de hujus fragmenti statu ferendam, quod mendis & barbarismis & cæteris sermonis vitiis inquinatum ac deformatum est; cùm partim ea vitia de industria adhibita partim fortuitò illapsa ostendimus.

Age viciſſim, quæ integra hìc videmus, quæ castigata, quæ urbanitatis & elegantiæ plena & ad Petroniani palati saporem perfecta num à barbaro aliquo & inconcinno Scriptore, qualia erant æqualium hujus codicis ingenia, excogitari & fingi potuerint. quorum, si placet, nonnulla insigniora in medium proferam.

Auspicari autem libet ab iis quæ doctissimus Schefferus recensuit de *arenæ sparsione in Theatris*, de *vitali lecto*, de *jejunio* tempore siccitatis, de *lanatis Deorum pedibus*, de *gladiatore tertiario*, de *exhæredatione cum elogio*, de *Venere strabone*; de *puero hederis redimito*, & *modo Bromium*, *interdum Lyæum Euhyumque confesso*; de *Priapo cum frugibus in sinu more vulgato*. His adde *cœnam liberam* & *Barbatoriam* cum Valesiis; præterea *pueros capillatos*, *canes Laconicos*, *ferrum Noricum*, *titulum auctionis*, *cisternam frigidariam*; *sponsicnis provocationem*, *si prasinus proximis circensibus primus palmam*; *Monumentum*, *quod hæredes non sequeretur*, *in fronte pedes centum*, *in agro pedes CC.* porrectum. Adde morem ultimo supplicio in servos animadvertendi; & quòd *genio domini maledicere* capitale fuerit.

Quid illæ notiones vocum ex intimo Latinitatis penu depromptæ? *familia* pro servis, *contubernalis* pro uxore servi; *malignè* pro parum; *pro reliqua sua insolentia*, nec potiùs, ut vulgus scribentium diceret, juxta reliquam suam insolentiam; *duravi interrogare*, pro sustinui, cum Tacito ubi ait Augustum, *in nullius unquam suorum necem duravisse*. *præconis artificium* pro re quæstuosa, cum Martiale:

Artes (enim, ait ille) *discere vult pecuniosas*,
Præconem facito vel architectum.

fortunæ

fortunæ filius pro fortunato, cum Horatio; *imperare* pro exercere cum Virgilio, ubi ille

Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.

in signo Piscium natos obsonatores futuros: qua conjectura notum videtur, huic Scriptori, quod eruditionem non vulgarem sapit, *obsonium* pro *piscibus* quasi per Antonomasiam usurpari. Iam *proscribere*, id est, venum exponere; jam *castigare crebris potiunculis risum*, & non potiùs coercere; & *interpellare* pro impedire; *subornatus* pro instructus; *supremum diem obire* pro mori, ad summum enim barbarus obire simpliciter dixisset; *offendere* pro displicere. quid illa? *secundum litteras*, *secundum statuam*, *ab hoc epigrammate poetarum cœpit esse mentio*, *ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit*, nonne in medio Latio videntur nata? &, *odi pessimè*, non potiùs odi maximè. Quid illæ aliæ formulæ minimè vulgares? *Et facinus indignum!* *aliquis ovillam est*, *& tunicam habet?* ubi notabilis est antiquorum lanæ frequentior quàm lini usus, & ipse vulgò non admodum notus. Item ubi Trimalchio in coquum excandescit, *oblivisceretur*, inquit, *aliquis porcum exenterare*. In quibus ego formulis Maronianam musam elegantissimè hunc ipsum affectum exequentem agnosco, cùm ait

Tunc pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad limina surgere vitæ.

Iam illæ transitiones lepidissimæ: *quid multa? ne multis vos morer.* item ubi convivas oscitantiam coci damnantes inducit quòd porcum non exenteraverit, & dicentes, Non, mehercules, illi ignoscerem si piscem præteriisset, statim subijcit, *At non Trimalchio, qui relaxato ad hilaritatem vultu, Ergo, inquit, quia tam malæ memoriæ es, palàm nobis illum exentera.* Affine huic illud Virgilii,

Hæc Proteus, & se jactu dedit æquor in altum,
Quà imque dedit spumantem undam sub vertice torsit.
At non Cyrene: namque ultro affata timentem.

Audite reliqua hujus narrationis, & nisi lepidissima sunt & verè Petroniana, me licet impostorem & planum, & hoc fragmentum suppositititium & adulterinum judicate: *receptâ coquus tunicâ cultrum arripuit, porcique ventrem timidâ manu secuit; nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt. Plausum post hoc automaton familia dedit, & Gajo felicitat conclamavit.* Quid elegantius, quid expressius, quid magis lepidissimo Scriptori convenientius? Sexcenta sunt hujusmodi, P.C. quæ si velim enumerare singula & laudare pro merito nullum dicendi finem faciam. Vos ea, cùm librum legetis, tacita vobis cogitatione, quæso, subjicite. Quod cùm feceritis,

Fingite, si placet, adductam ad vos aliquam ex illis mulierculis quæ sese à malis geniis obsessas & agitatas mentiri solent; Has certè, cùm de rebus supra captum suum audimus differere, cùm de Philosophia disputare, cùm Latinè, cùm Græcè memoriter & expeditè loqui, omni illas impostura suspicione liberare solemus. Non aliter hunc & sua sponte & sæculi sui fato rudem, indoctum, inelegantem descriptorem, cùm doctè, eruditè, atque eleganter loquentem auditis, à falso confícti & ex ingenio suppositi hujus fragmenti crimine liberũ & prorsus innoxium pronunciare debetis. Nisi fortè imprudenti illi, casu aliquo, verba tam ornata, tamque exquisitas dicendi formulas excidisse putamus. Hoc qui existimat fieri posse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius & viginti formæ litterarum aliquò conjiciantur, posse ex iis in terram excussis Annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quomodo disputabat Balbus ille Tullianus adversus insanam Democriti & Epicuri Philosophiam de mundo ex fortuito atomorum concursu fabricato.

Sed ut maximè casum interveniſſe dicamus in illa parte fragmenti, quæ constat ex colloquiis, ut suprà dixi, hominum imperitorum, ubi dictio elegans rarior est, quid faciemus alteri parti, ubi personæ doctæ & auctoris periculo differentes inducuntur? qua in parte sermonis puritas & elegantia perpetua est, nihilque oratio discrepat à reliqua fragmentorum, quæ olim edita sunt, oratione, nec omnino quicquam habet quod auctor hic lepidissimus velit esse non suum.

Hoc autem, ut eo manifestiùs deprehendatis, signo aliquo ad marginem appositò hanc, quam dixi, fragmenti portionem à reliquis distinguite, &, quod non semel à me factum est, separatim legite, ac judicate. aut ego nullum unquam librum Latinum attigi, aut vos scriptionem totam probam, germanam, antiquam & optimo sæculo natam sine dubitatione pronunciabitis, & mirari desinetis tantam in hoc fragmento stili varietatem, eamque adeò non exscriptoris crimini, sed auctoris consilio tribuetis, non solùm vitia hominum, ut antè dixi, sed etiam sermonis & linguæ irridentis. Vnum excipio, si alicubi vitiosum aliquid offendetis, in quo librarii culpa versata sit, quæ auctori fraudi esse non debet: & est, quod minimè ignoratis, omnium veterum monumentorum cùm primùm ab interitu vindicantur communis hæc calamitas.

Sed jam satis, ac etiam nimis multa dicta sunt de argumentis quæ ducit meus accusator ex hujus scripti verbis ac tota loquendi ratione: ad res veniamus. Offendit censorem nostrum Tri-

Trimalchionis inurbanitas, illiberales joci, ſordes convivarum, indoctique & inſulſi ſermones, & univerſus cœnæ apparatus nequaquam ſatis exactus ad normam illius Petronii Neronianarum elegantiarum Arbitri à Tacito commemorati, quem cum Arbitro noſtro confundit.

Piget hic, P. C. iterum ad partes vocare ineptiſſimum nugatoris de Nerone Trimalchione commentum, ſatis, ut arbitror, à Valeſio ſuo & à me ipſo confutatum; quanquam non ſtomachari non poſſum, eſſe aliquem vel mediocriter in Romanæ hiſtoriæ cognitione verſatum, qui pro Neronis imagine agnoſcat orationem nullo veſtigio crudelitatis impreſſam: quo vitiò (cui, quemadmodum Tacitus ait, *cæteræ ejus libidines cedebant*) tamquam præcipuâ quâdam notâ inſignis eſt vita illius Principis, cætera minimè inepti, nec indocti, nec rudis: undè etiam ſatis ampla peti poterat non objurgandi ſolùm ſed etiam deridendi & amariſſimo ſale perfricandi materies, certè ſine his notis & quaſi proprio, ut ita dicam, charactere non magis ad verum pingi potuit Nero, quàm ſine barba Iuppiter, ſine crinibus Apollo, ſine haſta Pallas, ſine tridente Neptunus.

Alia omnia in animo habuit Petronius noſter cùm hunc Trimalchionem in ſcenam induxit, quàm Principem ullum Romanum, aut omnino quemquam notæ paulò honeſtioris mortalem. ecquid intelligitis, rem illi tunc fuiſſe cum genere hominum humili, abjecto, impuro, quibus nulla à natalibus, nulla ab educatione, nulla à ſtudiis honeſtis commendatio: cùm tamen divites ſe factos vident, & litteras admirari ſerò incipiunt, inter ſuas opes inopes, inter ſtudia doctrinarum indoctiſſimos ſe produnt. Quod plerumque uſu venit iis qui repentè diteſcunt accepto non ab Iove & Superis, ſed à Dite atque ab Inferis beneficio: præſertim ſi malæ artes accedant, qualis fuit ille domini ſui hæres, à Luciano memoratus, καταπύγων οἰκέτης ἐκ παιδικῶν τίμιος ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ὑπηρέτης ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβών· quibus fortunæ gradibus ſeſe ad ſuam felicitatem proceſſiſſe Trimalchio non gravatè fatetur. Nec improbabile omnino eſt, ejus perſonam Petronium ab hoc ipſo Luciani loco petiſſe: quod certè nemo Scriptor qui trecentos abhinc annos vixerit facere potuit, cùm eo ſæculo neq; Luciani nec omnino Græci cujusquam auctoris ulla eſſet inter Latinos cognitio, ita ut homines doctos, quoties conſulto Ariſtotele aut Platone cæterisque inſignioribus Græciæ luminibus opus eſſet, ad interpretes Arabas, &

horum versiones sæculo superiore à Latinis factas se conferre oporteret. id quod D. Thomam fecisse memorant ad illustrandas suas illas admirabiles de Philosophia Morali, & rerum natura disputationes.

Sed, ut unde digressi sumus redeamus, hæc universa stultorum hominum natio uno verbo à Græcis νεόπλουτοι appellantur, vocabulo non fortunæ modò novitati impositio, sed etiam ingenio & vitiis, quæ plerúmque hanc mutationem sequi solent: indeque usu receptum est, ut cùm quid ineptum, importunum, sui impotens dicere volumus νεόπλουτον dicamus. Ita in cœna, quam Plutarchus paulò hac nostra apparatiorem septem priscis Sapientibus instruxit, sermones convivarum in persequendis vini saporibus & unguentorũ odoribus justo plùs occupati, φορτικόν τι καὶ νεόπλουτον judicatur: ita nimis exquisitam in vitæ cultu magnificentiam Dio ille Syracusanus, acceptâ à magistro suo Platone doctrinâ, νεόπλουτον τρυφὴν appellavit: Ita Cicero, cùm de Campanis sui temporis verba ad Quirites faceret, *Imò*, inquit, *hoc etiam magis quàm illi veteres germanique Campani, quòd in vetere fortuna illos natos nimia tamen rerum copia depravabant; hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti, non solùm copiâ, sed etiam insolentiâ commovebuntur.*

Hujus autem fecis tanta copia in vita est ut Aristoteles, cùm sua illa divina de tractandis affectibus & permovendis animis præcepta formaret, genusque humanum in quasdam veluti classes partiri instituisset & suos cuique mores, sua studia assignaret, unam inter cæteras repentinorum hujusmodi divitum posuerit, Διαφέρει δὲ (ait ille) τοῖς νεωστὶ πεπλουτικόσι, καὶ τοῖς πάλαι τὸ ἦθος τῷ ἄπαντα μᾶλλον, καὶ φαυλότερα κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους· ὥσπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλοῦτός ἐστι τὸ νεόπλουτον εἶναι· quasi divitem esse, ratio quædam atque doctrina, non merum fortunæ beneficium sit, quam Tacitus *luxum eruditum*, quam Flaccus *artem fruendi* nominavit.

Hanc tantam tam uberem jocandi ridendique materiem, quid, oro, mirum est à Satyrico lepidissimo delectam esse, & tam obviam tamque latè patentem in hoc vitio hominum intemperantiam ad notandum susceptam: quomodo Rhetorum vanitatem, & Grammaticorum ineptias, & juvenum amores, & fœminarum impudicitiam notavit.

Iam, si placet, videamus recténe, an secus hoc suum describendi ac traducendi neoplutos propositum hic Petronius exequatur, & an ipse Trimalchio impositam sibi ad hoc præstandum divitis inepti personam satis cum dignitate sustineat.

Illum

Illum autem ex ea parte qua jam pridem notus est & minimè controversus æstimemus; ex veteribus, inquam, & pridem editis fragmentis, ut ejus mox priora lineamenta, vultumque, atque incessum cum his novis & recens cognitis conferamus.

Iam primùm omnium lusus ille pilæ cum pueris capillatis quàm ineptus in sene deliro sit, quàm indecorus videtis: quàm deinde sordidæ atque intempestivæ deliciæ, matellam argenteam paratam habentis, & exonerantis in propatulo vesicam, mox lavantis & ad manus abstergendas pueri capillos pro mappa adhibentis. Quantum verò arrogantiæ in novo more primum in convivio locum occupandi, inque sollemni illo ad epulas, quasi ad sacrificium, accessu: in illo ambitioso cursorum phaleratorum comitatu, & chiramaxio, quo veheretur vetulus, lippus & deformissimo domino deformior catamitus: in procaci servorum ad symphoniam ministrantium choro. Iam repositorium illud operosum quo convivas suos cœlo inferre & Iovis epulis admovere sibi visus est: jam fercula suis quæque cœli Signis attributa nulla cum elegantia, eaque vilia & ad quæ ipsi convivæ ttistes & nauseantes accedunt. Quid ille scillor, qui unius vocabuli compendio & nomen audiret & imperium acciperet, quàm proximus & planè germanus est illi in hoc novo fragmento commemorato vasorum Corinthiorum artifici? quorum utriusque nominibus ad frigidissimos suos jocos effutiendos nugator abutitur. Quid ficedulæ, quas omnino præstabat nudas, aut pipere, ut Martiali placet, adsperfas mensæ apponere quàm accersitâ putrium ovorum imagine conspurcare? Quod idem deinde facit botulis ac tomaculis, quæ præclarus hic cœnarum magister nequaquam satis conciliari potuisse convivarum palato existimavit, nisi fœdâ stercoris porcini opinione condivisset? Adde jactantiam opulentiæ, & armillarum, annulorumque vanissimam ostentationem, qualem prorsus legimus apud Lucianum in simili convivatore, qui diu sordidus, repentè divitem se & ex Simone Simoniden factum somniavit. adde sermones incondítos & plebejos, & insulsa atque invito Apolline profusa carmina: adde longam illam de moribus Fortunatæ, & de sodalibus Trimalchionis, unius convivarum narrationem, cujus dictio non minùs rudis & inelegans est in paucis illis clausulis quæ in calce veteris hujus Cœnæ fragmenti leguntur, quàm in reliquo ejus progressu quem hujus nostri codicis beneficio debemus.

Hæc omnia ex veteris cœnæ fragmento prolata, aliaque permulta quæ adhuc proferri possunt, ruris & inficetiarum

pleniſſima, ſi cum iis quæ in hoc novo legimus diligenter attentéque conferantur, non puto tam aquam aquæ, non ovum tam ovo ſimile viſum iri. Quod quidem, ſi tu Vagenſeili, ut faceres ab iſta animi tui levitate impetrare potuiſſes, ſi ſeriò potiùs & conſideratè quàm perafatus & longinquo intentus itineri oſcitanter & perfunctoriè ad judicandum te contuliſſes, quamlibet obtuſus tardusque ſis, aliter omnino ac feciſti de re, quam vides minimè dubiam, pronunciaſſes: non temere objeciſſes novitatis crimen nunquam tibi viſo codici, quod unica ejus inſpectione dilui & in ventos abire poſſe ſuſpicari debueras: non accuſaſſes nullis adductus inimicitiis, nullâ violatus injuriâ hominem prorſus ignotum: nec idcirco, dum fragili dentem illidere credis, tam ſolidum quàm nunc experiris, offendiſſes. Sed omittamus, P. C. adoleſcentem inconſideratum & improvidum, jam, ut arbitror, adeò hac tanta veritatis luce adverſus ſe oppoſitæ obſtupefactum, ut mutire aut hiſcere contrà ampliùs omnino non audeat. Vnum tamen adjiciam, quod ſalva fide prætermittere non poſſum, adverſari nonnihil vetuſtati hujus codicis adſcripta illi Catulli carmina, quem aliquantò ſeriùs inventum ajunt. Verùm, ſi Joſepho Scaligero hujus Poëtæ commentatori credimus, non integri 50. anni à ſumma quam ejus ætati aſſignavimus detrahentur, quo certè diſpendio nihil deperit virium argumentis inductis pro veritate fragmenti; quandoquidem vis eorum omnis poſita eſt in ſæculi quo ſcriptum hoc prodiit ruſticitate, quæ ſine dubio hoc addito ſpatio in immenſum crevit, Petrarchâ ſcilicet, quaſi duce bonarum artium extincto: quo tempore (ut idem Scaliger ait) litteras ſcire barbaries erat.

Venio nunc ad alterum accuſatorem, Hadrianum, inquam, Valeſium, cum quo, quia nullas mihi nominatim inimicitias denunciat, ſed litterarium duntaxat certamen nullo certo ſibi deſumpto adverſario ingreſſus eſt, leniùs & civiliùs agendum puto. ſimul rationem habebo hominis dignitatis, propter laudatos ejus in augenda re litteraria conatus, & quòd Henrico Valeſio ejus fratri noviſſimâ Euſebianæ Hiſtoriæ editione, multiſque aliis ingenii monumentis clariſſimo plurimum tribuo. Itaque amicè adverſus illum, non accuſatoriè, nec jurgiis, aut maledictis, ſed querelis & expoſtulationibus certabo: nec tam de cauſa, quam ſuperioribus argumentis optimè conſtitutam & in tuto jam poſitam arbitror, quàm de me ipſo privatim, & de nonnullis meis civibus, ac ipſa de Patria pauca dicam.

Et primò quidem, quòd me ignotum appellat, facilè ignoſco homini

homini in ampliſſimo doctrinarum omnium theatro verſanti, & magno conatu (an etiam viâ & ratione, ipſe viderit) ad famam ac nominis æternitatem nitenti; Monere tamen non omittam, ut cautè agat, & quantum in ſe negotii ſuſcipiat etiam atque etiam conſideret: nec verò ſe utcunque notum & celebrem eſſe, rem admodum præclaram & viro ſapienti expetibilem putet. id quod ſine dubio Scriptorem rerum geſtarum (inter quos ille nomen ſuum, ut audio, profeſſus eſt) propter effuſa hominum omnis ordinis in hoc genus litterarum ſtudia, extemplò ſequitur: neque enim ſine fama, incertum bona an mala, cæterùm ampla & perpetua eſſe poteſt. Non ergo de magna atque æterna ei fama, quæ invitum etiam manet, ſed de bona & proſpera laborandum eſt: ad eam portò, niſi in ſua hiſtoria conſcribenda haud paulò majore diligentia conſilioque utetur, quàm in hac agenda cauſa uſus eſt, nullo pacto perveniet. Nec minùs libenter errori illius de mea ætate veniam tribuo, cùm hominem quinquaginta ampliùs annos natum, credo juvenilium ſtudiorum meorum commemoratione deceptus, juvenem vocat. &

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos!

cùm hæc audio, interdum exclamo. Illud animo ſatis æquo ferre non poſſum quòd in patriam meam, non id exigentibus cauſæ ſuæ rationibus gratuitò injurius eſt, cùm eam Vrbem Dalmatiæ ignobilem vocat.

Sed priusquam ad agendam publicam civitatis cauſam deſcendo, adhuc pauca tecum privatim expoſtulare animus eſt. Inclementer omnino facere vidêris, ne dicam inurbanè, quòd Cippicos, cives meos, homines ignotos & obſcuros nominas, quorum familiæ à majorum & opibus & honoribus & ab artium doctrinæque cultu abunde ſupereſt, quo ſe ab hac tua contumelia tueantur; ſed ut ea quæ fortunæ ſunt miſſa faciam, Nihilne movet animum tuum Coriolani Cippici commemoratio à Typographo Patavino cum laude facta? cui ſine dubio egregiè reſpondere comperimus opuſculum illud non inelegans De rebus in Aſia geſtis; niſi tuam unam hiſtoriam lectu & cognitu dignam exiſtimas. ſed accipe aliud ingenii monumentum hujus ipſius Coriolani in Vaticana Bibliotheca, ubi inter alios clarorum Poetarum luſus carmen hoc reperiri accipio,

Qualem fons ſuus, & ruina diſci,
Et dens fulminei peremit apri:
Qualem ſuſtulit armiger Tonantis,
Et flerunt Berecynthii Leones,

Et fruſtrà miſer Hercules vocavit :
Hoc Quaterius, heu ! jacet ſepulchro ,
Iam laus, nunc dolor urbis univerſæ.
Sed fles : hoc ſatis eſt. abi Viator.

Hunc non vulgaris impetum ſpiritus & ingenii non mediocriter eruditi fœtum apud te, quæſo, diligenter expende, & imprudentem homini tantâ doctrinæ elegantiâ, quantam in eo fuiſſe vel ex hac parva verborum clauſula neceſſe eſt, maledixiſſe pœniteat. Sed vereor ne hac ipſa veteris hujus codicis domini eruditione ad cauſam fragmenti premendam abutare, &, Quid ita factum ſit, exclames, ut ſolus tanto theſauro, cujus pretium non ignoraſſet, incubuerit, non eo ſe reperto ſit gloriatus, non protulerit, non vulgaverit ? expectabam ut adderes, non impreſſerit, non typis edi curaverit ; cùm nondum ullus typorum, nullus in ſcribendo formarum uſus eſſet. Pergitisne omnium temporum, omniumque morum rationem confundere, & quid cuique conveniens, quid proprium ſit aut negligere, aut ignorare, & qua facie rem litterariam hodie cernitis eâdem ſemper fuiſſe judicare ?

Sed jam ad publicum patriæ meæ negotium accedam. Qua in re, quoniam turpe eſt patritio, ut ait ille, viro jus in quo verſatur ignorare, ne, quæſo, moleſtè feras ſi te officii tui tantiſper admoneam, & in rerum, quodq; hiſtoriam ſcribere profeſſo non minori curæ eſſe debet in locorum cognitione non admodum eſſe verſatum oſtendam. Tragurio meo, ſi neſcis, quæ ſumma ſapientum judicio urbibus eſſe ſolet nobilitas eſt. Primùm ob vetuſtatem originis, quæ ab uſque anno bis milleſimo repetatur ; quo tempore Syracuſii Dionyſio tyranno poſt porrectas ad vicinam Italiam opes Adriatici maris imperium animo agitante, Iſſum urbem, inſulæ, quam ad ſedes figendas delegerant, cognominem condidere : à quibus mox, abundante ſobolis copia, in vicina Illyrici continente, Tragurium & Epetium coloniæ deductæ ſunt. hoc autem apud Polybium & Strabonem vetuſtiſſimos & graviſſimos auctores, ſi voles, invenies. Deinde ob conditorum gloriam, qui per ea tempora & opum magnitudine & rebus geſtis clariſſimi habiti ſunt. Quanti autem adverſus lutum quo tu hanc civitatem involvis, eſt, principem illam fuiſſe inferendæ in oram Illyricam illius tractus humanitatis & litterarum ? quod illi bonum ex monſtrato erudito vitæ cultu & manſuetis Græcorum moribus accidiſſe neceſſe eſt : quandoquidem ad temperandam & veluti cicurandam ejus viciniæ barbariem hoc Tragurium noſtrum

noſtrum illi parti Illyrici præſtitit, quod veteri Sicaniæ Syracuſæ, quod Cumæ Campaniæ, quod Thraciæ Byzantium, quod Maſſilia Galliæ tuæ: unde Druidas illos veteres plurima hauſiſſe tum ad religiones ordinandas tum ad gubernandam Rempublicam, argumento eſt uſus ab iis linguæ Græcæ multis in rebus, teſte Cæſare, deinde adhibitus. Hoc, inquam, idem veteres cives mei finitimos Barbaros beneficio affecere; neque enim aliter fieri potuit ut homines antea feri, rudes, inhoſpitales bellicam ſuam virtutem unâ piraticâ & latrociniis exercitam juſtis militaris diſciplinæ præceptis & inſtitutis temperari & caſtigari ſuſtinuiſſent; nec ſine ſumma ratione, hinc potiſſimùm accepta, vicini Dalmatienſes aut initia ſumere aut nomen opeſque ſuas, non amplitudine illi terrarum, ſed hominum frequentiâ & militaris diſciplinæ laude propagare potuerunt, ut conſimili Achæorum, qui & ipſi circa eadem tempora floruere, inſtituto plures civitates in commune conſulerent & in unum veluti corpus coaleſcerent, eoque conſenſu & ſibi præſidio, & hoſtibus terrori, & univerſæ genti ornamento eſſent: ad quos idcirco debellandos & ſibi adjungendos non minus negotii Populo Romano, quàm uſquam alibi terrarum fuit. Hinc illa Dalmatici triumphi laurus nobili Flacci carmine celebrata, & ſplendidum Salonini cognomen: unde non minus honoris Pollionum familiæ quàm Metellis à Creta, ab Africa Scipionibus, à Germania Neronibus & Druſis acceſſit. Succubuit mox ſine dubio unà cum reliquo terrarum orbe, prævalentibus Populi Romani viribus, etiam Dalmatia atque Illyricum univerſum; cui tamen ea calamitas incremento potiùs quàm incommodo fuit, ut fines ſuos antea modicos ad Iſtrum latiſſimè extenderet: quo tempore civitas noſtra ſplendidæ inter cæteras civium Romanorum Coloniæ dignitatem obtinuit, communibuſque deinde tum periculis tum cladibus à Gothorum, cæterorumque Barbarorum immanitate profectis defuncta, uſque ad Sclavorum adventum incolumis fuit. Hujus gentis inſanis viribus, quanquam everſa & confecta, ut Salonæ & reliquæ ejuſdem tractus civitates, obſtitit tamen, & in eodem veſtigio, quantum afflictæ & perditæ licuit, vetus ſuum nomen tueri & patrias leges colere atque obſervare perſeveravit; vitam, quam fructibus agri non licebat, maritimis quæſtibus & mercaturæ induſtriâ tolerando; eò majore quàm aliæ eodem uſæ fato Dalmatiæ civitates, quòd non ſolùm veteres mores, vetuſque ergà Principes Romanos obſequium, ſed etiam locum ipſum retinuit, & quoad

potuit

potuit sibique & Reipub. & nomini Christiano summâ cum fortitudinis atque constantiæ laude conservavit.

Alteram deinde cladem à Saracenis est passa direptionis atque incendii, & quamvis se funditus excisam vidisset, non tamen obniti contra fortunam desiit quin iterum resurgeret, & refloresceret, & fidem suam integram atque constantem tum Vngarico tum Veneto Imperio egregiè approbaret, & priscos Romanos mores & leges & linguam nullis admixtis vicinorum Barbarorum corruptelis ad hæc usque tempora tueretur.

Hanc, tu Valesi, civitatem tam splendidis ortam initiis, talibus fundatam institutis, tam illustri in utramque partem fortuna exercitam ne, oro, posthac ignobilem appelles. reverere, si quicquam humanitatis in te est, veterem ejus virtutem, reverere gloriam, & hanc ipsam, ut ait ille, senectutem: quæ in homine venerabilis, in urbibus sacrosancta est.

Quod si ad urbium nobilitatem non satis in vetustate momenti esse putas, confer animum ad præsentes hujus civitatis unà cum cætera Dalmatia res, & si potes, aude contemnere quotidiana nostræ gentis cum hoste omnium validissimo certamina, ac perseverantem quatuor & viginti annorum luctam; in qua non solùm impetum illius tanta vi in nos effusum constantissimè sustinemus (id quod in altera belli parte quæ Cretam exercet, summa laudis est) sed etiam ultro in apertum prodire audemus, & abactionibus prædarum, vastationibus agrorum & oppidorum expugnationibus infestissimum illi ciere bellum. quantum autem in nobis est, adeò locum munitum tot obsidiones passi nullum amisimus ut potiùs Venetum hac ejus parte imperium latè propagaverimus.

Quòd si Principi nostro satis opum ac virium esset, ut quæ nostrâ potissimùm ope nostrisque sudoribus ac sanguine hactenus de hoste cepit retinere ac tueri posset, quamvis Cretæ possessione (quod Deus omen avertat) dejiceretur, nihil omnino esset quamobrem illum hujus belli fortunæ pœniteret. contrà autem quamobrem adversarius suam vicissim afflictam jam & perditam ducat, si quicquam in eo cordis est, abunde magnas gravesque causas habet: quòd super vastatas atque in solitudinem propè redactas latissimas regiones, hoc memorabili experimento apud nos facto, ignaviæ suæ sese convictum intelligit: quòd senescentem in mentibus hominum terrorem ejus virium videt, quo maxima adversus majores nostros illi genti confecta sunt bella, & clarissima illius Imperio regna provinciæque adjunctæ. Quòd

uòd si Clarissimo Regi vestro uti adversus hos barbaros
virtute suisque viribus libebit; si, ut rumor validior in
est, huc spectant ejus consilia & apparatus & revocati
ula Ottomanica Legati propositum; si Deus propitius
cit, ut huic tanto inceptui fortuna respondeat: quam tu
es futuram tantarum rerum præcipuam causam, quem,
, veluti auctorem expeditionum ac victoriarum facies
ous iterum in Oriente gens Christiana clarescet? nimirum
n gentem cujus virtute ac periculis factum est ut hoc iter
laudem, quod hactenus arduum & inaccessum visum est,
num, facilè, expeditum esse constaret. Quomodo laudatus
i in vetere memoria Xenophontis cum parva Græcorum
nu per infestas Persarum nationes in patriam reditus, eâ-
de re periculum Barbaricæ ignaviæ factum, & mentes homi-
m à tanti hostis terrore liberatæ, prima victoriarum Alexan-
i & Macedonum causa, si Polybio credimus, fuit. Quòd si
nil à nobis aliud ad res tam præclaras tamque magnificas
et profectum, quàm ut locum sedemque ipsi otiosi cessan-
sque præberemus; non erat tamen, quod cuiquam obscura
ut ingloria videri posset hominum natio, quorum caput in
edium rerum omnium discrimen fortuna conjecerit, &,

--- *quorum actus uterque*,

on secus ac Sigæis olim in campis,

Europæ atque Asiæ terris concurrerit orbis.

bet enim in optima causa magnificè loqui: nec vereor, ne
ne quisquam idcirco tumidum potiùs & glorioſum, quàm
ustissimæ pietati laudabiliter indulgentem existimet. Hæc,
tque talia assiduis hominum sermonibus celebrata, neque
gnorare neque contemnere impunè potes: Quid ergo venit in
nentem, importunam de nobilitate controversiam excitare?
an quod omnia præ te contemnis, quia fortè animos facit præ-
clarum istud cognomen cum priscis Francorum Regibus tibi
commune? Quòd si mihi res esset cum quopiam alio, quem
tanti non facerem quanti apud me ipse meritò es, propè esset
ut exclamarem, sic:

Nanum cujusdam Atlanta vocamus,
Æthiopem Cycnum, parvam extortamque puellam
Europen; canibus nigris, scabieque vetustâ
Lævibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ
Nomen erit Tigris, Leo, Pardus, si quid adhuc est
Quod fremat in terris violentiùs.

Sed, ut dixi, summam tuæ dignitatis habeo rationem, tibique,
& pro-

& propter tuam ipsius & propter doctissimi viri fratris tui virtutem, cujus ad te redundat gloria, tantum tribuo ut te unum clarissimum virum & nullo non præclaro nomine, nullis non splendidissimis titulis dignum existimem; idque liberter atque ingenuè præ me fero, nec sententiarum inter nos dissensionem ad animorum usque dissidium, quantum in me est, excrescere patiar: nihil enim homini docto & liberaliter instituto æquè conveniens esse statuo, quàm litterarias hujusmodi controversias modestè, verecundè, civiliter exercere.

Sed jam satis multa in causa, ac etiam plura fortasse quàm oportet, extra causam. Reliquum est, P. C. ut non jam rationibus & argumentis, sed precibus & obsecrationibus vobiscum agam, nec verò pro me, cujus ætatem extra aleam hujus quodcunque pericli est positam esse videtis; ac ne pro descriptore quidem hujus codicis, qui criminis à nemine commissi, & nusquam exstantis aut apparentis reus agitur; sed pro ipso Petronio: ne clarissimi Scriptoris commoda & rationes accusatorum meorum, alterius inconsideratæ malignitati, alterius præpropero judicio dedendas putetis: ne ejus miseræ, & multùm jactatæ fortunæ postremas hasce reliquias, quasi tempestate quadam in littus ejectas, mergi rursus & eruditorum fructui eripi & extorqueri patiamini. Satis superque discriminum adiit; satis dura & aspera perpessus est, vix exiguâ sui parte incolumis atque superstes. Nec vestræ videtur esse humanitatis ut cujusquam odium, & sævitiam cum blattis ac tineis, & cæteris temporis injuriis initam ad ejus perniciem conspirationem probasse videamini. Liceat illi vestro fretum præsidio resurgere paulatim à sua calamitate & convalescere, purgatumque à turpissimo crimine in clarissima litterarum luce cum dignitate versari. Statuite sententiis vestris exemplum, ad quod respiciendo homines adolescentes modum adhibere condiscant ingeniorum libidini & gloriæ cupiditati: tutioremque à sua cuique virtute ad laudem ascensum, quàm per alterius ruinas esse putare. Denique in hoc toto negotio transigendo, quid veritas patiatur, quid ratio postulet, quid vestram deceat gravitatem, quid ex usu Reip. litterariæ maximè sit, pro vestra singulari fide ac sapientia considerate.

FINIS.

Lisa Leonard Baskin